- **Judith** In q̄ agit̃ de obſidiōe hierl'z ⁊ ppl'i iſrl'. De honeſtate ⁊ ꝓbitate Judith. De īterfectiōe holofernis: ⁊ liberatiōe ppl'i iſrl'. Et hꝫ cap.XVI
- **Heſter** In quo agit̃ de crudelitate Aman ⁊ ei⁹ ſuſpenſione ꝓcurata ꝑ ꝓuidentiā ⁊ humilitatē heſter. Et de exaltatiōe mardochei ⁊ liberatiōe iudeoꝝ. Et habet capitula XVI
- **Job** In quo agitur de beati Job patientia ⁊ perfectione ac diſputatiōe quā habuit cum amicis. De prouidentia diuina: ⁊ corporis reſurrectione. ⁊ habet capitula XLII
- **Macha.**
  - **I** In quo agit̃ de ꝓlijs inter hebreoꝝ duces ⁊ gentē pſaꝝ: ⁊ de liberatiōe ppl'i ſub matathia iuda: ionatha: ⁊ ſymone. ⁊ hꝫ ca.XVI
  - **II** In quo recapitulant̃ q̄dā in ꝑmo libro dicta. Agit̃ ēt de tribulatiōe ppl'i. De conſtantia ſeptē fratrū ⁊ mr̄is eoꝝ ⁊ de liberatione populi per iudā machabeū. ⁊ habet cap̄.XV

Libri Sapientiales dicūtur i qb⁹ prudētia ⁊ vera ſapiā edocetur: ⁊ ſunt numero. v. ſ. lib

- **Prouerbioꝝ** In quo agit̃ de inſtructione qui diſciplina incipientiū ſeruire deo: de correctione moꝝ ⁊ informatione virtutū. ⁊ habet ca.XXXI
- **Eccleſiaſtes** In q̄ agit̃ ꝺ mūdi vanitate. ꝺ vitioꝝ ꝯtēptu. De ꝑfectu ambulātiū i via dei. ⁊ hꝫ cap̄.XII
- **Cantica** In quo agit̃ de viri iuſti ꝑfectiōe. De contemplatiōe anime ſancte: ⁊ de cōiunctiōe xp̄i ⁊ eccleſie. ⁊ habet capitula VIII
- **Sapientie** In quo agitur de regimine ꝑlatoꝝ ⁊ cōſeruatione iuſticie: atq; ydoloꝝ contemptu. De aduentu ⁊ paſſione xp̄i: qui eſt vera ſapientia. ⁊ habet capitula XIX
- **Eccleſiaſtic⁹** In quo agit̃ de ob'ia ſubditoꝝ: de inſtitutione bonoꝝ moꝝ. de nobilitate ſapie: ⁊ de laude ſanctoꝝ. Et habet capitula LI

Summariū

Libri p phetales dicunt in q̄bus vētu ra pnūciā tur. Et ſūt numero. xviij. ſcʒ

Pſalteri. In quo agiẗ de xp̄i diuinitate: humanitate paſſione: reſurrectiõe: aſcẽſiõe: ⁊ aduẽtu ad iudiciū. De penis peccõꝝ: ⁊ bñficijs dei: atqꝫ laudib⁹ ei⁹. Et ꝯtinet pſalmos cētū q̄nquaginta.

Eſaias In quo agiẗ de rep̄henſione iudeoꝝ. De aduentu xp̄i in carnē ⁊ eius paſſiõe. De vocatione gentium: ⁊ de regno iuda: ⁊ regno iſrael. Et habet capitula LXVI

Hieremi. In quo agiẗ de captiuitate iudeoꝝ. ⁊ deſtructione ciuitatis hierl̄m: de planctu ⁊ lamentatione ꝓpter deſtructionem iſtam. Et habet capitula quinquagintaduo.
Threni vero vltra predicta ꝯtinēt capl̄a V

Baruch In quo agitur de verbis que legit captiuis in babylonia. De prenūciatione reddit⁹ populi iſrael ⁊ eoꝝ q̄ futura erunt tempoꝛib⁹ vltimis. Et habet capitula VI

Ezechiel In quo agiẗ de viſionibus ipſius ⁊ de ſceleribus iudeoꝝ: de ruina hierl̄m: ⁊ de eius reparatione. Et habet capitula XLVIII

Daniel In quo agiẗ de mūdi monarchia: ⁊ de mutationibus tēpoꝝ: de ptāte ⁊ eternitate regni xp̄i. de hiſtoꝛia Suſanne: de deſtructione bel atqꝫ interſectiõe draconis. Et hꝫ ca. XIIII

Oſee Qui loquiẗ de ydolatria ppl'i iſrael ſignata per mulierē meretricē: de inundatiõe peccatoꝝ: ⁊ de ammonitiõe vt filij iſrael ad dñ̄ꝫ cõuertantur. Et habet capitula XIIII

Johel Qui loq̄ẗ de ꝯſūptiõe terre iudeoꝝ per erucā: bruchū: locuſtā: ⁊ rubiginē: de inductione ad pniam. ⁊ de iudicio futuro. ⁊ hꝫ ca. III

Amos Qui de ſcelerib⁹ iudeoꝝ ⁊ gentiū loquitur: De ira dei ⁊ vindicta ſup eos ventura: inducit quoqꝫ ad pniam: ⁊ predicit finaleꝫ reparationem. Et habet capitula IX

Abdias Qui de cõminatiõe ⁊ deſtructione edom ⁊ eſau perſonat. Et habet capitulum vnicum.

Jonas Qui de naufragio ione loquiẗ ⁊ in hoc paſſionem xp̄i p̄figurans: mundum ad pniaꝫ reuocat: atqꝫ ſub nomine niniue ſalutem gentiū prefigurat. Et habet capitula IIII

Micheas Qui p̄dicit ſamarie deuaſtationem ⁊ captiuitatem ac interitū principū iſrael ⁊ pſeudo ꝓphetarū: ⁊ de ingratitudine ⁊ malicia eorūdē. Et habet capitula VII

Naum Qui loquiẗ de ira dei ⁊ vindicta graui ꝯtra niniuen qui ad predicationem ione penitētiā egerunt de peccatis: poſtea fuerūt peccatis maioꝛibus inuoluti. Et habet capitula III

Abachuc Qui loquiẗ de diſputatione quā ꝓpheta fecit cū deo ⁊ hoc mundo. ⁊ quō iuſti cõculcanẗ ⁊ ꝓſperanẗ iniqui. Et habet capitula III

Jtē pro
phetales

Sopho. Qui de iudicio dei ꝯ iudeos ⁊ gētes eꝫneos loqꝶ: ⁊ de ꝯsolatiōe pplī iſrl. Et hꝫ capi. III

Aggeus Qui pdicit reuerſionē pplo iudeoꝝ: ⁊ de reedificatione templi. ac renouatione ciuitatis. Et habet capitula. II

Zachari. Qui loquiꝶ de liberatiōe iudeoꝝ: ⁊ de vidicta ꝯ inimicos eoꝝ ⁊ de humilitate aduentus xpi ⁊ paſſionis eiuſdem. ⁊ habet cap. XIIII

Malach. Qui loquiꝶ de abiectōe pplī iudeoꝝ ⁊ ſacrificioꝝ ei⁹. ⁊ de aduētu xpi: ⁊ habet cap. IIII

Nouum teſtamētum

pari modo quo ⁊ vetus diſtinguitur in libros

Legales.
Hiſtoriales.
Sapientiales.
Prophetales.

Legales dicuntur in quib⁹ lex noua a xpo tradita cōtineꝶ ⁊ ſunt nūeros q̄tuor videlꝫ euāgeliuꝫ

Matth: In quo pncipaliter de xpī humanitate agitur. Et habet capitula. XXVIII

Marci In quo pcipue agiꝶ de xpi fortitudine ⁊ reſurrectione. Et habet capitula XVI

Luce In quo agitur ſpāliter de paſſione ⁊ morte xpi. ⁊ habet capitula XXIIII

Johan. In quo xpi diuinitatis ſacramenta aperiūtur. ⁊ habet capitula XXI

Hiſtoriales dicunꝶ q res p xpi aplos geſtas narrāt q̄ vnico libro ꝯtinēꝶ q dꝫ

Actus In quo ſctūs lucas xpo in celū aſſumpto viſibilem ſpūſcti miſſionē declarat: geſtaqꝫ apoſtoloꝝ ⁊ pcipue pauli. atqꝫ infantiā naſcentis eccleſie deſcribit. Et habet cap. XXVIII

Libri Sapientiales dicunꝶ in q̄bus ſapia noue legis p exēpla ⁊ pcepta recte viuendi ſm xpꝫ pleniſſime tradiꝶ: ⁊ ſunt nūero. xxi. videlꝫ epſa pauli ad

Romanos In qua apl's reuocat romanos ab errorib⁹ gentilium ⁊ cerimonijs legis ad veram ⁊ catholicam fidē. ⁊ habet capitula XVI

I Corin. In qua quoſdā a falſis aplīs ⁊ philoſophis p eloquētiā: quoſdā vero p obſeruantiā legis iudaice ſeductos: reuocat ad verā fidem ⁊ euāgelicam ſapientiā. ⁊ habet capitula XVI

II In qua eoſdē ad pniam couerſos ⁊ emēdatos: cōſolaꝶ ⁊ laudat. ⁊ habet cap. XIII

Galath. In q̄ ipſos Galathas ſeductos a falſis apoſtolis vt ad legem ⁊ circūciſionem reuerterētur reuocat ad fidem catholice veritatis. Et habet capitula Sex.

Epheſios In qua ephesij qui ab apoſtolo verbo veritatis accepto perſtiterūt in fide: ipſos collaudat apoſtolus. Et habet capitula Sex.

Philip. In qua q: philippēſes accepto verbo veritatis pſtiterūt in fide: nec receperūt falſos aplos ipſos apl's collaudat. Et habet ca. IIII

Coloſſen. In qua q: Coloſſenſes qui preuenti erant a pſeudo aplīs: eos corrigit apl's: ⁊ hortaꝶ ad fidei veritatem. ⁊ habet ca. IIII

I Theſſal. In qua apl's ipſos theſſalonicenſes collaudat q: verbo veritatis accepto: cū pſecutioneꝫ paterenꝶ a ciuibus ſuis: pſtiterunt in fide: nec falſos aplos receperunt. Et habet cap. V

II In q̄ apl's eoſdē iſtruit de tpib⁹ nouiſſimis:

bitur Prouer.24. Comede fili mi: qꝛ bonū: ⁊ fauū dulciſſimū gutturi tuo. Sic doctrina aie tue. Et primi Parali.25. dr̄ ꝙ erudiebāt cātu cū dn̄i cuncti doctores. ¶ Aſcendamus q̈rto ad domū dei bellicā: ad libros diſceptatiuos: ⁊ docebimur de vijs vigoris inueſtigare. i. cū multo vigore rōne diuinoꝝ iudicioꝝ: ſicut pꝫ in libro Job. Et hec eſt domus de qua ſcriptū eſt. 2. Reg. 3. ꝙ erat magna cōcertatio īter domum dauid: ⁊ domū Saulis. Domus autem Saulis deficiebat quotidie. Nā inter Job ⁊ amicos ipſius fuit lōga ꝯcertatio: donec amici Job ꝯuicti ſunt: ⁊ defecerunt. Et ſilr̄ in Eccle. legitur lōga ꝯcertatio inter ſtultū ⁊ ſapiētem virū: quoꝝ pars Salomon viciſſim mouet quaſi ꝯtionator. De h̄ aūt modo docendi per modum vigoroſum ⁊ bellicū decātabat ꝓpheta: Docet manus meas ad preliū: ⁊ digitos meos ad bellū. pſal. 143. ¶ Aſcendamus q̄nto ad domū dei aureā: ad libros cōſultatiōnis: ⁊ docebimur de vijs decoris. Scriptū eſt nāqꝫ. 3. Re. c. 6. ꝙ nihil erat in domo qđ non auro tegeret. Et de doctrina decētiſſima librorū ſapialiū ad lr̄am arg. Sapiē. 8. ꝙ doctrix ē diſcipline dei: ⁊ electrix operū illius. Qua q̄ docti fuerūt: ⁊ in libris ſapialibus eruditi fulgebāt q̄ſi ſplēdor firmamēti: ⁊ q̄ſi ſtelle ī ꝑpetuas eternitates: ſic ꝓmittit Angel9. Dan. 12. ¶ Aſcēdamus ſexto ad domū dei nubeam: ad libros declamationis oīum ꝓphetaꝝ: ⁊ docebimur de vijs ſplēdoris. Scriptū eſt enī. 2. Paralipo. 5. ꝙ domus dei ipleta eſt nube. Et. 3. Regū. 8. dr̄ ꝙ nebula impleuit domū dn̄i: ⁊ non poterāt ſacerdotes ꝓpter nebulā miniſtrare. In libris nāqꝫ ꝓphetalibus nebuloſis nō patet de facili intellectus: vt hō poſſit explicare: niſi qꝛ ſplēdores aliqui: ⁊ refulgentie Jeſu xp̄i apparent in eis aliq̄n: ſicut radius ſolaris in nube. Et per iſtū ſplēdorē docebimur in libris prophetalibus: nā aliter clauſi eſſent oīo ſmones Joānis. 7. Aſcēdit diluculo in tēplum ⁊ docebat. Et Joānis. 8. perexit Jeſus in mōtē Oliueti: ⁊ diluculo iteꝝ venit in tēplum ⁊ oīs populus venit ad eū: ⁊ ſedens docebat eos. ¶ Aſcēdamus. 7. ad domū dei celicā ad libros atteſtationis. 4. euangelioꝝ ⁊ ibi docebimur de vijs amoris. Hec eſt. n. illa domus ſup quā Jacob poſt iuſtū ſomniū admiratur. Gen. 28. dicēs. Uere dn̄s eſt in loco iſto: ⁊ ego neſciebam: et ſequit̄. Non eſt hic aliud niſi domus dei ⁊ porta celi: ⁊ iō qui docent̄ in hac domo docentur amoroſe a deo ⁊ modo filiali ſicut ſcriptū eſt. Erunt oēs docibiles dei. Joan. c. 6. ⁊ Eſaie. 58. Ponā iaſpidem ꝓpugnacula tua: ⁊ oēs terminos tuos in lapides deſiderabiles vniuerſos filios tuos doctos a dn̄o. ¶ Aſcēdamus vltimo ad domū dei rotūdam ad libros ſalutationis ⁊ eplares: ibi docebimur de vijs fecūdatiui ⁊ negatiui humoris: ſicut ſcriptū eſt: Fons egredietur de domo dn̄i. Joel. 3. ⁊ Zach. 13. Erit fons patēs domui dauid ⁊ hītatoribus Hierlm̄. Ex qua domo orit̄ illa ſapientia ⁊ doctrina que ꝓloqtur Eccle. 24. dicēs: Ego ſapia effudi flumina: dixi Rigabo hortū plantationū ⁊ iebriabo ptus mei fructum: qm̄ doctrinā quaſi ante Lucanum oībus illumino. ¶ Sic igit̄ in octo ſcholis: ⁊ in octo domib9 ſupradictis docet nos dn̄s vias ſuas De qua q̈dē inexplicabili doctrina in iſtis. 8. domibus cōprehenſa ⁊ vijs inſcrutabilibus ſapiētie: que in iſtis libris docetur: Hieronymus ꝑ modū cuiuſdam breuis epilogi loqūt in ꝓemio ſup pſal. ⁊ ait: Quid hic non inueniat̄ qđ faciat ad vtilitatē: aut ad edificationē humani generis: cōditionis: ſexus: etatis. Hēt. n. hic infans quid lactet: puer qđ laudet: adoleſcens qđ corrigat: iuuenis qđ ſequat̄: ſenior qđ precet̄. Hic diſcet femina pudicitiā: pupilli inueniēt pietatē: vidue iudicē: paupes ꝓtectorem: aduene cuſtodē. Hic inueniūt reges qđ audiant: iudices qđ timeāt: hic triſtem ꝯſolatur: letū temperat: iratū mitigat: pauperē recreat: diuitē vt ſe agnoſcat icrepat: oībus ſe ſuſcipiētibus apta medicamenta tribuit: nec peccatorē deſpicit: ſed remediū ei per penitentiā ingerit: poſt hec deus oſtendit̄: ſi mulachra irritētur: fides aſſerit̄: ꝑfidia repudiat̄: iuſtitia ingreditur: ꝓhibet̄ iniq̈tas: miſericordia laudat̄: crudelitas abdicatur: veritas req̄ritur: mēdaciū dānat̄: dolus accuſat̄: ꝑdicatur penitētia: pax ſequēda ꝓmittitur: ſpes certa nutritur. Et (qđ in his oīb9 eſt excellentius) chriſti ſacramēta laudātur. Hec Hieronymus.


DI VNO
DI·SE GVND
DI·TERZO
DI·QVARTO
DI·QVINTO
DI·SESTO

ROMA



¶ Incipit epl'a btí hieronymi ad Paulinū p̄
ſbyteꝝ de oīb⁹ diuine hyſtorie libris. ¶ Ca.I.

F Rater am/
broſius tua mihi munū
ſcula pferens: détulit+
ſimul ⁊ ſuauiſſimas lít-
teras: que a principio a
miciciarū fidem proba
te iam fidei ⁊ + véteris
amicicie + noua prefe-
rébāt. Uera eni illa ne
ceſſitúdo ē ⁊ chriſti glutino copulata: quā nō
vtilitas rei familiaris: nō preſentia tm̄ córpo-
rū: nō ſúbdola ⁊ pálpans adulatio: ſed dei ti-
mor ⁊ diuinarum ſcripturarū ſtudia conciliant.
¶ Légimus in veteribus hiſtórijs: quoſdam
luſtráſſe puincias: nouos: adijſſe populos: má
ria tranſijſſe: vt eos quos ex libris nouerāt co-
ram quoqꝫ vidérēt. Sic pithágoras memphi-
ticos vátes: ſic plato egyptum ⁊ archýtam ta-
rentínum: eamqꝫ óram ytálie que quondam
magna grecia dicebatur laborioſiſſime pagrā
uit: vt qui athénis magiſter erat ⁊ potens: cu-
iuſqꝫ doctrinam achadémie gymnáſia perſo-
nábant: fieret peregrínus atqꝫ diſcipulus: má
lens aliéna verecunde diſcere: qꝫ ſua impudē
ter ingérere. Deniqꝫ cum litteras quaſi toto
orbe fugientes perſéquitur: captus a pirátis ⁊
venúndatus: etiam tyranno crudeliſſimo pá-
ruit: ductus captiuus: vinctus ⁊ ſeruus: tamē
quia phūs + maior emente ſe fuit. Ad tytum
liuium lácteo eloquentie fonte manántez: de
vltimis hiſpánie galliarūmqꝫ finibus quoſdā
veniſſe nobiles légimus: ⁊ quos ad cōtempla-
tionez ſui roma non traxerat: vnius hominis
fama perdúxit. Habuit illa etas inaudituz om-
nibus ſecúlis celebrandúmqꝫ miráculuz: vt vr-
bem tantam ingreſſi aliud extra vrbem quére
rent. Apollónius ſiue ille magus vt vulgus ló
quitur: ſiue phs: vt pythagórici trádunt: intra
uit perſas: pertranſiuit caucaſum: albános:
ſcýthas: maſſágethas: opulentiſſima indie re
gna penetrauit: ⁊ ad extremum latiſſimo phi-
ſon amne tranſmiſſo puénit ad bráchmanas:
vt hiárchā in thróno ſedentē áureo ⁊ de Tán
tali fonte potentez: inter paucos diſcipulos de
natura: de morib⁹: ac de curſu + dierū ⁊ ſýde-
rum audiret docentez. Inde per elámitas: ba-
bylónios: chaldéos: médos: aſſyrios: párthos:
ſýros: phenices: + árabes: paleſtinos: reuerſus
alexándriam perréxit ethiópiam: vt gymno-
ſophiſtas ⁊ famoſiſſimam ſolis menſaz vidé-
ret: in ſábulo. Inuénit ille vir vbiqꝫ qd̄ diſce
ret: ⁊ ſemper pficiens: ſemper ſe mélior fieret
Scripſit ſup hoc pleniſſime octo voluminib⁹.
+ Philóſtrátus. ¶ Ca.II.

Q Uid loquar de ſeculi hominib⁹
cum apoſtolus. Paulus vas ele
ctionis ⁊ magiſter gentiū: qui
de cōſcientia tanti in ſe hóſpitis
loquebatur dicens: An experi-

Marginalia: ſo+non deſt eſſe ſimul · +veteri ſ+noua · pythagoras · plato · archytas · als+ma-iore mente · Titus liuius · Apollonius · Brachmane · hyarcas · als+dierū superciū · als+ arabes · Uale.li.4. Hieroni⁹ in vita · pomponius mella li.3 · als+philostratus

Gal.i.b mentum quéritis eius qui in me lóquitur chriſtus: poſt damáſcum arabiámq; luſtrátam: aſcendit hieroſólymam vt vidéret petrū: ⁊ manſit apud eū diebus qndecim. Hoc n. myſterio hebdóadis: ⁊ ogdóadis: futurꝰ gētium predicator inſtruendus erat. Ibidē.2.a Rurſúmq; poſt annos quattuordecim aſſumpto bárnaba ⁊ tyto expóſuit cum apoſtolis euangélium: ne forte in vacuum cúrreret aut cucurriſſet. Habet neſcio quid latētis energie + viua vox: ⁊ in aures diſcipuli de autóris ore tráſfuſa fortius ſonat. Unde ⁊ eſchines cum rhódi exuláret ⁊ legerétur illa demóſthenis oratio quā aduerſus euꝫ habúerat: mirantibꝰ cunctis atq; laudantibꝰ ſuſpirans ait. Quid ſi ipſaꝫ audiſſetis beſtiam: ſua verba reſonantem.

Alias viue vocis actꝰ

Eſchines Demoſthenes

C Capitulum tertium.

H Ec hoc dico q̄ ſit aliqd in me tale: quod vel poſſis a me audire: vel velis diſcere: ſed quo ardor tuus ⁊ diſcendi ſtúdiuꝫ etiam abſq; nobis per ſe probari débeat. Ingénium docile ⁊ ſine doctore laudábile eſt. Nō quid inuénias: ſed quid quéras cōſideramus. Mollis cera ⁊ ad formandum fácilis: etiam ſi artíficis ⁊ pláſte ceſſent manus: tamē virtutis totum eſt quicquid eſſe poteſt. Paulus apoſtolus ad pedes gamaliélis legem móyſi ⁊ prophétas didiciſſe ſe gloriatur: vt armatus ſpiritualibus télis: póſtea docéret cōfidenter. Arma enim noſtre milítie nō carnalia ſunt: ſed potentia deo: ad deſtructionem munitiónum ⁊ cogitationes deſtruentes: ⁊ omnem altitúdinem extolléntem ſe aduerſus ſententiaꝫ dei ⁊ captiuantes omnem intellectum ad obediēdum chriſto: ⁊ paráti ſubiugáre omnem inobedientiam. Timothéum ſcribit ab infántia ſacris litteris eruditum: ⁊ hortatur ad ſtudiuꝫ lectionis ne négligat gratiam que data ſit ei per impoſitioneꝫ manus preſbytérij. Tito precipit vt inter céteras virtutes epiſcopi quas breui ſermone depinxit: ſcientiam quoq; non negligat ſcripturarum: obtinentem inquit eū qui ſm̄ doctrinam eſt fidelem ſermonem: vt potens ſit exhortári in doctrina ſana: ⁊ contra dicentes reuincere.

Paulus aplus Act.22.a

2.cor.10.b

2.Thi.3.b

Tit.1.b

C Capitulum quartum.

S Ancta quippe ruſticitas ſolū ſibi prodeſt: ⁊ quātum edificat ex vite mérito eccleſiaꝫ chriſti: tātum nocet ſi deſtruentibus non reſiſtat. Malachias propheta: imo per malachiaꝫ dominus interrogauit ſacerdotes legem. Intantum ſacerdotis officium eſt: interrogátum reſpondére de lege. Et in deuteronómio legimus. Interroga patrem tuum ⁊ annunciabit tibi: ſenióres tuos ⁊ dicent tibi. In pſalmo quoq; centeſimo decimooctauo: Cantábiles mihi erant iuſtificatiōes tue: in loco pegrinatiónis mee. Et in deſcriptione iuſti viri cum eum árbori vite dauid que eſt in paradiſo compararet: inter ceteras virtutes hoc etiam intulit. In lege domini voluntas eius: ⁊ in lege eius meditábitur die ac nocte. Dániel in fine ſacratiſſime viſionis ait iuſtos fulgére quaſi ſtellas: ⁊ intelligéntes. i. doctos quaſi firmamentū. Uides quantum inter ſe diſtent iuſta ruſticitas ⁊ docta iuſticia. Alij ſtéllis alij celo comperantur. Q̄q̄ꝫ iuxta hebráicam veritatem vtrumq; de erudítis poſſit intélligi. Ita enim apud eos légimus. Qui autem docti fuérint fulgébunt quaſi ſplendor firmamenti: ⁊ qui ad iuſticiaꝫ erúdiunt multos: quaſi ſtelle in perpetuas eternitates. Cur paulus apoſtolus vas electiónis? Nempe quia vas legis ⁊ ſcripturarum ſanctarū erat armáriū. Phariſéi ſtupent in doctrina dñi: ⁊ mirant in Petro ⁊ Joāne qūo legem ſciant cum lrās nō didicerint. Quicquid enī aliis exercitatio ⁊ q̄tidiána i lege meditatio tribúere ſólet: illis hoc ſpiritusſanctꝰ ſuggerébat. Et erant iuxta quod ſcriptum eſt docibiles deo. Duódecim annos ſaluator impléuerat: ⁊ in templo ſedens de queſtionibus legis intérrogans: magis docet dum prudenter interrogat. Niſi forte rúſticum petrum rúſticuꝫ Joannem dícimus: quorum vterq; dicere poterat. Et ſi imperitus ſermone non tamen ſciẽtia. Joannes rúſticus: piſcátor indoctus: ⁊ vnde illa vox óbſecro. In pricipio erat verbum: ⁊ verbum erat apud deum: ⁊ deus erat verbum? Lógos grece multa ſignificat. Nam ⁊ verbū eſt: ⁊ ratio ⁊ ſupputátio: ⁊ cā vniuſcuiúſq; rei per quā ſunt ſingula que ſubſiſtūt: q̄ vniuerſa recte intelligimus i chriſto. C Ca. V

Mala.2.b

Deut.32

Dauid Pſal.118

Pſal.1.

Dan.12.

Ibidem

Act.9. Math.

Act.4

Jo.2.e Luce.2.

1.cor.11

Jo.1.a

H Oc doctus plato ne-
ſciuit: hoc demoſthe-
nes eloquẽs ignora-
uit. Perdam inquit
ſapientiam ſapienti-
um: et prudentiã pru-
dentium reprobabo.
Abdie.i.e Uera ſapiẽtia perdet
Eſa.29.e i.Cor.i.c falſam ſapientiam:
i.Cor.ij.b Et q̃ʒq̃ʒ ſtulticia pre-
i.Cor.i.d dicationis in cruce ſit: tamen Paulus ſapien
tiam loquitur inter perfectos. Sapientiã au-
tem non ſeculi huius: nec principum ſeculi i-
ſtius qui deſtruuntur: ſed loquitur dei ſapien-
tiam in myſterio abſconditam: quam prede-
ſtinauit deus ante ſecula. Dei ſapientia chri-
ſtus eſt. Chriſtus enim dei virtus et dei ſapien-
Col.i.a tia. Hec ſapientia in myſterio abſcondita eſt:
de qua: et noni pſalmi titulus prenotatur pro
occultis filij. In quo ſunt omnes theſauri ſa-
pientie et ſcientie dei abſconditi. Et qui in
myſterio abſconditus erat predeſtinatus eſt
ante ſecula: predeſtinatus autem et prefigura-
tus in lege et prophetis. Unde et prophete appel
Ro.i.a labantur videntes: quia videbant eum quem
i.Re.9.b ceteri non videbant. Abraam vidit diem ei9:
Ioan.8.g et letatus eſt. Aperiebantur celi Ezechieli: qui
Eze.i.a populo peccatori clauſi erant. Reuela inquit
pſal.118 dauid oculos meos: et conſiderabo mirabilia
Ro.7.c de lege tua. Lex enim ſpiritualis eſt: et reuela-
2.Cor.3.d Apoc.5.a tione opus eſt vt intelligatur: ac reuelata fa-
Eſa.29.b Apoc.3.b cie dei gloriam contemplemur. Liber in apo-
calypſi ſeptẽ ſigillis ſignatus oſtenditur: quẽ
ſi dederis homini ſcienti litteras vt legat: re-
ſpondebit tibi: Non poſſũ. Signatus eſt enim.
Quanti hodie putant ſe noſſe litteras: tenent
ſignatum librum nec aperire poſſunt: niſi ille
reſerauerit qui habet clauẽ dauid qui ape-
rit et nemo claudit: claudit et nemo aperit. In
actibus apoſtolorum ſanctus eunuchus im-
Act.8.e mo vir (ſic enim eũ ſcriptura cognominat)
cum legeret eſaiam prophetam: interrogatus
a philippo. Putas ne intelligis que legis? re-
al's ſuper ait + q; dit + q;. Quomodo poſſũ niſi aliquis me do-
cuerit? Ego vt de me loquar interim nec ſan-
ctior ſum hoc eunucho: nec ſtudioſior qui de
ethyopia id eſt de extremis finibus mundi ve
al's nõ hõ + legis nit ad templum: reliquit aulam regiam: et tã
al's nõ hõ + q; tus amator + legis diuine + q; ſcientie fuit:
vt etiam in vehiculo litteras legeret ſacras.

Et tamen cum librum teneret et verba domi-
ni cogitatione conciperet: lingua volueret: la-
bijs perſonaret: ignorabat eum quem in libro
neſciens venerabatur. Uenit philippus oſtẽ
dit ei Jeſum qui clauſus latebat in littera. O
mira doctoris virtus. Eadem hora credidit eu-
nuchus: baptiçatur: fidelis et ſanctus ẽ ac ma
giſter de diſcipulo: + plus in deſerto fonte ec- al's + ſecus
cleſie q̃ʒ in aurato ſynagoge templo reppit.
Hec a me perſtricta ſunt breuiter. Neq; enim
epiſtolaris anguſtia euagari longius patie-
batur: vt intelligeres te in ſcripturis ſacris
ſine preuio et monſtrante ſemitam non poſſe
ingredi. ¶ Ca.VI.

T Aceo de grammaticis: + rhe- al's + rhe toricis
toribus: philoſophis: geome-
tris: dyalecticis: muſicis: aſtro-
nomis: aſtrologis: medicis: q̃
rũ ſciẽtia mortalibus ſatis vel
vtiliſſima ẽ: et in tres ptes ſcin
dit: in doctrinam: rationem et vſum. Ad mi-
nores artes veniam: et que non tam + lingua al's + logo
q̃ʒ manu adminiſtrantur. Agricole: cementa-
rij: fabri metallorum: lignorumq; ceſores: la
narij quoq; et fullones et ceteri qui variã ſup
pellectilem et vilia opuſcula fabricant: abſq;
doctore eſſe non poſſunt quod cupiunt. Quod horatius
medicorum eſt promittunt medici: tractant li.2.epla
fabrilia fabri. Sola ſcripturarum ars eſt: quã horatius
ſibi paſſim omnes vendicant. Scribimus in- vbi ſupra
docti: doctiq; poemata paſſim. Hanc garru-
la anus: hanc delirus ſenex: hanc ſophiſta ver-
boſus: hanc vniuerſi preſumunt: lacerant: do
cent: anteq̃ʒ diſcant. Alij + adducto ſuperci- al's + ad
lio grandia verba trutinantes: inter mulier- ducto
culas de ſacris litteris philoſophantur. Alij
diſcunt proh pudor a feminis quod viros do-
ceant. Et ne parum hoc ſit: quadam facilita-
te verborum: immo audacia ediſſerunt alijs:
quod ipſi non intelligunt. Taceo de meis ſi-
milibus: qui ſi forte ad ſcripturas ſanctas poſt
ſeculares litteras venerint: et ſermone com-
poſito aures populi mulſerint: quicquid di-
xerint: hoc legem dei putant. Nec ſcire digna-
tur quid prophete quid apoſtoli ſenſerint: ſed
ad ſenſum ſuum incongrua aptant teſtimo-
nia: quaſi grande ſit et non vicioſiſſimum di- Iſidorus
cendi genus deprauare ſententias: et ad volũ- ethycorũ
tem ſuam ſacram ſcripturã trahere repugnã li.i.ca.38
tem. Quaſi non legerim9 homerocentonas et

virgilio cētonas? ac nō ſic etiā ⁊ marónē ſine
vir. bucol. egl.4. chriſto poſſim⁹ dicere chriſtianū: quia ſcripſe
rit: Jā redit ⁊ virgo: rédeunt ſatúrnia regna.
Jam noua progénies celo demittitur alto.
Eneid.1. Et patrem loquētem ad filium. Nate mee vi
res mea magna potentia ſolus. Et poſt verba
ſaluatoris in cruce. Talia pſtábat mémorās:
fixúſq; manebat. Puerilia ſunt hec: ⁊ circu-
Eneid.2. latórum ludo ſimilia: docere quod ignores: i-
mo (vt cum ſtómacho loquar) nec hoc quidē
ſcire quod néſcias. ❡ Cap. VII.

Gen.i.c.ii Videlicet māifeſtiſſima
eſt géneſis in qua ꝺ cre-
atura mūdi: de exórdio
Gen.x.c.xi géneris humáni: de di-
Gen.46. uiſione terre: de confu-
ſione linguarum: de de-
ſcenſióne vſq; ad egý-
ptum ſcribitur hebreo-
rum. ❡ Patet éxodus
cum decem plagis: cū
decálogo: cum myſticis diuiniſq; preceptis.
❡ In promptu eſt leuiticus liber in quo ſín-
exo.9. le. u.12.20. gula ſacrificia: imo ſingule pene ſyllabe ⁊ ve-
ſtes aarón: ⁊ totus ordo leuiticus ſpirant celé-
ſtia ſacramenta. ❡ Numeri vero nonne toti-
us arithméthice: ⁊ prophetie balaám: ⁊ qua-
draginta duarum manſiónum per héremum
Nu.22.23. Nu.33. myſtéria cóntinent. ❡ Deuteronómium ve-
ro ſecunda lex: ⁊ euangélice legis prefigurá-
tio: nonne ſic ea habet que priora ſunt: vt ta-
men noua ſint omnia de veteribus? Hucuſ-
que moyſes: hucuſq; pentatéucus: quibus
quinq; verbis loqui ſe velle apoſtolus in ec-
1.cor.14.b cleſia gloriatur. ❡ Job exemplar patientie:
que non miſteria ſuo ſermone complectitur?
Proſa incipit: verſu labitur: pedeſtri ſermone
finitur: omneſq; leges dyalétice: propoſitiōe
aſſumptione: confirmatione: concluſione de-
terminat. Singula in eo verba plena ſunt ſen
ſibus. Et vt de ceteris ſileam: reſurrectionem
córporum ſic prophétat: vt nullus de ea mani
Job.19.b. feſtius ⁊ cautius ſcripſerit. Scio inquit ꝙ re-
demptor meus viuit: ⁊ in nouiſſimo die ꝺ ter
ra ſurrectur⁹ + ſum ⁊ rúrſum circúndabor pel
le mea: ⁊ in carne mea videbo deum: quē viſu
rus ſum egoipſe: ⁊ oculi mei cōſpecturi ſunt
⁊ non alius. Repoſita eſt hec ſpes mea in ſinu
meo. ❡ Veniam ad ieſum naué: qui typum
domini non ſolum in geſtis: verumetiā in no

mine préfert. Tránſit iordánem: hóſtium re- Ioſue.1 Joſ.7.
gna ſubuértit. diuidit terram victori pplo: ⁊
per ſingulas vrbes: vículos: montes: flumina: Joſ.14.
torréntes atq; cōfinia eccl'e: celeſtiſq; hierl'm
ſpūalia regna deſcribit. ❡ In iúdicum libro
quot principes ppl'i tot figure ſunt. ❡ Ruth
moabitis eſaie éxplet vaticiniū dicētis. Emit
te agnum domine dominatorem terre: de pe-
tra deſerti ad montem filie ſyon. ❡ Sámuel
in heli mortuo ⁊ in occiſione ſaúl véterem le- 1.Re.4.
gem abólitam monſtrat: porro in ſadóch atq;
dauid noui ſacerdotij nouiq; imperij ſacra-
menta teſtatur. ❡ Malachim .i. terti⁹ ⁊ quar 3.Re.1. 4.Re.
tus regum liber a ſalomóne vſq; ad iechoni- 3.Re.12
am: ⁊ a hieroboám filio nabáth vſq; ad oſeē 4.Re.17
qui ductus eſt in aſſyrios regnum iudā ⁊ re-
gnum deſcribit iſraél. Si hyſtóriam reſpicias:
verba ſimplicia ſunt: ſi in litteris ſenſum latē
tem inſpéxeris: eccleſie paúcitas ⁊ hereticorū
contra eccleſiam bella narrantur. ❡ Duóde-
cim prophete in vni⁹ voluminis anguſtias co
artári: multo aliud ꝙ̄ ſónant in littera pre-
figúrant. ❡ Oſeé crebro nominat effraim:
ſamáriam: ioſéph: iezraél: ⁊ vxorem fornicá- Oſee.1.
riam ⁊ fornicationis filios: ⁊ adúlteram cubí Oſee.2.
culo clauſā mariti: multo tempore ſedére vi Oſee.3.
duam: ⁊ ſub veſte lúgubri viri ad ſe réditum
preſtolári. ❡ Johél filius fatuél deſcribit ter-
ram + duodecim tribuum: erúca: brúcho lo- Joelis.
cúſta rubigine vaſtante conſumptam: ⁊ poſt
euerſionem prioris populi effúſum iri ſpiritū
ſanctum ſuper ſeruos dei ⁊ ancillas .i. ſuper cē-
tum viginti credéntium nomina: ⁊ effúſū iri
in cenáculo ſyón. Qui centum viginti ab vno
vſq; ad quindecim paulátim ⁊ per incremen-
ta ſurgentes: quindecim gráduum numerū
efficiunt qui in pſalterio miſtice cōtinentur.
❡ Amós paſtor ⁊ rúſticus ⁊ rubórum mora Amos
diſtríngens páucis verbis explicari nō poteſt.
Quis eniā digne éxprimat tria ⁊ quatuor ſcē
lera damáſci ⁊ gáze: ⁊ týri ⁊ idumée: ⁊ filio-
rum ammón ⁊ moáb: ⁊ in ſeptimo ⁊ octauo
gradu iúde ⁊ iſraél. Hic loquitur ad váccas Ibi.4
pingues que ſunt in ſamárie monte: ⁊ ruitú-
ram domum maiorem minoremq; teſtatur.
Ipſe cernit fictórem locúſte: ⁊ ſtantē dominū Ibi.6.
ſuper murum litum vel adamantinum ⁊ vnci ibi.7.
num pomorum attrahentē ſupplicia peccato ibi.8.
ribus: ⁊ famem in terra: non famē panis nec
ſitim aque: ſed audiendi verbum dei. ❡ Ab- Abdie.

dias qui interpretatur ſeruus domini perto-
nat contra edom: ⁊ ſanguineum terrenúm-
qꝫ fratrem: fratris quoqꝫ iacób ſemper ému- Jone.i.
lū haſta pércutit ſpiritali. ¶ Jónas pulchér-
rima columba naufragio ſuo paſſionem do-
mini prefigúrans: mundum ad penitentiam
reuocat: ⁊ ſub nomine niniue gentibus ſalu-
tem nūciat. ¶ Micheas de moraſthi cohéres Jone.2. Miche.5.
chriſti vaſtationem annunciat filie latronis: ⁊
obſidionem ponit contra eam: quia maxillā
percuſſerit iudicis iſraél. ¶ Naum conſola- Naum.3.
tor orbis increpat ciuitatem ſánguinū: ⁊ poſt
euerſionem illius loquitur. Ecce ſuper mon-
tes pedes euangeliçantis ⁊ annunciantis pa-
cem. ¶ Abacúc luctátor fortis ⁊ rigidus ſtat Abacu.1. Aba.2.a.
ſuper cuſtodiā ſuam: ⁊ figit gradum ſuper mu Ibidē.3.b
nitiónem vt chriſtum incruce contempleť: ⁊
dicat. Opéruit celos gloria eius: ⁊ laudis eiꝰ
plena eſt terra. Splendor eius vt lux erit: cór-
nua in manibus eius. Ibi abſcóndita eſt forti
tudo eius. ¶ Sophonias ſpeculator ⁊ arcanó
rum dei cógnitor áudit clamórem a porta pi-
ſcium: ⁊ eiulátum a ſecunda: ⁊ contritionem
a cóllibus. Indicit quoqꝫ vlulátum habitato-
ribus pile: quia conticuit omnis populus cha
naám: diſperſi ſunt vniuerſi qui inuolúti erát
argento. ¶ Aggeus feſtiuus ⁊ letus qui ſemi
nauit in lachrimis vt in gaudio meteret: de-
ſtructum templum edificat: deumqꝫ patré in
dúcit loquentem. Adhuc vnum modicúmqꝫ
⁊ ego cómouebo celum ⁊ terrā ⁊ mare ⁊ ári-
dam: ⁊ mouebo omnes gentes ⁊ veniet deſide
ratus cunctis gentibus. ¶ Zacharias memor
domini ſui multiplex in prophetia ieſúm veſti
bus ſórdidis indútum: ⁊ lámpadem oculorū
ſeptem: candélabrūqꝫ áureum cum tótidem
lucernis quot oculis: duas quoqꝫ oliuas a ſi-
niſtris lámpadis cérnit ⁊ a dextris: vt poſt e-
quos nigros rúfos vários ⁊ albos: ⁊ diſſipa-
tas quadrigas ex effraim ⁊ equum de hieruſa
lem páuperem regem vaticinétur: ⁊ prédicet
ſedentem ſuper pullum filium aſine ſubiugá-
lis. ¶ Malachias aperte ⁊ in fine omnium
prophetarum de abiectione iſraél ⁊ vocatione
gentium. Non eſt mihi ait voluntas in vobis:
dicit dominus exercituum: ⁊ munus non ſu-
ſcipiam de manu veſtra. Ab ortu eniꝫ ſolis vſ-
qꝫ ad occáſum magnum eſt nomen meuꝫ in
gentibus: ⁊ in omni loco ſacrificatur ⁊ offer-
tur nomini meo oblatio munda. ¶ Eſaiam:
hieremiam: ezechiél ⁊ daniél: quis poteſt ve
intelligere vel expónere. Quorum primus nó
prophetiam videtur mihi téxere ſed euangé- Hiere.i.a. Hiere.13
lium. ¶ Secundus virgam núceam ⁊ ollam a.ca.40.v
ſuccénſam a facie aquilonis: ⁊ párdum ſpo- qꝫ in fine
liatum ſuis colóribus ⁊ quádruplex diuerſis
metris néctit alphabétum. ¶ Tertius princi
pia ⁊ finem tantis habet obſcuritatibus inuo-
lúta: vt apud hebréos ipſe partes cuꝫ exórdio
geneſeos ante annos triginta non legantur.
¶ Quartus vero qui ⁊ extrémus inter. qua- Daniel.2.
tuor prophetas temporum cónſcius: ⁊ totius Ibidē.10.
mundi philohiſtóricus lápidem preciſum de xi.xij.
monte ſine manibus ⁊ regna omnia ſubuer- Ibidē.2.e.
tentem claro ſermone pronunciat. ¶ Dauid
ſimónides noſter píndarus ⁊ alchéus fláccus
quoqꝫ catúlus atqꝫ ſerénus chriſtum lyra pér
ſonat: ⁊ in decachordo pſaltério ab inferis ex
citat reſurgentem. Sálomon pacificus ⁊ ama In prouerbijs
bilis domini: mores córrigit: naturam docet: In eccleſiaſte
eccleſiam iungit ⁊ chriſtum: ſanctarumqꝫ nu- In canticis
ptiarum dulce canit epithalámium. ¶ He-
ſtér in eccleſie typo populum liberat de pericu Heſter.1
lo: ⁊ interfecto amán qui interpretatur iniqui
tas: partes conuiuij ⁊ diem célebrem mittit
in póſteros. ¶ Paralipomenón liber. i. iſtru-
menti véteris epitóme: tantus ac talis eſt: vt
abſqꝫ illo ſi quis ſcientiam ſcripturarum ſibi
volúerit arrogáre ſeipſum irrideat. Per ſín-
gula quippe nomina iuncturaſqꝫ verborum ⁊
pretermiſſe in regum libris tanguntur hiſtó-
rie: ⁊ innumerabiles explicantur euangelij q
ſtiones. ¶ Eſdras ⁊ Neemias: adiutor vicꝫ 1.Eſdre.3.
⁊ conſolator a domino: in vno volumine artá- Nee.3.vſ-
tur: inſtáurant templum: muros éxtruunt ci- qꝫ.ad.7.
uitatis: omniſqꝫ illa turba populi redeúntis in
patriam: ⁊ deſcriptio ſacerdotum leuitárum.
iſraél: proſelitórum: ac per ſingulas familias
murorum ac túrriū: opera diuiſa: aliud in cór
tice pferunt: aliud in medúlla rétinent. Cer-
nis me ſcripturarum amore ráptum: excéſſiſ-
ſe modum epiſtole: ⁊ tamen non impleſſe qđ
volui. Audiuimus tantum quid noſſe qđ cú-
pere debeamus: vt ⁊ nos quoqꝫ poſſimus dice-
re. Concupiuit anima mea deſiderare iuſtifi- ps.118.
cationes tuas in omni tempore. Ceterum il-
lud ſocráticum impletur in nobis. Hoc tan-
tum ſcio quod neſcio. ¶ Tangam ⁊ nouum
bréuiter teſtamentum. ¶ Matheus: Marcꝰ:
Lucas ⁊ Johannes: quadriga domini ⁊ verū Ezec.1.d

cherub quod interpretatur ſcientie plenitudo
per totum corpus oculati ſunt: ſcintille emi-
Eze.i.b cant: diſcurrunt fulgura: pedes habent rectos:
& in ſublime tendentes: terga pennata & vbi-
qꝫ volantia tenent ſe mutuo: ſibiqꝫ pplexi ſūt:
& quaſi rota in rotam voluuntur & pergūt: quo
cunqꝫ eos flatus ſpiritusſancti perduxerit.
¶ Paulus apoſtolus ad ſeptem ſcribit eccle-
ſias: octaua enim ad hebreos a pleriſqꝫ extra
numerum ponitur. Tymotheum inſtruit ac
Tytum & Philemonem pro fugitiuo famu-
lo deprecatur: ſuper quo melius tacere puto:
qꝫ pauca ſcribere. ¶ Actus apoſtolorum nu-
dam quidem videntur ſonare hiſtoriā: & na-
Col.4. 2.Cor.8. ſcentis eccleſie infantiam texere: ſed ſi noue-
rimus ſcriptorem eorum lucam eſſe medicū
cuius laus eſt in euangelio: animaduertimus
pariter omnia verba illius anime languentis
eſſe medicinam: ¶ Jacobus: petrus ioannes
iudas ſeptem epiſtolas ediderunt: tam myſti-
cas qꝫ ſuccinctas & breues pariter ac longas:
breues in verbis longas in ſententijs: vt rarus
ſit qui non in earū cecutiat lectione. ¶ Apo-
calypſis iohannis tot habet ſacramenta quot
verba. Parum dixi: & pro merito voluminis
laus oīs īferior ē. In verbis ſingulis multipli-
Eccl. 50. i fine. ces latēt intelligētie Oro te fr̄ chariſſime inter
hec viuere: iſta meditari: nihil aliud noſſe: ni-
hil aliud querere: Nōne vr̄ tibi iā hic in ter-
ris regni celeſtis habitaculū? Nolo vt offenda
ris in ſcripturis ſanctis ſimplicitate & quaſi vi-
litate verborum que vel vitio interpretum vel
de induſtria ſic prolate ſunt: vt ruſticam con-
tionem facilius inſtruerent: & in vna eadem-
qꝫ ſententia aliter doctus: aliter ſentiret indo-
ctus. Non ſum tam petulans & hebes vt hec
me noſſe pollicear: & eorum fructus capere in
terra quorum radices in celo fixe ſunt: ſed ✠
al's ✠ Vel le me late e ſed eni tuus pfite or. velle fateor: ſedenti me prefero: magiſtrū re-
nuens comitē ſpondeo. Petenti datur: pul-
ſanti aperitur: querens inuenit. Diſcamus in
Mat.7.b. terris: quorū ſcientia nobis perſeueret in ce-
Luce.11.b. lo. Obuijs te manibus excipiam: & vt inepte
aliquid ac de hermagore tumiditate effundam
hermago ras quicquid queſieris tecum ſcire conabor. Ha-
bes hic amantiſſimum tui frēm euſebiū qui
litterarum tuarum mihi gratiam duplicauit
referens honeſtatem morum tuorū: contem-
ptum ſeculi: fidem amicicie: amorem chriſti
Nam prudentiam & eloquij venuſtatem: etiā

abſqꝫ illo ipſa epiſtola pferebat. Feſtina que-
ſo te: & herenti in ſalo nauicule funem magis
preſcinde qꝫ ſolue. ¶ Ca.VIII.

Nemo renūciaturus ſe-
culo bene poteſt ven-
dere, que contempſit
vt venderet. Quicqđ
in ſumptus de tuo tu-
leris pro lucro compu-
ta. Antiquum dictum
eſt. Auaro deeſt tam
quod habet qꝫ qđ non
habet. Credenti totus
mundus diuitiarum
eſt. Infidelis autem etiam obolo indiget. Sic
viuamus quaſi nil habentes: & omnia poſſide-
tes. Victus atqꝫ veſtitus diuitie chriſtianorū 2.Cor.
ſunt. Si habes in poteſtate rem tuam vende: ſi
non habes proijce. Tollenti tunicam: & pal-
lium relinquendum eſt. Scilicet niſi tu ſem- Mat.19
per recraſtinans: & diem de die trahens caute
& pedetentim tuas poſſeſſiunculas vendideris
non hꝫ chriſtus vn̄ alat pauperes ſuos. Totū
deo dedit qui ſe obtulit. Apoſtoli tantum na- Ibidē.
uem & rhetia reliquerunt. Vidua duo era mi- Mar.12.
ſit in gazophylatium: & prefertur creſi diui- Luce.21.
tijs. Facile contemnit omnia qui ſe ſemper co-
gitat eſſe moriturum.

¶ Explicit epiſtola beati Hieronymi preſby-
teri ad Paulinum preſbyterum.

¶ Incipit prefatio ſancti hieronymi preſby-
teri in Pentateuchum moyſi.



Deſide-
rij mei deſide-
ratas accepi
epiſtolas: qui
quodam pre-
ſagio futurorū
cū daniele ſor-
titus eſt nomē:
obſecrātis vt
tranſlatum in
latinā linguā
de hebreo ſer-
mone pentha-
teucū noſtro-
rum auribus
traderem. Pe

riculoſum opus certe ⁊ obtrectatórum meorum latrátibus pátens: qui me áſſerunt in ſeptuaginta intérpretuȝ ſugillatiónem noua ꝓ veteribus cúdere: ⁊ ita ingenium quaſi vinum probantes: cum ego ſepiſſime teſtatus ſim me pro ✝ virili portióne í tabernáculo dei offérre que poſſim: nec opes altérius aliorum paupertate ſedári. Quod vt auderem origénis me ſtudium prouocauit qui editióni antique tranſlationem theodotiónis miſcuit aſterico ⁊ obelo. i. ſtella ⁊ veru omne opus diſtinguens: dum aut illuceſcere facit que minus ante fúerant: aut ſuperflua queq; iugulat ⁊ cōfódit: ⁊ maxime que euangeliſtarum ⁊ apoſtolorum autoritas promulgauit. In quibus multa de véteri teſtaméto legimus que in noſtris codicibus non habentur. Ut eſt illud. Ex egypto vocaui filium meum. Et quoniam naȝareus vocábitur: ⁊ videbunt in quem compunxérunt: ⁊ flumina de ventre eius flúent aque viue: ⁊ que nec oculus vidit nec áuris audíuit: nec in cor hominis aſcendit que preparauit deus diligentibꝰ ſe: ⁊ multa alia que proprium ſyntágma deſiderant. Interrogémus ergo eos vbi hec ſcripta ſunt: ⁊ cum dicere nō potúerint de libris hebráycis proferámꝰ. Primum teſtimonium eſt in Oſeé: ſecundum in Eſaya: tertium in Zacharia: quartuȝ in Prouerbijs: quintum eque in Eſaia: quod multi ignorantes apocriphórum deliraménta ſectátur: ⁊ hiberas nénias libris auténticis préferunt. Cauſas erróris non eſt meum expónere Iudei prudénti factuȝ dicunt eſſe conſilio: ne ptolemeus vnius dei cultor etiam apud hebréos dúplicem diuinitátem dephénderet. Qđ maxime idcirco faciebant: qꝛ in platónis dógma cádere videbatur. Deniq; vbicunq; ſacratum aliquid ſcriptura teſtatur de patre ⁊ filio ⁊ ſpirituſancto: aut aliter interpretati ſunt: aut omnino tacuérunt: vt ⁊ regi ſatiſfácerent ⁊ arcanum fidei non vulgárent. Et neſcio quis ꝓmus autor ſeptuaginta cellulas alexádrie mēdacio ſuo extrúxerit: quibus diuiſi: eadē ſcriptitárint: cum ariſteus eiuſdem ptolemei hyperaſpiſtes ⁊ ✝ non multo poſt tempore Ióſephus nihil tale retúlerint: ſed in vna baſilica congregatos contuliſſe ſcribant: non prophetáſſe. Aliud eſt enim eſſe vátem: aliud eſt eſſe intérpretē. Ibi ſpiritus ventura predicit: hic eruditio ⁊ verboꝝ cópia ea que intélligit trāſfert. Niſi forte putandus eſt tullius económicum xenofontis: ⁊ platónis pythágoram: ⁊ demoſthenis pro cteſifónte afflátus rethórico ſpiritu tranſtuliſſe. Aut aliter de eiſdem libris per ſeptuaginta intérpretes: aliter per apoſtolos ſpirituſſanctus teſtimónia texuit: vt quod illi tacuérunt: hij ſcriptum eſſe mentiti ſunt. Quid igitur? Damnamꝰ véteres? Minime. Sed poſt priorum ſtudia in domo domini qđ póſſumus laborámus. Illi interpretati ſunt ante aduentum xpi: ⁊ quod neſciébant dúbiis ꝓtulére ſenténtijs: nos poſt paſſionem ⁊ reſurrectionem eius: non tam prophetiam ꝙ hiſtóriam ſcribimus. Aliter enim audita: aliter viſa narrantur. Quod melius intelligimus: mélius ⁊ proférimus. Audi igitur émule: obtrectátor auſcúlta. Non damno: non reprehēdo ſeptuaginta: ſed ꝯfidenter cunctis illis apoſtolos préfero. Per iſtorū os mihi xp̄s ſónat: quos ante prophetas iter ſpiritália chariſmata póſitos lego: in quibus últimum pené gradum intérpretes tenent. Quid liuóre torquéris? Quid imperitoꝝ animos contra me cōcitas? Sicubi in tranſlatione tibi videor erráre: intérroga hebréos: diuerſarum vrbiū magiſtros conſule. Quod illi habent de xp̄o: tui códices non habent. Aliud eſt ſi contra ſe poſtea ab apoſtolis vſurpáta teſtimóia probauérunt: ⁊ emendatióra ſunt exemplária latina ꝙ gréca: gréca ꝙ hebráyca. Uerum hec contra inuidos. Nunc te déprecor deſidéri chariſſime: vt qꝛ me tantum opus ſubire feciſti ⁊ a géneſi exórdiuȝ cápere orationibꝰ iúues: quo poſſim eódem ſpiritu quo ſcripti ſunt libri in latínum eos transférre ſermónem.

ale ✝ non ſupereſt

1. cor. 12

¶ Explicit Prefatio.


DI VNO
DI·SE GVND
DI·TERZO
DI·QVARTO
DI·QVINTO
DI·SESTO

¶ Incipit liber Geneſis qui dici
tur hebraice breſith.

¶ Capituli ſummarium. ¶ Die
primo facta eſt lux: die ſcdo factũ
eſt celum: die tertio factum eſt ma
re ⁊ terra: die quarto ſol ⁊ luna ⁊
ſtelle: qnto reptantia maris ⁊ vo
latilia: ſexto iumenta: ſerpentes:
beſtie ⁊ homo. ¶ Capitulum. I.



IN principio cre
auit deus celum ⁊ terram. Ter
ra autem erat inanis ⁊ vacua:
⁊ tenebre erãt ſuper faciẽ abyſſi:
⁊ ſpiritus + dñi ferebatur ſu
per aquas. Dixitqȝ deꝰ. Fiat lux. Et facta ẽ lux.
Et vidit deus lucem ꝙ eſſet bona: ⁊ diuiſit +
lucem a tenebris: appellauitqȝ lucem diem: ⁊
tenebras noctem. Factumqȝ eſt veſpere ⁊ ma
ne dies vnus. Dixit quoqȝ deus. Fiat firmamẽ
tum in medio aquarum: ⁊ diuidat aquas ab
aquis. Et fecit deus firmamentũ: diuiſitqȝ aq̃s
que erant ſub firmamento ab his que erant
ſuper firmamentũ. Et factũ eſt ita. Uocauitqȝ
deus firmamentũ celũ. Et factum eſt veſpere
⁊ mane dies ſcd̃s. Dixit vero deus. Cõgregen
tur aque que ſub celo ſunt in locũ vnum: ⁊ ap
pareat arida. Et fcm̃ eſt ita. Et vocauit deꝰ ari
dam terrã: congregationeſqȝ aquaꝝ appellã
uit maria. Et vidit deus ꝙ eſſet bonum: ⁊ ait.
Germinet terra herbã virentem ⁊ + facien
tem ſemen: ⁊ lignũ pomiferꝰ faciens fructum
iuxta genus ſuũ: cuius ſemen in ſemetipſo ſit
ſuper terrã. Et factum eſt ita. Et protulit terra
herbã virentem ⁊ facientem ſemen iuxta ge
nus ſuum: lignũqȝ faciens fructũ: ⁊ habẽs
vnumquodqȝ ſementem ſcḋm ſpeciem ſuã. Et
vidit deus ꝙ eſſet bonũ. Et factum eſt veſpere
⁊ mane dies tertius. Dixit aũt deus. Fiant
luminaria in firmamẽto celi: ⁊ diuidant diem
ac noctẽ: ⁊ ſint in ſigna ⁊ tempora ⁊ dies ⁊ an
nos: vt luceant in firmamento celi: ⁊ illumi
nent terrã. Et factum eſt ita. Fecitqȝ deus duo
luminaria magna: luminare maius vt preeſ
ſet diei: ⁊ luminare minus vt preeſſet nocti: ⁊
ſtellas. Et poſuit eas + in firmamento celi: vt
lucerent ſup terram: ⁊ preeſſent diei ac nocti:
⁊ diuiderent lucẽ ac tenebras. Et vidit deus ꝙ
eſſet bonũ. Et factum eſt veſpere ⁊ mane dies
quartus. Dixit et deus. Producant aque repti
le aie viuentis: ⁊ volatile ſuper terrã: ſub fir
mamento celi. Creauitqȝ deus cete grandia: ⁊
oẽm animam viuentem atqȝ motabilẽ quã
produxerant aque in ſpecies ſuas: ⁊ oẽ volati
le ſcḋm genus ſuũ. Et vidit deus ꝙ eſſet bonũ:
benedixitqȝ eis: dicens. Creſcite ⁊ multipli
camini ⁊ replete aquas maris: auesqȝ multi
plicentur ſup terram. Et factum eſt veſpere ⁊
mane dies quintus. Dixit quoqȝ deus. Pro
ducat terra aiam viuentem in genere ſuo: iu
menta ⁊ reptilia ⁊ beſtias terre ſcḋm ſpecies ſu
as. Factumqȝ eſt ita. Et fecit deus beſtias ter
re iuxta ſpecies ſuas: iumenta ⁊ omne reptile
terre in genere ſuo. Et vidit deus ꝙ eſſet bonũ
⁊ ait. Faciamus hoiem ad imaginẽ ⁊ ſimili
tudinem nr̃am: ⁊ preſit piſcibus maris ⁊ vo
latilibus celi ⁊ beſtijs: vniuerſeqȝ + terre: om
niqȝ reptili qđ mouetur in terra. Et creauit de
us hoiem ad imaginem + ⁊ ſimilitudinem ſu
am: ad imaginem dei creauit illũ: maſculum
⁊ feminã creauit eos. Benedixitqȝ illis deus:
⁊ ait. Creſcite ⁊ mltiplicamini ⁊ replete ter
ram ⁊ ſubiicite eã: ⁊ dominamini piſcibꝰ ma
ris ⁊ volatilibus celi: ⁊ vniuerſis animantibꝰ
que mouentur ſup terram. Dixitqȝ deus. Ec
ce dedi vobis oẽm herbam afferentem ſemen
ſuper terrã: ⁊ vniuerſa ligna que habent in ſe
metipſis ſementem generis ſui: vt ſint vobis
in eſcã ⁊ cunctis animãtibus terre: omniqȝ
volucri celi ⁊ vniuerſis que mouenꝰ in terra:
⁊ in quibus eſt aia viuens: vt habeant ad ve

¶ Dies. i. A
Heb. xi.
Hebre. i. c.
Eccle. 18. a
Hebre. 11. a
Hier. 10. b
3. q. 5.
Ad ergo.
Als + dei
Als + deꝰ
⁊ generauit q̃ cõ
nus. b.
⁊ ge facite
ꝛ. i. panis
in altari
¶ Dies. ij
di. 75. qđ
in die. i. ſ.
de ſi. tri.
ca. i. l. b. ſi
mul.
de pe. di. 2.
carius.
¶ Dies. iij

Als + ferẽtem.
B
Dies. iiij.
Pſ. 134.
De mãio.
⁊ obe. ca. ſo
lite.
Als habet + eas.
¶ Dies. v.
C
Infra co. 8.
¶ Dies. vj
35. di. ca.
ſexto die
Infra. 5. a.
ſapie. 2. d.
ſapie. 10. a.
eccli. 17. a.
Mar. 10. a
de pe. di.
principes
Als + crea
ture.
D
Als n
ponit + ⁊
ſimilitudinẽ
40. di. Il
lud. 55. di
ſin. naſci
S. di. ejici
ens. in ſi.
12. q. q. qui
abſtulerit
33. q. 5. hec
imago.
Infra. 5. co. c.
infra. 8. c.
infra. 9. a.
32. q. 4. di.
nt. s. lau
dauerat.
di. 26. ca. de
inde. s. in
paradiſo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſcé ndum. Et factum eſt ita. Viditqꝫ deus cun
cta q̄ fecerat: ⁊ erāt valde bona. // Et factū eſt
veſpere ⁊ mane dies ſextus.
¶ Ca. Sū. ¶ Die ſeptio requieuit deus opere
ↄſummato: ⁊ bn̄dixit diei ſeptime. De para-
diſo terreſtri ⁊ ei⁹ fluminibus: Et de precepto
non comedendi de ligno ſcientie boni ⁊ mali
Et q̄uo adam ipoſuit nomina oībus animali
bus: Et de formatione eue. ¶ II

IGitur pfecti ſūt celi ⁊ terra: ⁊
oīs ornatus eoꝝ. Compleuitqꝫ
deus die ſeptio opus ſuū quod
fecerat: ⁊ requieuit die ſeptimo
ab + vniuerſo ope quod patra-
rat. // Et bn̄dixit diei ſeptimo ⁊
ſcificauit illū: q2 in ipſo ceſſauerat ab oī ope
re ſuo qđ creauit deus vt faceret. Iſte ſūt gña
tiones celi ⁊ terre qñ create ſunt in die q̄ fe-
cit deus celū ⁊ terrā: ⁊ omne virgultum agri
anteq̄ꝫ oriretur in terra: omnémqꝫ herbā re-
gionis priuſq̄ꝫ germinaret. Non eni pluerat
dn̄s deus ſup terram ⁊ hō non erat q operare
tur terrā: ſed fons aſcēdebat e terra irrigans
vniuerſaꝫ + ſupficiē terre. // Formauit igitur
dn̄s deus hoiem de limo tre: ⁊ inſpirauit in fa
ciem ei⁹ ſpiraculuꝫ vite: ⁊ fcūs eſt hō in aīam
viuentē. Plantauerat aūt dn̄s deus padiſum
voluptatis a pncipio: in quo poſuit hoiēꝫ quē
formauerat: Produxitqꝫ dn̄s de⁹ de humo oē
lignū pulcrū viſu: ⁊ ad veſcendū ſuaue: lignū
ēt vite i medio paradiſi: lignūmqꝫ ſcie boni ⁊
mali. Et fluui⁹ egrediebat de loco voluptatis
ad irrigandū paradiſuꝫ: q inde diuidit in q̄t
tuor capita: Nomen vni phiſon. // Ipſe eſt q
circumit oēm terrā euilath: vbi naſcit auꝝ: ⁊
auꝝ terre illi⁹ optimum eſt. Ibiqꝫ inuenitur
bdelliū: ⁊ lapis onychin⁹. Et nomē fluuij ſcdi
gyon. Ipſe eſt: q circuit oēm terrā ethyopie:
Nomē vero fluminis tertij tygris. Ipſe vadit
ↄtra aſſyrios. Fluui⁹ autem q̄rtus ipſe eſt eu-
frates. Tulit ergo dn̄s deus hoiēꝫ: ⁊ poſuit eū
in paradiſum voluptatis vt operaret ⁊ cuſtodi
ret illū. Precepitqꝫ ei dicēs. Ex oī ligno para
diſi comede: de ligno aūt ſcientie boni ⁊ ma
li ne comedas. In q̄cūqꝫ eniꝫ die comederis
ex eo: morte morieris. Dixit quoqꝫ dn̄s deus.
// Nō eſt bonū hoiēꝫ eſſe ſolū: faciamus ei ad
iutorium ſile ſibi. Formatis igitur dn̄s deus de
humo cūctis animātibus terre ⁊ vniuerſis vo
latilib⁹ celi: addūxit ea ad adam vt videret
qd vocaret ea. Oē enim qđ vocauit adam aīe
viuētis ipſum eſt nomē eius. Appellauitqꝫ a-
dam noībus ſuis cūcta aīantia ⁊ vniuerſa vo
latilia celi: ⁊ oēs beſtias terre. Ade vo non i
ueniebat adiutoꝛ ſilis ei⁹. Immiſitqꝫ dn̄s de-
us ſoporem in adaꝫ. Cūqꝫ obdormiſſet: tulit
vnā de coſtis ei⁹: ⁊ repleuit carnē p ea. Et edi
ficauit dn̄s de⁹ coſtā quā tulerat de adaꝫ i mu
lierē: ⁊ addūxit eā ad adam. Dixitqꝫ adam.
Hoc nūc os ex oſſib⁹ meis: ⁊ caro d carne mea
// Hec vocabit virago: qm̄ de viro ſumpta eſt.
Quaobrē relinqt hō pꝛeꝫ ſuū ⁊ mr̄eꝫ ⁊ adhe
rebit vxori ſue: ⁊ erūt duo i carne vna. erat aūt
vterqꝫ nud⁹: adaꝫ ſcꝫ ⁊ vxoꝛ ei⁹ ⁊ n̄ erubeſcebāt.



Margin notes (left): 8 reſl. 19. c. mar. 7. D. 24. q. 3. q. di. 3. ꝯ. ſo. riani. 22. q. 5. i. nū ptie. / 35. di. ſcꝫ. io. dic. in ſan. / Di. 5. vij. / N° De ferijs. ca. licet. Mᵒ + oi / Exo. 20. c. b. Hebr. 4. b. I. Uc. 8. b. Eſa. 10. a. 24. q. 5. c. / Di. 5. ca. ſ. 32. q. 2. ino vica. De conſe. diſt. i. bi duo / Di. 11. eccleſiarum / B. Mᵒ + fa. ciem / Di. 40. Il lud. Di. 15. ca. De conſe. di. 4. eccle ſia paradi. / D

Margin notes (right): Eccl. 24. C 11. q. 3. ſed nemo. ſ. euidēter. / Eccl. 17. a / 30. q. i. ſi limita 34. q. i. / 26. di. de / 31. q. i. / 32. q. 2. / D / 33. q. 5. / imago / vnico / Illud / De viuen tijs gau deam / 27. q. ſ. / Ephe. 5. / 33. q. 2. / De biga mis / adam

¶ Ca. iii. ¶ De tentatione et tranſgreſſione adã et eue. Et maledictione et eiectione. ¶ III

A Sed et ſerpens erat callidior cunctis animantibus terre que fecerat dominus deus. Qui dixit ad mulierem. Cur precépit vobis deus vt non comederétis ex omni ligno paradiſi? Cui reſpondit mulier. De fructu lignorum que ſunt in paradiſo véſcimur: de fructu vero ligni quod eſt in medio paradiſi precépit nobis deus ne comederémus: et ne tangerémus illud ne forte moriámur. Dixit autem ſérpens ad muliérem. Nequaq̃ morte moriémini. Scit enim deus q̄ in quocũq; die comedéritis ex

B eo: aperientur oculi vĩi: et éritis ſicut dĩj ſcientes bonum et malũ. Uidit igit̃ mulier q̄ bonũ eſſet lignũ ad veſcéndũ et púlchruʒ oculis: aſpectúq; delectábile: et tulit de fructu illius et comédit: deditq; viro ſuo. Qui comédit. Et apti ſunt oculi ambor. Cũq; cognouiſſent ſe eſſe nudos: cõſuérunt folia ficus et fecerũt ſibi periçómata. Et cũ audiſſent vocem domini dei deambulantis in paradiſo: ad auram poſt meridiem: abſcõdit ſe adám et vxor eius a facie domini dei in medio ligni paradiſi. Uocauitq; dominus deus adám: et dixit ei. Ubi es? Qui ait Uocẽ tuam domine audiui in paradiſo: et timui eo q̄ nudus eẽm: et abſcõdi me. Cui dixit dominus. Quis enĩ indicáuit tibi q̄ nudus eẽs: niſi q̄ ex ligno de q̄ preceperã tibi ne comédéres comediſti? Dixitq; adám. Mulier quã dediſti mihi ſociã dedit mihi de ligno: et comédi. Et dixit dominus deus ad mulieré. Quare

C hoc feciſti? Que reſpõdit. Serpẽs decépit me: et comédi. Et ait dñs ad ſerpenté. Quia feciſti hoc: maledictus es inter oĩa animantia et beſtias terre. Sup pectus tuũ gradiéris: et terrã cómedes cũctis diebus vite tue. Inimicitias ponã inter te et mulieré: et ſémen tuũ et ſémẽ illius. Ipſa cónteret caput tuũ: et tu inſidiáberis calcáneo eius. Mulieri quoq; dixit. Multiplicabo erúmnas tuas et cõcéptus tuos. In dolore páries filios: et ſub viri poteſtate eris: et ipſe dñabitur tibi. Ade vo dixit. Quia audiſti vocẽ vxoris tue: et comediſti de ligno ex quo pcéperam tibi ne coméderes: maledicta terra in ope tuo. In laboribus cómedes ex ea cunctis diebus vite tue. Spinas et tribulos germinábit tibi: et cómedes herbas terre. In ſudóre

D vultus tui veſcéris pane tuo: donec reuertáris in terraʒ de qua ſumptus es: q̄r puluis es et in púluerẽ reuertéris. Et vocauit adám nomen vxoris ſue éua: eo q̄ mr̃ eſſet cũctor viuéntium. Fecit q̄ʒ dñs deus áde et vxori eius túnicas pelliceas: et induit eos: et ait. Ecce adám q̄ſi vnꝰ ex nobis factꝰ eſt: ſciẽs bonũ et malũ. Nunc ergo ne forte mittat manũ ſuã et ſúmat etiã de ligno vite et cómedat: et viuat in eternum. Emiſit eũ dñs deus de paradiſo voluptatis: vt oparetur terram de qua ſumptus eſt. Eiecitq; adám: et collocauit ante paradiſum voluptatis cherubin et flámmeum gládium atq; verſatileʒ ad cuſtodiendam viam ligni vite.

¶ Ca. iiii. ¶ De gñatiõe abel et chayn: et fratricidio: de maledictione chayn: et de filijs eiꝰ vſq; ad lamech: et gñatione ſeth vſq; ad noe et quantuʒ vixit: et qñ mortuus. ¶ IIII

rium tabernaculi et in tectum federis iuſſa
ſunt fieri. Veſtes quoq; quibus ſacerdotes
vtunt in ſanctuario aaron ſcilicet et filij eius
obtulerunt filij iſrael: ſicut preceperat domi-
nus. Que poſtq; moyſes cuncta vidit com-
pleta: benedixit eis.

¶ Ca. xl. ¶ Precepit dñs vt erigat taber-
naculum: et omnia vnctionis oleo ɔſecrentur
qđ fit menſe p̄mo: anni ſecundi: que poſtq;
locuti ſunt nubes operit tabernaculũ que in-
cubit tabernaculo per diē: et ignis p noctē: qñ
nubes deſerit tabernaculũ pficiſcunt. ¶ XL

A Locutuſq; eſt dñs ad moyſen di-
cens. Menſe p̄mo: prima die
menſis eriges tabernaculum
teſtimonij: et pones in eo arcã
dimitteſq; ante illam velũ: et il
lata menſa pones ſup eã que
rite precepta ſunt. Candelabrũ ſtabit cũ lu-
cernis ſuis: et altare aureũ in quo adolet in-
cenſum corã arca teſtimonij. Tentoriũ in in-
troitu tabernaculi teſtimonij pones: et ante il
lud altare holocauſti. Labrũ inter altare et ta
bernaculũ: quod implebis aqua. Circun-
dabiſq; atrium tentoriis: et ingreſſum eius.
Et aſſumpto vnctionis oleo: vnges taberna-
B culum cum vaſis ſuis vt ſanctificentur alta-
re holocauſti et omnia vaſa eius: labrum cũ
baſi ſua. Omnia vnctionis oleo conſecrabis Sup. 30.
vt ſint ſancta ſanctorum. Applicabiſq; aaron
et filios eius ad fores tabernaculi teſtimonij:
et lotos aqua indues ſanctis veſtibus vt mini
ſtrent mihi: et vnctio eorum in ſacerdotium
ſempiternum proficiat. Fecitq; moyſes o- Nũe. 7. a
mnia que preceperat dominus. Igitur men-
ſe primo anni ſecundi: prima die menſis: col
locatum eſt tabernaculum. Erexitq; moyſes
illud et poſuit tabulas: ac baſes: et vectes: ſta-
tuitq; columnas et expandit tectum ſuper ta-
bernaculum: impoſito deſuper operimento:
ſicut dominus imperauerat. Poſuit et teſti-
monium in arca ſubditis infra vectibus: et
oraculum deſuper. Cumq; intuliſſet arcam C
in tabernaculum teſtimonij: appendit ante
eam velum vt expleret domini iuſſionem.
Poſuit et menſam in tabernaculo teſtimo-
nij ad plagam ſeptentrionalem extra velum:
ordinatis corã propoſitionis panibus: ſicut
preceperat dominus moyſi. Poſuit et candela
brum in tabernaculo teſtimonij e regione
menſe in parte auſtrali: locatis per ordinem
lucernis iuxta preceptum domini. Poſuit et
altare aureum ſub tecto teſtimonij contra ve-
lum et adoleuit ſuper eo incenſum aroma-
tum ſicut iuſſerat dominus moyſi. Poſuit
et tentorium in introitu tabernaculi teſtimo-
nij: et altare holocauſti in veſtibulo teſtimonij D
offerens in eo holocauſtum et ſacrificia: vt Sup. 30.
domin9 imperauerat. Labrũ quoq; ſtatuit
inter tabernaculũ teſtimonij et altare: implēs
illud aqua. Laueruntq; i eo moyſes et aaron
ac filij eius manus ſuas et pedes: cum ingre-
derentur tectum federis et accederent ad alta
re: ſicut preceperat dominus moyſi. Erexit
et atrium per gyrum tabernaculi: et altaris:
ducto in introitu eius tētorio. Poſtq; oia Nũe. 9. c
perfecta ſunt: operuit nubes tabernaculum
teſtimonij: et gloria domini impleuit illud.
Nec poterat moyſes ingredi tectum federis
nube operiente omnia et maieſtate domini
coruſcante: quia cuncta nubes operuerat.
Si quando nubes tabernaculum deſerebat:
proficiſcebantur filij iſrael per turmas ſuas.
Si pendebat deſuper: manebat in eodem
loco. nubes quippe domini incumbebat per
diem tabernaculo: et ignis in nocte: viden-
tibus cunctis populis iſrael per cunctas mã
ſiones ſuas.

¶ Explicit liber Exodi.



C Incipit vaijkra: ideſt liber Leuiticus.

C Ca. Sũ. C De ritu holocauſtoꝝ quõ de armẽto fit oblatio: quomodo de pecoꝛibus quomodo de auibus. C Cap. I

A VOcauit autem móyſen: ⁊ locutus eſt ei dominus de tabernaculo teſtimonij: dicés. Lóquere filijs iſraél: et dices ad eos. Homo qui obtulerit ex vobis hoſtiam domino de pecoꝛibus id eſt de bobus et ouibus: offerens victimas: ſi holocáuſtum fuerit eius oblatio: ac de armen-
B to: maſculum immaculátum offeret ad óſtium tabernaculi teſtimonij ad placandũ
Exo. 29. b. infra 3. a. ⁊ infra 4. a. ſibi dominum. / Ponetqꝫ ſuper caput hoſtie manus: et acceptábilis erit: atqꝫ in expiatione eius pꝛoficiens: immolabitqꝫ vitulum coꝛam domino et ófferent filij aaron ſácerdótis ſanguinem eius: fundentes per altaris circuitum quod eſt ante óſtium tabernaculi. Dectractáqꝫ pélle hoſtie: ártus in fruſta concident: et ſubijcient in altari ignem: ſtrúe lignoꝛum ante compóſita: et membꝛa que ſunt céſa déſuper oꝛdinántes: caput videlicet et cuncta que adhérent iécoꝛi: inteſtinis ⁊ pédibus lotis aqua: adolebitqꝫ ea ſacerdos ſuper altare in holocáuſtum // et ſuáuem odóꝛem domino. Q; ſi de pecóꝛibus oblátio eſt: de ouibus' ſiue de capꝛis holocáuſtum: agnum anniculum et abſqꝫ macula ófferet: immolabitqꝫ ad latus altaris qđ réſpicit ad aquilonem coꝛam domino. Sanguinem vero illius fúndent ſuper altare filij aarón per circuitum. Diuidéntqꝫ membꝛa: caput et omnia que adhérent iécoꝛi: et impónent ſuper ligna quibus ſubijciendus eſt ignis. Inteſtina vero et pedes lauabunt aqua: et obláta omnia adolebit ſacerdos ſuper altare in holocáuſtum et odóꝛem ſuauiſſimum
D domíno. Sin autem de auibus holocáuſti oblatio fuerit domino: de turturibus et púllis colúmbe: offeret eam ſacerdos ad altare: et retoꝛto ad collum cápite ac rupto vulneris loco: decúrrere faciet ſanguinem ſuper crepidinem altáris: veſiculã vero gutturis ⁊ plúmas pꝛoijciet pꝛope altare ad oꝛientalem plagam: in loco in quo cineres effúdi ſolént. Confringétqꝫ aſcéllas eiꝰ: ⁊ non ſecábit: neqꝫ férro diuidet eam: et adolébit ſuper altare lignis igne ſuppoſito. holocáuſtum eſt et oblátio ſuauiſſimi odóris domino.

de cõ. di. 4 ca. i. i glo - di. 2. ca. nõ ep3
E
De penĩ. di. i. ca. libet ibi i lege ſacrificium. infra co.

C Ca. Sũ. C De oblatione ſacrificioꝛum: de ſimila decocta in clibano cum craticula abſqꝫ melle: de adiectione ſalis: de primitijs torrendis. C II

A Nima cuz obtúlerit oblatióné
ſacrificij dño: ſimila erit eius
oblátio. Fúdétqz ſup eá oleuz
ꝛ ponet thus: ac deferet ad
filios aarón ſacerdótis. Quoꝝ
vnᵘ tollet pugillũ plenũ ſimile
ꝛ ólei ac totũ thus ꝛ ponet memoriále ſuper
altare in odoꝛé ſuauiſſimũ dñs. Quod aũt ré
liquũ fuerit de ſacrificio: erit aaron ꝛ filioꝝ
B eius: ſanctũ ſanctoꝝ de oblationibᵘ dñi. Cuz
aũt obtúleris ſacrificiũ coctũ in clibano de ſi
mila: panes ſcilicet abſqz ferménto ꝯſpérſos
óleo: ꝛ lágana áçima óleo lita: ſi oblatio tua
fuerit de ſartágine ſimile ꝯſpérſe óleo ꝛ abſ
qz ferménto: diuides eá minutátim ꝛ fundes
ſup eá oleũ. Si aũt de craticula fúerit ſacrifi
ciũ éque ſimila óleo cõſpergẽt: quã offerens
C dño trádes manibᵘ ſacerdotis. Qui cũ obtú
lerit eá: tollet memoriále de ſacrificio: ꝛ ado
lébit ſup altare in odoꝛé ſuauitatis dño. Quic
quid aũt reliquũ eſt: erit aarón ꝛ filioꝝ eius:
ſanctũ ſanctoꝝ de oblationibᵘ dñi. Omnis
oblatio que offértur dño abſqz ferménto fiet
nec quicqz ferménti ac mellis adolébitur in
ſacrificio dñi. Primitias tñ eoꝝ offerétis ac
múnera: ſup altare vero nõ imponẽt in odo
rem ſuauitatis. Quicquid obtúleris ſacrifi
D cij ſale condies: nec auferes ſal féderis dei tui
de ſacrificio tuo. In omni oblatione offeres
ſal. Si aũt obtúleris munus primitiarũ frú
gum tuarum domino de ſpicis adhuc viréntibus: torrebis eas igni: ꝛ confringes in morem fárris: ꝛ ſic offeres primitias tuas domino: fundens ſuper ea oleum: ꝛ thus impónẽs: qꝛ oblatio domini é de qua adolébit ſacerdos in memoꝛiam múneris: partem fárris fracti et ólei ac totum thus.

37.vi.ca.legimus.§.ſed cõtra ¶.in leuitico.

De cõ.vi.4 ca.ſal.

¶ Ca. iij. ¶ De hoſtia pacificoꝝ ſi bos ſi ouis ſi capra omnis adeps dñi eſt. ¶ III

Uod ſi hóſtia pacificorũ fuerit
A eius oblatio: ꝛ de bóbus volue
rit offérre marem ſiue femi
nam immaculáta offerret co
ram dño. Ponétqz manum ſu
per caput victime ſue: q̃ immo
lábit in intróitu tabernaculi teſtimonij. Fũdéntqz filij aarón ſacerdotis ſánguinem p altaris circúitum: ꝛ offerent de hoſtia pacificoꝝ in oblationé domino ádipem qui óperit vitália: ꝛ quicquid pinguédinis eſt intrinſecus: duos rénes cum ádipe quo tégunt ilia: ꝛ reticulum iécoris cũ renúnculis: adolebũtqz ea ſup altare in holocauſtũ: lignis igne ſuppóſi
B to in oblationé ſuauiſſimi odoris domino. Si
vero de ouibus fuerit eius oblatio et pacifico
rũ hoſtia ſiue máſculũ obtúlerit ſiue féminaz
immaculata erũt omnia. Si agnũ obtúle
rit coram domino: ponet manũ ſuã ſup caput
victime ſue que immolábit in veſtibulo taber
C náculi teſtimonij. Fundéntqz filij aarón ſan
guiné eius p circuitũ altáris: ꝛ offerét de pa
cificoꝝ hoſtia ſacrificiuz dño: ádipé ꝛ caudaz
totá cũ renibᵘ ꝛ pinguédiné que óperit ven
trem atqz vniuerſa vitália: ꝛ vtrũqz renún
culũ cũ ádipe qui eſt iuxta ilia reticulúmqz ié
coris cuz renúnculis: ꝛ adolébit ea ſacerdos
ſup altare in pábulũ ignis ꝛ oblationis dñi.
Si capra fúerit eius oblatio ꝛ obtúlerit eam
dño: ponet manũ ſuã ſup caput eius: immo
labitqz eam in introitu tabernaculi teſtimo
nij. Et fundent filij aarón ſánguiné eius p
D altaris circúitũ. Tolléntqz ex ea in paſtũ ignis
domínici ádipez qui operit véntrez et qui té
git vniuerſa vitalia: duos renúnculos cum re
ticulo quod eſt ſup eos iuxta ilia: ꝛ aruinam
iécoris cum renúnculis: adolebitqz ea ſup al
tare ſacerdos in alimóniã ignis et ſuauiſſimi
odoris. Omnis ádeps domini erit iure ppe
tuo in generationibᵘ ꝛ cũctis habitaculis ve
ſtris: nec ſãguiné nec ádipé omnino cõedétis.

Infra.eo. Exo.29.b.

vi.vl.a non ẽ.§ bis itē ¶.vi de gne.

ſupra eodem.et infra e

ſupra

infra

¶ Ca. iiij. ¶ De hoſtia p peccato ſacerdotis: pro ignorãtia multitudinis: p pctõ pncipis: p peccato vnius anime. ¶ IIII

Ocutúſqz é dominᵘ ad moyſen
dicens. Lóquere filijs iſraél.
A Anima que peccáuerit p igno
rantiã: ꝛ de vniuerſis manda
tis dñi que pcépit vt nõ fierét
quippiá fécerit ſi ſacerdos qui
vnctus eſt peccáuerit delinquere faciẽs ppluz
offerret pro peccato ſuo vitulum immaculatũ
domino. Et adducet illũ ad óſtiũ tabernaculi
teſtimonij coram domino. Ponetqz manum
ſuper caput eius: ꝛ immolabit eum domino.
Hauriet quoqz de ſanguine vituli: inferens
illũ in tabernaculũ teſtimonij. Cumqz intinxe
B rit digitũ in ſanguiné. Aſperget eũ ſepties
domino: contra velum ſanctuárij: ponétqz de
eodé ſanguine ſup coꝛnua altaris thimiáma
tis gratiſſimi domino: qđ eſt in tabernaculo
teſtimonij. Omnem autem réliquum ſangui
nem fundet in báſim altaris holocáuſti in

De ve... ca.ma... ꝑ.ii.q. ꝑcipue ad ſub ſup.i. ſup.3.

infra eo

introitu tabernaculi. Et adipem vituli: offe-
ret pro peccato tam eum qui vitalia operit
q̄ʒ omnia q̄ intrinſecus ſunt: duos renunculos
⁊ reticulū quod eſt ſup eos iuxta ilia: ⁊ adipē
iecoris cū renunculis: ſicut offert de vitulo ho
ſtie pacificoꝝ: ⁊ adolebit ea ſuper altare holo-
C cauſti. Pellē ṽo ⁊ omnes carnes cū capite
⁊ pedib⁹ ⁊ inteſtinis ⁊ fimo ⁊ reliquo corpore
efferet extra caſtra in locū mūdū vbi cineres
effundi ſolent: incendetq̄ʒ ea ſup lignoꝝ ſtru-
em: que in loco effuſoꝝ cinerꝝ cremabūt. Quod
ſi oīs turba filioꝝ iſrael ignorauerit ⁊ p im-
peritiā fecerit quod cōtra mandatū dn̄i eſt: ⁊
poſtea intellexerit peccatū ſuū: offeret p pctō
ſuo vitulū. Adducetq̄ʒ eum ad oſtiū taberna-
culi: ⁊ ponēt ſeniores populi manus ſup caput
D eius corā dn̄o. Immolatoq̄ʒ vitulo in ꝯſpe-
ctu dn̄i: inferet ſacerdos qui vnctus ē: de ſan-
guine eius in tabernaculū teſtimonij. Tincto
Sup. eodē digito aſpergens ſepties contra velū. Ponet
q̄ʒ de eodē ſanguine in cornib⁹ altaris quod ē
corā dn̄o in tabernaculo teſtimonij. Reliquū
autē ſanguinē fundet iuxta baſim altaris ho
locauſtoꝝ: quod eſt in oſtio tabernaculi teſti-
Sup.3.b.⁊ infra eo. monij. Omnem eius adipem tollet ⁊ adole-
bit ſup altare: ſic faciēs ⁊ de hoc vitulo quō fe
cit ⁊ prius. Et rogāte pro eis ſacerdote: ꝓpiti⁹
erit eis dn̄s. Ipſuʒ aūt vitulū efferet extra ca-
E ſtra atq̄ʒ comburet ſic ⁊ priorē vitulum: quia
eſt pro peccato multitudinis. Si peccauerit
Vide pe.bl. 3.ca. inter pec hirci in glo.i. princeps: ⁊ fecerit vnū e plurib⁹ p ignorantiā
qd̄ domini lege prohibet: ⁊ poſtea intellexerit
peccatum ſuū: offeret hoſtiam corā dn̄o hyr-
cū de capris immaculatū: ponetq̄ʒ manū ſuaʒ
ſuper caput eius. Cūq̄ʒ immolauerit eū in lo-
co vbi ſolet mactari holocauſtum coraʒ dn̄o:
q: pro peccato eſt: tinget ſacerdos digitum in
ſanguine hoſtie pro peccato. tangens cornua
altaris holocauſti: ⁊ reliquū fundens ad ba-
ſim eius: adipē vero adolebit ſupra: ſicut in vi-
ctimis pacificoꝝ fieri ſolet. Rogabitq̄ʒ p eo
F ſacerdos ⁊ pro peccato eius: ⁊ dimittet ei. Quod
ſi peccauerit anima per ignorantiaʒ de populo
terre vt faciat quicq̄ʒ de his que dn̄i lege ꝓhi
bent atq̄ʒ delinquat ⁊ cognouerit peccatum
ſuū offeret capra immaculatam: ponetq̄ʒ ma-
nus ſuper caput hoſtie que p peccato eſt: ⁊ im
molabit eam in loco holocauſti. Tolletq̄ʒ ſa-
cerdos de ſanguine in digito ſuo: ⁊ tangens
cornua altaris holocauſti: reliquū fundet ad
baſim eius. Omnē autē adipem auferens ſi-
cut auferri ſolet de victimis pacificorum: ado
lebit ſuper altare in odorem ſuauitatis domi Sup.3.b.⁊ ſup. eo.⁊ infra eo.
no: rogabitq̄ʒ pro eo ⁊ dimittet ei. Si autem
de pecoribus obtulerit victimam pro peccato: B
ouem ſcilicet immaculatam: ponet manum
ſuper caput eius: ⁊ immolabit eam in loco
vbi ſolent cedi holocauſtorum hoſtie. Sumet
q̄ʒ ſacerdos de ſanguine eius digito ſuo: ⁊ tā-
gens cornua altaris holocauſti reliquum fun
det ad baſim eius. Omnem quoq̄ʒ adipem Sup.3.b.⁊ ſup. eodē.
auferens: ſicut auferri ſolet adeps arietis: qui
immolatur pro pacificis cremabit ſuper alta
re incenſum domini. Rogabitq̄ʒ pro eo ⁊ pro
peccato eius ⁊ dimittetur ei.

C Ca. v. C Quid pro quibus cauſis offerri
debeat: ſcilicet quid pro iuramento: quid pro
errore: qd p ignorante: quid p errāte. C V

Si peccauerit anima et audie A
rit vocem iurantis: teſtiſq̄ʒ fue 22.q.5. Si quis cum...
rit q ipſe vidit: aut conſcius ē:
niſi indicauerit portabit iniq-
tatem ſuam. Anima que teti-
gerit aliquid immunduʒ: ſiue
quod occiſum a beſtia eſt: aut per ſe mortuuʒ
aut qd̄libet aliud reptile ⁊ oblita fuerit im-
mundicie ſue: rea eſt ⁊ deliquit: ⁊ ſi tetigerit
quicq̄ʒ de immundicia hominis iuxta omneʒ
impuritateʒ qua pollui ſolet: oblitaq̄ʒ cogno-
uerit poſtea: ſubiacebit delicto. Anima que
iurauerit ⁊ protulerit labiis ſuis: vt vel male B
quid faceret vel bene ⁊ non fecerit: ⁊ idipſuʒ
iuramento ⁊ ſermone firmauerit: oblitaq̄ʒ
poſtea intellexerit delictum ſuum: agat peni-
tentiam pro peccato: ⁊ offerat de gregib⁹ agnū
ſiue capram: Orabitq̄ʒ pro ea ſacerdos et pro
peccatis eius. Sin autem non potuerit offer
re pecus: offerat duos turtures: vel duos pul Deu. Luce.2.b.
los columbarum domino: vnum pro peccato:
⁊ alterum in holocauſtum: dabitq̄ʒ eos ſacer-
doti. Qui primum offerens pro peccato: retor
quebit caput eius ad pennulas: ita vt collo
adhereat ⁊ nō penitus abrumpatur: ⁊ aſper
get de ſāguine eius parietē altaris. Quicquid
autem reliquū fuerit: faciet diſtillare: ad fun
damentum eius. quia pro peccato eſt. Alteruʒ
vero in holocauſtū adolebit vt fieri ſolet. Ro C
gabit p eo ſacerdos ⁊ p peccato ei⁹: ⁊ dimit
tet ei. Quod ſi non quiuerit manus eius duos of
ferre turtures aut duos pullos columbarum
offeret p peccato ſuo ſimile partem ephi deci
mam. Non mittet in eā oleū: nec thuris ali-

quid impónet: quia pro peccato eſt. Tradétqꝫ
eam ſacerdoti. Qui plenum ex ea pugillum
hauriens cremábit ſuper altare in monimén
tum eius qui obtúlerit: rógans pro illo ⁊ ex-
D pians: reliquã vero partẽ ipſe habebit in mú
nere. Locutúſqꝫ eſt dñs ad moyſen dicens.
Anima ſi p̄uáricans cerimónias per errorẽ
in his que dño ſunt ſanctificata peccauerit. of
feret ꝓ delicto ſuo arietẽ immaculatũ de gre-
gibꝰ qui emi poteſt duobꝰ ſiclis iuxta pondus
ſãctuarij: ipſúmqꝫ qḋ intulit dámni reſtituet
⁊ quintã partẽ ponet ſupra tradẽs ſacerdoti.
Qui rogabit pro eo offerẽs arietẽ: ⁊ dimittet
ei. Anima que peccauerit ꝑ ignorantiã: fece-
ritqꝫ vnũ ex his que dñi lege ꝓhibéntur: ⁊ pec
cati réa intellexerit iniquitatẽ ſuam: offeret
arietem immaculatũ de grégibus ſacerdoti:
iuxta menſurã eſtimationémqꝫ peccati. Qui
orabit pro eo: quia néſciens fécerit: ⁊ dimit-
tet ei: quia per errorẽ deliquit in domino.

¶ Ca. Sũ. ¶ De lege holocauſti ⁊ igne per-
petuo ⁊ lege ſingulorum ſacrificiorum. De oblatio
ne ſacerdotis in die vnctionis eius: de hoſtia
ꝓ peccato. quis eam comedit: ⁊ vbi ſacerdo-
A tis offerentis ſacrificia erunt. ¶ VI

Locutúſqꝫ eſt dñs ad móyſen di
cens. Anima que peccauerit: ⁊
cõtempto domino negauerit
primo ſuo depóſitum quod fi-
dei eius créditũ fuerat: vel vi
áliqd extorſerit: aut calúmniã
fécerit: ſiue rem pérditã iuenérit: ⁊ inficians
ſup peierauerit: ⁊ qḋlibet aliud ex pluribus
fecerit i qbꝰ ſolẽt peccare hoĩes: ꝯuicta delicti
réddet oĩa q̃ ꝑ fraudẽ voluit obtinére ĩtegra
⁊ q̃ntã inſup partẽ dño cui damnũ intulerat
Pro peccato aũt ſuo offeret arietẽ immacu-
latũ de grege: ⁊ dabit eũ ſacerdoti iuxta eſti-
mationẽ mẽſurámqꝫ delicti. Qui rogabit pro
B eo corã dño: ⁊ dimittẽt illi ꝓ ſingulis que fa-
ciẽdo peccauit. Locutúſqꝫ eſt dñs ad moyſen
dicẽs. Precipe áaron ⁊ filijs eius. Hec eſt lex
holocauſti. Cremábit in altari tota nocte vſqꝫ
mane. Ignis ex eodẽ altari erit. Veſtiẽt tú-
nica ſacerdos ⁊ feminálibus lineis tolletqꝫ ci
neres quos vorãs ignis exuſſit: ⁊ pónẽs iuxta
altare ſpoliábit prioribꝰ veſtimẽtis indutiſqꝫ
alijs éfferet eos extra caſtra: ⁊ in loco mũdiſ
ſimo vſqꝫ ad fauillã ꝯſumi fáciet. Ignis aũt
in altari ſemp ardébit: quẽ nútriet ſacerdos
ſubijciẽs ligna mane per ſingulos dies: ⁊ im-

[Left margin notes:] pre cõ. vi. j. ca. i. poſt prin. ibi dño cũ ve ſtibꝰ lcũs
ſ de pe. di. 3. ca. inter hec hircũ ſ. xlo. ij. in fine ibi ter reno

póſito holocáuſto déſuper ádipes adolébit pa
cificorum. Ignis eſt iſte ꝑpétuus: qui nunq̃ꝫ defi
ciet in altari. Hec eſt lex ſacrificij ⁊ libamẽto-
rũ que offerent filij aarón corã dño ⁊ coram
altari. Tóllet ſacerdos pugillũ ſimile que cõ
ſperſa ẽ óleo: ⁊ totum thus qḋ ſuper ſimila ẽ:
adolebitqꝫ illud in altari in monimentũ odó
ris ſuauiſſimi dño. Réliquã autẽ partẽ ſimile
cómedet aaron cum filijs ſuis abſqꝫ fermen-
to: ⁊ cómedet in loco ſanctuarij tabernaculi
Ideo aũt non fermentábit: quia pars eius in
dñi offértur incenſum. Sanctũ ſanctorum erit C
ſicut ꝓ peccato atqꝫ delicto. Mares tñ ſtirpis
aarón comedẽt illud. Legitimũ ac ſempiter-
nũ erit in generationibꝰ veſtris de ſacrificijs
dñi. Omnis qui tetigerit illa ſanctificabitur.
Locutúſqꝫ eſt dñs ad móyſen: dicens. Hec ẽ
oblatio aarón ⁊ filiorũ eiꝰ quã offérre debent
domino in die vnctiónis ſue. Decimã partem
ephi offerẽt ſimile in ſacrificio ſempiterno.
Mediũ eius mane ⁊ medium eius véſpere:
que in ſartágine óleo cõſpérſa frigẽt. Offe- D
ret autẽ eam calidã in odórem ſuauiſſimum
dño ſacerdos qui iure patri ſuccéſſerit. Et to
ta cremábitur in altari. Omne eñi ſacrificiũ
ſacerdotũ igne ꝯſumẽt: nec quiſq̃ꝫ cómedet
ex eo. Locutus eſt aũt dñs ad móyſen dicens.
Lóquere aaron ⁊ filijs eius. Iſta ẽ lex hoſtie
ꝓ peccato. In loco vbi offértur holocáuſtũ: im
molábit corã dño. Sanctũ ſanctorum eſt. Sacer
dos qui offeret cómedet eam in loco ſancto
in átrio tabernaculi. Quicquid tetigerit car
nes eius ſanctificabitur. Si de ſanguine illius
veſtis fuerit aſpérſa lauábitur in loco ſancto.
Vas autem fictile in quo cocta eſt confrin-
gétur. Quod ſi vas éneum fúerit defricabit et
lauábitur aqua. Omnis maſculus de génere
ſacerdotáli veſcétur de carnibus eius: quia
ſanctum ſanctorum eſt. Hoſtia enim que cédi
tur pro peccato: cuius ſanguis infértur in ta-
bernaculum teſtimonij ad expiándum in ſan
ctuario nõ comedétur: ſed comburet igni. E
Hec quoqꝫ ẽ lex hoſtie ꝓ delicto. Sancta ſan-
ctorum eſt. Idcirco vbi immolábitur holocau-
ſtũ: mactabit ⁊ victima ꝓ delicto: ſanguis eiꝰ
per gyrũ altaris fundétur. Offerẽt ex ea cau
dam ⁊ ádipẽ qui operit vitália, duos renúncu
los ⁊ pinguédinẽ que iuxta ilia eſt: reticulúm
qꝫ iecoris cũ renúnculis ⁊ adolébit ea ſacer-
dos ſuper altare. Incenſum ẽ domini pro deli
cto. Omnis maſculus de ſacerdotali genere

[Right margin notes:] de cele. miſſ.
infra ii. c. ſ. (?)

in loco ſancto veſcẽtur his carnib⁹: quia ſanctum ſanctoꝝ eſt. Sicut pro peccato offeretur hoſtia: ita ⁊ ꝑ delicto. Utriuſq; hoſtie lex vna erit. Ad ſacerdotẽ qui eam obtulerit pertinebit. Sacerdos qui offert holocauſti victimã: habebit pellẽ eius. Et omne ſacrificiũ ſimile quod coquitur in clybano: ⁊ qcquid in craticula vel in ſartagine preparatur: eius erit ſacerdotis a quo offertur: ſiue oleo conſperſa ſiue arida fuerint. Cunctis filijs aaron menſura equa per ſingulos diuide.

❡ Ca. ſũ. ❡ De hoſtia pacificoꝝ qs ⁊ qñ comedi debeat de adipe ⁊ de ſanguine: ⁊ de parte ſacerdotis ⁊ pectuſculo eleuatiõis ⁊ de cõſecratione ſacerdotis. ❡ VII

A Hec eſt lex hoſtie pacificorũ que offert dño. Si pro gratiarũ actione oblatio fuerit: offerẽt panes abſq; fermento: ↄſperſos oleo: ⁊ lagana azyma vncta oleo: coctãq; ſimilam ⁊ collyridas olei admixtione cõſperſas: panes quoq; fermẽtatos cum hoſtia gratiarũ que immolatur ꝑ pacificis: ex quibus vnus ꝓ primitijs offerẽt dño: ⁊ erit ſacerdotis qui fundet hoſtie ſanguinẽ. Cuius carnes eadẽ comedent die: nec remanebit ex eis quicq̃ vſq; mane. Si voto vel ſponte quiſpiã obtulerit hoſtiam: eadem ſimiliter edetur die. Sed ⁊ ſiquid in craſtinũ remanſerit: veſci licitũ eſt. Quicqd aũt tertius iuenerit dies ignis abſumet. Si quis de carnib⁹ victime pacificorũ die tertio comederit: irrita fiet eius oblatio: nec proderit offerenti: quin potius q̃cũq; anima tali ſe edulio contaminauerit: ꝑuaricationis rea erit.

B Caro que aliquid tetigerit immundũ nõ comedetur: ſed cõburetur igni. Qui fuerit mũdus: veſcetur ex ea. Anima polluta que ederit de carnib⁹ hoſtie pacificorũ que oblata eſt domino: peribit de populis ſuis: ⁊ que tetigerit immundiciã hoĩs vel iumenti ſiue omnis rei q̃ polluere poteſt: ⁊ comederit de huiuſcemodi carnib⁹: interibit de populis ſuis. Locutuſq; eſt dñs ad moyſen: dicens. Loquere filijs iſrael. Adipẽ ouis ⁊ bouis ⁊ capre nõ comedetis. Adipem cadaueris morticini ⁊ eius animalis quod a beſtia captum eſt: habebitis in varios vſus. / Si quis adipem qui offerri debet incenſum domini comederit: peribit de populo ſuo. Sanguinẽ quoq; omnis animalis nõ ſumetis in cibo: tã de auib⁹ q̃ de pecorib⁹

ſupra.3.d 30.di.ca.ſi ꝗs i ca.17.

Oĩs aĩa q̃ ederit ſanguinẽ: peribit de populis ſuis. Locutuſq; eſt dñs ad moyſen: dicẽs. Loquere filijs iſrael dicẽs. Qui offert victimam pacificoꝝ dño: offerat ſimul ⁊ ſacrificiũ id eſt libamenta eius. Tenebit manibus adipẽ hoſtie ⁊ pectuſculũ. C Cũq; ambo oblata domino conſecrauerit tradet ſacerdoti. Qui adolebit adipem ſup altare. pectuſculũ aũt erit aaron ⁊ filioꝝ eius. Armus quoq; dexter de pacificorũ hoſtijs: cedet in ꝓmitias ſacerdotis. Qui obtulerit ſanguinẽ ⁊ adipem filiorum aaron ipſe habebit et armũ dextrũ in portione ſua. Pectuſculũ enim eleuationis et armum ſeparationis tuli a filijs iſrael de hoſtijs eorum pacificis: ⁊ dedi aaron ſacerdoti et filijs eius perpetua ab omni populo iſrael. Hec eſt vnctio aaron et filiorum eius in cerimonijs dñi die quo obtulit eos moyſes vt ſacerdotio fungerent: ⁊ que precepit eis dari dominus a filijs iſrael religione perpetua in generationibus ſuis. Iſta eſt lex holocauſti ⁊ ſacrificij pro peccato atq; delicto et pro cõſecratione ⁊ pacificorũ victimis: quã cõſtituit dominus moyſi in monte ſynai quando mandauit filijs iſrael vt offerẽt oblatiões ſuas dño i deſerto ſynai.

❡ Ca. ſũ. ❡ De ↄſecratione aaron ⁊ filiorũ eius: de oblatiõib⁹ pro peccato ⁊ conſecrationis premiũ: ⁊ q͛ ſeptem diebus diffinit conſecratio: ⁊ tot dieb⁹ nõ exibunt de oſtio in tabernaculum aaron ⁊ filij eius. ❡ VIII

Locutuſq; eſt dñs ad moyſen: dicẽs. A / Tolle aaron cum filijs ſuis: veſteſq; eorum ⁊ vnctionis oleum vitulum pro peccato: duos arietes: caniſtrũ cũ azymis: ⁊ cõgregabis omnẽ cẽtũ iſrael ad oſtiũ tabernaculi. Fecit moyſes vt dñs imperauerat: ↄgregataq; oĩ turba ãte fores tabernaculi: ait. Iſte eſt ſermo quẽ iuſſit dñs fieri. Statimq; obtulit aaron ⁊ filios ei⁹ Cũq; lauiſſet eos: veſtiuit põtificẽ ſubucula linea accingens eũ baltheo: ⁊ induẽs eũ tunica hyacinthina: ⁊ deſup humerale impoſuit: quod aſtringẽs cingulo / aptauit rationali in quo erat doctrina ⁊ veritas. Cydari quoq; texit caput: ⁊ ſuper eã cõtra frontẽ poſuit laminã aureã cõſecratam in ſanctificatione: ſicut preceperat ei dominus. B / Tulit ⁊ vnctionis oleum quo liniuit tabernaculũ cũ omni ſuppellectili ſua. Cũq; ſanctificãs aſperſiſſet altare ſeptẽ vicibus: vnxit illud et omnia vaſa

Nu.17. / 21.di.ca. i.in ps.50 vi. capi.ſi poſt.9.eco tra ibi in ſacerdote eſt ↄſecratus 8.q.i.ca.in ſcripturis ibi ſi q vocat a dño.

ꝯ6.di.ca. Ecce i ps.

ꝯde 6.di. i.ca.1.1 ps.

eius: lábrumq́ꝫ cũ báſi ſua ſanctificauit óleo.
Quod fundens ſup caput aarón: vnxit euꝫ ⁊ cõ
ſecráuit. Filios quoqꝫ eius oblatos conſecra-
uit: veſtiuitq́ꝫ túnicis líneis ⁊ cinxit báltheis:
C impoſuitq́ꝫ mitras vt iuſſerat dñs. Obtulit et
vitulũ ꝓ peccató. Cũq́ꝫ ſup caput eius poſuiſ-
ſet aaron ⁊ filij eius manus ſuas immoláuit
eũ háuriẽs ſanguinem: ⁊ tincto digito tétigit
cornua altáris p gýrum. Quo expiato ⁊ ſctifi
cato: fúdit réliquũ ſanguinẽ ad fundamenta
eius. Adipẽ vero q erat ſuper vitalia: ⁊ reti-
culum iécoris: duoſq́ꝫ renúnculos cũ aruinu
lis ſuis adoléuit ſuper altare vitulũ cũ pelle ⁊
carnib⁹: ⁊ fimo crémans extra caſtra: ſicut p̄
D ceperat domin⁹. Obtulit ⁊ arietẽ ĩ holocauſtũ
Sup cuius caput cũ impoſuiſſent aarón ⁊ fi-
lij eius manus ſuas immolauit eũ: ⁊ fúdit ſan
guinẽ eius p circúitum altaris. Ipſũq́ꝫ arietẽ
in fruſta cõcidẽs: caput eius ⁊ ártus ⁊ ádipẽ
adoléuit igni: lotis prius inteſtinis ⁊ pédibus.
Totũq́ꝫ ſimul arietẽ incéndit ſuper altare: eo
E ꝙ eſſet holocauſtũ ſuauiſſimi odóris domino:
ſicut precéperat ei. Obtulit ⁊ arietẽ ſcḋm cõſe-
cratiõnẽ ſacerdotũ: poſuerũtq́ꝫ ſuper caput
eius aarón ⁊ filij eius manus ſuas. Quẽ cum
immolaſſet móyſes ſumens de ſanguine eius
tétigit extrémũ auricule dextre aaron: ⁊ pól-
lice manus eius dextre ſimiliter ⁊ pedis. Ob-
tulit ⁊ filios aarón. Cũq́ꝫ de ſanguine arietis
immoláti tetigiſſet extrémũ auricule ſinguló
rum dextre: pollices manus ac dextri pedis
réliquũ fúdit ſuper altare per circúitum. Adi
pem vero et cáudam oẽmq́ꝫ pinguédinẽ que
óperit iteſtina, reticulúmq́ꝫ iécoris ⁊ duos ré
nes cum adipibus ſuis: ⁊ ármo dextre ſepa-
ráuit. Tóllens aũt de caniſtro azymõꝝ quod
erat corã dño panes abſq́ꝫ ferménto ⁊ collý-
ridam cõſperſam óleo laganúmq́ꝫ poſuit ſup
ádipes ⁊ armum déxtrum: trádens ſimul oĩa
F aarón ⁊ filijs eius. Qui poſtq̃ leuauérunt ea
coram domino: rúrſum ſuſcepta de manibus
eorum: adoléuit ſuper altare holocauſti: eo ꝙ
conſecrationis eſſet oblatio in odorem ſuaui
tatis ſacrificij dño. Tulitq́ꝫ pectúſculũ éleuãs
illud corã dño de ariete ꝯſecrationis in par
tem ſuam: ſicut preceperat ei dñs. Aſſuméñſq́ꝫ
vnguentum ⁊ ſanguinẽ qui erat in altari
aſperſit ſuper aarón et veſtimenta eius: ⁊ ſuper
filios illius ac veſtes eorum. Cũq́ꝫ ſanctificaſ-
ſet eos in veſtitu ſuo: precépit eis dicens. Có-
quite carnes ante fores tabernaculi: ⁊ ibi co-
médite eas. Panes quoq́ꝫ cõſecrationis ẽdi-
te qui poſiti ſunt in caniſtro: ſicut precepit mi
hi dominus dicens. Aarón et filij eius cóme G
dent eos. Quicquid autem réliquum fuerit
de carne et panib⁹: ignis abſúmet. De óſtio
quoq́ꝫ tabernaculi non exibitis ſeptem die-
bus: vſq́ꝫ ad diem quo complébitur tempus
conſecrationis veſtre. Septem enim diebus
finitur conſecrátio ſicut in preſentiarum fa-
ctum eſt: vt ritus ſacrificij complereť. Die ac
nocte manébitis in tabernaculo: obſeruãtes
cuſtodias domini: ne moriamini. Sic enim
mihi precéptum eſt. Fecerúntq́ꝫ aarón et fi-
lij eius cuncta que locutus eſt dominus per
manum móyſi.

¶ Ca. Sũ. ¶ De prima immolatione ſacer-
dotis pro ſuo peccato et populi: qualiter do-
minus apparuit eis: qualiter moyſes ⁊ aarõ
benedíxerunt populo: ꝙ ignis egreſſus a deo
deuorauit holocauſtum: turba laudauit domi-
num.

¶ IX

Facto autem octauo die voca- A
uit móyſes aarón et filios eius
ac maiores natu iſraél: dixitq́ꝫ
ad aarón. Tolle de arméto vitu
lum pro peccato et arietem in
holocauſtum vtrumq́ꝫ imma-
culatum: ⁊ óffer illos coram domino: ⁊ ad fi
lios iſrael lóqueris. // Tollite hýrcuꝫ pro pec
cato ⁊ vitulum atq́ꝫ agnum anniculum ⁊ ſine
macula in holocáuſtum: bouem ⁊ arieteꝫ ꝓ
pacificis: ⁊ immoláte eos coram domino: in
ſacrificio ſingulorum ſimilã conſperſaꝫ óleo
offerentes. Hodie enim dominus apparébit
vobis. Tulérunt ergo cũcta que iuſſerat mó
yſes ad oſtium tabernaculi. Ubi cum omnis
multitudo aſtaret: ait móyſes. Iſte eſt ſermo
quem precépit dominus: fácite et apparébit B
vobis gloria eius. Et dixit ad aarón. Accede
ad altare ⁊ ímmola pro peccato tuo. Offer
holocauſtum: et deprecáre pro te et pro popu
lo. Cũq́ꝫ mactáueris hoſtiam populi: ora pro
eis ſicut precépit dominus. Statimq́ꝫ aarón
accédens ad altare: immoláuit vitulum pro
peccato ſuo: cuius ſanguinem obtulérunt ei
filij ſui. In quo tingens digitum tétigit cór-
nua altaris: et fúdit reſiduum ad báſim ei⁹.
Adipémq́ꝫ ⁊ renúnculos ac reticulum iéco-
ris que ſunt pro peccato adoléuit ſuper alta-
re: ſicut precéperat dominus móyſi. Carnes
vero et pellem eius extra caſtra combúſſit

Hic. xl. c. his itaꝫ de agne. 31. q. i. caſ qua §. Sꝫ euident. in permiſs. de pe. di. i. c. q panem in prin.

igni. Immolauit et holocauſti victimã. Obtu-
leruntqꝫ ei filij ſui ſanguinem eius: quem fu-
dit per altaris circuitum. Ipſam etiã hoſtiã
in fruſta conciſam cum capite ⁊ membris ſin-
gulis obtulérunt: que omnia ſuper altare cre
máuit igni: lotis aqua prius inteſtinis ⁊ pe-
dibus. // Et pro peccato populi offerens: ma-
ctauit hýrcum: expiatóqꝫ altari fecit holocau
ſtum: addens in ſacrificio libaménta que pá
riter offerúntur: ⁊ adolés ea ſup altare abſqꝫ
cerimónijs holocauſti matutiní. Immoláuit
⁊ bouem atqꝫ arietem hóſtias pacíficas popu
li. Obtulerúntqꝫ et filij ſui ſanguinem quem
fúdit ſuper altare in circúitu. adipem autem
bouis ⁊ cáudam arietis renunculóſqꝫ cũ ádi
pibus ſuis: ⁊ reticulum iécoris poſuerũt ſup D
pécora. Cúqꝫ cremati eſſent ádipes ſuper al-
tare péctora eorum: ⁊ armos déxtros ſepará-
uit aarón éleuans coram dño: ſicut pceperat
móyſes. Et extẽdẽs manũ ad populũ benedí
xit ei. Sicqꝫ completis hoſtijs pro peccato et
holocáuſtis ⁊ pacificis: deſcéndit. Ingreſſi
aũt móyſes ⁊ aaron ĩ tabernaculũ teſtimonij
et deinceps egreſſi: bñdixerũt populo. Appa
ruitqꝫ glia dñi oĩ multitudini: et ecce egreſ-
ſus ignis a domino deuorauit holocauſtum
et adipes qui erãt ſuper altare: Q; cũ vidiſſet
turbe láudauerũt dñm: ruéntes ĩ facies ſuas.



¶ Ca. Sũ. ¶ De morte nadab ⁊ abiu: de vi-
no non bibendo: ⁊ parte ſacerdotali: ⁊ hir-
co combuſto. ¶ X

A Arreptíſqꝫ nadáb ⁊ abiú filij a-
arón thuribulis impoſuerunt
ignem ⁊ incenſum deſuper of-
feréntes coram dño ignez alié
num quod eis preceptum non
erat. Egreſſuſqꝫ ignis a domi-
no deuoráuit eos: ⁊ mortui ſunt coram domi-
no. Dixitqꝫ móyſes ad aarón. Hoc eſt qd lo-
cutus eſt dñs. Sáctificábor in his qui appro-
pinquãt mihi: ⁊ in conſpectu omnis populi
glorificabor. Quod áudiens tácuit aarón.
Uocatis aũt móyſes myſabéle ⁊ elyſaphám
filijs oziél pátrui aarón: ait ad eos. Ite ⁊ tól-
lite frẽs veſtros de cóſpectu ſanctuarij: et aſpor
tate extra caſtra. Cõfeſtimqꝫ pérgẽtes tulérũt
eos ſicut iacébãt veſtitos lineis túnicis: ⁊ eie- B
cerunt foras vt ſibi fúerat imperatũ. Locutúſ-
qꝫ eſt móyſes ad aarón ⁊ ad eleaçar ⁊ ithá-
mar filios eius. Capita veſtra nolite nudare:
⁊ veſtimenta nolíte ſcindere: ne forte moria-
mini: et ſuper omnez cétum orietur indigná-
tio. Fratres veſtri ⁊ omnis domus iſraél plã-
gant incendiũ quod dominus ſuſcitáuit // vos
autẽ nõ egrediámini fores tabernaculi: alió-
quin peribitis. Oleum quippe ſancte vnctio-
nis eſt ſuper vos. Qui fecerunt omnia iuxta
preceptũ moyſi. Dixitqꝫ dñs ad aarón. // Ui-
nũ ⁊ omne qd inebriáre poteſt nõ bibetis tu
⁊ filij tui quando intrabitis in tabernaculuz
teſtimonij: ne moriamini: quia preceptũ ſem-
piternũ eſt in generationes veſtras: ⁊ vt ha-

beatis ſcientiã diſcernendi inter ſanctũ ⁊ prophanũ: inter pollutũ ⁊ mundũ: doceatiſq3 filios iſraél omnia legitima mea que locutus ſum ad eos per manum moyſi.

C Locutuſq3 eſt moyſes ad aarón ⁊ ad eleaçár ⁊ ithamár filios eius qui erãt reſidui. Tollite ſacrificiũ qđ remanſit de oblatione dñi: ⁊ comedite illud abſq3 fermento iuxta altare: q2 ſanctũ ſanctoꝝ eſt. Comedetis aũt in loco ſancto: qđ datum eſt tibi ⁊ filijs tuis de oblationib9 dñi ſicut preceptũ eſt mihi. Pectuſculũ quoq3 qđ oblatũ eſt: ⁊ armũ qui ſeparatus eſt edetis in loco mundiſſimo tu ⁊ filij tui ⁊ filie tue tecũ. Tibi enim ac liberis tuis repoſita ſunt de hóſtijs ſalutarib9 filiorũ iſraél: eo q armũ ⁊ pectus ⁊ adipes qui cremant in altari eleuauerũt corã dño: ⁊ ptineãt ad te ⁊ ad filios tuos lege perpetua: ſicut pcepit dñs. Inter hec hircũ qui oblatus fuerat: p pctõ cũ quereret móyſes adúſtũ réppit. Iratuſq3 cõtra eleaçár ⁊ ithamár filios aaron q remanſerant: ait.

D Cur nõ comediſtis hoſtiã p pctõ in loco ſancto q ſancta ſctõꝝ eſt: ⁊ data vobis vt portetis iniquitaté multitudinis ⁊ rogetis p ea in cõſpectu dñi: pſertim cũ de ſanguine illius nõ ſit illatũ intra ſancta ⁊ comedere debueratis eam in ſanctuario: ſicut pceptũ eſt mihi? Reſpondit aarón. Oblata é hodie victima p pctõ ⁊ holocauſtum corã dño: mihi auté accidit qđ vides Quomodo potui comedere eã: aut placere dño in cerimonijs mente lugubri? Qđ cũ audiſſet moyſes: recepit ſatiſfactioné.

[Margin notes: M. vi. ca. tenere ibi q: ⁊ alia S2. di. ca. p poſuiſti ibi q2 ex alia tribu. ⁊ ca. plurimos ibi generaſti ſaculos 32. q. 4. ca. recurrat. § his ita ⁊ predicto ca. inſ hec hirci. ii. — de pe. di. 3 ca. inſ hec hirci. j. et ii. in glo. — de pe. di. 3 ca. inſ hec hirci. j. et ii. in glo. j. q. i. ca. ſic omnib9.]

¶ Ca. Sũ. ¶ De imũdis aĩalibus ad eſum: ⁊ q ſancti debent eſſe: q2 ſctũs eſt dñs. ¶ XI

A Locutuſq3 eſt dñs ad moyſen ⁊ aarón dicés. Dicite filius iſraél Cuſtodite oĩa que ſcripſi vobis vt ſim deus veſter. Hec ſunt aĩalia que comedere debetis de cunctis animãtibus terre. Oé qđ habet diuiſam vngulã ⁊ ruminat in pecórib9 comedetis. Quicquid aũt ruminat et habet vngulã: ſed nõ diuidit eã: ſicut camélus ⁊ cetera: nõ comedetis illud: ⁊ inter immũda reputabitis. Cyrogrillus ruminat vngulãq3 nõ diuidit immundus é: lepus quoq3 nã ⁊ ipſe ruminat ſed vngulã nõ diuidit: ⁊ ſus qui cũ vngulã diuidat nõ ruminat: horũ carnib9 nõ veſcemini nec cadauera ptingetis: quia imunda ſunt vobis.

[Margin notes: Deu. 14. c. — M. 2. q. i. ca. duplex in ij. glo.]

B Hec etiam ſunt que gignũt in aquis ⁊ veſci licitũ é. Omne quod habet pennulas ⁊ ſquamas tam in mari: q3 in fluminib9 ⁊ ſtagnis: comedetis. Quicquid aũt pennulas ⁊ ſquamas nõ habet eoꝝ que in aquis mouentur ⁊ viuunt: abominabile vobis execrandũq3 erit. Carnes eoꝝ non comedetis: ⁊ morticina vitabitis. Cũcta que non habent pennulas ⁊ ſquamas in aquis: polluta erũt.

C Hec ſunt que de auibus comedere nõ debetis: ⁊ vitanda ſunt vobis. Aquilam ⁊ gryphũ ⁊ halyetũ ⁊ milũ ac vulturé iuxta genus ſuũ: ⁊ omne coruini generis in ſimilitudiné ſuã: ſtrutioné ⁊ noctuã ⁊ larũ ⁊ accipitrem iuxta genus ſuũ: bubóné ⁊ mergulum ⁊ ibin ⁊ cignũ ⁊ onocrotalũ ⁊ porphirionem herodioné ⁊ caradrion iuxta genus ſuũ: vpupam quoq3 ⁊ veſpertilioné. Omne de volucribus qđ graditur ſuper quattuor pedes abominabile erit vobis. Quicquid auté ambulat quidem ſuper quattuor pedes: ſed habet longiora retro crura per que ſalit ſuper terrã comedere debetis: vt eſt brucus in genere ſuo

D ⁊ atthacus atq3 ophimacus atq3 locuſta ſingula iuxta genus ſuum. Quicquid autem ex volucribus quattuor tm̃ habet pedes: execrabile erit vobis: ⁊ quicũq3 morticina eorũ tetigerit: polluetur: ⁊ erit immundus vſq3 ad veſperum. Et ſi neceſſe fuerit vt portetur quippiã horũ mortuũ: lauabit veſtimenta ſua ⁊ immũdus erit vſq3 ad occaſum ſolis. Omne animal qđ habet quidé vngulam: ſed nõ diuidit eam nec ruminat: imũdum erit: ⁊ quicqd tetigerit illud contaminabit. Qđ ambulat ſup manus ex cũctis animantib9 que incedunt quadrupedia: imundũ erit. Qui tetigerit morticina eorũ polluet vſq3 ad veſperũ. Et qui portauerit huiuſcemodi cadauera: lauabit veſtiméta ſua ⁊ imundus erit vſq3 ad veſperũ: quia omnia hec imunda ſunt vobis.

E Hec quoq3 inter polluta reputabunt de his que mouent i terra. Muſtella ⁊ mus ⁊ crocodillus: ſingula iuxta genus ſuũ migale: cameleón: ⁊ ſtellio ⁊ lacerta ⁊ talpa: omnia hec imunda ſunt. Qui tetigerit morticina eorum: immundus erit vſq3 ad veſperum: ⁊ ſuper qđ ceciderit quicq3 de morticinis eoꝝ polluet: tam vas ligneũ ⁊ veſtimentũ q3 pelles ⁊ cilicia: ⁊ in quocũq3 fit opus: tingentur aqua ⁊ polluta erunt vſq3 ad veſperũ: ⁊ ſic poſtea mundabuntur.

[Margin note: Suſ. 6. c. et infra 15. b]

F Vas autem fictile in quod horum quicq3 intro ceciderit polluetur: et idcirco frangendum eſt. Omnis cibus quem comedetis: ſi fuſa fue-

rit ſup eum aqua immundus erit: ⁊ omne liquens qđ bibitur de vniuerſo vaſe immundū erit. Et quicquid de morticinis huiuſcémodi ceciderit ſuper illud: immundum erit ſiue clibani ſiue ſytrópodes deſtruentur: ⁊ immundi erunt. Fontes vero ⁊ cyſtérne ⁊ omnis aquarū congregatio munda erit. Qui morticina eorū tetigerit: pollúetur. Si ceciderit ſuper ſementē non polluet eam. Si autem quiſpiam aqua ſeméntem perfuderit: ⁊ poſtea morticinis tacta fuerit: ilico pollúetur. Si mortuum fuerit animal qđ licet vobis comedere: qui cadáuer eius tetigerit: immundus erit vſq; ad véſperū. Et qui comederit ex eo quippiā ſiue portauerit lauabit veſtimenta ſua: ⁊ immūdus erit vſq; ad véſperū. Omne quod reptat

B ſuper terram: abominábile erit: nec aſſumētur in cibū. Quicquid ſuper pectus quadrupes gráditur: ⁊ multos habet pedes ſiue per humum tráhitur nō comedétis quia abominabile eſt. Nolite cōtaminare ánimas veſtras nec tangátis quicq; eorum ne immundi ſitis. Ego ſum dñs deus vr̄. Scti eſtote: q2 ego ſanctus ſū: ne polluátis animas veſtras in omni réptili qđ mouet ſup terrā. Ego enī ſum dñs qui eduxi vos de terra egypti: vt eſſē vobis in deum. Sancti eritis quia ego ſanctus ſū. Iſta eſt lex animantiū ac volucrū ⁊ omnis anime viuentis que mouetur in aqua: ⁊ reptat in terra: vt differentias noueritis mundi ⁊ immūdi: ⁊ ſciatis qd comédere ⁊ reſpuere debeatis.

Exo. 19. a. 1. Pe. 1. c.

¶ Ca. Sū. ¶ De immundicia mulieris puerpere ⁊ mundatione ipſius ⁊ oblatione eius. ¶ XII

A Locutúſq; eſt dñs ad móyſen: dicens. Lóquere filijs iſraél: ⁊ dices ad eos. Múlier ſi ſuſcépto ſémine pepérerit máſculū: immunda erit ſeptē diebus: iuxta dies ſeparationis ménſtrue: ⁊ die octauo circūcidét infántulus ipſa vero trigintatribus diebus manebit in ſāguine purificationis ſue. Omne ſanctū nō tāget nec ingrédiet in ſanctuarium: donec impleantur dies purgationis ſue. Sin autē féminam pepérerit: immunda erit duabus hebdomadibus iuxta ritū fluxus ménſtrui: ⁊ ſexagintaſex diebus manebit in ſanguine purificatiōis ſue.

C Cūq; expleti fuerint dies purificationis ſue pro filio ſiue pro filia: déferet agnū anniculum in holocauſtum: ⁊ pullum columbe ſiue túrturem pro peccato ad oſtium tabernaculi teſtimonij: ⁊ trádet ſacerdoti.

D Qui offeret illa coram domino: ⁊ orabit pro ea: ⁊ ſic mūdabitur profluuio ſanguinis ſui. Iſta eſt lex pariéntis maſculum aut féminam. Q᷑ ſi non inuénerit manus eius: nec potuerit offérre agnū: ſúmet duos túrtures vel duos púllos colūbarū: vnū in holocauſtū: ⁊ alterū ꝓ peccato. Orabitq; ꝓ ea ſacerdos: et ſic mundabitur.

5. di. ca. hac que ⁊ ca. cū enixa ⁊ ca. ad eius 25. q. 1. ca. ideo. 4. ite cōiunge. — 33. q. 4. ca. ſi cauſa de. pur. po par. capi. vnico — Luce. 2. b. 25. q. 1. ca. ideo. 4. ib iunge — Luc. 2. b.

¶ Ca. Sū. ¶ De imūdicia hominis leproſi: quomodo cognoſcat: ⁊ quomodo ſe debēt habere: ⁊ de lepra veſtimentorū. ¶ XIII

A Locutúſq; eſt dominus ad móyſen ⁊ aarón dicens. Homo in cuius cute et carne ortus fúerit diuerſus color ſiue púſtula: aut quaſi lucens quippiam id eſt plaga lépre: adducétur ad aarón ſacerdotem vel ad vnū quemlíbet filiorum eius. Qui cum viderit lépram in cúte. ⁊ pilos in album mutatos colorem: ipſamq; ſpéciē lépre humiliorem cute ⁊ carne réliqua plága lépre eſt: ⁊ ad arbitrium eius ſeparábit. Sin aūt lucis cándor fuerit in cúte: nec humilior carne réliqua ⁊ pili coloris priſtini: reclúdet eū ſacerdos ſeptē diebus: ⁊ conſiderábit die ſeptimo. Et ſiquidem lépra vltra nō créuerit nec tranſierit in cúte priores terminos: rurſum reclúdet eū ſeptem diebus alijs: ⁊ die ſeptimo contemplábitur. Si obſcurior fuerit lépra: ⁊ nō créuerit in cúte mun-

B dabit eam: quia ſcabies eſt: lauabitq; homo veſtimenta ſua: ⁊ mundus erit. Q᷑ ſi poſtq; a ſacerdote viſus eſt ⁊ redditus mūdicie: iterū lépra créuerit adducet ad eum: ⁊ immūdicie cōdénabitur. Plága lépre ſi fuerit in homine: adducet ad ſacerdotem: ⁊ videbit eū. Cūq; color albus in cúte fuerit: ⁊ capillorū mutauerit aſpéctū: ipſa quoq; caro viua apparúerit: lépra vetuſtiſſima iudicábit atq; inolita cúti. Cōtaminabit itaq; eū ſacerdos et nō recludet: q2 pſpicue immūdicie eſt. Sin autē efflorúerit diſcúrrens lépra in cute: ⁊ operúerit omnē carnē a capite vſq; ad pedes: qcqd ſub aſpectu oculorū cadit: cōſiderábit eū ſacerdos ⁊ teneri lépra mūdiſſima iudicábit eo q̄ oīs cútis in candorē verſa ſit: ⁊ idcirco hō mūdus erit.

C Qñ vero caro viuens in ea appúerit tūc ſacerdotis iudicio pollueť: ⁊ inter imūdos reputábit. Caro enī viua ſi lépra aſpgit imunda eſt. Q᷑ ſi rurſum verſa fuerit in albōrē ⁊ totū hoiem operúerit: conſiderabit

11. q. 3. ca. quomō. & pe. di. 1. c. voluiſſet. 6. deniq. 1. 4. moyſi 4. §. chriſti quoq; 95. di. ca. ec ce ibi iudices eſſe mandati ſunt 9. q. 1. ca. a liorum q filii ſint legit. ca. per venerabilē

eũ ſacerdos: ⁊ mundũ eſſe decernet. Caro au-
tem ⁊ cútis in qua vlcus natũ eſt ⁊ ſanatuꝫ et
in loco vlceris cicátrix alba apparúerit ſiue
ſubrúfa: adducétur homo ad ſacerdoté. Qui
cum víderit locũ lepre humilioꝛem carne ré-
liqua ⁊ pilos vérſos in candóꝛem contamina
bit eum. Plága enim lépre oꝛta eſt in vlcere.
Q; ſi pilus coloꝛis eſt priſtini: ⁊ cicátrix ſub-
obſcúra ⁊ vicina carne nõ eſt humilioꝛ: reclú
det eũ ſepté diebus. Et ſiquidé créuerit: adiu
dicábit eũ lépre. Sinauté ſteterit in loco ſuo:
D vlceris, eſt cicátrix: ⁊ homo mundus erit. Ca-
ro autem ⁊ cútis quam ignis exúſſerit: ⁊ ſana
ta albam ſiue rúfam habúerit cicatricé: con
ſiderabit eam ſacerdos. Et ecce ſi verſa é in al
bóꝛem: ⁊ locus eius reliqua cute eſt humilioꝛ
contaminabi: eum: quia plaga lepre in cica-
trice oꝛta eſt. Q; ſi piloꝛũ coloꝛ nõ fuerit ímu
tátus nec humílioꝛ plaga carne reliqua ⁊ ipſa
lepre ſpecies fuerit ſubobſcúra: recludet euꝫ
ſepté diebus: ⁊ die ſeptimo contemplabiť. Si
créuerit in cúte lépra contaminabit eũ. Sin-
auté in loco ſuo candoꝛ ſtéterit non ſatis cla-
rus plaga cõbuſtiónis eſt: ⁊ idcirco mundabí
tur: quia cicátrix eſt cõbuſtúre. Vir ſiue mu-
lier in cuius capite vel barba germinauerit lé
pra: vidébit eos ſacerdos. Et ſi quidem humí
lioꝛ fuit locus carne reliqua: ⁊ capillus ſlauus
E ſolitóq; ſubtilioꝛ: cõtaminabit eos: q: lépra ca
pitis ac barbe eſt. Sinaũt viderit locũ mácu-
le equalé vicine carni ⁊ capillũ nigruꝫ: reclú-
det eos ſepté diebus ⁊ die ſeptimo intuébiť.
Si nõ créuerit mácula ⁊ capillus ſui colóꝛis
eſt: ⁊ locus plágę carni relique equalis: ra-
détur homo abſq; loco macule: ⁊ recludéť ſe-
ptem diebus alijs. Si die ſeptimo viſa fúerit
ſtetiſſe plága in loco ſuo: nec humilioꝛ carne
réliqua mũdabit eũ: lotiſq; veſtibus ſuis mũ
dus erit. Sinaũt poſt emundatiónem rúrſus
créuerit mácula in cúte: non quéreret ám-
plius vtrum capillus in ſlauũ colóꝛem ſit cõ-
mutátus: quia apérte immũdus eſt. Poꝛro ſi
ſtéterit mácula ⁊ capilli nigri fúerint: nóue-
rit hominé ſanctũ eſſe: ⁊ confidenter eũ pnũ
ciet mundum. Vir ſiue mulier in cuius cute
cándoꝛ apparúerit: intuebiť eos ſacerdos. Si
F deprehénderit ſubobſcurũ albóꝛem lucére in
cúte: ſciat non eſſe lépram: ſed máculã coló-
ris cándidi ⁊ hominé mundũ. Vir de cuius cá
pite capilli ſluant cáluus ⁊ mundus eſt. Et ſi
a fronte ceciderint pili: recaluáſter ⁊ mũdus

eſt. Sinaũt in caluítio ſiue in recaluatione al-
bus vel rúfus coloꝛ fúerit exóꝛtus: ⁊ hoc ſacer
dos viderit condemnabit eũ haud dúbie lé-
pre que oꝛta eſt in caluítio. Quicũq; ergo ma
culat᷒ fuerit lépra: ⁊ ſeparatus eſt ad arbitriũ
ſacerdotis habebit veſtimenta diſſúta: caput
nudũ: os veſte contéctũ: cõtaminátũ ac ſóꝛdi-
dum ſe clamabit. Omní tépoꝛe quo lepꝛoſus
eſt ⁊ immundus: ſolus habitabit extra caſtra.
Veſtis lanea ſiue línea que leprá habuerit in
ſtámine atq; ſubtégmine: aut certe pellis: vel
quicquid ex pelle confectũ eſt: ſi albą vel rú-
fa macula fúerit inſécta lepra reputabiť: oſté
detúrq; ſacerdoti. Qui conſiderátam reclú- G
det ſeptem diebus: ⁊ die ſeptimo rurſus aſpi-
ciens ſi deprehénderit creuiſſe: lépra perſeue
rans eſt: pollutum, iudicabit veſtimentum: ⁊
omne in quo fuerit inuénta: ⁊ idcirco com-
burétur ſlammis. Q; ſi eam viderit non cre-
uiſſe precipiet ⁊ lauabunt id in quo lepra eſt:
recludetq; illud ſeptem diebus alijs. Et cum
viderit faciem quidem priſtinam non reuér-
ſam: nec tamen creuiſſe lépram immundum
iudicabit ⁊ igne combúret: eo ꝙ infuſa ſit in
ſuperficie veſtimenti vel per totũ lepra. Sinaũt
obſcúrioꝛ fuerit locus lépre poſtq̃ veſtis eſt lo
ta abrúmpet eum ⁊ a ſólido diuidet. Q; ſi vl-
tra apparúerit in his locis que prius immacu
lata erant lepra volatilis ⁊ vaga debet igne cõ-
buri. Si ceſſáuerit: lauabit aqua ea que pura
ſunt ſecundo: ⁊ munda erunt. Iſta eſt lex le-
pre veſtimenti lanei ⁊ linei ſtáminis atq; ſub-
tégminis omniſq; ſuppellectilis pellicee: quo
modo mundari debeat vel contaminari.

¶ Ca. Xiii. ¶ De mundatione leproſi et de ſa
crificio: ⁊ de lepra domus: et de purificatione
ipſius.

¶ XIIII

Locutúſq; eſt dominus ad móy-
ſen: dicens. // Hic eſt ritus lepró A
ſi quando mũdandus eſt. Addu
cétur ad ſacerdoteꝫ. Qui egreſ
ſus de caſtris: cum inuénerit lé-
pram eſſe mundátam: precipiet ei qui puri-
ficátur vt ófferat duos páſſeres viuos pro ſe
quos véſci licitum eſt: ⁊ lignum cedrínũ ver-
miculúmq; ⁊ hyſopũ. Et vnum ex paſſeribus
immolári iubebit in vaſe fictili ſuper aquas
viuentes: alium aũt viuũ cum ligno cedrino
⁊ cócco ⁊ hyſopo tinget in ſanguine paſſeris
immoláti: quo aſpérget illum q mundandus
eſt ſepties vt iure purgéť: ⁊ dimittet páſſerem

Matt. 8.a. Mar. 1.a. Luc. 5.c. et 17.b.

Vide pe. vi i. ca. dec i dé A. c. qui venitet i pulm.

viuũ vt agrũ auolet. Cũqꝫ lauerit homo veſti
menta ſua: radet omnes pilos corporis ⁊ lauã
bit aqua purificatuſqꝫ ingredietur caſtra: ita
dumtaxat vt maneat extra tabernaculum ſuuꝫ
ſeptẽ diebus et die ſeptima radet capillos ca-
pitis: barbamqꝫ ⁊ ſupercilia: ac totius corporis
B pilos. Et lotis rurſum veſtibus ⁊ corpore: die
octauo ſumet duos agnos imaculatos: ⁊ oueꝫ
anniculam abſqꝫ macula: ⁊ tres decimas ſi-
mile in ſacrificium que conſperſa ſit oleo: et
ſeorſum olei ſextarium. Cũqꝫ ſacerdos purifi
cans hominem ſtatuerit eum: ⁊ hec omnia co
ram dño in oſtio tabernaculi teſtimonij tollet
agnũ ⁊ offeret eũ pro delicto: oleiqꝫ ſextariuꝫ.
Et oblatis ante dñm oĩbus: imolabit agnum
vbi ſolet imolari hoſtia pro pctõ ⁊ holocauſtũ
ideſt in loco ſctõ. Sicut eniꝫ pro pctõ ita ⁊ pro
delicto ad ſacerdotẽ pertinet hoſtia. Sctã ſan
C ctoruꝫ eſt. Aſſumeſqꝫ ſacerdos de ſanguine ho
ſtie que imolata eſt pro delicto: ponet ſuper ex
tremũ auricule dextre eius qui mũdatur: ⁊ ſu
per pollices manus dextre ⁊ pedis ⁊ de olei ſex
tario mittet in manũ ſuam ſiniſtraꝫ: tingetqꝫ
digitũ dextrum in eo ⁊ aſperget coram dño ſe-
pties. Qđ autem reliquum eſt olei in leua ma
nu: fundet ſuper extremuꝫ auricule dextre ei⁹
qui mundatur: ⁊ ſuper pollices manus ac pe-
dis dextri: ⁊ ſuper ſanguinẽ qui effuſus eſt, pro
delicto: ⁊ ſup caput eius. Rogabitqꝫ pro eo co
ram dño: ⁊ faciet ſacrificiũ pro peccato. Tunc
immolabit holocauſtũ ⁊ ponet illud in altari
cum libamentis ſuis: ⁊ homo rite mundabit.
Qꝫ ſi pauper eſt ⁊ nõ poteſt manus eius inue-
nire que dicta ſunt pro delicto aſſumet agnuꝫ
ad oblationem vt roget pro eo ſacerdos: deci-
mamqꝫ partem ſimile conſperſe oleo in ſacri
ficium: ⁊ olei ſextariuꝫ // duoſqꝫ turtures ſiue
[illegible].9.b.c duos pullos columbe: quoruꝫ vnus ſit pro pec-
Supra.12.d cato: ⁊ alter in holocauſtum offeretqꝫ ea die
D octauo purificationis ſue ſacerdoti ad oſtiuꝫ
tabernaculi teſtimonij coram domino. Qui ſu
ſcipiens agnum pro delicto ⁊ ſextarium olei:
leuabit ſimul: immolatoqꝫ agno de ſanguine
eius: ponet ſuper extremũ auricule dextre eius
qui mundatur: ⁊ ſuper pollices manus eius ac
pedis dextri. Olei vero partem mittet in ma-
num ſuam ſiniſtram in quo tingens digitum
dextre manus aſperget ſepties contra domi-
num: tangetqꝫ extremum dextre auricule il-
lius qui mundatur: ⁊ pollices manus ac pe
dis dextri in loco ſanguinis qui effuſus eſt ꝓ
delicto. Reliquam autem partem olei que eſt
in ſiniſtra manu: mittet ſuper caput purificati
vt placet pro eo dominum: ⁊ turturẽ ſiue pul-
lum columbe offeret vnum pro delicto: ⁊ alte-
rum in holocauſtum cũ libamentis ſuis. Hoc
eſt ſacrificiũ leproſi: qui habere non poteſt o-
mnis in emundationem ſui. Locutuſqꝫ eſt do E
minus ad moyſen ⁊ aaron dicẽs. Cumqꝫ in-
greſſi fueritis terram chanaan: quã ego dabo
vobis in poſſeſſionem: ſi fuerit plaga lepre in
edibus: ibit cuius eſt domus nuncians ſacer-
doti ⁊ dicet. Quaſi plaga lepre videtur mihi
eſſe in domo mea. At ille precipiet vt efferant
vniuerſa de domo priuſqꝫ ingrediatur eam et
videat vtrũ leproſa ſit: ne immunda fiant o-
mnia que in domo ſunt. Intrabitqꝫ poſtea vt
conſideret lepram domus. Et cum viderit in
parietibus illius quaſi valliculas pallore ſiue
rubore deformes ⁊ humiliores ſuperficie reli
qua: egredietur oſtium domus: ⁊ ſtatim clau-
det illam ſeptem diebus. Reuerſuſqꝫ die ſe-
ptimo conſiderabit eam. Si inuenerit creuiſ-
ſe lepram iubebit erui lapides in quibus le- F
pra eſt ⁊ proijci eos extra ciuitatem in locum
immundum: domum autẽ ipſam radi intrin
ſecus per circuitum ⁊ ſpargi puluerem raſu
re extra vrbem in locum imunduꝫ: lapideſqꝫ
alios reponi pro his qui ablati fuerant: ⁊ luto
alio liniri domum. Sin autẽ poſtqꝫ eruti ſunt
lapides ⁊ puluis elatus ⁊ alia terra lita igreſ
ſus ſacerdos viderit reuerſam lepram ⁊ parie
tes reſperſos maculis lepra eſt perſeuerans et
immunda domus. Quã ſtatim deſtruent ⁊ la
pides eius ac ligna atqꝫ vniuerſum puluerem
proijcient extra oppidum in locum imundũ.
Qui intrauerit domuꝫ quando clauſa eſt im-
mundus erit vſqꝫ ad veſperum: ⁊ qui dormierit
in ea ⁊ comederit quippiam lauabit veſtimẽ-
ta ſua. Qꝫ ſi introiens ſacerdos viderit lepraꝫ
non creuiſſe in domo poſtqꝫ denuo lita fuerit: G
purificabit eam reddita ſanitate. Et in purifi
brum: ſicut mihi dixerat dñs ⁊
circuiuimus montē ſeyr lōgo
tpe. Dixitqȝ dñs ad me. // Suf
ficit vobis circuire montē iſtū.
Deb. vi. ca. ieiunii. ii. hui iuſſi ſē nō aſcēdere Ite cōtra aqlonē. Et populo precipe dicens.
Trāſibitis p terminos fratrū vřoꝝ filiorum
eſaú q habitāt in ſeýr: ⁊ timebūt vos. Uidete
er go diligēter ne moueámini ɔtra eos. Neqȝ
enī dabo vobis de terra eorū q̄ntū poteſt vni⁹
pedis calcare veſtigiū: quia in poſſeſſionē eſaú
dedi montē ſeýr. Cibos emētis ab eis pecúnia
⁊ comedētis: aquā emptā haurietis ⁊ bibētis
Dñs deus tuus benedixit tibi in omni opere
B manuū tuaꝝ. Nouit iter tuuȝ: quō transieris
ſolitudinē hanc magnā p quadraginta annos
habitās tecū dñs deus tuus ⁊ nihil tibi defuit
Cūqȝ tranſiſſémus fratres noſtros filios eſaú
qui habitabāt in ſeýr p viā cāpeſtrém de he-
láth ⁊ de aſiongabér: venimus ad iter quod
ducit in deſertum móab. Dixitqȝ dñs ad me.
Nō pugnes ɔtra moabitas: nec íneas aduer-
ſus eos preliū. Nō eniȝ dabo tibi quicq̄ȝ de ter
ra eoꝝ: q2 filijs lóth tradidi eā in poſſeſſioneȝ
Emim primi fuerūt habitatores eius popu-
lus magnus ⁊ validus et tā excelſus vt de ena
chim ſtirpe quaſi gygántes crederenť: ⁊ eſſēt
ſimiles filioꝝ enachim. Deniqȝ moabite ap-
C pellāt eos emim. In ſeýr aūt prius habitaue-
gl.+horrei rūt + horréi: quibus expúlſis atqȝ delétis ha
bitauerūt filij eſaú ſicut fecit iſraél in terra
poſſeſſionis ſue quam dedit illi dñs. Surgētes
ergo vt tranſiremus torrēntē ȝaréth venim⁹
ad eum. Tempus aūt quo ambulauimus de
cadeſbarné vſqȝ ad tranſitū ȝaréth triginta ⁊
octo annorū fuit: donec ɔſumereť oēs ɔgrega
tio hoīum bellatorū de caſtris: ſicut iurauerat
dñs: cuius manus fuit aduerſus eos vt interi-
rent de caſtrorum medio. Poſtq̄ȝ aūt vniuerſi
ceciderūt pugnatores: locutus eſt dñs ad me
dicens. Tu trāſibis hodie terminos moab vt D
bē nomine ár: ⁊ accedens in vicina filiorum
ammón: cáue ne pugnes contra eos: nec mo
uearis ad prélium. Non eniȝ dabo tibi de ter
ra filiorum ammón: quia filijs lóth dedi eam
in poſſeſſionē. Terra gygántū reputata eſt: et
in ipſa olim habitauerūt gygántes: quos am
monite vocant ȝomim: populus magnus ⁊
multus ⁊ procere lōgitudinis: ſicut enachim
quos deleuit dominus a facie eorum: ⁊ fecit il
los habitare pro eis ſicut fecerat filijs eſaú q
habitant in ſeýr delens horréos: ⁊ terrā eoꝝ
illis tradēs quā póſſidēt vſqȝ in pſens. Euéos E
quoqȝ q habitabāt i aȝerim vſqȝ gáȝam cap-
pádoces expulérūt: q egreſſi d capadocia de
leuérunt eos ⁊ habitauerūt p illis. Súrgite:
⁊ trāſite torrētē arnón. Ecce tradidi in manu
tua ſeón regē eſebón ammoreorū: ⁊ terram
eius íncipe poſſidēre: ⁊ cōmitte aduerſus euȝ
preliū. // Hodie incipiā mittere terrórem atqȝ
formidinē tuam in populos qui habitant ſub
omni celo: vt audito noīe tuo páueāt: ⁊ i mo
rē parturientiū cōtremiſcāt ⁊ dolore tenean-
tur. // Miſi ergo nuncios de ſolitudine cade- Nu. 21. c.
móth ad ſeón regem eſebón verbis pacificis
dicens. Tranſibimus p terrā tuam. Público F
gradiémur via: non declinabimus: neqȝ ad de
xteram neqȝ ad ſiniſtram? Alimenta precio
vende nobis vt veſcamur: aquaȝ pecunia tri
bue ⁊ ſic bibemus. Tantum eſt vt nobis cōce
das tránſitum ſicut fecerūt filij eſaú qui habi
tant in ſeýr: ⁊ moabite qui moránť in ár: do-
nec veniamus ad iordanē: ⁊ tranſeam⁹ ad ter-
rā quam dñs deus noſter daturus eſt nobis.
Noluitqȝ ſeón rex eſebón dare nobis tránſi- 23. q. 2. c. ſi.
tum: quia indurauerat dñs deus tuus ſpiritū
eius: ⁊ obfirmáuerat cor illius: ita vt trade-
retur in manus tuas ſicut nunc vides. Dixit-
qȝ domin⁹ ad me. Ecce cepi tibi trádere ſeón G
⁊ terram eius: íncipe poſſidere eam. Egreſ-
ſúſqȝ eſt ſeón obuiam nobis cū omni populo
ſuo ad preliuȝ in + iaſá: ⁊ tradidit eū domin⁹ Ar. + ieſa
deus noſter nobis. Percuſſimúſqȝ eum cum
filijs ſuis ⁊ omni populo ſuo: cunctaſqȝ vr-
bes in tempore illo cepimus interfectis habi
tatoribus earum viris ac mulieribus et pár-
uulis. Non relinquimus in eis quicq̄ȝ abſqȝ
iumentis que in partem venere predicantiū:
⁊ ſpólijs vrbium quas cepimus ab aroér que


eſt ſup ripā torrētis arnón óppido qđ in val
le ſitū eſt vſq3 galaád. Nō fuit vicus ⁊ ciuitas
Re. 3ª. vi. 2. ca. reuera in pn. De pe. di. 5. ca. ſunt plures. § ſucceſſiō in pn. que nr̄as effúgeret manus. Oēs trádidit dn̄s
deus noſter nobis: abſq3 terra filioꝝ ammón:
ad quā nō acceſſimus: ⁊ cūctis que adiácent
torrēti iebóc ⁊ vrbibus montanis: vniuerſiſq3
locis a quib⁹ nos ꝓhibuit dn̄s deus noſter.
¶ Ca. Sū. ¶ De pugna ɔtra Og regē baſan:
de lecto eius: de ſorte duarum tribuū ⁊ ſemis.
audit moyſes: nō trāſibis iordanem. ¶ III

A Nu. 21. g. Itaq3 ɔuerſi aſcēdimus per iter
baſán. Egreſſúſq3 ē og rex ba-
ſán in occurſum nobis cū ppl'o
ſuo ad bellandū in edrai. Dixit
q3 dn̄s ad me. Ne timeas eū: q2
in manu tua tráditus eſt cū oī
ppl'o ac terra ſua: faciéſq3 ei ſicut feciſti ſeón
regi ammorreorum qui habitauit in eſebón.
Trádidit ergo dn̄s deus noſter in manibus
23. q. 5. §. ſi. vero ſceleros noſtris etiā óg regē baſán ⁊ vniuerſum ppl'm
eius: pcuſſimúſq3 eos vſq3 ad internitionē: va
ſtātes cūctas ciuitates illius vno tēpore. Non
fuit óppidum qđ nos effúgeret. Sexaginta vr-
bes ⁊ oēm regionē argób regni óg in baſán.
Cūcte vrbes erāt munite muris altiſſimis por
tiſq3 ⁊ vectib⁹: abſq3 oppidis innumeris que
nō habebāt muros. Et deleuimus eos ſicut fe
cerámus ſeón regi eſebón: diſperdētes omnē
ciuitatē viróſq3 ac mulieres ⁊ paruulos: iumē
ta autē ⁊ ſpolia urbiū diripuimus. Tulimúſ
B q3 illo in tēpore terrā de manu duorū regum
ammorreorū qui erāt trās iordanē a torrente
arnón vſq3 ad mōtē hermón quem ſidonij ſa-
rión vocāt ⁊ ámorrei ſanir: oēs ciuitates que
ſite ſunt in planitie ⁊ vniuerſam terrā galaád
⁊ baſán vſq3 ad ſelchá ⁊ edrai ciuitates regni
óg in baſán. Solus quippe óg rex baſán reſti-
terat de ſtirpe gygántum. Et mōſtratur lectus
eius férreus qui eſt in rabáth filioꝝ ámmon
nouē cúbitos habēs lōgitudinis ⁊ quattuor la
titudinis ad mēſurā cúbiti virilis man⁹. Ter
rámq3 poſſédimus tempore illo ab aroer que
eſt ſup ripam torrētis arnón: vſq3 ad mediā
partē mōtis galaád: ⁊ ciuitates illius dedi ru-
bén ⁊ gád. Reliquā aūt partē galaád ⁊ oēm
baſán regni óg trádidi medie tribui manaſſé
omnē regionē ⁊ argób. Cunctáq3 baſán voca-
bat terra gygántum. Jair filius manaſſé poſ-
ſēdit omnē regionē argob: vſq3 ad terminos
geſſuri ⁊ machati. Uocauitq3 ex nomie ſuo ba
C ſán auothiair id eſt villas iair vſq3 in pñtem
diē. Machir quoq3 dedi galaád ⁊ tribub⁹ ru-
bén ⁊ gád dedi de terra galaád vſq3 ad torren
tē arnon médiū torrētis ⁊ ɔfiniū vſq3 ad tor
rēntē iebóc qui eſt terminus filioꝝ ammón: ⁊
planitiē ſólitudinis atq3 iordanē: ⁊ terminos
cenerēth vſq3 ad mare deſerti qđ eſt ſalſiſſimū
ad radicē mōtis phaſgá ɔtra orientem. Prece-
píq3 vobis in tempore illo: dicens. Dn̄s deus
veſter dat vobis terram hāc in hereditatē: expe
diti precédite fratres veſtros filios iſraél oēs
viri robúſti abſq3 vxoribus ⁊ páruulis atq3 iu
méntis. Noui enī q2 plura habeatis pecora et
in úrbibus remanére debebūt quas tradidi vo
bis: donec réquiē tribuat dn̄s fratribus veſtris
ſicut vobis tribuit ⁊ poſſideāt ipſi etiā terram
quā daturus eſt eis trans iordanē: tunc reuer-
tētur vnuſquiſq3 in poſſeſſionem ſuā quā de-
di vobis. Joſué quoq3 in tēpore illo precepi di
cens. Oculi tui vidérūt que fecit dn̄s deus no
ſter duobus his regibus: ſic faciet omnib⁹ re-
gnis ad que trāſiturus es. Ne timeas eos. Do D
minus enī de⁹ veſter pugnabit pro vobis. Pre-
catúſq3 ſum dn̄m in tempore illo dicens. Do
mine deus tu cepiſti oſtēdere ſeruo tuo magni
tudinem tuā: manumq3 fortiſſimā. Neq3 enī
eſt alius deus vel in celo vel in terra qui poſſit
facere opera tua: ⁊ comparari fortitúdini tue.
Tranſibo igitur ⁊ videbo terrā hanc optimā
trās iordanē: ⁊ mōtē iſtum egregiū ⁊ libanū.
Jratuſq3 eſt dominus mihi propter vos: nec ex
audiuit me: ſed dixit mihi. Sufficit tibi. Ne-
quaq3 vltra loquaris de hac re ad me. Aſcēde
cacúmē phaſgē ⁊ oculos tuos circúmfer ad oc
cidentem ⁊ ad aquilonē auſtrúmq3 ⁊ orientē:
⁊ áſpice. Nec enim trāſibis iordanem iſtum.
Precipe ioſué et corróbora eum atq3 confor-
ta: q2 ipſe precédet populum iſtum: ⁊ diuidet
eis terram quam viſúrus es. Manſimúſq3 in
valle contra phánum phogór.
¶ Ca. Sū. ¶ Moyſes exhortatur populū: nar
rat que facta ſunt in oreb: prohibet omnem ſi-
militudinem celi: mortem propriā predicit:
⁊ eos puniendos ſi tranſgredient domini mā
data: narrat beneficia domini que fecit: ſepa-
rat ciuitates refugij. ¶ IIII

Et nūc iſraél audi pcépta ⁊ iu-
dicia que ego doceo te: vt fá- A
ciens ea viuas: ⁊ ingrédiēs poſ
ſideas terram quam dominus
deus patrū veſtroꝝ datur⁹ eſt vo
bis. Nō addētis ad verbum qđ

vobis lóquor: nec auferétis ex eo. Cuſtodite
mádata domini dei veſtri que ego precipio vo
bis. Oculi veſtri vidérunt omnia que fecit do-
minus contra beelphegór: quomó contriuerit
oés cultores eius de medio veſtri. Vos autem
qui adherétis domino deo veſtro: viuitis vni-
uerſi vſqz in pñtem diez. Scitis q docuérim
vos pcepta atqz iuſtitias ſicut mandauit mihi
dñs deus meus: ſic facietis ea in terra quam
poſſeſſuri eſtis & obſeruabitis & implebitis o-
pere. Nec eſt enim veſtra ſapientia & intellect°
corá pplis: vt audientes vniuerſi pcepta hec:
dicát. En populus ſapiens & intélligens: gens
magna. Nec eſt alia nátio tá grandis que ha
beat deos appropinquantes ſibi: ſicut deus no-
ſter adeſt cunctis obſecrationib° noſtris. Que
B enim eſt alia gés ſic ínclyta vt habeat cerimó
nias iuſtáqz iudicia: & vniuerſam legem quá
ego proponam hodie ante oculos veſtros. Cu-
ſtodi igitur temetipſum & animam tuam ſo-
licite. Ne obliuiſcáris verboruz que vidérunt
oculi tui: & ne + excidant de corde tuo cunctis
Al.+ excidant diebus vite tue. Docébis ea filios ac nepótes
tuos: die quo ſtetiſti coram domino deo tuo in
oréb: quádo dominus eſt mihi dicés. Cóngre
ga ad me populum vt audiant ſermones me-
os: & diſcát timére me in omni tempore: quo
viuunt in terra: doceántqz filios ſuos. Et acceſ
ſiſtis ad rádices montis qui ardébat vſqz ad
celum: erántqz in eo ténebre & nubes & calí-
go. Locutúſqz eſt dominus ad vos de medio
ignis. Vocem verboruz eius audiſtis: & formá
penitus non vidiſtis. Et oſtendit vobis pá-
ctum ſuum quod precépit vt facerétis: & de-
cem verba que ſcripſit in duabus tabulis lapí
deis. Mihiqz mádauit in illo tépore vt docé-
rem vos cerimónias et iudicia que facere de-
berétis in terra quam poſſeſſúri eſtis. Cuſtodi
te igitur ſolicite animas veſtras. Non vidi-
C ſtis aliquá ſimilitudiné in die qua locutus eſt
vobis dñs in oréb de medio ignis: ne forte de-
cepti faciatis vobis ſculptá ſimilitudiné: aut
imáginé máſculi vel femine ſimilitudinem: o
mniú iuméntorú que ſunt ſup terrá: vel áuium
ſub celo volántiú: atqz reptiliú que mouétur
in terra: ſiue piſciú qui ſub terra morántur in
aquis: ne forte eleuatis oculis ad celum vide-
as ſolez & luná & omnia áſtra celi: & errore de-
céptus adores ea & colas: q creáuit dñs deus
tuus in miniſtériú cúctis géntib° que ſub ce-
lo ſunt. Vos autem túlit dñs & edúxit de for-
náce férrea egýpti: vt habéret populú here-
ditáriú ſicut eſt in pſenti die. Iratúſqz + é do Al. ſuper +q;
min° ɔtra me pter ſermones veſtros: + & iu
ráuit vt nó tranſiré iordánez nec ingrederer Al. ſuper + ea
terrá óptimá quá daturus eſt vobis. Ecce mó
riar in hac húmo: nó tranſibo iordáné: vos
tranſibitis & poſſidébitis terrá egrégiá. Cáue D
ne qñ obliuiſcáris pácti dñi dei tui qd pépi-
git tecú: & fácias tibi ſculptá ſimilitudiné eo-
rú q fieri dñs prohibuit. / Quia dñs de° tuus Heb. 12.
ignis ɔſúmés eſt: deus emulátor. Si genuéri-
tis filios ac nepotes & moráti fuéritis in ter-
ra: deceptiqz fecéritis vobis aliquam ſimilitu
dinem patrántes malum corá dño deo veſtro
vt eum ad iracundiá prouocetis / teſtes inuo Infra.30.
co hodie celú & terrá: cito perituros vos eſſe de
terra quam tranſito iordane poſſeſſúri eſtis.
Non habitabitis in ea lógo tpe: ſz delébit vos
dñs atqz diſpérget in omnes gentes: & rema-
nébitis pauci in nationibus ad quas vos du-
cturus eſt dñs. Ibiqz ſeruietis diis qui homi-
nú manu fabricati ſunt: ligno & lapidi qui nó
vident + nec audiút + nec comedút + nec o- Al.+ non Al.+ non Al.+ non
doráñt. Cúqz qſieris ibi dñm deú tuú inueni-
es eú ſi tñ toto corde qſiéris & tota tribulatio E
ne anime tue: poſtqz te inuenerint oía q pre-
dicta ſút. Nouiſſimo aút tépore reuertéris ad
dñm deum tuú & audies vocé eius: quia deus
miſericors dñs de° tuus eſt. Non dimittet te:
nec omnino delebit: neqz obliuiſceť pacti in
quo iurauit patrib° tuis. Intérroga de diebus
antiqs qui fuerút ante te ex die quo creauit
dominus deus hoiem ſup terrá a ſummo celo
vſqz ad ſúmmú ei°: ſi facta eſt aliqñ huiuſcé-
modi res: aut vnqz cógnitú eſt: aut audiret po
pulos vocé dñi dei loquentis de medio ignis
ſicut tu audiſti & + vidiſti: ſi fecit de° vt ingre-
deréť: & tólleret ſibi genté de medio nationú Al.+ vidiſti
p tentationes ſigna atqz porténta p pugnam
& robúſtá manú: extentúmqz brachiú & horrí
biles viſiones: iuxta omnia que fecit p nobis
dñs deus nr in egýpto videntibus oculis tu-
is: vt ſcires quoniá dñs ipſe eſt deus & nó eſt
alius pter vnum. De celo te fecit audire vo-
cem ſuam vt doceret te: et in terra oſtendit ti F
bi igné ſuú máximú: & audiſti verba illius de
medio ignis: quia dilexit patres tuos: & ele-
git ſemen eorú poſt eos. Eduxitqz te pcedens
in virtute ſua magna ex egýpto: vt deléret na-
tiones maximas & fortiores te in introitu
tuo: & introduceret te: darétqz tibi terram

earum in poſſeſſiónem:ſicut cérnis in preſen-
ti die.Scito ergo hodie ⁊ + cogitato in corde
tuo q dominus ipſe eſt deus in celo ſurſum ⁊
in terra deorſum:⁊ non ſit alius.Cuſtodi pre-
cépta eius atq mandata que ego precipio ti-
bi:vt bene ſit tibi ⁊ filijs tuis poſt te:⁊ permá-
neas multo tempore ſuper terram quam dñs
deus tuus datúrus eſt tibi.Tūc ſeparáuit moy-
ſes tres ciuitates trans iordanem ad orienta-
lem plagam:vt confúgiat ad eas qui occiderit
nolens proximum ſuum:nec ſibi fúerit inimi
cus ante vnum ⁊ alterum diem ⁊ ad harū ali
G quam úrbium poſſit euádere.Boſor in ſolitu
dine:que ſita eſt in terra cāpéſtri de tribu ru
bén:⁊ ramóth in galaád que eſt in tribu gád
⁊ golám in baſán q eſt in tribu manaſſé. Iſta
eſt lex quā propoſuit móyſes coram filijs iſra
él:⁊ hec teſtimonia ⁊ cerimónie atq iudicia
que locutus eſt ad filios iſraél quando egreſſi
ſunt de egýpto trans iordanem in valle cōtra
phanum phogór:in terra ſeón regis ammor-
réi:qui habitauit in eſebón quē percuſſit móy
ſes.Filij quoq iſraél egreſſi ex egýpto poſſe-
derunt terram eius:⁊ terram og regis baſán
duorū regum ammorreorū qui erant trans ior
danem ad ſolis ortum ab aroér que ſita eſt ſu
per ripam torrentis arnón vſq ad montem ſa
nir q eſt ⁊ hermon oēm planitiē trans iordá
nem ad orientalē plágam vſq ad mare ſolitú
dinis ⁊ vſq ad radices montis phaſga.



C Ca.Sū. C De preceptis decalogi:de dona
tione legis:de excuſatione populi: de auditu
vocis domini. C V
A Vocauitq móyſes oēm iſraélē
⁊ dixit ad eū.Audi iſrael ceri-
mónias atq iudicia que ego ló
quor in áuribus veſtris hodie.
Diſcite ea ⁊ ópere cōpléte.Do-
minus deus nr̄ pépigit nobiſcū
ſédus in oréb.Non cū patribus noſtris inijt
pactū:ſed nobiſcū:qui in preſentiarū ſumus ⁊
viuimus.Facie ad faciē locutus eſt nobis in mō
te de medio ignis.Ego ſequéſter ⁊ médius fui
inter deū ⁊ vos in tēpore illo: vt annūciárem
Exo.34.c. Pſal.80 vobis verba eius.Timuiſtis enim ignem: ⁊ nō
aſcēdiſtis in montē.// Et ait.Ego dñs deus tu
us qui edúxi te de terra egýpti de domo ſerui
tutis.Non habebis deos alienos in conſpectu
meo.Non fácies tibi ſcúlptile:nec ſimilitudi
nem oīum que in celo ſunt déſuper: ⁊ que in
terra deórſum:⁊ q verſántur in aquis ſub ter Exo.34.c.
ra.// Non adorábis ea ⁊ non cóles.// Ego enī Matth.
ſum dñs deus tuus:deus emulátor réddens ini 26.q.5.
qtatem patrū ſuper filios in tertiā ⁊ quartā ge nec mir ante n.
neratiōne his qui óderunt me:⁊ faciens mi- Exo.20.
ſericordiā in multa milia diligentibus me: ⁊ M
cuſtodiētibus precepta mea.// Nō vſurpábis 22.q.1.c
nomē dei tui frúſtra:q non erit impunitus q habent
ſuper re vana nomen eius aſſúmpſerit. Obſér ca.n pec ti ⁊ ca.
ua diem ſábbati vt ſanctífices eū:ſicut precé 5.q.1. ca
pit tibi dñs deus tuus.Sex diebus operáberis: ergo.
⁊ facies oīa opera tua.Septimus dies ſábbati

eſt:id eſt réquies dñi dei tui. Nõ facies in eo
quicꝗ̃ operis: tu ⁊ filiꝰ tuus ⁊ filia: ſeruus et
ancilla: bos ⁊ aſinus: ⁊ oē iuméntũ tuũ: ⁊ pe-
regrinus qui eſt intra portas tuas: vt requie-
ſcat ſeruus ⁊ ancilla tua ſicut ⁊ tu. Memento
ꝙ ⁊ ipſe ſeruieris in egypto: ⁊ eduxerit te in-
de dñs deus tuus in manu forti ⁊ bráchio ex-
Exo.20.b. Mat.15.a. Mar.7.a. ténto. // Idcirco ꝑcepit tibi vt ſeruares diem
ſábbati. Honora patrē tuũ ⁊ matrem: ſicut ꝑ-
cépit tibi dñs deus tuus: vt longo viuas tpe: ⁊
bene ſit tibi in terra quã dñs deus tuus datu-
Mat.5.c. Ro.13.b. 33.q.5.c. ſi nõ licet ⁊ poſt ca. reos rus eſt tibi. // Non occides: // neqꝫ mecáberis
furtúmqꝫ nõ fácies. // Nec loqueris cõtra p-
ximũ tuũ falſuz teſtimoniũ. // Non ɔcupiſces
vxorē próximi tui. Nõ domũ: nõ agrũ: nõ ſer
C uũ: nõ ancillã: nõ bouē: nõ aſinũ: ⁊ vniuerſa
6. di. §. his ita. 14.q.5.c. penale. 23.q.5.ca. ſi non licet. que illius ſunt. Hec verba locutus eſt dñs ad
oēm multitudinē veſtraz in monte de medio
ignis ⁊ núbis: ⁊ caliginis voce magna nihil
áddens amplius: ⁊ ſcripſit ea in duabꝰ tábu-
lis lapídeis quas tradidit mihi. Uos aũt poſt
ꝗ̃ audiſtis vocē de medio tenebrarũ ⁊ montē
ardére vidiſtis: acceſſiſtis ad me oēs príncipes
tribuũ ⁊ maiores nátu atqꝫ dixiſtis. Ecce oſtē
dit nobis dñs deus noſter maieſtatē ⁊ magni
túdinē ſuaz. Uocē enim eius audiuimꝰ de me
dio ignis: ⁊ probáuimus hodie ꝙ loquēte deo
Ma. + mo rimur cũ homine vixerit homo. Cur ergo + moriē-
mur: ⁊ deuorábit nos ignis hic maximus? Si
enī audiérimꝰ vltra vocez dñi dei noſtri: mo-
riémur. Quid eſt oīs caro vt áudiat vocē dei
viuētis: q de medio ignis loquitꝰ ſicut nos au-
díuimus ⁊ póſſit viuere? Tu magis accéde et
D áudi cũcta que dixerit dñs deꝰ noſter tibi lo-
querísqꝫ ad nos: ⁊ nos audientes faciémus ea
Quod cũ audiſſet dominus: ait ad me. Audí
ui vocē verborũ populi huius: que locuti ſunt
tibi. Bene omnia ſunt locuti. Quis det talez
eos habere mentē vt timeāt me: ⁊ cuſtodiant
vniuerſa mãdata mea in omni tēpore: vt be-
ne ſit eis ⁊ filijs eoꝝ in ſempiternũ? Uade er
go: ⁊ dic eis. Reuertímini in tentoria veſtra.
Tu vero hic ſta mecũ: ⁊ loquar tibi omnia mã
data mea ⁊ cerimónias atqꝫ iudicia: que doce
bis eos vt faciant ea in terra quã dabo illis in
poſſeſſionē. Cuſtodite igitur ⁊ facite que pre-
Ma. 17.b. cépit dñs deus vobis. Non declinábitis neqꝫ
ad dexteram neqꝫ ad ſiniſtram: ſed per viam
quam precépit dominus deus veſter ambulá-
bitis: vt viuatis ⁊ bene ſit vobis: ⁊ protelēt
Al's ſuper eſt + veſtri dies + veſtri in terra poſſeſſionis vře.

¶ Ca. Sũ. ¶ De diligendo deum: de memo
randis ⁊ ſcribendis mandatis eius: ꝙ timeãt
dominum: ꝙ non tentent eum: ꝙ legem doce
ant filios ſuos. VI

Hec ſunt precépta ⁊ cerimónie
atqꝫ iudicia que mandauit dñs
deus veſter: vt docérē vos vt fa-
ciátis ea in terra ad quam tran
ſgredímini poſſidendã: vt time
as dñm deum tuũ: ⁊ cuſtódias
omnia mandata ⁊ precépta eius q̃ ego preci-
pio tibi ⁊ filijs ac nepotibꝰ tuis cunctis diebꝰ
vite tue: vt prolongent dies tui. Audi iſraél ⁊
obſérua: + vt fácias que precépit tibi dñs: ⁊ be Ma. +
ne ſit tibi: ⁊ multiplicéris ãplius: ſicut pollici-
tus eſt dñs deus patrum tuoꝝ tibi terram la-
cte ⁊ melle manãntē. Audi iſraél. Dñs deus
veſter + deꝰ vnus eſt. // Diliges dñm deum tu Ma. + deus
um ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aīa tua: ⁊ ex to- Mat.22.
ta fortitúdine tua. Eruntqꝫ verba hec que ego Mar.12. Luc.10.
precipio tibi hodie in corde tuo: ⁊ narrábis ea
filijs tuis: ⁊ meditáberis ſédens in domo tua B
⁊ ámbulans in itinere dórmiens atqꝫ conſur 3.di.ca. 1.q.4.§. his ita
gens. Et ligábis ea quaſi ſignuz in manu tua: gio.
erúntqꝫ ⁊ mouebuntur inter oculos tuos ſcri-
béſqꝫ ea in límine ⁊ óſtijs domus tue. Cũqꝫ in
trodúxerit te dñs deus tuus in terrã pro qua
iuráuit patribus tuis habraám iſaác ⁊ iacob:
⁊ déderit tibi ciuitates magnas ⁊ óptimas q̃s
non edificáſti: domos plenas multaruz ópum
quas non extruxiſti: ciſternas quas nõ fodiſti:
vinéta ⁊ oliuéta que non plantáſti ⁊ comede
ris ⁊ ſaturátus fúeris: cáue diligēter ne obli-
uiſcáris domini dei tui: qui edúxit te de terra
egypti: ⁊ de domo ſeruitútis. // Dominum de Al's ra.10.
um tuum timébis: ⁊ + illi ſoli ſeruies: ac per Ma. +
nomen illius iurábis. Nõ ibitis poſt deos alie Mat.4.b.
nos cunctarum géntiuz que in circúitu veſtro Luc.4.b.
ſunt: quoniã deus emulátor dñs deus tuus in
medio tui: ne quando iraſcátur furor dñi dei C
tui contra te: ⁊ áuferat te de ſuperfície terre.
// Non tentabis dñm deum tuum: ſicut tenta
ſti in loco tentatiōis. Cuſtódi precepta dñi dei Mat.4.b.
tui: ac teſtimonia ⁊ cerimónias quas precépi Luce.4.b.
tibi: ⁊ fac quod plácitũ eſt ⁊ bonum in conſpe- 2.q.5.ca.i ſumma.
ctu dñi vt bene ſit tibi: ⁊ ingreſſus poſſideas 22.q.2.ca. queritur.
terrã óptimã de qua iurauit dñs patribꝰ tuis 23.q.ſ.ca.
vt deleret oēs inimicos tuos coram te: ſicut lo ſi nulla.
cútus eſt. Cum interrogáuerit te filius tuus
cras dicens: quid ſibi volunt teſtimonia hec ⁊ D
cerimónie atqꝫ iudicia q̃ precépit dominꝰ de-

us noſter nobis: dices ei. Serui eramus pha-
raonis in egýpto: ⁊ edúxit nos dominus de e-
gýpto in manu forti: fecitq̧ ſigna atq̧ prodi-
gia magna ⁊ peſſima in egýpto contra pha-
raonem ⁊ omnem domū illius in conſpectu
noſtro: ⁊ edúxit nos inde: vt introdúctis da-
ret terram ſuper quam iuráuit patribus no-
ſtris. Precepitq̧ nobis vt faciámus omnia le
gittima hec: ⁊ timeámus dominum deum no
ſtrum: vt bene ſit nobis cūctis diebus vite no
ſtre: ſicut eſt hodie. Eritq̧ noſtri miſéricors: ſi
cuſtodiérimus ⁊ fecérimus oīa precepta eius
coram dn̄o deo nr̄o: ſicut mādauit nobis.

¶ Ca. Sū. ¶ Prohibet̃ ſocietas gentiū: pre-
cipit̃ idolatrie deſtructio: auxilium ad eijcien
dum: ⁊ ſi ſeruauerit mādata vbertas in omni
bus populo promittitur. ¶ VII

A 23. q. 5. §. 1. ð. g lcée. es

Cum vero ītrodúxerit te domi-
nus deus tuus in terram quam
poſſeſſurus ingrediéris ⁊ delé-
uerit gentes multas coram te:
ethéum: ⁊ gergeſéum et am-
morréum ⁊ chananéum ⁊ phe-
reſéum ⁊ euéum ⁊ iebuſéum ſeptem gentes:
multo maioris numeri q̄ tu es ⁊ robuſtióres
te tradideritq̧ eas domin⁹ deus tuus tibi: per-
cúties eas vſq̧ ad internitiónem. Non íni-
bis cum eis fédus: nec miſeréberis earum:
neq̧ ſociábis cum eis coniúgia. Filiam tuā
non dabis filio eius: nec filiam illius accipies
filio tuo: quia ſedúcet filium tuū ne ſequatur
me: ⁊ vt magis ſeruiat dijs alienis. Iraſcetúr
q̧ furor domini ⁊ delébit te cito. Quinpotius
hec faciétis eis. Aras eorum ſubuértite: + ⁊
confringite ſtátuas: lucóſq̧ ſuccidite: ⁊ ſcul-
ptilia combúrite: quia populus es ſanctus do
mino deo tuo. Te elégit dominus deus tuus vt
ſis ei populus peculiáris de cūctis populis qui
ſunt ſuper terram. Non quia cunctas gentes
numero vincebátis vobis iūnctus eſt domin⁹
⁊ elégit vos: cum omnibus ſitis populis pau-
ciores: ſed q̄ diléxit vos dominus ⁊ cuſtodiuit
iuraméntum qđ iuráuit patribus veſtris. Edu
xitq̧ vos ī manu forti: ⁊ redémit de domo ſer
uitutis: de manu pharaónis regis egýpti. Et
ſcies quia dominus deus tuus ipſe eſt deus for
tis ⁊ fidélis: cuſtódiens páctum ⁊ miſericor-
diam diligéntibus ſe: ⁊ his qui cuſtódiūt pre
cépta eius in mille generationes: ⁊ réddens
odiéntibus ſe ſtatim: ita vt diſpérdat eos et
vltra non differat: prótinus eis reſtituens qđ
meréntur. Cuſtódi ergo precépta ⁊ cerimóni
as atq̧ iudícia que ego mandabo tibi hódie
vt fácias. Si poſtq̄ audíeris hec iudicia cuſto
díeris ea ⁊ féceris: cuſtódiet ⁊ dominus deus
tuus páctum tibi ⁊ miſericordiam quā iura-
uit patribus tuis: et diliget te ac multiplica-
bit +: benedicétq̧ frúctui ventris tui ⁊ frúctui Ms + te
terre tue: frumento tuo atq̧ vindémie óleo
⁊ arméntis: grégibus ouium tuarū ſuper ter-
ram pro qua iuráuit patribus tuis vt daret eā
tibi. Benedictus eris inter omnes populos. C
Nō erit apud te ſtérilis vtriúſq̧ ſexus tam Exo. 23. d.
in hominibus q̄ in grégibus tuis. Aúferet do
minus a te omnem languórem ⁊ infirmita-
tes egýpti péſſimas quas nouiſti non ínferet
tibi: ſed cūctis hoſtibus tuis. + Deuorábis o- Ms + de
mnes pópulos: quos dominus deus tuus da- uorabit
turus eſt tibi. Nō párcet eis oculus tuus: nec
ſéruies dijs eorum ne ſint in ruinam tui. Si
dixeris in corde tuo plúres ſunt gentes iſte q̄
ego: quomodo potero delére eas? Noli me-
túere: ſed recordáre que fécerit dominus de-
us tuus pharaóni: ⁊ cunctis egýptijs plágas
máximas quas vidérunt oculi tui: ⁊ ſigna at-
q̧ porténta manúmq̧ robúſtam: ⁊ exténtū
bráchium vt edúceret te dominus deus tuus.
Sic faciet cunctis populis quos métuis. In-
ſuper ⁊ ſcabrónes mittet domin⁹ deus tuus in Ms + cra
eos: donec deleat omnes atq̧ diſperdat qui te brones
fúgerint ⁊ latére non póterint. Non timébis D
eos: quia dominus deus tuus in medio tui eſt:
deus magnus ⁊ terríbilis. Ipſe conſúmet na
tiones has in cōſpectu tuo paulátim atq̧ per
partes. Non póteris eas delére páriter: ne for
te multiplicéntur contra te beſtie terre. Dabit
q̧ eos dominus deus tuus in conſpectu tuo: ⁊
iterficiet illos donec pénitus deleántur. Tra
détq̧ + reges eorum in manus tuas: ⁊ diſper Ms ſup-
dás nomina eorum ſub celo. Nullus póterit eſt + q̧
reſiſtere tibi: donec cónteras eos. Sculptilia
eorum igne combúres. Non concupíſces 2. Ma. 12. f
argéntum et aurum de quibus facta ſunt: ne
q̧ aſſúmes ex eis tibi quicq̄: ne offendás pro
pter ea: quia abominatio eſt domini dei tui:
+ nec inferes quippiā ex idolo in domū tuā: Ms + ne
ne fias anathéma ſicut et illud eſt. Quaſi ſpur
citiam deteſtáberis: et velut inquinamén-
tum ac ſordes abominationi habébis: quia
anathéma eſt.

¶ Ca. Sū. ¶ Memorantur afflictiones ⁊ be
neficia que receperunt in deſerto. ¶ VIII

Exo. 23. d
S. q. i. c. ſu
mi. ð. iu
auctēti
35. q. i. §.
hac ratione
ð. hic eſt

Ms ſup-
eſt + et
Exo. 14. b
infra. 12. a.
Infra. 14. a
& infra. 16. d
B

A Omne mādatum quod ego pre-
cipio tibi hodie caue diligenter
vt facias: vt poſſitis viuē ꝛ mul-
tiplicemini: ingreſſiq; poſſideā
tis terraꝫ pro qua iurauit domi-
nus patribus veſtris. Et recordā
beris cūcti itineris per quod adduxit te domi
nus deus tuus quadraginta ānis per deſertum:
vt affligeret te atq; tētaret ꝛ nota fierent que
in tuo animo verſabantur: vtrum cuſtodires
M. + que mandata illius: an nō? Afflixit te penuria: et
dedit tibi cibuꝫ manna quod ignorabas tu et
Matt. 4. a Luc. 4. a patres tui: vt oſtenderet tibi: // q; non in ſolo
pane viuit homo: ſed in omni verbo qđ egre-
Ms + dei ditur de ore + domini. Veſtimētum tuuꝫ quo
operiebaris nequaq; vetuſtate defecit: ꝛ pes
B tuus nō eſt ſubtritus. En quadrageſimus an-
nus eſt: vt recogites in corde tuo: q; ſicut eru-
dit filium ſuū homo: ſic dominus deus tuꝰ eru
diuit te: vt cuſtodias mādata domini dei tui:
ꝛ ambules in vijs eius: ꝛ timeas eū. Dñs enī
deus tuꝰ introducet te in terram bonam: terrā
riuorū: aquarumq;: ꝛ fontium: in cuius cam
pis ꝛ mōtibus erumpūt fluuiorū abyſſi: ter-
rā frumenti hordei ac vinearū: in qua ficus ꝛ
malogranata ꝛ olineta naſcunt: terram olei
ac mellis: vbi abſq; vlla penuria comedes pa
nē tuū: ꝛ rerum oīum abūdātia perfrueris cu
ius lapides ferrū ſunt: ꝛ de mōtibus eius eris
metalla fodiuntur: vt cuꝫ comederis ꝛ ſatiā
tus fueris: benedicas domīo deo tuo: pro ter-
C ra optima quaꝫ dedit tibi. Obſerua ꝛ caue ne
quādo obliuiſcaris domini dei tui: ꝛ negligas
mādata eius atq; iudicia ꝛ cerimonias quas
ego precipio tibi hodie: ne poſtq; comederis ꝛ
ſatiatus fueris: domos pulcras edificaueris ꝛ
habitaueris in eis: habuerisq; armenta bo
um ꝛ ouiū greges: argenti ꝛ auri cunctarum
q; rerum copiam: eleuetur cor tuū ꝛ nō remi
niſcaris dñi dei tui qui eduxit te de terra egy
pti: de domo ſeruitutis: ꝛ ductor tuꝰ fuit in ſo
litudine magna atq; terribili: in qua erat ſer
pēs flatu adurens ꝛ ſcorpio ac dipſas: ꝛ mil
de qſe. di. 2. ca. reue. &c. In pn. le omnino aque // qui eduxit riuos de petra du
riſſima: ꝛ cibauit te manna in ſolitudine qđ
D neſcierunt patres tui. Et poſtq; afflixit ac pro
bauit ad extremū miſertus eſt tui: ne diceres
ī corde tuo: fortitudo mea ꝛ robur manꝰ mee
hec mihi omnia preſtiterūt: ſed recorderis do
mini dei tui q; ipſe vires tibi prebuerit: vt im
pleret pactū tuum ſup quo iurauit patribus
tuis ſicut preſens indicat dies. Si autē obli-
tus dñi dei tui ſecutus fueris deos alienos co-
luerisq; illos ꝛ adoraueris: ecce nunc pdico ti
bi q; omnino diſpereas. Sicut gentes quas
deleuit dñs in introitu tuo: ita ꝛ vos peribitis
ſi inobedientes fueritis voci dñi dei veſtri.
¶ Ca. Sū. ¶ Reprimit victorie ſuperbia: et
memorat culpa preterita: de vitulo adorato: ꝛ
murmure: ꝛ ſepulcris concupiſcentie: ſupra
Numeri. xi. ¶ IX

Audi iſrael. Tu tranſgredieris A
hodie iordanē vt poſſideas na-
tiones maximas ꝛ fortiores te
ciuitates ingentes: ꝛ ad celum
vſq; muratas: populuꝫ magnū
atq; ſublimem filios enachim
quos ipſe vidiſti ꝛ audiſti: quibus nullus po-
teſt ex aduerſo reſiſtere. Scies ergo hodie: q;
dominus deus tuus ipſe tranſibit ante te ignis
deuorās atq; conſumens: qui conterat eos et
deleat atq; diſperdat ante faciem tuam velo-
citer: ſicut locutus eſt tibi. Ne dicas in corde
tuo: cū deleuerit eos dominus deus tuus in cō
ſpectu tuo: propter iuſtitiam meam introdu-
xit me dñs: vt terrā hanc poſſiderē cum ppter
impietates ſuas iſte delete ſunt nationes. Ne
q; enim ppter iuſtitias tuas ꝛ equitatē cordis
tui ingredieris: vt poſſideas terras earuꝫ: ſed
quia ille egerūt + impie: introeūte te delete Ms + ipietatem
ſunt: ꝛ vt cōpleret verbū ſuum dominus: qđ
ſub iuramento pollicitus eſt patribus tuis ha
braām iſaac ꝛ iacob. Scito ergo q; non ppter B
iuſtitias tuas dominus deus tuus dederit tibi
terrā hanc optimaꝫ in poſſeſſionem: cum du
riſſime ceruicis ſis populus. Memento ꝛ ne
obliuiſcaris quō ad iracundiā prouocaueris
dñm deū tuum in ſolitudine: ꝛ ex eo die quo
egreſſus es ex egypto vſq; ad locum iſtū ſem
p aduerſuꝫ dñm cōtendiſti. Naꝫ ꝛ ī oreb pro-
uocaſti eū: ꝛ iratus delere te voluit: qñ aſcen
di in mōtē vt acciperē duas tabulas lapideas
pacti qđ pepigit vobiſcū deus: ꝛ pſeueraui in
monte. xl. diebus ac noctibus: panē nō come-
dens ꝛ aquā nō bibens. Deditq; mihi domi-
nus duas tabulas lapideas ſcriptas digito dei
ꝛ cōtinentes omnia verba que vobis locutus
eſt in monte de medio ignis: qñ contio populi
congregata eſt. Cūq; tranſiſſent quadraginta
dies ꝛ totidē noctes: dedit mihi dñs duas ta-
bulas lapideas tabulas federis: dixitq; mihi
ſurge ꝛ deſcende hinc cito: // q; pplš tuus quē Exo. 32. b.

eduxiſti de egypto deſeruerunt velociter viam
quā demonſtraſti eis: feceruntq; ſibi cõflatile.
Rurſumq; ait dñs ad me. Cerno q̃ populus
C iſte dure ceruicis ſit. Dimitte me vt conteraz
Ms ſupe eū: ⁊ deleā nomē eius + de ſub celo: ⁊ cõſtituaz
rrit + de te ſup gentē que hac maior ⁊ fortior ſit. Cūq;
de monte ardente deſcenderē: ⁊ duas tabulas
federis vtraq; tenerem manu: vidiſſemq; pec
caſſe vos dño deo veſtro: ⁊ feciſſe vobis vitulū
cõflatilē ac deſeruiſſe viā eius quā vobis oſten
derat: proieci tabulas de manib⁹ meis: // con-
xxx.di.ca. fregiq; eas in cõſpectu veſtro. Et procidi ante do
Jeiunium minū ſicut prius q̃draginta diebus ⁊ noctibus
ꝑ.moy- panem non comedens ⁊ aquā non bibens pro
ſes decē- pter omnia peccata veſtra q̃ geſſiſtis contra do
dens de minū: ⁊ eū ad iracundiā prouocaſtis. Timui
monte. enim indignationē ⁊ iram illius: qua aduerſū
vos concitatus: delere vos voluit. Et exaudiuit
me dñs etiaz hac vice. Aduerſum aaron quo-
q; vehementer irat⁹ voluit eū contererere: ⁊ pro
illo ſimiliter deprecatus ſum. Peccatū autem ve-
ſtrū quod feceratis id eſt vitulum: arripiens:
igne combuſſi: ⁊ in fruſta comminuens omni-
no quoq; in puluerē redigens: proieci in tor-
D rentē qui de monte deſcēdit. In incendio quo-
q; ⁊ in tentatione ⁊ in ſepulcris cõcupiſcentie
prouocaſtis dñz: ⁊ quando miſit vos de cadeſ-
barne dicens. Aſcendite ⁊ poſſidete terrā quā
dedi vobis: ⁊ contēpſiſtis ipēriū dñi dei veſtri:
⁊ non credidiſtis ei: neq; vocē eius audire vo-
luiſtis: ſed ſemp fuiſtis rebelles a die q̃ noſſe
vos cepi. Et iacui corā dño quadraginta die
bus ac noctibus quibus eū ſuppliciter deprecā
bar: ne deleret vos vt fuerat cominatus ⁊ orās
dixi. Dñe deus ne diſperdas pplm tuū ⁊ here-
ditatē tuā quā redemiſti i magnitudine tua:
quos eduxiſti in manu forti. Recordare ſeruo
rū tuorū habraam iſaac ⁊ iacob. Ne aſpicias
duritiā populi huius ⁊ impietatē atq; peccatū:
ne forte dicant habitatores terre de qua eduxi
ſti nos: non poterat dñs introducere eos in ter
ram quā pollicitus eſt eis: ⁊ oderat illos: idcir
co eduxit vt interficeret eos in ſolitudine qui
ſunt populus tuus ⁊ hereditas tua: quos eduxi
ſti in fortitudine tua magna ⁊ in brachio tuo
extento.

¶ Ca. Sũ. ¶ De ſecundis tabulis: de morte
aaron: de ſeparatiōe ⁊ miniſterio tribus leui:
de timendo amandoq; dñm: q̃ circuncidant
preputia cordiū: peregrinos amēt: per nomen
dei iurent. X

In tēpore illo dixit dñs ad me. A
// Dola tibi duas tabulas lapi- Exo.34.a.
deas ſicut priores fuerunt: ⁊ a-
ſcende ad me in mōtē: facieſq;
arcā ligneaz: ⁊ ſcribā in tabulis
verba q̃ fuerunt in his q̃s ante
cõfregiſti: poneſq; eas in arca. Feci igit arcam
de lignis ſethim. Cūq; dolaſſem duas tabulas
lapideas + inſtar prioꝝ: aſcendi in montē ha- Ms repe-
bens eas in manib⁹. Scripſitq; in tabulis iu- tit + tabu
xta id qđ prius ſcripſerat verba decē: que locu- las.
tus eſt dñs ad vos in monte de medio ignis:
quando populus cõgregatus eſt: ⁊ dedit eas mi
hi. Reuerſuſq; de monte deſcendi: ⁊ poſui ta-
bulas in arcam quā fecerā: que hucuſq; ibi
ſunt: ſicut mihi precepit dñs. // Filij autē iſra- B
ël mouerunt caſtra ex berōth filioꝝ iachān in Nu.20.b.
moſera: vbi aaron mortuus ⁊ ſepultus eſt: p
quo ſacerdotio functus eſt eleaçar filius ei⁹.
Inde venerunt in gadgad. De quo loco profe-
cti caſtrametati ſūt in ietbabatha: in terra aq̃
rū atq; torrentiū. Eo tpe + ſeparaui tribū le- Ms + ſe-
ui: vt portaret arcā federis dñi: ⁊ ſtaret coraz parauit.
eo in miniſterio ac benediceret in noīe illius
vſq; in preſentē diem. Quāobrem non habuit
leui partē neq; poſſeſſionem cū fratribus ſuis
q: ipſe dñs poſſeſſio eius eſt: ſicut promiſit ei
dñs deus tuus. Ego autez ſteti in monte ſicut
prius quadraginta diebus ac noctibus: exaudi C
uitq; me dñs etiam hac vice: ⁊ te perdere nō
luit. Dixitq; mihi. Uade ⁊ precede pplm vt in
grediatur ⁊ poſſideat terram quā iuraui pa-
tribus eorum vt traderem eis. Et nunc iſraël Sup. 6.b.
quid dominus deus tuus petit a te: niſi vt ti-
meas dñm deum tuū: ⁊ ambules in vijs eius
⁊ diligas eum: ac ſeruias domino deo tuo: in
toto corde tuo: ⁊ in tota anima tua: cuſtodiaſ-
q; mandata domini ⁊ cerimonias eius quas
ego hodie precipio tibi vt bene ſit tibi. En do-
mini dei tui celum eſt: ⁊ celum celi: terra ⁊ o-
mnia que in ea ſunt: ⁊ tamen patribus tuis cõ
glutinatus eſt dominus: ⁊ amauit eos: elegit-
q; ſemen eorum poſt eos: id eſt vos de cunctis
gentibus: ſicut hodie comprobatur: // Circum D
cidite igitur preputium cordis veſtri: ⁊ ceruī- ff.22.q.2.c.
cem veſtram ne induretis amplius: quia do- ſi.i ꝑ.pre-
minus deus veſter ipſe eſt deus deorum ⁊ domi putiuz in glo.
nus dominantium: deus magnus ⁊ potens ⁊ 87.di.c.de
terribilis qui perſonaz non accipit nec mune- ſolicitudine
ra. Facit iudicium pupillo ⁊ vidue: amat pere
grinum ⁊ dat ei victum atq; veſtitum. Et vos

ergo amate peregrinos: quia ⁊ ipſi fuiſtis aduene in terra egypti. // Sup.6.c. Dñm deum tuū timebis: ⁊ ei ſoli ſerues. Jpſi adherebis: iurabiſq; in nomine illius. Jpſe eſt laus tua ⁊ deus tuus qui fecit tibi hec magnalia ⁊ terribilia que viderunt oculi tui. // Sol.6.c. Jn ſeptuaginta animabus deſcenderunt přes tui in egyptum: ⁊ ecce nunc multiplicauit te dñs deus tu⁹ ſicut aſtra celi.

¶ Ca. Sū. ¶ De ſignis factis ↄtra pharaonē ⁊ egyptū. De dathan ⁊ abyron: q̄ terra p̄miſſa nō eſt ſicut egyptus: de ſcribēda lege in cordibus: ⁊ p̄ ſigno in manibus: ⁊ inter oculos collocet: de benedictione ſi cuſtodiet mandata: maledictiōe ſi negliget. ¶ XI

A Diliges itaq; dñm deum tuū ⁊ obſerua p̄cepta ei⁹ ⁊ cerimonias iudicia atq; mandata omni tēpore. Cognoſcite hodie que ignorāt filij veſtri: q̄ nō viderūt diſciplinā dñi dei vři magnalia ei⁹ ⁊ robuſtā manū extentūq; brachiū: ſigna ⁊ opera q̄ fecit in medio egypti pharaoni regi ⁊ vniuerſe terre ei⁹: oīq; exercitui egyptioꝝ: ⁊ eq̄s ac curribus quō operuerint eos aq̄ maris rubri: cū vos pſequerent: ⁊ deleuerit eos dñs vſq; in p̄ſentē diē: vobiſq; q̄ fecerit in ſolitudine donec veniretis ad hunc locū ⁊ dathan atq; abyron filijs eliab q̄ fuit filius ruben. // Nu.16.b. Quos aperto ore ſuo terra abſorbuit cū domib⁹ ⁊ tabernaculis ⁊ vniuerſa ſubſtantia eoꝝ: quā habebant in medio iſrael.

B Oculi veſtri viderūt oīa opa dñi magna q̄ fecit vt cuſtodiatis vniuerſa mandata illius q̄ ego hodie p̄cipio vobis: ⁊ poſſitis introire ⁊ poſſidere terrā ad quā ingredimini: multoq; in ea viuatis tpe quā ſub iuramēto pollicit⁹ eſt dominus patrib⁹ veſtris: ⁊ ſemini eorum lacte ⁊ melle manātē. Terra enī ad quā ingredieris poſſidendā: nō eſt ſicut terra egypti de qua exiſti: vbi iacto ſemine in hortoꝝ morem aque ducunt irrigue: ſed mōtoſa eſt ⁊ cāpeſtris: de celo expectās pluuias: quā dñs de⁹ tuus ſemꝑ inuiſit: ⁊ oculi illius in ea ſunt a p̄ncipio anni vſq; ad finē eius. // Ex̄ra eodē ſup.10.c. Si ergo obedieritis mādatis meis q̄ ego hodie p̄cipio vobis: // vt diligatis dñm deū veſtrū: ⁊ ſeruiatis ei in toto corde veſtro: ⁊ in tota anima veſtra: dabit pluuiā terre veſtre + tēporaneā ⁊ ſerotinā vt colligatis frumentū ⁊ vinum ⁊ oleū fenūq; ex agris ad paſcenda iumenta: ⁊ vt ipſi comedatis ac ſaturemini. Al.+tēporaneam Cauete ne forte decipiat cor veſtrum: ⁊ recedatis a domino: ſeruiatiſq; dijs alienis ⁊ adoretis eos: iratuſq; dñs claudat celū ⁊ pluuie nō deſcendāt: nec terra det germen ſuū: pereatiſq; velociter de terra optima quam dñs daturus eſt vobis. //

C Sup.6.b. Ponite hec verba mea in cordib⁹ ⁊ in animis vřis: ⁊ ſuſpendite ea p̄ ſigno in manib⁹ ⁊ inter oculos vřos collocate. Docete filios vřos vt illa meditent. Quā ſederis in domo tua ⁊ ambulaueris in via ⁊ accubueris atq; ſurrexeris: ſcribes ea ſup poſtes ⁊ ianuas dom⁹ tue: vt multiplicentur dies tui ⁊ filioꝝ tuoꝝ in terra quā iurauit dñs patrib⁹ tuis vt daret eis q̄diu celū imminet tre. // Sup.6. Si enī cuſtodieritis mādata q̄ ego precipio vobis: ⁊ feceritis ea: vt diligatis dñm deū veſtrū: ⁊ ambuletis in oībus vijs ei⁹ adherentes ei: diſperdet dñs oēs gentes iſtas ante faciem vřam: ⁊ poſſidebitis eas q̄ maiores ſunt ⁊ fortiores vobis. // Joſ.1.a. Ois locus quē calcauerit pes vř: vř erit. A deſerto ⁊ libano ⁊ flumine magno eufrate vſq; ad mare occidētale erūt termini vři. Nullus ſtabit ↄtra vos. Terrorem vřm ⁊ formidinē dabit dñs deus vř ſuper oēm terrā quā calcaturi eſtis: ſicut locut⁹ eſt vobis.

D En p̄pono in ↄſpectu vřo hodie bñdictionē ⁊ maledictionē. Bñdictionē: ſi obedieritis mādatis dñi dei vři que ego hodie precipio vobis: maledictionē ſi non obedieritis mādatis dñi dei veſtri: ſed receſſeritis de via quā ego nūc oſtēdo vobis: ⁊ ambulaueritis poſt deos alienos quos ignoratis. Cū vero introduxerit te dñs deus tuus in terrā ad quā pergis habitandam: pones bñdictionē ſuper montē garizim: maledictionē ſup montē hebal: qui ſunt trans iordanem poſt viā que vergit ad ſolis occubitū in terra chananei q̄ habitat in campeſtribus cōtra galgalā que eſt iuxta vallē tendentem ⁊ intrantē procul. Vos enī tranſibitis iordanem: vt poſſideatis terrā quam dñs deus veſter daturus eſt vobis: vt habeatis ⁊ poſſideatis illā. Videte ergo vt ipleatis cerimonias atq; iudicia que ego hodie ponā in conſpectu veſtro.

¶ Ca. Sū. ¶ De deſtruēda idolatria: de decimis ⁊ p̄mitijs: de māducādo in loco quē dñs elegerit: de ſanguine nō comedendo. ¶ XII

A Hec ſunt precepta atq; iudicia q̄ facere debetis in terra quā dñs deus patrū tuoꝝ daturus eſt tibi: vt poſſideas eā cūctis dieb⁹ q̄b⁹ ſup humū gradieris. Subuertite omnia loca in quibus

coluerūt gētes quas poſſeſſúri eſtis: deos ſuos:
ſup mōtes excélſos ꝛ cólles ꝛ ſúbter oē lignū
ſupra. 7. a ſis ✝ co mm frōdóſum.// Diſſipáte aras ✝ earū ꝛ ꝯfringi-
te ſtátuas: lúcos igne cōbúrite: ꝛ idola cōmi-
Exo. 34. b nuite: diſpérdite noīa eoꝝ de locis illis. Nō fa
ciétis ita dn̄o deo veſtro: ſed ad locū quē elége
rit dn̄s deus veſter de cunctis tribubꝰ veſtris: vt
ponat nomē ſuū ibi ꝛ hábitet in eo: venietis: ꝛ
offerétis in loco illo holocáuſta ꝛ víctimas ve
ſtras décimas ꝛ primítias manuū veſtraruꝫ ꝛ
vota atqꝫ donária ꝑmogénita bóum ꝛ óuiuꝫ:
ꝛ comedétis ibi in ꝯſpectu dn̄i dei veſtri: ac le-
tabímini in cunctis ad que miſéritis manum
vos ꝛ domꝰ veſtre: in qbus bn̄dixerit vobis dn̄s
deus veſter. Nō faciétis ibi que nos hic facimꝰ
hodie: ſinguli qđ ſibi rectum videt. Neqꝫ enī
vſqꝫ in p̄ſens tēpus veniſtis ad requiē ꝛ poſſeſ-
ſionē: quā dominus deus veſter daturus eſt vo
B bis. Trāſibitis iordánem ꝛ habitábitis in ter
ra quā dn̄s deus veſter daturus eſt vobis vt re-
quieſcátis a cūctis hoſtibus per circúitū ꝛ abſ
qꝫ vllo timore habitetis in loco queꝫ elegerit
dn̄s deus veſter: vt ſit nomen eius in eo. Illuc
omnia que precipio conferétis holocáuſta et
hóſtias ac décimas ꝛ primítias manuū veſtra
rum: ꝛ quicquid precipuuꝫ eſt in munéribus
infra. c. 14 que vouiſtis domino. Ibi epulabímini coram
domio deo veſtro: vos ꝛ filij, ꝛ filie veſtre: fámu
13. q. 1. §. in ita li ꝛ fámule: atqꝫ // leuítes qui in veſtris úrbibꝰ
§. qđ. i. §. cōmorant. Neqꝫ enī habet aliā partē ꝛ poſſeſ-
e ſpia. ex ſionem inter vos.// Cáue, ne offeras holocáuſta
i. ſi. tua in oī loco quē videris: ſed in eo quē elége-
de ded. c. rit dn̄s in vna tribuū tuarū ófferes hóſtias: ꝛ
ꝓ. Erant fácies quecūqꝫ precipio tibi. Si aūt comede-
de cō. di. ca. ſicut re volueris: ꝛ te éſus cárniū delectáuerit: oc-
cide ꝛ cómede iuxta bn̄dictionem dn̄i dei tui
quā dedit tibi in vrbibus tuis: ſiue imundum
fuerit: hoc eſt maculatū ꝛ débile: ſiue mūdū:
hoc eſt integrū ꝛ ſine mácula qđ offerri licet:
ſicut cápream ꝛ ceruū comedes: abſqꝫ eſu dū
taxat ſánguinis: quē ſuper terrā quaſi aquam
effúndes. Non póteris comédere in óppidis
C tuis décimā fruménti ꝛ vini, ꝛ ólei tui: ꝑmo-
génita armentorū ꝛ pécoruꝫ: ꝛ omnia que vó
ueris ꝛ ſponte offérre volúeris: ꝛ p̄mitias ma
nuum tuaruꝫ: ſed corā domino deo tuo cóme
des ea in loco quem elégerit dominus deus
tuus: tu ꝛ filius tuus ꝛ filia ꝛ ſeruus ꝛ fámu-
la atqꝫ leuítes qui manent in vrbibus tuis: et
letáberis ꝛ reficieris coram domino deo tuo
in cunctis ad que exténderis manū tuam. Cá
ue ne derelinquas leuitez in omni tēpore quo
verſáris in terra.// Quādo dilatáuerit domi- infra. 19. c
nus deus tuus términos tuos ſicut locutus eſt
tibi: ꝛ volúeris véſci cárnibus quas deſiderat
anima tua: locus auteꝫ quē elégerit dn̄s deus
tuus: vt ſit nomen eius ibi: ſi prócul fúerit: oc
cides de arméntis ꝛ pecoribus que habúeris
ſicut precépit tibi ꝛ comedes in óppidis tuis
vt tibi placet.// Sicut coméditur cáprea ꝛ cer infra. 15. d
uus ita veſcéris eis: ꝛ mundus ꝛ imundus in
cōmune veſcéntur: hoc ſolum caue ne ſangui
nem cómedas. Sanguis enim eorum pro ani
ma eſt: ꝛ idcirco nō debes animam comédere D
cum carnibus: ſed ſuper terram fúndes qua-
ſi aquā vt bene ſit tibi ꝛ filijs tuis poſt te: cum
féceris qđ placet in cōſpectu domini. Que au-
tem ſanctificáueris ꝛ vóueris domino: tólles
ꝛ vénies ad locum quem elégerit dominus: ꝛ
ófferes oblationes tuas carnem ꝛ ſanguinem
ſuper altare dn̄i dei tui. Sanguineꝫ hoſtiárum
fúndes in altari: carnibus auteꝫ ipſe veſcéris.
Obſérua ꝛ áudi omnia que ego precipio tibi
vt bene ſit tibi ꝛ filijs tuis poſt te in ſempiter-
num: cum féceris qđ bonum eſt ꝛ plácituꝫ in
cōſpectu domini dei tui.// Quando diſperdide infra. 19. a
rit dominus deus tuus ante faciem tuam gen
tes: ad quas ingrediéris poſſidendas: ꝛ poſſe-
deris eas atqꝫ habitaueris in terra earum: cá
ue ne imitéris eas poſtq̄ꝫ te fúerint introeun-
te ſubuérſe: ꝛ requiras cerimonias earū: di-
cens. Sicut coluerūt gentes iſte deos ſuos: ita
ꝛ ego colā. Non fácies ſimiliter dn̄o deo tuo.
Omnes enim abominationes quas aduerſat
dn̄s fecerūt dijs ſuis offerētes filios ꝛ filias: ꝛ
cōburētes igni. Qđ p̄cipio tibi hoc tm̄ fácito
dn̄o: nec áddas quicq̄ꝫ nec minuas.

¶ Ca. Sū. ¶ De falſo ꝓpheta: de pſuadente idolatriā: de anathemate: vbis pfidie. ¶ XIII

SI ſurréxerit i medio tui ꝓphé- A
tes: aut qui ſómnium vidiſſe ſe
dicat: ꝛ predixerit ſignum atqꝫ
porténtum: ꝛ euénerit qđ locu-
tus eſt: ꝛ dixerit tibi eamus ꝛ ſe
q̄mur deos alienos quos igno-
ras: ꝛ ſeruiámus eis: nō áudies verba prophe
te illius aut ſomniatoris: qꝛ tentat vos domi-
nus deus veſter: vt palám fiat vtrum diligátis 25. q. 5. ca. nec mirū
eum an non in toto corde ꝛ in tota anima ve- in fi.
ſtra. Dn̄m deum veſtruꝫ ſequimini ꝛ ipſum ti- q. 2. ca. intelligi. ꝛ c.
mēte: ꝛ mandata illius cuſtodite: ꝛ audite vo illis aū fi.
cē eius. Ipſi ſeruiétis ꝛ ipſi adherébitis. Pro- B

phéta autẽ ille aut fictor sómniorꝫ interficiét: qꝛ locutus est vt vos auérteret a dño deo vestro qui eduxit vos de terra egypti: ⁊ redémit vos de domo seruitutis: vt errare te fáceret de via quã tibi pcepit dñs deus tu⁹: ⁊ áuferes malũ de medio tui. // Si tibi volúerit persuadére frater tuus filius matris tue: aut filius tu⁹ vel filia siue vxor que est ĩ sinu tuo: aut amicus quẽ diligis vt animã tuã clam dicens: eámus et seruiámus dijs aliénis quos ignóras tu ⁊ patres tui cũctarum in circúitu géntiũ que iuxta vel prócul sunt ab initio vsqꝫ ad finẽ terre: nõ acquiéscas ei nec áudias neqꝫ parcat ei óculus tuus vt misereáris ⁊ occultes eũ: sed
C statim iterficies. Sit pmũ manus tua super euꝫ: ⁊ post te oĩs ppl's mittat manũ. Lapídib⁹ obrutus necábiꝭ: qꝛ voluit te abstrahere a dño deo tuo qui eduxit te de terra egypti de domo seruitutis: vt ⁊ oĩs isráel audiẽs timeat: ⁊ nequaq̃ vltra fáciat quippiã huius rei simile. // Si audíeris in vna vrbiũ tuarum quas dñs deus tuus dabit tibi ad habitãduꝫ dicẽtes aliquos: egressi sunt filij beliál de medio tui: ⁊ auertẽrũt habitatores vrbis tue atqꝫ dixerũt: eamus vt seruiámus dijs aliénis quos ignorátis: quére solícite ⁊ diligẽter: rei veritate perspécta si inuéneris certũ esse qđ dicit: ⁊ abominationẽ hãc ópere perpetrátã: statim percúties habitatores vrbis illius in ore gládij: ⁊ delébis eam:
D omniaqꝫ que in illa sũt vsqꝫ ad pécora. Quicquid etiã suppelléctilis fuerit: congregabis in medio plateaꝝ eius: ⁊ cũ ipsa ciuitate succendes: ita vt vniuersa ꝯsúmas dño deo tuo: ⁊ sit túmulus sempitern⁹. Nõ edificábiꝭ ámplius ⁊ nõ adherebit de illo anathémate quicq̃ in manu tua: vt auertaꝭ dñs ab ira furoris sui: et misereatur tui: multiplicétqꝫ te sicut iurauit patrib⁹ tuis quãdo audíeris vocẽ domini dei tui: custódiens oĩa precepta eius que ego precipio tibi hodie: vt fácias quod plácituꝫ est in ꝯspectu domini dei tui.

¶ Ca. Sũ. ¶ De nõ imitãdo ritum gentiuꝫ super mortuo: de animalibus mundis ⁊ immundis ad esum: hedum in lacte matris nõ coquẽdum: de decimis vendẽdis. ¶ XIIII

A Filij estóte dñi dei vestri. Non vos incidẽtis nec faciẽtis caluitiũ sup mortuo: qm ppl's sctũs es dño deo tuo // et te elégit vt sis ei in pplm peculiárẽ de cunctis géntib⁹: que sũt sup terrã. Ne comedatis que immũda sunt. Hoc est animal qđ comédere debetis bouẽ ⁊ ouẽ ⁊ caprã ceruũ ⁊ cápreã: búbalũ: trageláphũ pygárgũ orygẽ camelopárdũ. Oẽ aĩal qđ in duas partes findit vngulã ⁊ rúminat comedẽtis. De his aũt que rúminãt ⁊ vngulam nõ findunt hec comedere nõ debetis: camélũ leporẽ cyrogrillũ: qꝛ rúminãt ⁊ non diuidũt vngulã: immunda erũt vobis. Sus quoqꝫ qm̃ diuidit vngulã ⁊ nõ rúminat: immunda erit. B
Carnib⁹ eorũ non vescémini: ⁊ cadáuera non tangẽtis Hec comedẽtis ex oĩbus que morantur in aqa Que habent pénulas ⁊ squámas comédite: que absqꝫ pénulis ⁊ squámis sunt: ne comedátis: qꝛ ĩmunda sunt. Omnes aues mundas comédite: imũdas ne comedatis: aqlaꝫ scilicet ⁊ grýphẽ ⁊ halyétũ: ixon ⁊ vúlturẽ ac miluũ iuxta genus suũ: ⁊ oẽ corui genéris: et strutionẽ ac noctuã ⁊ lárũ atqꝫ accipitrẽ iuxta genus suum: heródiũ ac cignuꝫ ⁊ íbin ac mérgulũ: porphirionẽ ⁊ nycticoracẽ: onocrotalũ ⁊ caradriũ síngula in génere suo vpupã quoqꝫ ⁊ vespertilionẽ ⁊ omne qđ réptat ⁊ pénnulas habet: immundũ erit ⁊ non comedeꝭ. C
Omne qđ mundũ est comédite. Quicquid aũt morticinum est: ne vescámini ex eo. Peregrino q intra portas tuas est da vt comedat: aut vende ei: qꝛ tu populus sctũs dñi dei tui es // Non cóques hédũ in lacte matris sue. Decimam partẽ separábis de cũctis fructib⁹ tuis q nascunꝭ in terra p ãnos singulos: ⁊ comedes in cõspectu dñi dei tui in loco quem elégerit vt in eo nomẽ illius inuoceꝭ: decimã frumenti tui ⁊ vini ⁊ ólei ⁊ primogénita de armẽtis ⁊ ouibus tuis: vt discas timére dominum deũ tuũ in omni tempore. Cũ aũt lóngior fuerit via ⁊ locus quẽ elégerit dñs deus tuus tibiqꝫ bñdixerit: nec póteris ad euꝫ hec cuncta portare vendes omnia ⁊ ĩ préciũ rédiges: D
portabisqꝫ manu tua ⁊ pficisceris: ad locũ quem elégerit dñs deus tuus: ⁊ emes ex eadem pecunia quicqd tibi placúerit siue ex arméntis siue ex ouib⁹ vinũ quoqꝫ ⁊ síceram: ⁊ omne qđ desiderat aĩa tua: ⁊ comedes coram domino deo tuo: ⁊ epuláberis tu ⁊ domus tua ⁊ leuita qui intra portas tuas est. // Caue ne derelinquas eũ: qꝛ nõ habet aliã partẽ in possessione tua. Anno tertio sepábis aliã decimã ex omnib⁹ q̃ nascunꝭ tibi eo tpe ⁊ repónes intra ianuas tuas: veniétqꝫ leuites qui aliam non habet partẽ nec possessionẽ tecum: ⁊ peregri-

Exo. 23. c. et. 34. d.

De decl.c. .x.c.ru.a.c. abqb⁹.c. ui nõ fit. mus ac pupillus ⁊ vidua qui intra portas tuas
ſunt: ⁊ comedēt ⁊ ſaturabūtur: vt benedicat
tibi dominus deus tuus in cunctis operib⁹ ma-
nuum tuarum que feceris.
¶ Capituli Summarium. ¶ De remiſſione
anni ſeptimi: de ſeruo hebreo vendito ⁊ ancil-
la: de ſanctificatiõe ⁊ opere ⁊ eſu ⁊ macula pri
mogenitorum. ¶ XV

A Eptimo anno facies remiſſio-
nem: que hoc ordine celebrabi-
tur. Cui debetur aliqd ab ami-
co vel proximo ac fratre ſuo re-
petere non poterit: q2 annus re
miſſionis eſt dñi. A peregrino ⁊
aduena exiges: ciuem ⁊ propiquum repetē-
di non habebis poteſtatem. Et oĩno indigens
⁊ mendicus non erit inter vos: vt benedicat ti-
bi dñs deus tuus in terra quam traditurus eſt
tibi in poſſeſſionē: ſi tamen audieris vocez dñi
dei tui: ⁊ cuſtodieris vniuerſa que iuſſit: ⁊ que
ego hodie precipio tibi: benedicet tibi vt polli-
Infra.12.c citus eſt. // Fenerabis gentibus multis: ⁊ ipſe
a nullo accipies mutuū. Dñaberis nationib⁹
ſe doctos arbitranť: ſi alijs détrahāt orōnum
veſtrarū clýpeos opponátis. Ego ſciens humi
litatē meam illius ſemp ſentētie recordábor.
/ Dixi cuſtodiā vias meas: vt non delinquam Pe.38

in lingua mea. Poſui ori meo cuſtódiam: cuȝ
conſiſteret peccator aduerſum me. Obmútui
⁊ humiliatus ſum ⁊ ſilui a bonis.
¶ Explicit prologus.



¶ Incipit liber Samuelis primus.
¶ Ca. Sū. ¶ De helchana ⁊ duabus vxoribꝰ
eius: phenéna fecunda emulatur annam pul-
cram ⁊ ſterilem: anna flet nec capit cibū. An-
na a domino prolem poſtulat. Samuel naſcit
ablactatur ⁊ domino offertur. ¶ Cap. I

A Troia aſi lijs hectoris inſtauratur. Als + ramathā in ſophim

Uit vir v-
nus de ramathaim
ſophim de monte ef
fraim ⁊ nomē eius
helchaná: filius hie
roboám: filij heliú:
filij thaú: filij ſúph:
effratéus. Et habuit
duas vxores. Nomē
vni ánna: ⁊ nomen ſecunde fenéna. Fuerúnt
qꝫ fénenne filij: ánne autem non erant liberi.
Et aſcendébat vir ille de ciuitate ſua ſtatútis
diebus: vt adoráret ⁊ ſacrificáret domino ex-
ercituum in ſýlo. Erant autem ibi duo filij he
li: oſni ⁊ phineés ſacerdotes domini. Uenit er
go dies ⁊ immoláuit helchaná: deditqꝫ fénen
ne vxori ſue ⁊ cúctis filijs eius ⁊ filiábus pár-
tes. Anne autem dedit partem vnam triſtis:
qꝛ annā diligébat. Dominus autem conclúſe
rat vúluam eius. Affligébat quoqꝫ eam ému
la eius: ⁊ vehementer angébat: intantū vt ex-
probráret qꝫ dominus concluſiſſet úuluā eius.
Sicqꝫ faciebat per ſingulos annos cū redeún
te tempore aſcenderent ad + templum domi-
ni: ⁊ ſic prouocábat ea. Porro illa flébat ⁊ nō
capiébat cibuȝ. Dixit ergo ei helchaná vir ſu-
us. Anna cur fles: ⁊ q̄re nō cómedis: ⁊ quám
obrem affligitur cor tuum? Numquid nō ego
melior tibi ſum qꝫ decem filij. Surrérit autẽ
ánna poſtqꝫ coméderat ⁊ biberat i ſýlo. Et he-
li ſacerdote ſedéte ſuper ſéllá ante poſtes + do
mus domini cū eſſet ánna amaro animo: ora-
uit ad dominū flens lárgiter: ⁊ votum vouit di
cens. Domine exercituū ſi reſpíciens videris
afflictionē fámule tue ⁊ recordátus mei fue-
ris nec oblitus ancille tue dederiſqꝫ ſerue tue
ſexum virilē: dabo eū dn̄o + oībus diebus vi
te eius // ⁊ nouácula non aſcéndet ſuper caput
eiꝰ. Factū eſt aūt cū illa multiplicáret préces
corā dn̄o: vt helí obſuáret os eius. Porro án
na loquebátur in corde ſuo: tantūqꝫ labia eiꝰ
mouebánt: ⁊ vox pénitus nō audiebát. Eſti-
máuit ergo eam heli temuléntam: dixitqꝫ ei.
Uſqꝫquo ebria eris. Digere pauliſper vinum
quo mádes. Reſpondens ánna: nequaqꝫ in-
quit domine mi. Nam mulier inféliꝛ nimis
ego ſum: vinúmqꝫ ⁊ oē qd̄ inebriáre pōt non
bibi: ſed effúdi aīam meā in ꝯſpectu dn̄i. Ne
réputes ancillā tuā q̄ſi vnā de filiabus belial:
qꝛ ex multitudine doloris ⁊ meróris mei locu
ta ſum vſqꝫ in preſens. Tunc heli ait ei. / Ua-

Als + ſummum Francorum regnum fractio cionis ... lio ...

B

Als + ... pli

Als + ol... tico Judic. 13.

C

Bretones ex ence... gente a ... britanni ... ſeu ... dicta eſt ... lib. 20.

de in pace: ⁊ deus iſraël det tibi petitionē tuā:
quam rogaſti eum. At illa dixit. Utinā inue-
niat ancilla tua gratiā in oculis tuis. Et abijt
múlier in viā ſuam ⁊ comédit: vultuſqꝫ illius
nō ſunt ámplius in diuerſa mutati. Et ſurre-
xérūt máne ⁊ adorauérunt corā dn̄o: reuerſi-
qꝫ ſunt ⁊ venérūt in domū ſuam in ramathá.
Cognouit aūt helchanā ánnā vxorē ſuā: ⁊ re-
cordátus eſt eius dn̄s. Et factū eſt poſt circulū
dierum: concépit ánna ⁊ péperit filium: voca-
uitqꝫ nomen eius ſamuél: eo qꝫ a dn̄o poſtu-
láſſet eum. Aſcéndit autem vir + eius helcha-
ná ⁊ omnis domus eius vt + immoláret dn̄o
hóſtiā ſolénnē ⁊ votū ſuū: ⁊ ánna nō aſcēdit

Al's fug. eſt + eius Al's + im molaret

D

Dixit enī viro ſuo: nō vadā donec ablactetur
ínfans: ⁊ ducā eū vt appáreat ante ꝯſpectū do-
mini: ⁊ máneat ibi iúgiter. Et ait ei helchaná
vir ſuus. Fac qđ bonū tibi vidétur: ⁊ máne do-
nec ablactés eū: p̄corqꝫ vt impleat dn̄s verbū
ſuū. Manſit ergo mulier: ⁊ lactauit filium ſuū
donec amoueret eum a lacte. Et adduxit eū
ſecum poſtqꝫ ablactáuerat in vítulis tribus. ⁊
tribus módijs farine: ⁊ ámphora vini: ⁊ addú-
xit eum + ad domū domini in ſyló. Puer au-
tē erat adhuc infántulus. Et imolauérunt vi-
tulū: ⁊ obtulérunt púerum heli. Et ait ánna.

32. q. 2. ſ. l. 30. q. 1. ca. quicunqꝫ 26. q. 5. ca. nec mirū Al's + in 32. q. 5. qđ deo in ſ.

Obſecro mi domine: viuit anima tua. Ego ſū
illa mulier que ſteti coram te hic orans domi-
num pro puero iſto. Oraui ⁊ dedit mihi domi-
nus petitionē meā: quā poſtulaui eum. Idcir-
co ⁊ ego cōmodaui eum dn̄o cunctis diebus
quibus fúerit accōmodátus dn̄o. Et adoraue-
runt ibi dominum. Et orauit ánna ⁊ ait.

¶ Ca. ij. ¶ De cantico anne: de pctō filiorū heli ofni ⁊ phinees: de tunica ſamuelis ⁊ fecūditate matris eius. Heli reprehendit filios: venit vir dei ad heli qui morte filiorū eius ⁊ ablatione ſacerdotij p̄dicit: ⁊ chriſtū p̄mittit. ¶ II

A

Al. + dn̄o

Exultáuit cor meū in dn̄o: ⁊ ex-
altátū eſt cornu meū in + deo
meo. Dilatátū eſt os meū ſuper
inimicos meos: qꝛ letata ſū in
ſalutári tuo. Nō eſt ſctūs vt eſt
dn̄s: neqꝫ enī eſt alius extra te:
⁊ nō eſt fortis ſicut deus noſter. Nolite multi-
plicare lóqui ſublímia gloriantes. Recédant
vétera de ore veſtro: qꝛ deus ſcientiarū dn̄s ē:
⁊ ipſi p̄paranf cogitatióes. Arcus fortiū ſupa-
tus eſt: ⁊ infirmi accincti ſunt róbore. Replé-
ti prius pro panibus ſe locauérunt: ⁊ famélici
ſaturati ſunt. Donec ſtérilis péperit plurimos
⁊ q̄ multos habebat filios infirmáta eſt. Do-
minus mortificat ⁊ viuificat: dedúcit ad infe-
ros ⁊ redúcit. Dominus páuperem facit ⁊ di-
tat: humiliat ⁊ ſubleuat. + Súſcitat de puluē-
re egénum: ⁊ de ſtércore + eleuat pauperem:
vt ſedeat cum principibus ⁊ ſolium glorie te-
neat. Domini enim ſunt cárdines terre: ⁊ po-
ſuit ſuper eos órbem. Pedes ſanctorum ſuo-
rum ſeruábit ⁊ impij in ténebris conticéſcēt:
quia nō in fortitudine + ſua roborábitur vir.
Dominum formidábunt aduerſárij eius + ⁊
ſuper ipſos in celis tonábit. Dominus iudica-
bit fines terre: ⁊ dabit impérium regi ſuo et
ſublimábit córnu chriſti ſui. Et abijt helcha-
ná in ramathá in domum ſuam. Puer autē

Deut. 32. f Thobie 13. a Sap. 16. b Al's + ſuſcitans Al's + eleuans

B

Pa. 112. 49. d. c. 2. l. b. cecus. Al. + ſua ſuperest. Al's + et ſuperest

C

erat miniſter in ꝯſpectu dn̄i ante faciē heli ſa-
cerdotis. Porró filij heli: filij beliál neſciéntes
dn̄m neqꝫ officij ſacerdotū ad populum: ſed
quicunqꝫ imolaſſet victimā veniébat púer ſa-
cerdotis dū coquerenf carnes ⁊ habebat fuſci-
nulā tridénté in manu ſua: ⁊ mittebat eā in
lebétē vel in caldáriā: aut in óllā ſiue in ca-
cabū: ⁊ oē qđ léuabat fuſcinula tollébat ſacer-
dos ſibi. Sic faciebát vniuerſo iſraéli venién-
tiū in ſyló. Etiā anteqꝫ adoléret ádipē: venie-
bat puer ſacerdotis ⁊ dicebant imolánti. Da
mihi carnē vt coquā ſacerdoti. Non enī acci-
piā a te carnē coctā: ſed crudā. Dicebátqꝫ illi
ímmolás. Incendáf p̄mū iuxta mórē hódie
ádeps: ⁊ tólle tibi quātūcunqꝫ deſiderat aīa
tua: Qui rn̄dés aiébat ei. Nequaqꝫ. Nūc enī

D

dabis alioquin tóllā vi. Erat ergo peccatum
puerorū grāde nimis coram dn̄o: qꝛ detrahe-
bant homines ſacrificio dn̄i. Sámuel autem
miniſtrábat ante faciē domini púer accinct⁹
+ ephót líneo. Et túnicam páruā faciebat ei
mater ſua: quā afferébat ſtatútis dieb⁹ aſcen-
dens cū viro ſuo: vt imoláret hóſtiam ſolén-
nem ⁊ votū ſuum. Et bn̄dixit heli hélchane ⁊
vxori eius: dixitqꝫ ei. Réddat tibi dn̄s ſemen
de muliere hac pro fenore qđ cōmodáſti dn̄o.
Et abiérunt in locū ſuum. Uiſitáuit ergo dn̄s
ánnā ⁊ cōcépit: ⁊ péperit tres filios ⁊ duas fi-
lias. Et magnificat⁹ eſt puer ſámuel apud do-

b 30. vel. c. b pls do

Al's + ephod

E

minū. Heli autem erat ſenex valde ⁊ audiuit
omnia que faciebāt filij ſui vniuerſo iſraéli:
⁊ quō dormiebāt cū mulieribus que obſeruā-
bant ad óſtiū tabernáculi ⁊ dixit eis. Quare
facitis res huiuſcémodi: quas ego audio res
péſſimas ab omni populo. Nolite filij + mei.
Nō enī ē bona fama quā ego audio: vt tráſ-

Al's + mi

gredi faciátis pplꝫ dñi.ˣ Si peccáuerit vir in
c ſe.di.c alienum de pe.di.i §.q antea. Lu.i.g. virum placári ei poteſt deus// ſi autem in deuꝫ
peccáuerit vir qs orabit pro eo? Et non audie-
rũt vocem p̄ris ſui: qꝛ voluit dñs occidere eos.
// Puer aũt ſámuel ꝓficiébat atqꝫ creſcébat:
ꝛ placébat tam deo q̄ꝫ hoībus. Uenit auteꝫ vir
dei ad heli: ꝛ ait ad eum: Hec dicit dñs. Nun
qd nõ aperte reuelátus ſum dómui patris tui
M.+ cũ tu cum + eſſet in egýpto in domo pharaónis? Et
elégi eũ ex oībus tribub⁹ iſraél mihi in ſacer-
F dotẽ vt aſcénderet ad altare meũ: ꝛ adoléret
Hs + co phod mihi incénſum: ꝛ portáret + ephót coraꝫ me:
ꝛ dedi domui patris tui omnia de ſacrificijs fi
Ms + a- bulcatis liorum iſraél. Quare calce + abieciſtis victi-
Mo + a- bieciſti mã meã: ꝛ munera mea que ꝑcépi vt offerén
tur in tẽplo ᵛꝛ magis honoráſti filios tuos q̄ꝫ
d 47. diſ. §. necesse de ſymo. ea.lꝫ i ꝑn. me: vt comederétis primitias omnis ſacrifi-
cij iſraél ppli mei. Propterea ait dñs de⁹ iſra-
él. Lóquens locutus ſum vt domus tua ꝛ do-
mus patris tui miniſtráret in conſpectu meo
vſqꝫ in ſempiternuꝫ. Nunc aũt dicit dñs. Ab
ſit hoc a me.// Sed quicunqꝫ honorificáuerit
3. Reg. 2. c. me glorificabo eũ: qui aũt cõtémnũt me erũt
ignóbiles. Ecce dies véniũt ꝛ ꝑcidã brachiũ
tuum: ꝛ bráchium domus p̄ris tui: vt nõ ſit ſe
G nex in domo tua. Et videbis émuluꝫ tuũ in tẽ
plo in vniuerſis próſperis iſraél: ꝛ non erit ſe-
nex in domo tua oībus dieb⁹. Uerũtñ nõ áu-
ferã pénitus virum ex te ab altari meo: ſed vt
deficiát oculi tui ꝛ tabéſcat aĩa tua: ꝛ pars ma
gna domus tue morieť cũ ad virilẽ etatẽ véne
rit.// Hoc aũt erit tibi ſignũ qð véturꝫ eſt duo-
infra.10.a Eſa.18.b infra.4.c. bus filijs tuis ofni ꝛ phineés. In die vno mo
rienť ambo. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotẽ fide-
lẽ qui iuxta cor meũ ꝛ aĩam meã fáciet: ꝛ edi
ficabo ei domũ fidélẽ: ꝛ ãbulabit corã chriſto
meo cũctis dieb⁹. Futurꝫ eſt aũt vt qcũqꝫ re-
manſerit in domo tua: veniat vt oreť pro eo: ꝛ
ófferat nũmmũ argénteũ ꝛ tórtam panis: di-
cátqꝫ. Dimitte me obſecro ad vnam partẽ ſa-
cerdotalẽ vt cómedã bucéllam panis.

¶ C. Sũ. ¶ De vocatõe ſamuelis dormiẽtis: de viſione ei reuelata quã indicat heli: ſamuel fidelis ꝓpheta dñi eẽ cognoſcit: ꝛ dñs dedit vt appareat in ſylo: vbũ ſamuelis venit. ¶ III

A Uer autẽ ſámuel miniſtrábat
dño coraꝫ heli: ꝛ ſmo dñi erat
ꝑcioſus. In dieb⁹ illis nõ erat
viſio maniſeſta.// Factuꝫ eſt er
infra.4.c. go in die quadã heli iacébat ĩ
léctulo ſuo ꝛ oculi eius caligá-
uerant: nec póterat vidére lucérnã dei anteq̄ꝫ
extingueréť. Sámuel aũt dormiebat in tẽplo
dñi: vbi erat arca dei. Et vocauit dñs ſamuél.
Qui reſpondens ait. Ecce ego. Et cucúrrit ad
heli ꝛ dixit. Ecce ego. Uocáſti enim me. Qui
dixit. Non vocáui + te fili. Reuértere ꝛ dór- Ms ſup. eſt + te
mi. Et abijt ꝛ dormiuit. Et adiécit dominus
rurſum vocáre ſamuél. Conſurgénſqꝫ ſámuel
ábijt ad heli: ꝛ dixit. Ecce ego: qꝛ vocáſti me.
Qui reſpondit. Non vocaui te fili mi. Reuér
tere ꝛ dórmi. Porró ſámuel necdum ſciébat
dominum: nec reuelátus fúerat ei ſermo do-
mini. Et adiécit dominus: ꝛ vocauit adhuc ſa-
muél tertio. Qui conſúrgens abijt ad heli et
ait. Ecce ego: qꝛ vocaſti me. Intelléxit ergo he B
li: qꝛ dominus vocáret púerũ: ꝛ ait ad ſamuél.
Uade ꝛ dórmi. Et ſi deinceps vocáuerit te di
ces. Lóquere domine: quia audit ſeruus tuus.
Abijt ergo ſámuel ꝛ dormiuit in loco ſuo. Et
venit dominus ꝛ ſtétit ꝛ vocauit ſicut vocaue-
rat ſcdo. Samuél ſamuél. Et ait ſámuel. Ló-
quere dñe: qꝛ áudit ſuus tuus. Et dixit domi-
nus ad ſamuél. Ecce ego facio verbũ in iſraél:
qð quicũqꝫ audíerit tinnient ámbe áures ei⁹.
In die illa ſuſcitabo aduerſum heli oĩa que lo
cutus ſum ſup domũ eius. Incipiã ꝛ complé C
bo. Prędixi eni ei q̄ iudicaturus eſſem domũ
eius ineternũ ꝓpter iniquitatẽ: eo q̄ nóuerat
indigne ágere filios ſuos: ꝛ non corripúerit
eos. Idcirco iuráui domui heli q̄ nõ expiétur
iniquitas domus eius victimis ꝛ munéribus
vſqꝫ ineternũ. Dormiuit aũt ſámuel vſqꝫ má
ne aperuítqꝫ óſtia domus dómini. Et ſámuel
timébat indicáre viſionẽ heli. Uocauit ergo
heli ſamuélem: ꝛ dixit. Sámuel fili mi. Qui Gen. 37.c
reſpondẽs ait. Preſto ſuꝫ. Et interrogáuit eũ. ꝛ infra.22.c
Quis eſt ſmo quem locutus eſt + dñs ad te? Ms ſup. eſt + dñs
Oro te ne celáueris me. Hec faciat tibi deus
ꝛ hec áddat: ſi abſcónderis a me ſmonẽ ex oĩ-
bus verbis que dicta ſũt tibi. Indicáuit itaqꝫ D
ei ſámuel vniuérſos ſermónes: ꝛ non abſcón-
dit ab eo. Et ille rñdit. Dñs eſt. Qð bonuꝫ eſt
in oculis ſuis fáciat. Creuit aũt ſámuel: ꝛ dó
min⁹ erat cũ eo: ꝛ nõ cecidit ex oĩb⁹ vbis eius
in terram. Et cognóuit vniuerſus iſraél a dán
vſqꝫ berſabée q̄ fidelis ſámuel prophéta eſſet
dñi. Et áddidit dñs vt apparéret in ſýlo: qm̄
reuelat⁹ fuerat dñs ſamuéli ĩ ſýlo iuxta verbũ
dñi. Et euénit ſmo ſamuélis vniuerſo iſraéli.

¶ Ca. Sũ. ¶ De bello philiſtijm ꝛ fuga iſrael: de arca capta: et morte filiorum heli: et de

morte ipſius heli: ⁊ de morte nurus ſue vxoris
phinees ⁊ ortu icaboth. ℭ IIII

A E T factum eſt in diebus illis: cō
uenerunt philiſtijm in pugnā.
Egreſſus eſt nāq; iſraél obuiā
philiſtijm in prélium: ⁊ caſtra
metátus eſt iuxta lápidem ad-
iutórij. Porro philiſtijm vené
runt in afec: ⁊ inſtruxerunt áciē contra iſraél.
Inito autē certámine terga vertit iſraél phi
liſtéis: ⁊ ceſa ſūt in illo certámine paſſim per
ágros quaſi quattuor milia virórū. Et reuer-
ſus eſt populus ad caſtra. Dixerúntq; maiores
nátu de iſraél: quare percuſſit nos dominus ho-
die corā philiſtijm? Afferámus ad nos de ſyló
arcā féderis dñi: ⁊ véniat in médiū noſtri: vt
ſáluet nos de manu inimicorū noſtrorū. Mi-
ſit ergo populus in ſyló: ⁊ tulérunt inde arcā
féderis dñi exercituū ſedéntis ſup cherubin.
B Erántq; duo filij heli cum arca féderis domi
ni ofni ⁊ phineés. Cumq; veniſſet arca féderis
dñi in caſtra: vociferátus eſt oīs iſraél clamó
re grándi: ⁊ perſonuit terra. Et audiérūt phi-
liſtijm vocē clamoris: dixeruntq;. Que nā eſt
hec vox clamóris magni in cáſtris hebreórum.
Et cognouérunt q arca dñi veniſſet in cáſtra.
Timuerúntq; philiſtijm dicētes. Uenit deus
Alī + et dixerunt in cáſtra. Et ingemuérunt + dicentes. Ue no
bis. Nō enī fuit tāta exultátio héri ⁊ nudiuſ-
tertius. Ue nobis. Quis nos ſaluabit de ma-
nu deórum ſublimiū iſtorum? Hi ſunt dij qui
percuſſérunt egýptum oī plaga in deſerto. Cō
fortámini ⁊ eſtote viri philiſtijm: ne ſeruiátis
hebréis ſicut ⁊ illi ſeruiérūt + nobis. Cōfortá
Alī + vobis mini: ⁊ belláte. Pugnauerunt ergo philiſtijm:
⁊ céſus eſt iſraél ⁊ fúgit vnuſquiſq; in taber-
naculū ſuū. Et facta eſt plága magna nimis ⁊
cecidérūt de iſraél triginta milia pedítū: ⁊ ar-
C ca dei capta ē. Duo quoq; filij heli mórtui ſūt
D 2. Reg. 1. a. ofni ⁊ phineés. // Currēs aūt vir de beniamin
ex ácie venit in ſyló in die illa: ſciſſa veſte ⁊ cō
ſperſus púluere caput. Cumq; ille veniſſet: he
li ſedebat ſuper ſéllam contra viam expéctās.
Erat aūt cor eius páuēs pro arca domini. Uir
autem ille poſtq; ingreſſus eſt nunciauit vrbi.
Et vlulauit oīs ciuitas. Et audiuit heli ſonitū
clamóris: dixitq;. Quis eſt hic ſonitus tumul
Supra. 3. a. tus huius? At ille feſtinauit ⁊ vénit: // et núciá
uit heli. Heli autem erat nonaginta ⁊ octo an
norum: ⁊ oculi eius caligáuerant: ⁊ vidére nō
poterat. Et dixit ad heli. Ego ſum qui veni de
prélio: ⁊ ego q de ácie fugi hódie. Cui ille ait.
Quid actum eſt fili mi? Reſpondens autē il-
le qui nunciabat: fúgit inquit iſraél corā phi-
liſtijm: ⁊ ruina magna facta eſt in populo. In Supra. 2. g
ſup ⁊ duo filij tui mortui ſunt ofni ⁊ phineés:
⁊ arca dei cápta eſt. Cūq; ille nomináſſet ar-
cam dei cécidit de ſella retrórſū iuxta óſtiū:
⁊ fractis ceruicibus mortuus eſt. Senex enim D
erat vir ⁊ grandéuus: ⁊ ipſe iudicáuit iſraél [a] a 1. q. 4. §. Item pro [illegible]
quadraginta ánnis. Nurus autem eius vxor
phineés prégnans erat vicináq; partui. Et au
dito núncio q capta eſſet arca dei: ⁊ mortuus
eſſet ſócer ſuus ⁊ vir ſuus: incuruáuit ſe ⁊ pé-
perit. Irrúerant enim in eam dolóres ſúbiti.
In ipſo autē moménto mortis eius: dixerūt
ei qui ſtabant circa eam. Ne tímeas: quia fi-
lium peperiſti. Que non reſpóndit eis: neq;
animaduértit. Et vocauit puerum + icabóth: Alī + icabod
dicens. Tranſláta eſt gloria domini de iſraél:
quia capta eſt arca dei. Et pro ſócero ſuo ⁊ pro
viro ſuo ait. Tranſlata eſt gloria ab iſraél: eo
q capta eſſet arca dei.

ℭ Ca. Sū. ℭ Arca dñi iuxta dagon collocat:
dagon ante arcam cadens proſternitur: Iterū
cadens caput ⁊ manus eius abſcinduntur: fla
gellantur philiſtijm in ſecretiori parte natiū:
quia arca detinetur: alij moriuntur. ℭ V

P Hiliſtijm autem tulérunt ar- A
cam dei: ⁊ aſportauérunt eā a
lápide adiutórij in açótū. Tu
lerúntq; philiſtijm arcám dei:
⁊ intulérunt eam in templum
dagón: ⁊ ſtatuérunt eam iuxta
dagón. Cumq; ſurrexiſſent dilúculo + açótij Alī + azotij
altera die: ecce dagón iacébat prónus in tér-
ra ante arcam domini. Et tulérunt dagón: et
reſtituérunt eum in locum ſuum. Rurſúmq;
máne die altera conſurgéntes inuenérunt da
gon iacéntem ſuper faciem ſuam in terra co-
ram arca domini. Caput autem dagón ⁊ due
pálme mánuū eius abſciſe erant ſuper limen:
Porró dagón ſolus trúncus remánſerat i lo
co ſuo. Propter hanc cauſā nō cálcant ſacer B
dotes dagón: ⁊ omnes qui ingrediūtur templū
eius ſuper limē dagón in açóto vſq; in hodiér
nū diem. Aggrauáta eſt autem manus domini
ſup açótios: ⁊ demolitus eſt eos. // Et percuſſit Ps. 77.
in ſecretióri párte natiū açótum ⁊ fines eius.
Et ebulliérunt ville ⁊ agri in medio regiónis
illius: ⁊ nati ſunt múres: ⁊ facta eſt confúſio
mortis magne in ciuitáte. Uidentes autē vi-

Alias + azoton ri + azótij huiuſcémodi plagá: dixerunt. Nō
C maneat arca dei iſraél apud nos: qm̄ dura eſt
manus eius ſup nos: ⁊ ſup dagón deū nr̃m. Et
mittētes cōgregauerūt oēs ſátrapas philiſti-
infra. 6. c. nórum ad ſe: ⁊ dixerunt. // Quid faciémus de
arca dei iſraél? Reſpōderúntqꝫ gethéi. Circū-
ducatur arca dei iſraél. Et circūduxérunt arcā
dei iſraél. Illis autem circūducéntibus eá fie
bat manus domini dei per ſingulas ciuitátes
interfectiónis magne nimis: ⁊ percutiébat vi
ros vniuſcuiuſqꝫ úrbis: a páruo vſqꝫ ad maió
rē: ⁊ cōputreſcebant prominéntes extáles eo-
D rum. Inierúntqꝫ gethéi conſilium: ⁊ fecérunt
ſibi ſedes pelliceas. Miſerunt ergo arcam do-
mini in accharón. Cūqꝫ veniſſet arca dn̄i dei ī
accharón: exclamauérunt accharoníte dicen-
tes. Adduxérunt ad nos arcā dei iſraél: vt iter
ficiat nos ⁊ pplm̄ noſtrum. Miſérunt itaqꝫ ⁊
congregauérunt omnes ſátrapas philiſtinó-
rū. Qui dixerūt. Dimitte arcám dei iſraél: et
reuertátur in locum ſuū: vt nō interficiat nos
cū pplo noſtro. Fiebat enī pauor mortis in ſin
gulis úrbibus: ⁊ grauiſſima valde manus dn̄i
dei. Viri quoqꝫ qui mortui nō fúerant pcutie
bánt in ſecretióri parte nátium: ⁊ aſcendébat
vlulátus vniuſcuiuſqꝫ ciuitátis in celum.

¶ Ca. Sū. ¶ De remiſſione arce cū muneri
bus: de vaccis ducētibus plauſtrū ⁊ vitulis ea
rū domi relictis: bethſamite qꝛ vidēt arcā pcu
tiunt: núcios mittunt in cariathiarim. ¶ VI

A Al'. + philiſtum Uit ergo arca domini in regió
ne + philiſtinorū ſéptem mén
ſibus. Et poſt hec vocauerūt phi
liſthijm ſacerdótes ⁊ diuinos di
ſupra. 5. centes. // Quid faciémus de ar-
ca dei? Indicáte nobis quomo
do remittámus eam in locum ſuū. Qui dixé
rūt. Si remittitis arcā dei iſraél: nolite dimit
tere eam vácuā: ſed qd̄ debétis ei réddite pro
peccato: ⁊ tunc curabimini ⁊ ſciétis quare nō
recédat man⁹ ei⁹ a vobis. Qui dixérūt. Quid
eſt qd̄ pro delicto réddere debeám⁹ ei. Reſpon
derūtqꝫ illi. Iuxta numerū prouinciarū phili
ſtinorum quinqꝫ ános áureos faciétis ⁊ quin
qꝫ múres aúreos: qꝛ plaga vna fuit omnibus
vobis ⁊ ſatrapis veſtris. Facietiſqꝫ + ſimilitú-
dines anorū veſtrorum: ⁊ + ſimilitudines mú
Alias + ſimilitudinem riū qui demoliti ſūt terrā: ⁊ dabitis deo iſraél
glóriam: ſi forte rélevet manū ſuam a vobis:
⁊ a dijs veſtris ⁊ a térra veſtra. Quare grauá-
B tis corda vr̃a ſicut aggrauáuit egýptus ⁊ pha
rao cor ſuum? Nōne poſtqꝫ percúſſus eſt tunc Exo. 12. c.
dimiſit eos: ⁊ abiérunt? Nunc ergo arripite ⁊
fácite plauſtrum nouum vnū: ⁊ duas váccas
fétas quibus non eſt impóſitum iugum iungi
te in plauſtro: ⁊ reclúdite vítulos earū domi.
Tolletiſqꝫ arcā domini ⁊ ponétis in plauſtro:
⁊ vaſa áurea que exoluiſtis ei pro delicto pone
tis in capſéllam ad latus eius: ⁊ dimittite eā
vt vadat: ⁊ aſpiciétis. Et ſi quidem per viā fi-
nium ſuorū aſcénderit contra bethſamés ipſe
fecit nobis hoc malum gránde: ſinautem mí-
nime: ſciémus qꝛ nequaqꝫ manus eius tétigit
nos: ſꝫ caſu áccidit. Fecérūt ergo illi hoc mo-
do. Et tollentes duas váccas que lactábāt vi-
tulos iunxérunt ad pláuſtrum: vituloſqꝫ earū
cōcluſérunt domi. Et poſuérunt arcā dei ſuper C
pláuſtrū ⁊ capſéllam que habebat múres áu-
reos ⁊ ſimilitudinē anorū. Ibát autē in diré-
ctum vácce per viam que ducit béthſames: et
itinere vno gradiebánt pergéntes ⁊ mugién-
tes: ⁊ nō declinábant neqꝫ ad déxterā neqꝫ ad
ſiniſtram. Sed ⁊ ſátrape philiſtijm ſequebant
vſqꝫ ad términos bethſamés. Porró bethſa-
mite metébant tríticum in valle. Et eleuán-
tes óculos vidérunt arcam: ⁊ gauiſi ſunt cū
vidiſſent. Et pláuſtrum vénit in agrum ioſué
bethſamite: ⁊ ſtetit ibi. Erat autem ibi lapis
magnus: ⁊ cōcidérūt ligna pláuſtri: vaccáſqꝫ
impoſuérunt ſuper ea holocáuſtum dn̄o. Leui
te autem depoſuérūt arcā dei ⁊ capſéllā que
erat iuxta eam: in qua erant vaſa áurea ⁊ po-
ſuérūt ſup lápidem grándem. Viri aūt beth-
ſamite obtulerunt holocáuſta: ⁊ imolauérūt
victimas in die illa dominó. Et quinqꝫ ſátrape
philiſtinorū vidérunt ⁊ reuérſi ſunt in accha D
ron in die illa. Hi ſunt autem áni áurei quos
reddidérunt philiſtijm pro delicto dn̄o. Azó-
tus vnum: gáça vnū: aſchalón vnū: géth vnū
accharón vnū: ⁊ mures aureos ſm̄ numerū
vrbiū philiſtijm quinqꝫ prouinciarū ab vrbe
muráta vſqꝫ ad villā que erat abſqꝫ muro: et
vſqꝫ ad abel magnū ſuper quē poſuerunt arcā
dn̄i que erat vſqꝫ ī illa die ī agro ioſué bethſa
mitis. Percúſſit autē dominus de viris bethſa
mitibus eo qꝫ vidiſſent arcā dn̄i: ⁊ percúſſit de
pplo ſeptuaginta viros: ⁊ quinquaginta mília
plébis. Luxitqꝫ populus eo qꝫ dn̄s percuſſiſſet
plebē plaga magna. Et dixerunt viri bethſami
te. Quis póterit ſtare in conſpectu domini dei
ſancti huius? Et ad quē aſcéndet a nobis. Mi
ſerúntqꝫ núcios ad habitatóres cariathiarim

dicentes. Reduxerunt philiſtijm arcam domi
ni: deſcendite ⁊ reducite eam ad vos.
¶ Ca. Sū. ¶ De trāſitu arce i cariathiarim:
de ſedere populi ad dominum iudicio ſamue-
lis qui iudicauit pplm: de oblatiōe ſamuelis:
⁊ de humilitate philiſtijm ⁊ pace iſrl. ¶ VII
Venerunt ergo viri cariathia-
A rim ⁊ reduxerunt arcam dñi: ⁊
Al's + domo intulerūt eam in + domū ami-
nadab in gabaa. Eleaçarū aūt
filiū eius ſanctificauerūt: vt cu
ſtodiret arcam dñi. Et factū eſt
ex qua die māſit arca domini in cariathiarim
multiplicati ſunt dies. Erat quippe iam ann⁹
viceſimus. Et requieuit oīs domus iſraël poſt
dñm. Ait aūt ſamuel ad vniuerſam domum
Joſue 24.c. iſraël dicēs. Si i toto corde veſtro reuertimi-
ni ad dñm: auferte deos alienos de medio + ve
Al's + veſtrum ſtri: baalim ⁊ aſtaroth: ⁊ pparate corda veſtra
dño ⁊ ſeruite ei ſoli: ⁊ eruet vos de manu phili-
B ſtijm. Abſtulerunt ergo filij iſraël baalim et
aſtaroth: ⁊ ſeruierunt dño ſoli. Dixit aūt ſamu
el. Cōgregate vniuerſuʒ iſraël in maſphat vt
orē pro vobis dñm. Et ꝯuenerūt in maſphat.
Hauſeruntqʒ aquā ⁊ effuderūt in ꝯſpectu do-
mini: ⁊ ieiunauerūt in die illa atqʒ dixerunt.
Al's + domine Tibi peccauimus + dñe. Judicauitqʒ ſamuel
filios iſraël i maſphat. Et audierūt philiſtijm
ꝙ ꝯgregati eſſent filij iſraël i maſphat: ⁊ aſcē
derunt ſatrape philiſtinoꝝ ad iſrael. Quod cuʒ
audiſſent filij iſraël timuerunt a facie philiſti
noꝝ. Dixeruntqʒ ad ſamuelem. Ne ceſſes pro
nobis clamare ad dñm deū noſtruʒ: vt ſaluet
nos de manu philiſtinoruʒ. Tulit aūt ſamuel
C agnū lactentē vnū: ⁊ obtulit illum holocauſtū
integrū dño. Et clamauit ſamuel ad dñm: p
iſraël: ⁊ exaudiuit eū dñs. Factū eſt aūt cū ſa-
muel offerret holocauſtuʒ dño: philiſtijm in-
iere preliū ꝯtra iſraël. Intonuit aūt dñs fra
Eccl.46.b gore magno in die illa ſup philiſtijm: ⁊ exter
ruit eos: ⁊ ceſi ſunt a filijs iſraël. Egreſſiqʒ filij
iſraël de maſphat pſecuti ſunt philiſteos: ⁊ p-
cuſſerūt eos vſqʒ ad locū qui erat ſubter beth
char. Tulit autem ſamuel lapidem vnum et
poſuit eum inter maſphat ⁊ inter ſen: ⁊ voca
uit nomen loci illius lapis adiutoꝛij. Dixitqʒ
D Hucuſqʒ auxiliat⁹ eſt nobis dñs. Et humilia-
Al's legis ciuitas cō dicitur ti ſunt philiſtijm: nec appoſuerunt vltra vt ve
nirent in terminos iſraël. Facta eſt itaqʒ ma-
nus dñi ſup philiſteos cūctis dieb⁹ ſamuelis:
⁊ reddite ſūt vrbes quas tulerāt philiſtijm ab

iſraël iſraëli: ab accharon vſqʒ geth ⁊ termi-
nos ſuos. Liberauitqʒ iſraël de manu philiſti-
noꝝ: eratqʒ pax inter iſraël ⁊ amoꝛreum. Ju-
dicabat quoqʒ ſamuel iſraël cūctis dieb⁹ vite
ſue: Et ibat per ſingulos annos circuiēs bethel
⁊ galgala ⁊ maſphat: ⁊ iudicabat iſraëlem in
ſupradictis locis. Reuertebaturqʒ i ramatha.
Ibi eniʒ erat domus ei⁹: ⁊ ibi iudicabat iſraë-
lem. Edificauit etiam ibi altare domino. Anchone marchie ciuitas dicitur
¶ Capi. Summarium. ¶ De filijs ſamuelis
qui declinauerunt ad auaritiam: ⁊ populus pe
tijt regem: quibus ius regis predicit. ¶ VIII
Factum eſt aūt cum ſenuiſſet ſa
muel: poſuit filios ſuos iudices A
in iſraël. Fuitqʒ nomē filij eius
pmogeniti iohel: ⁊ nomen ſcdi
abia iudicū in berſabee. Et non
ambulauerūt filij illius in vijs
eius: ſed declinauerunt poſt auaritiam: accepe
runtqʒ munera ⁊ peruerterunt iudiciū. Cōgre
gati ergo vniuerſi maioꝛes natu iſraël: vene-
runt ad ſamuelē in ramatha: dixeruntqʒ ei.
Ecce tu ſenuiſti: ⁊ filij tui nō ambulabunt in
vijs tuis. Conſtitue nobis regem vt iudicet Als. vel. ab
nos: ſicut ⁊ vniuerſe habent nationes. Diſpli- erot.. dio.i glo.
cuitqʒ ſmo in oculis ſamuelis: eo ꝙ dixiſſent: Oſee.13.c.
da nobis regē vt iudicet nos. Et oꝛauit ſamu Act.13.c.
el ad dñm. Dixit autē dñs ad ſamuelē. Audi B
vocē ppli in omnibus que loquunt tibi. Non
enī te abiecerūt ſed me: ne regnē ſup eos. Ju
xta oīa opera ſua que fecerūt a die qua eduxi
eos de egypto vſqʒ ad diē hāc. Sicut dereliquē Ida Ibi
runt me ⁊ ſeruierūt dijs alienis: ſic faciūt etiā ſic vbi gditur
tibi. Nūc ergo vocē eoꝝ audi. Verūtñ conte
ſtare eos: ⁊ pdic eis ius regis qui regnaturus
eſt ſup eos. Dixit itaqʒ ſamuel oīa verba dñi
ad pplm qui + petierat a ſe regē: ⁊ ait. Hoc erit Al's + pe
ius regis qui iperaturus eſt vobis. Filios vr̄os tierat vel
tollet ⁊ ponet in curribꝰ ſuis: facietqʒ ſibi eq- petierunt
tes ⁊ pcurſoꝛes quadrigarū ſuaꝝ: ⁊ ꝯſtituet ſi C
bi tribunos ⁊ centuriones: ⁊ aratoꝛes agroꝝ
ſuoꝝ ⁊ meſſoꝛes ſegetū ⁊ fabros armoꝝ ⁊
curruū ſuoꝝ. Filias quoqʒ veſtras faciet ſibi
vnguentarias ⁊ focarias ⁊ panificas. Agros
quoqʒ veſtros ⁊ vineas ⁊ oliueta optima tol
let ⁊ dabit ſeruis ſuis. Sed ⁊ ſegetes vr̄as ⁊ vi-
nearū reddit⁹ addecimabit: vt det eunuchis
⁊ famulis ſuis. Seruos etiā vr̄os ⁊ ancillas ⁊
iuuenes optimos ⁊ aſinos auferet: ⁊ ponet i
ope ſuo. Greges qqʒ vr̄os addecimabit: voſqʒ
eritis ei ſerui. Et clamabitis in die illa a facie

régis veſtri quē elegiſtis vobis: ⁊ nō exáudiet
Als ſedit + in die illa — vos dominus ī die illa: q̄z petiſtis vobis regē. +
Nóluit autem populus audire vocē + ſamué
D — lis: ſed dixérunt. Nequaq̄z. // Rex enim erit ſu
Als + ſamuel — per nos: ⁊ erimus nos quoq̄z ſicut omnes gen
Infra 10. c — tes: ⁊ iudicábit nos rex noſter: ⁊ egredieť an
te nos: ⁊ pugnábit bella noſtra ꝑ nobis. Et au
diuit ſámuel omnia verba populi: ⁊ locut⁹ eſt
ea in áuribus domini. Dixit autem dominus
ad ſamuélem. Audi vocem eorū: ⁊ conſtitue
ſuper eos regem. Et ait ſamuel ad viros iſraél.
Vadat vnuſquiſq̄z in ciuitatem ſuam.

¶ Ca. Sū. ¶ De ſaule ⁊ inquiſitione aſina
rum: ⁊ de aduentu eius ad ſamuelem: de armo
dextro dato ſauli in conuiuio ſamuelis. ¶ IX

A — Et erat vir de beniamin nomine
Als + ſeor — cis filius abibél filij + ſeór: filij
Als + ſeb — + bechór: filij ſaréth filij aphiá
Als + de corath — filij viri iemini fortis róbore. Et
1. par. 8. c. — erat ei filius vocábulo ſaúl ele
Infra 10. d — ctus ⁊ bonus: ⁊ nō erat vir de fi
lijs iſraél mélior illo. // Ab húmero ⁊ ſúrſum
eminébat ſup omnē pplm. Perierant autem
áſine cis patris ſaúl: Et dixit cis ad ſaul filium
ſuum. Tolle tecū vnum de púeris: ⁊ cōſurgēs
vade ⁊ quére aſinas. Qui cum tranſiſſent per
montē effraim ⁊ per terrā ſaliſā ⁊ non inueniſ
ſent: tranſiérunt etiam per terrā ſalim: ⁊ non
erant: ſed ⁊ per terram iemini ⁊ minime rep
pererunt. Cū autē veniſſent in terrā ſúph: dixit
ſaul ad puerū qui erat cum eo. Veni ⁊ reuer
támur ne forte dimiſerit pater meus áſinas ⁊
ſolicitus ſit pro nobis. Qui ait ei. Ecce vir dei
eſt in ciuitate hac: vir nóbilis: omne qd̄ lóqui
tur ſine ambiguitáte venit. Nunc ergo eám⁹
illuc: ſi forte indicet nobis de via noſtra ꝑpter
B — quā venímus. Dixitq̄z ſaúl ad púerū ſuū. Ec
Als ſuper eſt + dei — ce ibimus. Quid ferémus ad virū + dei? Pa
a 1. q. 1. ca. iudices — nis déficit in ſiſtártijs nr̄is: ⁊ ſpórtulā nō ha
bémus vt demus hoi dei: nec qcq̄z aliud. Rur
ſum puer rn̄dit ſáuli: ⁊ ait. Ecce īuenta eſt in
manu mea q̄rta pars ſtáteris argénti: démus
hoi dei: vt indicet nobis viā noſtrā. Olim in
iſraél ſic loquebať vnuſquiſq̄z vádēs ꝯſúlere
deū. Venite ⁊ eam⁹ ad videntē. Qui enī ꝓphe
ta diciť hódie: vocabatur ólim vidēs. Et dixit
3. Reg. 2. f. — ſaúl ad púerū ſuū. // Optimus ſermo tu⁹. Ve
4. 18. d. — ni eámus. Et ierūt in ciuitátē in qua erat vir
dei. Cumq̄z aſcénderēt cliuū ciuitátis: īuené
rūt puéllas egrediéntes ad hauriendā aquā:
⁊ dixérūt eis. Nū hic eſt videns? Que rn̄den

tes dixerunt illis: Hic eſt. Ecce ante te. Feſtina
nūc. Hodie enī venit in ciuitátē: q̄z ſacrificium
eſt hodie ppl̄i in excelſo. Ingrediéntes vrbem
ſtatī inueniétis eū anteq̄z aſcendat excélſum
ad veſcēdū. Neq̄z enī comeſſúrus eſt ppl̄s: do
nec ille véniat: q̄z ipſe bn̄dicet hoſtie: ⁊ deín
ceps cómedēt qui vocati ſūt. Nūc ergo ꝯſcén
dite: q̄z hódie repriétis eū. Et aſcéderūt in ci — C
uitátē. Cūq̄z ābulárent in medio vrbis: appá
ruit ſámuel egrédiēs obuiā eis: vt aſcéderet
in excélſum. Dn̄s aūt reueláuerat auriculā ſa
muélis ante vnā diem q̄z veniret ſául dicens.
Hac ipſa hora que nūc eſt: cras mittā virū ad
te de terra beniamin: ⁊ unges eū ducē ſup po
pulū meū iſraél. Et ſaluábit ppl̄m meū de ma
nu philiſthinorū: q̄z reſpéxi pplm meū. Venit
enī clamor eorū ad me. Cūq̄z aſpexiſſet ſámu
el ſáulē: dn̄s dixit ei. Ecce vir quē dixeram ti
bi. Iſte dn̄ábitur populo meo. Accéſſit autem
ſaúl ad ſamuélē in medio porte: ⁊ ait. Indica
oro mihi: vbi eſt domus vidéntis? Et reſpōdit
ſamuel ſáuli: dicens. Ego ſum vidēs. Aſcende
ante me in excélſum: vt + cómedas mecū hó — Als + comedimus
die: ⁊ dimittā te mane: ⁊ oīa que ſunt in cor
de tuo: indicábo tibi. Et de aſinis quas nudiuſ
tertius perdidiſti: ne ſolicitus ſis: q̄z inuente
ſunt. Et cuius erūt optima queq̄z iſraél: nōne
tibi ⁊ + omni dómui pr̄is tui? Rn̄dēs āt ſaúl: — Als ſuper eſt + omi
ait. Nunqd nō filius iemini ego ſum de mini
ma tribu iſraél: ⁊ cognatio mea nouiſſima in
ter oēs familias de tribu beniamin? Quare er — D
go locutus es mihi ſmonē iſtū? Aſſúmens ita
q̄z ſámuel ſaulē ⁊ puerū eius: introdúxit eos
in triclíniū: ⁊ dedit eis locū in cápite eorū qui
fuerant īuitáti. Erāt enī q̄ſi triginta viri. Di
xitq̄z ſámuel coco. Da partē quā dedi tibi ⁊ ꝑ
cepi: vt repóneres ſeórſum apud te. Leuáuit — b 1. q. 1. ca. iudices
autē cócus ármum: ⁊ poſuit ante ſaúl. Dixitq̄z — 44. di. ca.
ſámuel. Ecce qd̄ remánſit pone ante te: ⁊ có — quando. i.
mede: q̄z de indúſtria ſeruátum eſt tibi quan
do pplm vocaui. Et comédit ſaúl cū ſamuéle — Hr. de ſa
in die illa: ⁊ deſcédérūt de excélſo in óppidū: — cra vnctio.
⁊ locutus eſt cū ſáule ī ſolário: + ſtrauitq̄z ſaul — ca. vnico.
in ſolário ⁊ dormiuit. Cumq̄z máne ſurrexiſ — + Hebrei nō habēt
ſent ⁊ iam dies lucéſceret vocauit ſámuel ſáu — ſtrauitq̄z ſaul i ſola
lem in ſolario dicens. Súrge: ⁊ dimittam te. — rio ⁊ dormiuit: ſz
Et ſurréxit ſaúl. Egreſſi ſūt ambo: ipſe videlz — greci addunt
⁊ ſámuel. Cumq̄z deſcénderēt in extrema par
te ciuitatis ſámuel dixit ad ſaúl. Dic púero
vt antecédat nos: ⁊ tránſeat. Tu autem ſubſi
ſte pauliſper: vt indicem tibi verbum domini,



¶ Ca. X. ¶ De vnctione ſaulis in regem: ⁊ ſignis datis ſibi: ⁊ precepto expectationis: et de prophetatione ſaulis: ⁊ de confirmatione regni eius populi ſorte in maſphat. ¶ X

A Infra. 16. c. ⁊ 75. di. c. j. in d. exemplo in gl. 2. q. 7. §. ite obiicitur 8. q. i. c. ſacerdotes c. c. de eminus ca. pphauit ſupra. 2. g.

Tulit autē ſamuel [a] lenticulam olei: ⁊ effudit ſup caput eius: et deoſculatus eſt eum: ⁊ ait. Ecce vnxit te dñs ſup hereditatē ſuā in principem: ⁊ liberabis pplm ſuū de manibus inimicoꝝ eius: q in circuitu eius ſunt. // Et hoc tibi ſignum: qꝛ vnxit te dominus in principem. Cumqꝫ abieris hodie a me: inuenies duos viros iuxta ſepulchꝛuz rachel in finibus beniamin in meridie: dicentqꝫ tibi. Inuente ſunt aſine ad quas ieras perquirendas: ⁊ intermiſſis pater tuus aſinis ſolicitus eſt pro vobis: ⁊ dicit. Quid faciam de filio meo? Cumqꝫ abieris inde: ⁊ vltra tranſieris ⁊ veneris ad quercum thabor: inuenient te tres viri aſcendētes ad deum in bethel: vnus portans tres hedos: ⁊ alius tres tortas panis: ⁊ alius portans lagenam vini. Cumqꝫ te ſalutauerint dabunt tibi duos panes: et accipies de manu eorum. Poſt hec venies in collem domini: vbi eſt ſtatio philiſtinorum. Et cum ingreſſus fueris ibi vrbem: obuium habebis gregem prophetaruꝫ deſcendentium de excelſo: ⁊ ante eos pſalterium ⁊ tympanum ⁊ thybiam ⁊ citharaꝫ: ipſoſqꝫ prophetantes. Et inſiliet in te ſpiritus domini: ⁊ prophetabis cum eis: ⁊ mutaberis in virum aliū.

Aaceſmo niorūꝫ regnuꝫ onſ

Corrhibi eꝛū regnū oſtur

B

Quādo ergo euenerint ſigna hec omnia tibi: fac quecumqꝫ inuenerit manus tua: qꝛ dominus tecum eſt. Et deſcendes ante me in galgala. Ego quippe deſcendam ad te vt offeras oblationeꝫ: ⁊ immoles victimas pacificas. / Septem diebus expectabis donec veniam ad te: ⁊ oſtendam tibi que facias. Itaqꝫ cuꝫ auertiſſet humerum ſuum vt abiret a ſamuele: immutauit ei deus coꝛ aliud: ⁊ venerunt omnia ſigna hec in die illa. Veneruntqꝫ ad predictum collem: ⁊ ecce cuneus pphetaruꝫ obuius ei. / Et inſiluit ſuper eū ſpiritus dñi: ⁊ prophetauit in medio eoꝛū. Videntes aūt omnes qui nouerant eū heri ⁊ nudiuſtertius qꝫ eſſet cū pphetis ⁊ pphetaret: dixerūt adinuicē. / Quenam res accidit filio cis. Num ⁊ ſaul + inter pphetas? Rñdit alius ad alterū dicēs. Et + cis pater + eius? Propterea verſuꝫ eſt in prouerbiū. Num ⁊ ſaul inter prophetas? Ceſſauit aūt prophetare: ⁊ venit ad excelſum. Dixitqꝫ patruus ſaul ad eum ⁊ ad puerum eius. Quo abiſtis? Qui reſponderunt. Querere aſinas. Quas cū nō reperiſſemus: venimus ad ſamueleꝫ. Et dixit ei patruus ſuus. Indica mihi: qd dixerit tibi ſamuel. Et ait ſaul ad patruū ſuuꝫ: Indicauit nobis: qꝛ inuente eēnt aſine. De ſmōe aūt regni nō indicauit ei quē locutus fuerat ei ſamuel. Et conuocauit ſamuel pplꝫ ad dñꝫ i + maſphat: ⁊ ait ad filios iſrael. Hec dicit dñs deus iſrael. Ego eduxi iſrael de egypto: ⁊ erui vos de manu egyptioꝝ ⁊ de manu oīum regū q affli-

Teriſtui ciuitas a troianis fundatur

Infra. 13. b

Infra. 11. b

C infra. 19. b Ilis + in pphetis Ilis + qs Ill. + coꝝ

Piſaruꝫ ciuitas a grecis dicitur

Turonſis ciuitas a beato g dicitur Ilis + maſpha

gébant vos. Uos autem hódie proiecíſtis do-
minū deum veſtrum: qui ſolus ſaluáuit vos de
vniuerſis malis ⁊ tribulatiōibus veſtris. Et di
xiſtis. Nequaꝗ̄: ſed regem cōſtitue ſuper nos.
ſub.8. c.e ſupra.9.a. / Nunc ergo ſtate corā dn̄o per tribus veſtras
⁊ per fámilias. Et applicuít ſámuel oēs trib⁹
M.+ ſors tribus iſraél: ⁊ cécidit + ſors ſuper tribū beniamin.
Et applícuit tribū beniamin ⁊ cognatiōes ei⁹
Ms + cecidit cognatio ⁊ + cécidit ſuper cognationē methri ⁊ peruē-
nit vſqꝫ ad ſaul filiuꝫ cis. Queſiérūt ergo eū:
D ⁊ nō eſt inuéntus illic. Et conſuluérūt poſt hec
dn̄m: vtrum nā ventúrus eſſet illúc. Rn̄ditqꝫ
ſupra.9.b dn̄s. Ecce abſcóndit⁹ eſt dómi. / Cucurrérūt
itaqꝫ ⁊ tulérunt eū inde. Fecitqꝫ in medio po
puli: ⁊ áltior fuit vniuerſo pplo ab húmero ⁊
ſurſum. Et ait ſámuel ad oēm populum. Cer-
te vidétis quē elégit dn̄s: qm̄ nō ſit ſimilis il-
li in omni populo. Et clamáuit oīs populus:
⁊ ait. Uiuat rex. Locút⁹ eſt aūt ſámuel ad po-
pulū legeꝫ regni: ⁊ ſcripſit in libro: ⁊ repóſuit
corā dn̄o. Et dimiſit ſámuel oēm populuꝫ: ſin
gulos in domū ſuaꝫ. Sed ⁊ ſaúl ábijt in domū
ſuam in gabaá. Et ábijt cum eo pars exérci-
tus quorum tetígerat deus córda. Filij vero be
liál dixérunt. Num ſaluáre nos póterit iſte?
Et deſpexérunt eum: ⁊ non attulerunt ei mú-
nera. Ille enim diſſimulábat ſe áudire.

¶ Ca. Sū. ¶ De naas obſidente iabes gala-
ád: de victoria ſaulis: de aliquibus dicentibus
vnde ſaluare poterit iſte: de innouatiōe regni
eius. Saul regnat in galgala. ¶ XI

ET factum eſt quaſi poſt mēſeꝫ:
A aſcēdit naás ammonites: ⁊ pu-
gnáre cepit aduerſuꝫ iabés ga-
laád. Dixerúntqꝫ omnes viri ia
bés ad naás. Habéto nos fede
Ms + ſeruiamus ráto ⁊ + ſeruiémus tibi. Et re
ſpondit ad eos naás ammonites. In hoc fériā
vobiſcū fédus vt éruā oīum veſtrū óculos dé-
xtros: ponámqꝫ vos opprobriū i vniuerſo iſra
él. Et dixérunt ad eum ſeniores iabés. Conce
de nobis ſeptem dies vt mittamus nūcios ad
vniuérſos términos iſraél: ⁊ ſi non fúerit qui
defendat nos: egrediémur ad te. Uenerunt
ergo nuncij in gabaá ſáulis: ⁊ locuti ſunt ver-
B ba hec audiēte pplo. Et leuauit omnis ppls vo
cē ſuam ⁊ fléuit. Et ecce ſául veniébat ſequēs
boues de agro: ⁊ ait. Quid habet ppls q̄ pló-
rat? Et narrauérunt ei verba viroꝝ iabés. / Et
inſ.10.b. inſiluít ſpiritus dn̄i in ſaúl cū audiſſet hec ver
ba: ⁊ irátus eſt furor eius nimis. Et aſſúmens
vtrúmqꝫ bóuē cōcidit in fruſta: miſitqꝫ in o-
mnes términos iſraél per manū nunciorū di-
cens. Quicūqꝫ nō exierit ⁊ ſecutus fúerit ſaúl
⁊ ſamuél: ſic fiet bóbus eius. Inuáſit ergo ti-
mor dn̄i populū: ⁊ egréſſi ſunt quaſi vir vnus
⁊ recénſuit eos i bezeth. Fuerúntqꝫ filioꝝ iſra
él trecénta milia: virorū autē iudá trigīta mi C
lia. Et dixerunt núncijs qui vénerant. Sic di-
cétis viris qui ſunt in iabés galaád. Cras erit
vobis ſalus: cum incaluérit ſol. Uenérunt er-
go núncij: ⁊ nunciauérunt viris iabés. Qui le
táti ſunt: ⁊ dixerūt. Mane exíbimus ad vos: ⁊
faciétis nobis omne qđ placuerit vobis. Et fa
ctum eſt cum dies craſtinus veniſſet: cōſtituit
ſaúl populū in tres partes. Et īgreſſus eſt me-
día caſtra in vigília matutina: ⁊ percúſſit ám-
mon vſqꝫ dum incaléſceret dies. Reliqui au-
tem diſperſi ſunt: ita vt non relinquerentur ex
eis duo páriter. Et ait populus ad ſamuélem
Quis eſt iſte qui dixit ſaúl nō regnábit ſuper
nos? Date viros: ⁊ interficiémus eos. Et ait ſa D
úl. Non occidétur quiſꝗ̄ in die hac: q: hódie infra.c.15. 3.q.7.§. vltimo
fecit dominus ſalutem in iſraél. Dixit autem
ſámuel ad populum. Uenite ⁊ eamus in gál-
gala: ⁊ innouémus ibi regnum. Et perréxit o
mnis populus in gálgala: ⁊ fecerunt ibi regē
ſaúl coraꝫ domino in gálgala. Et imolauérūt
ibi victimas pacificas coram domino. Et leta
tus eſt ibi ſaúl: ⁊ cuncti viri iſraél nimis.

¶ Capituli Summarium. ¶ De innocentia
⁊ manſuetudine ſamuelis: de correptione po-
puli: de ſignis datis de celo. ¶ XII

DIxit autem ſámuel ad vniuer- A
ſum iſraél. Ecce audiui vocem
veſtrā iuxta oīa que locuti eſtis
ad me: ⁊ cōſtitui ſuper vos regē:
Et nūc rex grádit āte vos. Ego
aūt ſénui: ⁊ incánui. Porró fi-
lij mei vobiſcū ſunt. Itaqꝫ cōuerſátus corā vo-
bis ab adoleſcéntia mea vſqꝫ ad hāc diem: ec
ce préſto ſum. Loquímini de me corā dn̄o et
corā chriſto eius: vtrū bóueꝫ cuiúſꝗ̄ túlerim
aut áſinū: ſi quemꝗ̄ calūniatus ſum ſi oppreſ
ſi aliquē: ſi de manu cuiuſꝗ̄ múnus accépi: et
cōtémnā illud hódie reſtituámqꝫ vobis. Et di
xerūt. Nō es calūniátus nos: neqꝫ oppreſſiſti:
neqꝫ tuliſti de manu alicúius quippiā. Dixit-
qꝫ ad eos. Teſtis eſt dn̄s aduerſuꝫ vos: ⁊ teſtis
chriſtus eius in die hac: quia nō inueniſtis in Eccl.26.b.
manu mea quippiam. Et dixerunt. Teſtis. Et
ait ſámuel ad populuꝫ. Dn̄s qui fecit móyſen B

Alii ſuper rex + adeſt. & aarón: & edúxit patres noſtros de terra egý-
pti + adeſt. Nunc ergo ſtáte vt iudicio con-
tendam aduerſum vos coram domino de omni
bus miſericórdijs domini quas fecit dominus
Gen. 46. a vobíſcum & cum patribus veſtris. // quomodo
iacób ingreſſus eſt in egýptum: & clamaue-
runt patres veſtri ad dominum: & miſit domi-
nus móyſen & aaron: & edúxit patres veſtros
Judi. 4. a de egýpto: & collocáuit eos in hoc loco. // Quí
obliti ſunt domini dei ſui: & trádidit eos i ma-
nus ſýſare magiſtri militie regis aſor: & i ma-
nu philiſtinórum: & in manu regis moab & pu
guauérunt aduerſus eos. Poſtea autem clama
uerunt ad dominum: & dixerunt. Peccáui-
mus: quia dereliquimus dominum: & ſeruiui-
mus baalim & aſtaróth. Nunc ergo érue nos
de manu inimicorum noſtrorum: & ſeruiémus
Judi. 6. c. Alii + dedan idest ſamſon. tibi. // Et miſit dominus hierobaál & + badáz
& barách & iepté & ſamuél: & éruit vos de ma-
nu inimicorum veſtrorum per circúitum: & ha
bitaſtis confidénter. Uidentes autem q naás
C rex filiorum ámmon veniſſet aduerſum vos:
Sup. 8. b. & ſupra 10. c // dixiſtis mihi. Nequaq̄: ſed rex imperábit
nobis: cum dominus deus veſter regnaret in vo
bis. Nunc ergo preſto eſt rex veſter quem ele-
giſtis: & petiſtis. Ecce dedit vobis dominus re-
gem. Si timuéritis dominum & ſeruiéritis ei:
& audiéritis vocem eius: & non exaſperauéri-
tis os domini: éritis & vos & rex qui imperat vo
bis ſequentes dominum deum veſtrum. Si au-
tem non audiéritis vocem domini: ſed exaſpe
rauéritis ſermones eius: erit manus domini
ſuper vos & ſuper patres veſtros. Sed & núc ſtá-
te: & vidéte rem iſtam grándem quam factu-
rus eſt dominus in conſpectu veſtro. Núquid
non méſſis tritici eſt hodie? Inuocabo dominū
& dabit voces & plúuias: & ſciétis & vidébitis:
q grande malum fecéritis vobis in conſpectu
domini peténtes ſuper vos regem. Et clamauit
ſámuel ad dominum: & dedit dominus voces
& plúuias in die illa. Et timuit omnis populus
nimis dominum & ſamuélem. Et dixit vniuer
D ſus populus ad ſamuélem. Ora pro ſeruis tu-
is ad dominum deū tuum vt non moriámur.
Addídimus enim vniuerſis peccatis noſtris
malum: vt peterémus nobis regem. Dixit au-
tem ſámuel ad populum. Nolite timére: vos
feciſtis vniuerſum malum hoc. Uerúntamē
nolite recédere a tergo domini: ſed ſeruite do
mino in omni corde veſtro: & nolite declináre
poſt vana que non próderunt vobis: neq̄ éru-
ent vos: q vana ſunt: & non derelinquet domi-
nus populum ſuum: propter nomē ſuum ma-
gnum: q iuráuit domin^9 fácere vos ſibi popu
lum. Abſit aūt a me hoc peccatum a domino vt
céſſem oráre pro vobis: & docébo vos vitam bo-
nam & réctam. Igit timéte dñm & ſeruite ei in
veritáte: & ex toto corde veſtro. Uidiſtis enim
magnifica que in vobis géſſerit dominus: q ſi
perſeuerauéritis vos in malitia: & vos & rex ve-
ſter páriter peribitis.

¶ Ca. XIII. ¶ De philiſteis pcuſſis a ſaule &
ionatha. & iter congregatis: de filijs iſrael qui
abſconderūt ſe in antris: de holocauſto ſaulis &
de reprehenſione ei^9 a ſamuele: nō ſtabit regnū
eius: de diuiſione regni: de tribus cuneis pro-
phetar poſt tranſgreſſionem patris: de armor
defectu in iſrael niſi i ſaule & ionatha. ¶ XIII

Filius vni^9 ánni erat ſaúl cum A
regnáre cepiſſet: duob^9 autem
annis regnauit ſuper iſraél. Et
elégit ſibi ſaúl tria milia de iſra
él. Et erant cum ſaúl duo milia
in + machmás & in monte be- Alii + machmas. Alii + gabaad vel gabaath
thél: mille aūt cū iónatha in + gabaá bénia-
min. Porro ceter pplm remiſit vnúquemq̄
in tabernácula ſua. Et percúſſit iónathas ſtatió
nem philiſtinór que erat in gabaá. Quod cū
audiſſent philiſtiim: ſaúl cécinit búccina i o-
mni terra dicés. Audiant hebréi: & vniuerſus
iſraél audiuit huiuſcémodi famam: percúſſit
ſaúl ſtatiónem philiſtinor. Et eréxit ſe iſraél
aduerſus philiſtiim. Clamauit ergo ppls poſt
ſaúl in gálgala: & philiſtiim congregati ſūt ad
preliándū contra iſraél: triginta milia cúrru-
um: & ſex milia équitū: & réliquū vulgus ſicut
aréna q̄ eſt in littore maris plurima. Et aſcen-
déntes caſtrametáti ſūt in + machmas ad ori Alii + machmas.
entem bethauém. Qd cū vidiſſent viri iſraél B
ſe in árto póſitos (afflict^9 enim erat ppls) abſcō
dérūt ſe in ſpelúncis: & in ábditis in petris q̄z
& in ántris: & in ciſternis. Hebréi aūt tranſie-
rūt iordánem in terram gád & galaád. Cúq̄
adhuc eſſet ſaúl in gálgala: vniuerſus popul^9
pertérrit^9 eſt qui ſequebat eum. // Et expecta- Sup. 10 b.
uit ſeptem dieb^9 iuxta plácitū ſamuélis: & nō
vénit ſámuel in gálgala. Dilapſúſq̄ eſt ppls
ab eo. Ait ergo ſaúl. Afférte mihi holocáuſtum
& pacifica. Et óbtulit holocáuſtum. Cúq̄ com-
pléſſet ófferens holocáuſtū: ecce ſámuel venié
bat. Et egreſſus eſt ſaúl óbuiam ei: vt ſalutá-
ret eū. Locutúſq̄ eſt ad eū ſámuel. Quid feci

ſti? Reſpondit ſaúl. Quia vidi ꝙ populus diſſa
beretur a me: ⁊ tu non véneras iuxta plácitos
C dies. Porró philiſtiím congregati fuerant in
+ machmás: dixi. Núc deſcéndent philiſtiim (Al's + machimas.)
ad me in gálgala: ⁊ faciem domini non placá
ui. Neceſſitáte compúlſus óbtuli holocauſtuz (Al's ſupereſt + dño. Gen. 31. r. 2. par. 16. c.)
+ domío. Dixitqꝫ ſámuel ad ſaúl. Stulte egi-
ſti: nec cuſtodiſti mandata domini dei tui que
precépi tibi. Quod ſi non feciſſes: iam nunc
preparáſſet dominus regnum tuum ſuper iſra
él in ſempitérnum. Sed nequaqꝫ regnum tu-
um vltra conſúrget. Queſiuit dominus ſibi vi
rum iuxta cor ſuuz: ⁊ precepit ei dominus vt eſ
ſet dux ſuper populum ſuum: eo ꝙ non ſeruá-
ueris que precepit dñs. Surréxit autem ſámu
el ⁊ aſcendit de gálgalis í gabaá beniamín. Et
réliq pópuli aſcendérunt poſt ſaúl óbuiaz po-
pulo: qui expugnabant eos venientes + de gál (Al's + ex)
gala in gabaá in cólle beniamín. Et recénſuit
ſaúl pplm qui inuenti fúerant cū eo quaſi ſex
céntos viros: ⁊ ſaúl ⁊ iónathas fili⁹ eius: popu
lúſqꝫ q inuentus fuerat cuz eis erat in gabaá
D beniamín. Porro philiſtiím conſederant in
+ machmás. Et egreſſi ſūt ad preliándum de (Al's + machimas.)
caſtris philiſtinóruz tres cúnei. Unus cúneus
pergébat contra viam effraim ad terraz ſaúl.
Porro ali⁹ ingrediebátur per viam bethorón.
Tertius autem vérterat ſe ad iter termini in
terra ſabaá: imminentis vallis ſeboím contra
deſértū. Porro fáber ferrárius non inueniebá
tur in omni terra iſraél. Cáuerant enim phili
ſtiím ne forte fácerent hebréi gládiū aut lán-
ceam. Deſcendébat ergo omnis iſraél ad phi
liſtiím vt acueret vnuſquiſqꝫ vómerem ſuū ⁊
ligónem ⁊ ſecúrim ⁊ tridéntez ⁊ ſárculū. Re
túſe itaqꝫ erant ácies vómerū ⁊ ligónū ⁊ tri-
déntium ⁊ ſecúriū vſqꝫ ad ſtímulū corrigén-
dum. Cūqꝫ veniſſet dies prélij: non eſt inuén-
tus énſis ⁊ láncea in manu totius populi qui
erat cum ſaul ⁊ ionatha: excepto ſaúl ⁊ ióna-
tha filio eius. Egreſſa eſt autem ſtatio philiſti
ím: vt + tranſcenderet in + machmas. (Al's + tranſcéderent. Al's + machimas.)

C Capituli Summarium. C De ionatha ⁊
armigero eius qui aſcendunt ad philiſtijm:
dat ſignum armigero ꝙ tradatur philiſtijm
in manus eorum in modo loquendi: de victo
ria eius: de adiuratione populi facta a ſaule:
de melle guſtato a ionatha: qui forte depre-
henditur: ⁊ a morte per populum liberatur.
Nomina generis ſaulis: ⁊ quorundam de fa-
milia. C XIIII

Et áccidit in quadam die vt di- B
ceret iónathas fili⁹ ſaúl ad ado
leſcéntem armigeruz ſuum. Ue-
ni: ⁊ tranſeám⁹ ad ſtatiónez phi
liſtinóruz que eſt trans locū illuz.
Patri aūt ſuo hocipſum non in
dicáuit. Porro ſaúl morabát in extréma pár
te gabaá ſub malogranáto q̃ erat in agro ga-
baá. Et erat populus cū eo quaſi ſexcentórum
virórum. Et achías filius achitób fratris icha
bód filij phineés q ortus fuerat ex heli ſacer-
dote domini in ſyló: portabat + ephót. Sed ⁊ (Al's + ephod.)
populus ignorabat quo iſſet iónathas. Erant
autem inter aſcénſus per quos nitebátur ióna
thas tranſíre ad ſtatiónem philiſtinóruz emi-
nentes petre ex vtraqꝫ parte: ⁊ quaſi in modum
déntiū ſcópuli hincinde prerúpti. Nomē vni
boſes: ⁊ nomen alteri ſene. Un⁹ ſcopulus pró
minens ad aquilónē ex aduérſo + machmas: (Al's + machimas.)
⁊ alter ad meridiem contra gabaá. Dixit aūt
iónathas ad adoleſcéntem armigerum ſuuz.
Ueni tranſeámus ad ſtatiónem incircunciſó
rum horum ſi forte faciat dominus pro nobis:
q2 nō eſt domino difficile ſaluáre vel in + mul (Al's + in multitudine)
tis: vel in páucis. Dixitqꝫ ei ármiger ſu⁹. Fac
omnia que plácet animo tuo. Perge quo cú-
pis: ⁊ + ero tecum + vbicūqꝫ volúeris. Et ait B (Al. + ego. Al's + quocūqꝫ)
iónathas. Ecce nos tranſim⁹ ad viros iſtos. Cū
qꝫ apparuerimus eis: ſi taliter locuti fúerint
ad nos: manete donec veniámus ad vos: ſtem⁹
in loco noſtro: nec aſcendámus ad eos. Si au-
tem dixerint aſcéndite ad nos: aſcendám⁹ ad
eos: quia trádidit eos domin⁹ in manibus + no (Al. + illos)
ſtris. Hoc erit nobis ſignum. Appáruit igitur
vtérqꝫ ſtatióni philiſtinóruz. Dixerúntqꝫ phi-
liſtiím. En hebréi egrediúntur de cauernis í (Iud. 14.)
quibus abſcónditi fúerant. Et locuti ſunt viri
de ſtatióne ad iónatham ⁊ ad armigeruz eius.
Dixerúntqꝫ. Aſcéndite ad nos: ⁊ oſtendémus
vobis rem. Et ait iónathas ad armigerum ſu
um. Aſcéndamus. Séquere me. Trádidit (1. ma. 4. r.)
enim dominus eos in manus iſraél. Aſcendit
autem iónathas manibus ⁊ pédibus réptás:
⁊ ármiger eius poſt eum. Itaqꝫ cum vidiſſent
fáciem ionathe alij cadebant ante ionathán ⁊
alios ármiger eius interficiébat ſequens euz.
Et facta eſt plága prima quam percuſſit iona-
thas ⁊ armiger eius quaſi viginti virorum: in
media parte iugeris: quam par boum in die
aráre conſuéuit. Et factum eſt miraculum in
cáſtris ⁊ per agros. Sed ⁊ omnis populus ſta-

tiõnis eorum qui ierant ad prędanduȝ obſtu-
C puit: ⁊ conturbata ſunt caſtra. Et accidit qua
ſi miraculum a deo. Et reſpexerunt ſpeculato-
res ſaul qui erant in gabaa beniamin: ⁊ ecce
multitudo proſtrata: ⁊ huc illucq; diffugiens.
Et ait ſaul populo qui erat cuȝ eo. Requirite
⁊ videte quis abierit ex nobis. Cumq; requiſiſ-
ſent: repertum eſt non adeſſe ionathaȝ ⁊ armi
gerum eius. Et ait ſaul ad achiam. Applica
arcam domini. Erat enim ibi arca domini in
die illa cum filiis iſrael. Cumq; loqueretur ſa-
ul ad ſacerdotem: tumultus magnus exortus
eſt in caſtris philiſtinorum. Creſcebatq; pau-
latim ⁊ clarius reſonabat. Et ait ſaul ad ſacer
dotem. Contrahe manum tuaȝ. Conclamauit
ergo ſaul ⁊ omnis populus qui erat cum eo:
⁊ venerunt uſq; ad locum certaminis. Et ecce
verſus fuerat gladius vniuſcuiuſq; ad proxi-
mum ſuum: ⁊ cedes magna nimis. Sed ⁊ he-
brei qui fuerant cum philiſtiim heri ⁊ nudi-
uſtertius aſcenderantq; cum eis in caſtris: re
uerſi ſunt vt eſſent cum iſrael: ⁊ his qui erant
cum ſaul ⁊ ionatha. Omnes quoq; iſraelite q
ſe abſconderant in monte effraim audientes
q fugiſſent philiſtei: ſociauerunt ſe cum ſuis
D in prelio. Et erant cum ſaul quaſi deceȝ milia
virorum. Et ſaluauit dominus deus iſrael in
die illa. Pugna autem peruenit uſq; ad betha
uen. Et viri iſrael ſociati ſunt ſibi in die illa.
Infra. eo. Adiurauit autem ſaul populuȝ dicens. Ma
ledictus vir qui comederit panem uſq; ad ve
ſperum: donec vlciſcar de inimicis meis. Et
non manducauit vniuerſus populus panem.
Omniſq; terre vulgus venit in ſaltum: in quo
erat mel ſuper faciem agri. Ingreſſus eſt itaq;
populus ſaltuȝ: ⁊ apparuit fluens mel: nullus
q; applicuit manum ad os ſuuȝ. Timebat eni
populus iuramentum. Porro ionathas non
audierat: cum adiuraret pater eius populuȝ.
Extenditq; ſummitatem virge quaȝ habebat
in manu: ⁊ intinxit in fauum mellis. Et con-
uertit manum ſuam ad os ſuum: ⁊ illuminati
ſunt oculi eius. Reſpondenſq; vnus de populo
ait. Iureiurando conſtrinxit pater tuus popu-
lum dicens. Maledictus vir qui comederit
Sup. eo. panem hodie. Defecerat autem populus. Di-
xitq; ionathas. Turbauit pater meus terram.
Uidiſtis ipſi quia illuminati ſunt oculi mei:
eo q guſtauerim paululum de melle iſto:
quantomagis ſi comediſſet populus de preda
inimicorum ſuorum qua reperit. Nonne ma

ior plaga facta fuiſſet in philiſtiim. Percuſſe- E
runt ergo in die illa philiſteos a + machmis Al. + machmas.
uſq; in haylon. Defatigatus eſt autem popu-
lus nimis: ⁊ verſus ad predam tulit oues ⁊ bo
ues ⁊ vitulos: ⁊ mactauerunt in terra. Come-
ditq; populus cum ſanguine. Nunciauerunt
autem ſauli dicentes: q populus peccaſſet do-
mino: comedens cuȝ ſanguine. Qui ait. Pre-
uaricati eſtis. Uoluite ad me iam nunc ſaxuȝ
grande. Et dixit ſaul. Diſpergamini in vulgᵒ:
⁊ dicite eis: vt adducat ad me vnuſquiſq; bo
uem ſuū ⁊ arietem: ⁊ occidite ſuper iſtud ⁊ + ve Al. + veſcimini.
ſcimini ⁊ non peccabitis domino comedentes
cum ſanguine. Adduxit itaq; omnis populus
vnuſquiſq; bouem in manu ſua uſq; ad nocte:
⁊ occiderunt ibi. Edificauit autem ſaul altare
domino. Tuncq; + primum cepit edificare al Al. ſuper. reſt + primum.
tare domino. Et dixit ſaul. Irruamur ſup phi
liſteos nocte: ⁊ vaſtemus eos uſq; dum illuce-
ſcat mane: nec relinquamus ex eis virum. F
Dixitq; populus. Omne quod bonum vide-
tur in oculis tuis: fac. Et ait ſacerdos. Acceda-
mus huc ad deum. Et conſuluit ſaul dominuȝ
dicens. Num + perſequar philiſtiim. Si tra- Al. + p. ſequor
des eos in + manu iſrael? Et non reſpondit ei Al. + manus.
in die illa. Dixitq; ſaul. Applicate huc vni-
uerſos angulos populi: ⁊ ſcitote ⁊ videte per infra. 2. ſo.
quem acciderit hoc peccatuȝ hodie. ᵃUiuit do
minus ſaluator iſrael: quia ſi per ionatham fi- a 22. q. 1. ſ. ſi.
lium meum factum eſt abſq; retractione mo-
rietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni
populo. Et ait ad vniuerſum iſrael. Separami
ni vos in partem vnam ⁊ ego cum ionatha fi-
lio meo ero in parte altera. Reſponditq; po-
pulus iſrael ad ſaul. Quod bonum videtur in
oculis tuis: fac. Et dixit + ad dominum deum Al. + ſaul
iſrael. ᵇDomine deus iſrael da iudiciuȝ: quid b 3. q. 7. ſ. ſi.
eſt q non reſponderis ſeruo tuo hodie? Si in 26. q. 2. ſa.
me aut in ionatha filio meo eſt iniquitas hec
da oſtenſionem. Aut ſi hec iniqtas eſt in pplo
tuo: da ſanctitatem? Et deprehenſus eſt iona-
thas ⁊ ſaul: pplo aūt exiuit. Et ait ſaul. Mitti-
te ſortē inter me ⁊ inter ionatham filiū meū:
⁊ captus eſt ionathas. Dixit aūt ſaul ad iona- G
than. Iudica mihi qd feceris. Et indicauit Joſ. 7. c.
ei ionathas: ⁊ ait. Guſtans guſtaui in ſummi-
tate virge q erat in manu mea paululum mel
lis: ⁊ ecce ego morior. Et ait ſaul. Hec faciat
mihi deᵒ ⁊ hec addat: q: morte morieris iona-
tha. Dixitq; pplo ad ſaul. Ergo ne ionathas
morief: quia fecit ſalutem hanc magnam in Infra. 2. c.

iſraél. Hoc néphas eſt. Uiuit dominus: ſi ceci-
derit capillus de capite eius in terra: quia cum
deo operátus eſt hodie.[c] Liberáuit ergo popu-
lus ionathan vt non moreretur. Receſſitque ſa-
úl: nec perſecútus eſt philiſthim. Porró phili-
ſthiim abiérunt in loca ſua. Et ſaúl confirmáto
regno ſuper iſraél pugnábat per circúitum ad
uerſum omnes inimícos eius: contra moáb ⁊
filios ammón ⁊ edom ⁊ reges ſobá ⁊ philiſte
ós: ⁊ quocunque ſe vérterat ſuperábat. Congrega
tóque exércitu percúſſit amaléch ⁊ éruit iſraél
de manu vaſtatórum eius. Fuérunt autem filij
ſaúl: iónathas ⁊ ieſui ⁊ melchiſuá: ⁊ nomina
duarum filiarum eius: nomen primogénite + me
rób: ⁊ nomen minóris michól: ⁊ nomen vxoris
ſaul achinoém: filia achimaás. Et nomen pri
cipis milítie eius abnér: filius nér: patruélis
ſaul. Porro cis fuit pater ſaúl: ⁊ nér pat ab-
nér filius abiél. Erat autem bellum pótens ad
uerſum philiſtéos omnibus diebus ſaúl. Nam
quemcunque víderat ſaúl virum fortem ⁊ áptum
ad prélium: ſociábat eum ſibi.

c 22. q. 2. §. ſi. q. 1. in ſū ma re iu reiu. ca. 4 ſi chriſt⁹. 26. q. 2. §. Saul qz. De maio. ⁊ obe. c. 2.

Me + me rab

Sup. c. 4. 1. para. 8. c.

¶ Ca. xv. ¶ De precepto dato ſauli: vt dele-
ret amalech: de tranſgreſſione eius: quia peper
cit agag regi: de commendatione obedientie:
de expulſione ſaulis de regno: ſamuel luget
ſaul. ¶ XV

A
ET dixit ſámuel ad ſaúl. Me mi
ſit dominus vt úngerem te in re
gem ſuper populum eius iſraél.
Nunc ergo audi vocem domini.
Hec dicit dominus exercituum.
[a] Recénſui quecúnque fecit ama
léch iſraéli: quomodo reſtitit ei in via: cum
aſcenderet de egýpto. Nunc ergo vade: ⁊ pér
cute amaléch ⁊ demolire vniuerſa eius. Non
párcas ei: ⁊ non concupiſcas ex rebus ipſius
aliquid: ſed intérfice a viro vſque ad mulíerem:
⁊ páruulum atque lacténtem bóuem ⁊ ouem ca
mélum ⁊ áſinum. Precépit itaque ſaúl populo:
B ⁊ recénſuit eos quaſi ágnos ducénta milia pé
ditum: ⁊ decem milia virorum iudá. Cumque ve
niſſet ſaul vſque ad ciuitatem amaléch: tetendit
inſidias in torrénte. Dixitque ſaúl cýneo. Abi
te: recédite atque diſcédite ab amaléch ne for
te inuóluam te cum eo. Tu enim feciſti miſe
ricordiam cum omnibus filijs iſraél: cum aſcén
derent de egýpto. Et receſſit cynéus de medio
amaléch.[b] Percuſſitque ſaul amaléch ab euilá
donec + venit + aſſur: que eſt e regióne egýpti.
Et apprehéndit agág regem amaléch viuum.

a 1. q. 1 ca. domin⁹. 8. q. 1. c. au dacter. ſup. co. 10 Exo. 17. d. 1. q. 4. §. ité pctó ci uili. ⁊. ité pctó ama lechitarū. 2. q. 7. § ité eſt bala. ſ in ſi. 24. q. 1. § 1. in prin.

b 23. q. 4. c. eſt iniuſta ⁊ ſaul có traxit. Alſ + ve niat. Alſ + ad aſſur

Omne autem vúlgus interfécit in ore gládij.
Et pepércit ſaúl ⁊ popul⁹ agág: ⁊ óptimis gré
gibus ouium ⁊ arméntorum: véſtibus ⁊ arié
tibus: ⁊ vniuerſis que púlcra erant: nec volue
runt diſpérdere ea. Quicquid ergo vile fuit ⁊ C
réprobum: hoc demolíti ſunt. Factum eſt au
tem verbum domini ad ſámuel dicens. Pé
nitet me quod conſtitúerim ſaúl regem: quia de
reliquit me ⁊ verba mea opere non impleuit.
Contriſtatúſque eſt ſámuel: ⁊ clamáuit ad do
minum tota nocte. Cumque de nocte ſurrexiſſet ſá
muel: vt iret ad ſaúl máne nunciatum eſt ſa
muéli: eo quod veniſſet ſaúl in carmelúm: ⁊ ere
xiſſet ſibi fornicem triumphálem: ⁊ reuérſus
tranſiſſet deſcendiſſetque in gálgala. Uenit er
go ſámuel ad ſaúl: ⁊ ſaúl offerébat holocáuſtum
domino de initijs predárum que attúlerat ex
amaléch. Et cum veniſſet ſámuel ad ſaúl: di
xit ei ſaúl. Benedictus tu domino. Impléui
verbum domini. Dixitque ſámuel. Et que eſt hec D
vox grégum que réſonat in áuribus meis ⁊ ar
méntorum quam ego áudio? Et ait ſaúl. De
amaléch adduxérunt ea. Pepércit enim po
pulus melióribus óuibus ⁊ arméntis: vt im
molaréntur domino deo tuo: réliqua vero occí
dimus. Ait autem ſámuel ad ſaúl. Sine me:
⁊ indicábo tibi que locútus ſit dominus ad me
nocte. Dixitque ei. Lóquere. Et ait ſámuel. Nón
ne cum páruulus eſſes in oculis tuis: caput in
tribubus iſraél factus es? Unxitque te domin⁹
in regem ſuper iſraél: ⁊ miſit te dominus in
+ viam: ⁊ ait. Uade ⁊ intérfice peccatóres ama
léch: ⁊ pugnábis contra eos vſque ad internitió E
nem eorum. Quare ergo non audiſti vocem do
mini: ſed verſus ad predam es: ⁊ feciſti malum
in oculis domini? Et ait ſaúl ad ſamuélem. Im
mo audiui vocem domini: ⁊ ambuláui in via
per quam miſit me dominus: ⁊ addúxi agág re
gem amaléch: ⁊ amaléch interféci. Tulit au
tem de préda populus oues ⁊ bóues primíti
as earum que céſa ſunt: vt immolet domino
deo ſuo in gálgalis. Et ait ſámuel. Nunquid
vult dominus holocáuſta ⁊ víctimas: ⁊ non pó
tius vt obediátur voci domini?[c] Mélior eſt enim
obediéntia quam víctime: ⁊ auſcultáre magis quam
offérre ádipem arietum: quoniam quaſi pec
catum ariolándi eſt repugnáre: ⁊ quaſi ſcélus
idolátrie nólle acquiéſcere.[b] Pro eo ergo quod
abiecíſti ſermónem domini: abiécit te domi
nus ne ſis rex. Dixitque ſaúl ad ſamuélem. Pec
cáui: quia preuaricátus ſum ſermonem domini ⁊ ver

Gen. 6. b. infra. c.

Due. 20.

Al + vi

c Eccli. 4. a. c 8. q. 1. c. ſciendum. 32. di. §. verum. 31. di. ſi ¶ preſbyteri.

1. q. 4. § ité pctó ama lechitarū. 17. q. 7. c. ſi quis de iceps. De maio. ⁊ obe. c. ſi luc.

De ſepul. c. i. lib. ſe xto.

d 2. q. 7. §. ſi. ibi ſaul cum eé. Sup. c. 4. 11

ba tua: timens populum ⁊ obédiens voci eoꝝ. Sed nunc porta queſo peccatum meum: ⁊ reuértere mecum vt adórem dominum. Et ait ſámuel ad ſaúl. Non reuértar tecum: qꝛ proieciſti ſermonem domini: ⁊ proiécit te dominus ne ſis rex ſuper iſraél. Et conuerſus eſt ſámuel vt abiret. Ille autem apprehéndit ſummitátem pállij eius que ⁊ ſciſſa eſt. Et ait ad eum ſámuel. Scidit dominus regnum iſraél a te hodie: ⁊ trádidit illud proximo tuo melióri te. Porró triumphátor in iſraél non párcet: ⁊ penitúdine non flectétur. Neqꝫ enim homo eſt vt ágat penitentiam. At ille ait. Peccáui. Sed nunc honóra me coram ſenióribus pópuli mei: ⁊ coram iſraél: ⁊ reuértere mecum vt adórem dominum deum tuum. Reuerſus ergo ſámuel ſecutus eſt ſáulem. Et adoráuit ſaúl dominum. Dixitqꝫ ſámuel. Addúcite ad me agág regem amaléch. Et oblatus eſt ei agág pinguiſſimus trémens. Et dixit agág. Sicine ſéparat amára mors. Et ait ſámuel. Sicut fecit abſqꝫ liberis mulieres gládius tuus: ſic abſqꝫ liberis erit inter mulieres mater tua. // Et in fruſta concidit eum ſámuel coram domino in gálgalis. Abijt autem ſámuel in ramathá: ſaúl vero aſcéndit in domum ſuam in + gabaá. Et non vidit ſámuel vltra ſaúl vſqꝫ in diem mortis ſue. Verúntamen lugébat ſámuel ſaúl: quoniam dominuꝫ penitébat qꝙ cōſtituiſſet regem ſaúl ſuper iſraél.

Infra.25.c

26.q.5.ca. nec mirū ibi predicauerat

B

23.q.5. p⁹.c. regū 2.q.7.§. Ité cū baaā ante ſi. 1.q.4.§. ité peccato Alis + gabaath Sup. eo.

¶ Ca. Sū. ¶ De vnctione dauid in regeꝫ in domo patris ſui: de ſpiritu neqꝫ qui vexabat ſaúl: de dauid q̄ percutiebat citharā. ¶ XVI

A

De pe. di.1.c. predixerat

Dixitqꝫ dominus ad ſamuélem. Vſqꝫquo tu luges ſaúl: cū ego proiécerim eum ne régnet ſup iſraél. Imple cornu tuuꝫ óleo: ⁊ véni vt mittā te ad iſaí bethlehemitem. Prouidi eniꝫ in filijs eius mihi regem. Et ait ſámuel. Quo vadaꝫ? Audiet enim ſaúl: ⁊ interficiet me. Et ait dominus. Vitulum de arménto tólles in manu tua: ⁊ dices. Ad immolándum domino véni. Et vocabis iſaí ad victimam: ⁊ ego oſténdam tibi quid fácias: ⁊ únges quemcūqꝫ mōſtráuero tibi. Fecit ergo ſámuel ſicut locútus eſt ei dominus. Venitqꝫ in bethleém. Et ammiráti ſunt ſeniores ciuitátis: occurréntes ei. Dixeruntqꝫ. // Pacificus ne eſt ingréſſus tuus? Et ait. Pacificus. Ad immolándum domino véni. // Sanctificámini ⁊ venite mecum: vt im-

1.reg.2.c. Leui.20.b

molem. Sanctificáuit ergo iſaí ⁊ filios eius: ⁊ vocauit eos ad ſacrificium. Cūqꝫ ingreſſi eſſent: vidit heliáb ⁊ ait. Num coraꝫ domino eſt chriſtus eius. Dixit dominus ad ſamuelē. Ne reſpicias vultum eius neqꝫ altitúdinem ſtature eius: quoniam abiéci eum: nec iuxta intúitum hóminis ego iúdico. Homo enim videt ea que parent: dn̄s aūt intuétur coꝛ. Et vocauit iſaí aminadab ⁊ adduxit eum coram ſamuel. Qui dixit. Nec hunc elégit dn̄s. Adduxit aūt iſaí ſammá de q̄ ait. Etiaꝫ hunc nō elégit dn̄s. Adduxit itaqꝫ iſaí ſéptē filios ſuos corā ſamuél. Et ait ſámuel ad iſaí. Non elégit dominus ex iſtis. Dixitqꝫ ſámuel ad iſaí. Nunquid iam cōpléti ſunt filij? Qui rn̄dit. Adhuc réliquus eſt párulus: ⁊ páſcit oues. Et ait ſámuel ad iſaí. Mitte ⁊ addúc eum. Nec enim diſcumbémus priuſqꝫ huc ille veniat. Miſit ergo: ⁊ addúxit eum. // Erat autem rúfus ⁊ púlcher aſpéctu: decoráqꝫ fácie: ⁊ ait dominus. Surge ⁊ vnge eū: ipſe eſt eniꝫ. // Tulit ergo ſámuel cornu ólei: ⁊ únxit eum in médio fratrum eius. // Et diréctus eſt ſpiritus domini a die illa in dauid ⁊ deinceps. Surgénſqꝫ ſámuel ábijt in ramathá. Spirit⁹ auteꝫ domini receſſit a ſaúl: ⁊ exagitábat eum ſpiritus neqꝫ a domino. Dixeruntqꝫ ſerui ſaúl ad euꝫ. Ecce ſpiritus domini malus exágitat te. Iúbeat dominus noſter + rex ⁊ ſerui tui qui coram te ſunt quérent hominem ſciéntem pſállere cithara: vt quādo arripúerit te ſpiritus dn̄i malus pſállat manu ſua ⁊ léuius féras. Et ait ſaúl ad ſeruos ſuos. Prouidéte ergo mihi aliquem bene pſallentem: ⁊ addúcite eum ad me. Et reſpondēs vnus de púeris ait. Ecce vidi filium iſaí bethlehemitem ſciéntem pſállere ⁊ fortiſſimum róbore: ⁊ virum bellicóſum ⁊ prudentem in verbis: ⁊ virum púlchrum: ⁊ dominus eſt cuꝫ eo. Miſit ergo ſaúl nuncios ad iſaí: dicens. Mitte ad me dauid filium tuum qui eſt in páſcuis. Tulit itaqꝫ iſaí aſinum plenum pánibus ⁊ lagénam vini: ⁊ hédum de cápris vnum: ⁊ miſit per manum dauid filij ſui ſáuli. Et vénit dauid ad ſaúl: ⁊ ſtetit coraꝫ eo. At ille diléxit eū nimis: ⁊ factus eſt eius ármiger. Miſitqꝫ ſaúl ad iſaí dicens. Stet dauid in cōſpectu meo. Inuénit enim gratiam in oculis meis. Igitur quandocūqꝫ ſpiritus domini malus + arripiébat ſaúl: dauid tollébat citharam ⁊ percutiébat manu ſua: ⁊ refocillabátur + ſaúl ⁊ léuius habébat. Recedébat enī ab eo ſpiritus malus.

Joſ.5.b. B

Gen.36.b. 2.reg.7.b.

C

37.di.ca. ſi.in h. exemplo 75.diſt.§. hoc regulariter. De pe.di. 2.§.opponitur 2.q.7.§.ité dauid Alis ſuperest+ rex. Sup.10.a Pſalm.77 actu.13.d.

D

Alis accipiebat. # De pe. di.1.§. vehemēs ibi ſamuel vexat⁹ eſt Alis ſuperest+ ſaul



℃ Ca.Sū. ℃ De bello philiſtijm ꝯtra iſrael: ⁊ victoria dauid ꝯtra goliam. ℃ XVII

A

Hs ſoco-cho

Congregantes autem philiſtiím ágmina ſua in prélium conuenérunt in + ſochót iúde ⁊ caſtrametáti ſunt inter + ſochót ⁊ açechá in finibꝰ domím. Porro ſaúl ⁊ filij iſraél congregati venerunt in valle terebinthi: ⁊ direxérunt áciem ad pugnandum contra philiſtiím. Et philiſtiím ſtabant ſuper montem ex parte hac: ⁊ iſraél ſtabat ſupra montez ex áltera parte: valliſq; erat inter eos. Et egreſſus eſt vir ſpúrius de cáſtris philiſtinoꝝ nomine goliáth de géth altitúdinis ſex cubitórum ⁊ pálmo: ⁊ cáſſis érea ſuper caput eius ⁊ lórica hamáta induébatur. Porro póndus lorice eius quinq; mília ſiclorum éris erat: ⁊ ócreas éreas habebat in crúribus: ⁊ clýpeus éreus tegébat húmeros eius. Haſtile autem háſte eius erat quaſi lí-

1 reg.21.c.

ciatórium texéntium. Ipſum autem ferrum háſte eius ſexcentos ſiclos habebat ferri. Et ármiger eius antecedébat eum. Stánſq; clamábat aduérſuz phalángas iſraél: ⁊ dicébat eis. Quare veniſtis paráti ad prélium? Nunquid ego non ſum philiſtéus: ⁊ vos ſerui ſaul? Elígite ex vobis virum: ⁊ deſcéndat ad ſinguláre certámen. Si quiuerit pugnáre mécum ⁊ percuſſerit me: érimus vobis ſerui. Si autem ego preualúero ⁊ percúſſero eum: vos ſerui éritis

B ⁊ ſeruiétis nobis. Et aiebat philiſtéus. Ego exprobráui agmínibus iſraél hódie. Date mihi virum ⁊ íneat mecum ſinguláre certámen. Audiens autez ſaúl; ⁊ omnes iſraelíte ſermones philiſtéi huiuſcemodi: ſtupébant ⁊ metuébant nimis. Dauid autem erat filius viri effratéi de quo ſupra dictum eſt: de bethleém iudá: cuí nomen erat iſai: qui habebat octo filios: ⁊ erat vir in diebꝰ ſaúl ſenex ⁊ grandéuus inter viros. Abiérūt autez tres filij eiꝰ maiores poſt ſaúl in preliū. Et noīa trium filioꝝ eius qui ꝑrexérūt ad bélluz: heliáb primo génitꝰ ⁊ ſecundus aminadáb tertius q̄z ſammá. Dauid aūt erat minimꝰ. Tribus ergo maioribus ſecutis ſaulé ábijt dauid ⁊ reuérſus eſt a ſául vt páſceret grégē patris ſui in bethleém. Procedébat vero philiſtéus máne ⁊ véſpere: ⁊ ſtabat q̄draginta diebꝰ. Dixit autez iſai ad dauid filiū ſuum. Accipe fratribꝰ tuis ephi polénte ⁊ decem panes iſtos: ⁊ cúrre in cáſtra ad fratres tuos: ⁊ décez formellas cáſei has déferes ad tribúnuz. Et fratres tuos viſitábis: ſi recte ágant: ⁊ cum q̄bus ordináti ſunt diſce. Saúl aūt ⁊ illi

\+ ⁊ omnes filij iſraél in valle terebínthi pugnábant aduerſum philiſtiím. Surrexit itaq; dauid mane ⁊ cōmendáuit grégem cuſtódi: ⁊ onúſtus ábijt ſicut precéperat ei iſai. Et venit ad locū magalá ⁊ ad exércitū qui egréſſus ad pugnā: vociferátus erat in certámine. Dirérerat enim ácié iſraél: ſed ⁊ philiſtiím ex aduérſo fuerāt preparáti. Derelinquēs ergo dauid vaſa q̄ attúlerat ſub manu cuſtódis ad ſárci-

Hs ſuper eſt + et

C

nas:cucúrrit ad locū certáminis:⁊ interroga-
bat ſi oīa recte agerēť erga fratres ſuos.Cū-
qꝫ adhuc ille loquerétur eis:appáruit vir ille
ſpúrius aſcéndens goliáth nomine philiſtéus
de géth de caſtris philiſtinorum .Et loquente
eo hec eadem verba audiuit dauid.Omnes au
tem iſraelite cum vidiſſent virum:fugérunt a
facie eius timentes eum valde.Et dixit vnuſ-
quiſpiam de iſraél . Num vidiſti virum hunc
qui aſcéndit?Ad exprobrándum enim iſraél
aſcendit.Uirum ergo qui percúſſerit eum di-
tábit rex diuitijs magnis:⁊ filiam ſuaꝫ dabit
ei:⁊ domum patris eius fáciet abſqꝫ tribúto
in iſraél.Et ait dauid ad viros qui ſtabant ſe-
cum dicens.Quid dabitur viro qui percúſſe-
rit philiſteum hunc:⁊ túlerit obpróbrium de
iſraél?Quis eſt enim hic philiſtéus incircun-
ciſus:qui exprobráuit áciem dei viuéntis?Re
ferebat autem ei populus eundem ſermonem
D dicens.Hec dabuntur viro qui percúſſerit eū.
Quod cum audiſſet heliáb frater eius maior
loquente eo cum alijs iratus eſt contra dauid
⁊ ait.Quare veniſti:⁊ quare dereliquiſti páu-
culas oues illas in deſerto?Ego noui ſuperbi-
am tuam ⁊ nequitiam cordis tui:quia vt vidé
Infra.20.a 2.26.c. res prélium deſcendiſti. Et dixit dauid. Quid
feci?Nunquid non verbum eſt? Et declináuit
páululum ab eo ad alium.Dixitqꝫ eundē ſer-
monem.Et reſpóndit ei populus verbuꝫ ſicut
prius.Audita ſunt auteꝫ verba que locutus eſt
dauid:⁊ annūciata in conſpectu ſaúl.Ad queꝫ
cum fuiſſet addúctus:locutus eſt ei.Non cón-
cidat cor cuiuſqꝫ in eo.Ego ſeruus tuus vá-
dam ⁊ pugnábo aduerſus philiſtéum . Et ait
ſaúl ad dauid.Non vales reſiſtere philiſtéo
iſti:nec pugnare aduerſus eum:quia puer es.
Hic auteꝫ vir bellátor eſt ab adoleſcéntia ſua.
Dixitqꝫ dauid ad ſaúl.Paſcébat ſeruus tuus
patris ſui grégem : ⁊ veniébat leo vel úrſus ⁊
tollébat arietem de medio grégis:⁊ perſeque
bar eos ⁊ percutiébam:eruebámqꝫ de ore eo-
rum.Et illi conſurgébant aduérſuꝫ me:⁊ ap-
prehendébam méntum eorum : ⁊ ſuffocábam
interficiebámqꝫ eos.Nam ⁊ leónem ⁊ úrſuꝫ
E interféci ego ſeruus tuus.Erit igitur ⁊ phili-
ſtéus hic incircunciſus quaſi vnus ex eis.Nūc
vadam ⁊ áuferam obpróbrium populi? Quo
niam quis eſt iſte philiſtéus incircunciſus : q
áuſus eſt maledicere exercitui dei viuentis?
Et ait dauid. Dominus qui eripuit me de
manu leónis ⁊ de manu úrſi:ipſe me liberábit
de manu philiſtéi huius.Dixit autem ſaúl ad
dauid.Uade:⁊ dominus tecum ſit . Et induit
ſaul dauid veſtiméntis ſuis:⁊ impóſuit gále-
am éream ſuper caput eius:⁊ veſtiuit euꝫ lori-
ca.Accinctus ergo dauid gládio eius ſuper ve-
ſtem ſuam cepit tentáre ſi armatus poſſet in-
cédere.Non enim habébat conſuetúdinem.
Dixitqꝫ dauid ad ſaúl.Non poſſum ſic incé-
dere:quia non úſum hábeo.Et depóſuit eam .
Et tulit báculum ſuum quem ſemper habebat
in manib⁹:⁊ elegit ſibi quinqꝫ limpidiſſimos
lápides de torrénte ⁊ miſit eos in péram pa-
ſtorálem quam habebat ſecum:⁊ fúndaꝫ ma
nu túlit:⁊ proceſſit aduérſum philiſtéuꝫ.Ibat
autem philiſteus incédens ⁊ appropinquans
aduérſum dauid:⁊ ármiger eius ante eum .
Cūqꝫ inſpexiſſet eum philiſtéus ⁊ vidiſſet da- F
uid: deſpéxit eum.Erat autem adoleſcens rú-
fus:⁊ púlcher aſpectu.Et dixit philiſtéus ad da
uid.Nūquid ego canis ſum ꝙ tu venis ad me
cum báculo?Et maledixit philiſtéus dauid in
dijs ſuis.Dixitqꝫ ad dauid.Ueni ad me:⁊ da
bo carnes tuas volatilibus celi ⁊ beſtijs terre.
Dixit autem dauid ad philiſtéum . Tu vénis
ad me cum gladio ⁊ háſta ⁊ clýpeo: ego auteꝫ
vénio ad te in nomine domini exercituum dei
ágminum iſraél:quibus exprobraſti hódie . 1.mr.4.b.
Et dabit te dominus in manu mea: ⁊ percú-
tiam te ⁊ áuferam caput tuuꝫ a te.Et dabo ca-
dáuera caſtrorum philiſtiim hódie volatíli-
bus celi ⁊ béſtijs terre : vt ſciat omnis terra
quia eſt dominus deus in iſraél:⁊ nóuerit vni-
uerſa eccleſia hec:quia nō in gladio nec in há
ſta ſáluat dominus.Ipſius enim eſt bellum : ⁊
tradet vos in manus noſtras.Cum ergo ſurre
xiſſet philiſtéus ⁊ veniret ⁊ appropinquáret
cōtra dauid:feſtináuit dauid ⁊ occúrrit ad pu
gnam ex aduérſo philiſtei.Et miſit manuꝫ ſu
am in péram:tulitqꝫ vnum lápidem ⁊ funda
iécit:⁊ circundúcens percúſſit eum in frónte.
Et infixus eſt lápis in frónte eius:⁊ cécidit in Eccli.47.a
faciem ſuam ſuper terram. Preualuitqꝫ da- 1.ma.4.d.
uid aduerſum philiſtéum in funda ⁊ lápide: 2.q.5.ca.
percuſſúmqꝫ philiſteum interfecit.Cūqꝫ glá- mona-
dium non haberet in manu dauid : cucúrrit ⁊ chum
ſtetit ſuper philiſtéum ⁊ tulit gládium eius: ⁊ 24.q.1.ca.
edúxit eū de vagina ſua:⁊ interfécit eū: preci- nolit
ditqꝫ caput ei⁹.Uidētes aūt philiſtiim ꝙ mor De pur.
tuus eēt fortiſſimus eorꝫ:fugérūt.Et ꝯſurgen- vul.c.j.in glo. G
tes viri iſraél ⁊ iudá vociferáti ſunt:⁊ perſecu
ti ſunt philiſteós vſqꝫ dū venirent in vállem ⁊

vſqꝫ ad portas accharō. Ceciderūtqꝫ vulnerati de philiſtiim in via ſarim ⁊ vſqꝫ ad géth: ⁊ vſqꝫ ad accharón. Et reuerténtes filij iſraél poſt qꝫ perſecuti ſunt philiſtéos inuaſerūt caſtra eorum. Aſſúmens autem dauid caput philiſtéi: áttulit illud in hieruſalem: arma vero eius po-
Als + vdi ſuit in tabernaculo + ſuo. Eo autem tempore quo viderat ſaúl dauid egrediéntem contra philiſtéum ait ad abnér principē militie ſue. De qua ſtirpe deſcéndit hic adoléſcens. Dixitqꝫ abnér. Viuit anima tua rex ſi noui. Et ait rex. Intérroga tu cuius filius ſit iſte puer. Cūqꝫ regréſſus eſſet dauid percúſſo philiſtéo: tulit eum abnér ⁊ introdúxit coram ſáule caput philiſtéi habentem in manu ſua. Et ait ad eū ſaúl. De q̄ progénie es o adoléſcens. Dixitqꝫ dauid. Filius ſerui tui iſai bethleemite ego ſū.

¶ Capituli Summarium. ¶ De amicitia ⁊ confederatione dauid ⁊ ionathe filij regis ſaul: de cantu mulierū: percuſſit ſaul mille ⁊ dauid decem milia: de ira ſaulis pro hoc cantu: de ipſo prophetante in domo ſua ⁊ volente configere dauid lancea cum pariete: ſaul autem amouet dauid ⁊ promittit ei filiam ſuā maiorem merob que alteri datur: poſtea ſaul promittit ei michol filiam in vxorem: ſponſalia petit centū preputia: dauid perſoluit ⁊ fit gener regis.

¶ XVIII

A
Als + Jonathan — ET factum eſt cū compléſſet lóqui ad ſaúl: anima + ionathe cō glutináta eſt anime dauid ⁊ di-
Als + Jonathan — léxit eum + iónathas quaſi animam ſuam. Tulitqꝫ eum ſaúl in die illa: ⁊ non conceſſit ei vt
infra. 19. a — reuerterétur in domum patris ſui. Iniérunt autē dauid et iónathas fédus. Diligebat enim
Als + Jonathan — eum quaſi animam ſuam. Nam expoliáuit ſe + ionathas túnica q̄ erat indutus: ⁊ dedit eā dauid ⁊ reliqua veſtimenta ſua vſqꝫ ad gládium ⁊ arcum ſuum ⁊ vſqꝫ ad baltheum. Egrediebatur quoqꝫ dauid ad omnia quecūqꝫ mi-
B ſiſſet eum ſaúl: ⁊ prudénter ſe agébat. Poſuitqꝫ eum ſaúl ſuper viros belli: ⁊ acceptus erat in oculis vniuerſi populi: maximéqꝫ in conſpectu famulorū ſaúl. Porro cum reuerterétur percúſſo philiſtéo dauid: ⁊ férret caput eius in hieruſalē: egreſſe ſunt mulieres de vniuerſis úrbibus iſraél cantantes chorōſqꝫ ducentes in occurſum ſaúl regis: in tympanis letitie
De ꝯſ. ei. i. ca. j. in ſ. glo. — ⁊ in ſiſtris ⁊ precinébant mulieres ludētes atqꝫ dicētes. Percúſſit ſaúl mille: ⁊ dauid decem milia. Irátus eſt autem ſaúl nimis ⁊ diſplicuit in oculis eius iſte ſermo. Dixitqꝫ. Dedérunt dauid decem milia: ⁊ mihi mille dede-
C runt. Quid ei ſupereſt niſi ſolum regnū? Nō rectis ergo oculis ſaúl aſpiciébat dauid a die illa ⁊ déinceps. Poſt diem autem alteram inuáſit ſpiritus dei malus ſaúl: ⁊ prophetábat in medio domus ſue. Dauid autē pſallébat manu ſua: ſicut per ſingulos dies. Tenebátqꝫ ſaúl lánceam ⁊ miſit eam: putans q̄ configere poſſet dauid cum pariete. Et declinauit dauid a facie eius ſecundo. Et timuit ſaul dauid eo q̄ dominus eſſet cum eo ⁊ a ſe receſſiſſet. Amouit ergo eum ſaúl a ſe: ⁊ fecit eum tribúnum ſuper mille viros. Et egrediebátur ⁊ intrabat in conſpéctu populi. In omnibus quoqꝫ vijs
D ſuis dauid prudenter agébat: ⁊ dominus erat cum eo. Vidit itaqꝫ ſaúl q̄ prudés eſſet nimis ⁊ cepit cauére eum. Omnis autem iſraél ⁊ iudá diligebat dauid. Ipſe autem ingrediebátur ⁊ egrediebatur ante eos. Dixitqꝫ ſaul ad dauid. Ecce filia mea maior merob: ipſam dabo tibi vxorem: tantúmmodo eſto vir fortis ⁊ preliáre bella domini. Saúl autem reputábat dicens. Non ſit manus mea in eo: ſed ſit ſuper eum manus philiſtinórum. Ait autē dauid ad ſaúl. Quis ego ſum aut q̄ eſt vita mea — 2. reg. 9.
aut cognátio patris mei in iſraél vt fiam gener regis? Factum eſt autem tempus cum de-
E béret dari merób filia ſaul dauid: data eſt hadriéli molathite vxor. Diléxit autē dauid michól filiam ſaúl álteram. Et nunciatum eſt ſaúl ⁊ plácuit ei. Dixitqꝫ ſaúl. Dabo eam illi vt fiat ei in ſcándalum: ⁊ ſit ſuper eum manus philiſtinorū. Dixitqꝫ ſaúl ad dauid. In duabus rebus géner meus eris hodie. Et mādauit ſaúl ſeruis ſuis. Loquímini ad dauid clam me dicentes. Ecce pláces regi: ⁊ omnes ſerui eius diligunt te. Nunc ergo eſto géner regis. Et locuti ſunt ſerui ſaúl in auribus dauid omnia verba hec. Et ait dauid. Num parum vidétur vobis génerum eſſe regis? Ego autem ſū vir páuper ⁊ ténuis. Et renunciauérunt ſerui ſaúl dicentes. Huiuſcémodi verba locutus eſt da-
F uid. Dixit autem ſaúl. Sic loquímini ad dauid. Non habet rex ſponſália neceſſe: niſi tm̄ céntum prepútia philiſtinorū: vt fiat últio de inimicis regis. Porró ſaúl cogitábat dauid trádere in + manus philiſtinórum. Cūqꝫ renunciaſſent ſerui eius dauid verba que — Als + manibus
dixerat ſaúl: plácuit ſermo in oculis dauid

infra. 21. ⁊ iſra. 29. eccli. 47.

vt fieret géner regis. Et post paucos dies súr-
gens dauid abijt in accharón cum viris qui
Hebreus + sub eo erát: ⁊ percússit ex philistiím ducén-
G tos viros / ⁊ áttulit eorum prepútia ⁊ annume
Lreg.3.c. 31.q.1.ca. hi autē. rauit ea regi: vt esset géner eius / Dédit itá-
qȝ saúl ei michól filiam suam vxórem. Et vi-
dit saúl ⁊ intelléxit q̄ dñs esset cū dauid. Mi
chól aūt filia saúl diligébat euȝ: ⁊ saúl magis
cépit timére dauid. Factusqȝ est saúl inimicus
dauid cūctis diebus. Et egréssi sunt principes
philistinorum. A principio aūt egressiónis eo
rum: prudéntius se gerebat dauid q̄ȝ oēs viri
saúl: ⁊ célebre factū est nomen eius nímis.

¶ Ca. Sū. ¶ De saule qui precepit occidi da-
uid. Indicat hoc ei iónathas: saul iteȝ inuadit
a spiritu malo ⁊ vult lancea ꝯfigere dauid: mi
chol eū saluat: fugit dauid ad samuelem: saul
mittit nūcios vt rapiát dauid: trib⁹ vicib⁹ mit
tunt nuncij ⁊ oēs cuȝ samuele ꝓphetante de sau
le ꝓphetante cum ꝓphetantibus. ¶ CXIX

A Locútus est aūt saúl ad iónathā
filiū suuȝ ⁊ ad oēs seruos suos:
Sup. 18.a Heb. + io nathan. Ypoca.1.c. .13.c. vt occiderent dauid. / Porro
+ iónathas fili⁹ saúl diligébat
dauid valde. Et idicauit + iona
thas dauid dicēs. Querit saul
pater meus occidere te. Quapropter obsérua
te quéso máne: ⁊ manébis clám ⁊ abscondé-
Heb. + in grediens ris. Ego aūt + egrédiens stabo iuxta p̄reȝ me-
um in agro vbicūqȝ fúerit: ⁊ ego loquor de te
ad p̄rem meum: ⁊ q̄dcūqȝ videro nūciabo ti-
bi. Locút⁹ est ergo iónathas de dauid bona ad
saul p̄rem suum: dixitqȝ ad eū. Ne pécces rex
in seruum tuū dauid: q: non peccáuit tibi: ⁊ o
pera ei⁹ bona sunt tibi valde: ⁊ pósuit aiam su-
am in manu tua: ⁊ pcússit philistéum: ⁊ fécit
dñs salutē magnaȝ vniuerso israélí. Vidísti ⁊
B letatus es. Quare ergo péccas in sánguine in
nóxio iterfíciens dauid q est absqȝ culpa? Qđ
Heb. + Jo nathan. cuȝ audísset saúl: placat⁹ voce iónathe iurauit.
Viuit dñs: q: non occidēt. Vocauit itaqȝ + ió-
nathas dauid: ⁊ idicáuit ei oīa verba hec. Et i
troduxit iónatas dauid ad saúl ⁊ fuit añ eum
sicut erat héri ⁊ nudiustértius. Motū est autē
rursuȝ bellū: ⁊ egréssus dauid pugnáuit aduer
sum philistiim: pcussitqȝ eos plaga magna: ⁊
fugérūt a facie ei⁹. Et factus est spūs dñi ma-
lus in saúl. Sedébat aūt in domo sua: ⁊ tene-
bát lánceaȝ. Porro dauid psallébat in manu
sua. Nisúsqȝ est saúl ꝯfigere dauid láncea in
pariete. Et declináuit dauid a facie saúl. Lán-
cea aūt cásso úulnere pláta est i páriete: ⁊ da
uid fúgit ⁊ saluát⁹ est nocte illa. Misit ergo sa
úl satéllites suos nocte in domū dauid vt custo
dirent eū: ⁊ interficeret mane. Qđ cuȝ annū
ciasset dauid michól vxor sua dicens. Nisi sal C
uáueris te nocte hac cras moriéris: depósuit
eum per fenéstraȝ. Porro illé abijt ⁊ aufúgit:
atqȝ saluátus est. Tulit aūt michol státuam: ⁊
pósuit eā super lectū: ⁊ pellem pilósam capra-
rum pósuit ad caput ei⁹: ⁊ operuit eā vestimē
tis. Misit aūt saúl apparitóres q ráperent da
uid. Et rñsum est q̄ egrotáret. Rursúmqȝ mi
sit saúl núncios: vt vidérent dauid dicēs. Af-
férte eū ad me in lecto: vt occidátur. Cūqȝ ve-
nissent nuncij inuéntū est simulacruȝ super le-
ctū: ⁊ péllis capraȝ ad caput eius. Dixitqȝ sa-
úl ad michól. Quare sic illusisti mihi: ⁊ dimi
sisti inimicum meum vt fúgeret? Et rñdit mi
chól ad saúl. Quia + ipse locut⁹ est mihi dicēs. Heb. + iste
Dimitte me: alioqn interficiaȝ te. Dauid au-
tē fúgiens saluát⁹ est. Et venit ad samuél in ra-
mathā: ⁊ nūciauit ei oīa que fécerat sibi saúl.
Et abiérūt ipse ⁊ samuél: ⁊ moráti sunt in na-
ióth. Nunciatū est aūt sáuli a dicentib⁹. Ecce
dauid in naióth in ramathá. Misit ergo saúl D
lictóres vt ráperēt dauid. Qui cū vidíssent cú-
neum ꝓphetāȝ vaticinántiū: ⁊ samuélem stan
tē super eos: factus est etiā spiritus dñi in illis:
⁊ prophetáre cepérūt etiam ipsi. Qđ cūm nun
ciátum esset saúl: misit + ⁊ alios núncios. Pro Heb. super
phetauérunt aūt ⁊ illi. Et rúrsuȝ misit saúl ter rest + ⁊
tios núncios: q ⁊ ipsi ꝓphetauérunt. Et irátus
iracúndia saúl: abijt et ipse in ramathá: ⁊ vé-
nit vsqȝ ad cistérnā magnaȝ q̄ est in + socóth: Heb. + so cho.
⁊ interrogáuit ⁊ dixit. In quo loco sunt sámu-
el ⁊ dauid? Dictūqȝ est ei. Ecce in naióth sunt
in ramathá. Et abijt in naióth i ramathá. Et
factus est et super euȝ spiritus domini: ⁊ ambu
lauit ingrédiens ⁊ ꝓphetábat vsqȝ dum veniret
in naioth in ramathá. Et expoliáuit etiā ipse
se vestimentis suis: ⁊ ꝓphetáuit cum céteris co
ram samuél ⁊ cécinit nudus tota die illa ⁊ no
cte. Unde ⁊ exiuit ꝓuérbium. / Nuȝ ⁊ saúl in Sup 10.c 81.q.1.ca. multe.⁊.c prophetas
ter prophétas?

¶ Ca. Sū. ¶ De renouatióne ⁊ confirmatio
ne federis dauid ⁊ ionathe: ⁊ áliter ionathas
apud saul excusat dauid absentē: ⁊ ille confun
dit eū obprobrijs: de signo trium sagittaruȝ in
ter ionathan ⁊ dauid. Saul arripit lanceam vt
percutiat ionathan excusantem dauid: de fletu
ionathe ⁊ dauid ⁊ osculo. ¶ CXX

A
ꝛꝛ.q.i.ca. ſaſciurio De pe. di. 2.ca.fugerat 2.c.ſi enim infra.'ca. ſequente. Sup.17.d ꝛ infra.26.c

Fugit aūt dauid de naióth que eſt in ramatha: veniénſqꝫ locutus eſt coram iónatha. Quid feci? Que eſt iniqtas mea: ⁊ qđ pctm̄ meum in pr̄em tuum: qꝛ querit aīam meam. Qui dixit ei. Abſit a te: nō morieris. Neqꝫ enī fáciet pater meus quicq̄ʒ gráde vel páruū: niſi prius indicáuerit mihi. Nūc ergo celáuit a me pr̄ meus ſermoné tantúmmodo? Nequaq̄ʒ eniʒ erit iſtud. Et iuráuit rúrſuʒ dauid. Et ille ait. Scit ꝑfecto pater tuus ꝙ inuéni grām in óculis tuis: ⁊ dicet. Neſciat hoc iónathas: ne forte triſtéř. Quinimmo viuit dn̄s ⁊ viuit aīa tua: qꝛ vno tm̄ (vt ita dicam) grádu ego morſqꝫ diuidimur. Et ait iónathas ad dauid. Quodcūqꝫ dixerit mihi aīa tua: fáciam tibi. Dixit autem dauid ad iónathan. Ecce caléndę ſunt craſtino: ⁊ ego ex more ſedére ſóleo iuxta regeʒ ad
B vreſcendū. Dimitte ergo me vt abſcondar in agro vſqꝫ ad véſperā diei tertię. Si reſpiciés requíſierit me pr̄ tuus: reſpondébis ei. Rogáuit me dauid vt íret celériter in bethleém ciuitatem ſuā: qꝛ victime ſoléńnes ibi ſunt vniuerſis

Mſs ſupe ręli+ſuis

ꝯtribúlibus + ſuis. Si dixerit bn̄: pax erit ſeruo tuo. Si aūt fúerit irátus: ſcito qꝛ cōpléta eſt malitia eius: Fac ergo miſericordiaʒ in ſeruū tuum: qꝛ fédus dn̄i me famulum tuum tecum inire feciſti. Si aūt eſt iniquitas aliqua in me: tu me intérfice: ⁊ ad pr̄em tuum ne in

Mſs + a te

trodúcas me. Et ait iónathas. Abſit hoc + a me. Neqꝫ eniʒ fieri pōt vt ſi certe cognóuero cōplétam eſſe pr̄is mei malitiā contra te non annúnciē tibi. Reſponditqꝫ dauid ad iónathā Quis renunciábit mihi: ſi qđ forte reſpónderit tibi pr̄ tuus dúre de me. Et ait iónathas ad
C dauid. Ueni ⁊ egrediámur foras in agrū. Cūqꝫ

Mſs + Jonathan.

exiſſent ambo in ágrū: ait iónathas ad dauid. Dn̄e deus iſraél ſi inueſtigáuero ſn̄iaʒ patris mei craſtinó vel perendie ⁊ aliqđ boni fuerit ſup dauid ⁊ nō ſtatim miſero ad te ⁊ notū tibi fécero: hec faciat deus + iónathe ⁊ hec

Mſs + Jonathan

áugeat. Si aūt perſeueráuerit pr̄is mei malitia aduerſum te: reuelábo aurē tuam: ⁊ dimittaʒ te vt vádas in pace: ⁊ ſit dn̄s tecum ſicut fuit cum pr̄e meo. Et ſi vixero + fácias mihi miſe

Mſs + facies

ricordiam dn̄i: ſi vero mortuus fúero: non áuferes miſericordiā a domo mea vſqꝫ in ſempiternū. Aut ſi non fécero qn̄ eradicáuerit dn̄s inimicos dauid vnūquémqꝫ de terra: áuferat iónathā de domo ſua: ⁊ requirat dn̄s de manu inimicoꝝ dauid. Pepigit ergo + iónathas fedus cum domo dauid. Et requiſiuit dn̄s de manu inimicoꝝ dauid. Et áddidit iónathas deieráre dauid eo ꝙ dilígeret illū. Sicut enī ánimam ſuā: ita diligébat eū. Dixitqꝫ ad eum ió

Mſs + Jonathan

nathas. Cras caléndę ſunt: ⁊ regréris. Requirétur enī ſéſſio tua vſqꝫ perendie. Deſcendes ergo feſtin⁹ ⁊ vénies in locū vbi celándus es i die qn̄ operári licet: ⁊ ſedébis iuxta lápidē cui nomen eſt ezel. Et ego tres ſagittas mittaʒ iuxta euʒ: ⁊ iáciam q̄ſi exércens me ad ſignum. Mittā quoqꝫ ⁊ púeꝝ dicens ei. Uade ⁊ áffer mihi ſagittas. Si dixero púero. Ecce ſagitte intra te ſūt: tolle eas: tu véni ad me: qꝛ pax eſt ⁊ nihil eſt mali. Uiuit dn̄s. Si aūt ſic locútus fúero púero: ecce ſagitte vltra te ſūt: vade in pace: qꝛ dimiſit te dn̄s. De verbo aūt quod locuti fuim⁹ ego ⁊ tu: ſit dn̄s inter me ⁊ te vſqꝫ in ſempiternum. Abſcónditus eſt ergo dauid in agro: ⁊ venérunt caléndę: ⁊ ſédit rex ad comedéndū panem. Cūqꝫ ſediſſet rex ſup cathedrā ſuam ſm̄ conſuetúdinē que erat iuxta parietem ſurréxit iónathas ⁊ ſédit abnér ex latere ſaul: vacuúſqꝫ appáruit loc⁹ dauid. Et nō eſt locutus ſaúl quicq̄ʒ in die illa. Cogitabat eniʒ ꝙ forte eueniſſet ei vt nō eſſet mundus nec purificátus. Cūqꝫ illuxiſſet dies ſecunda poſt caléndas: rurſus appáruit vacu⁹ locus dauid. Dixitqꝫ ſaúl ad iónathan filiū ſuum. Cur nō vénit filius iſai: nec héri nec hódie ad veſcéndū? Rn̄ditqꝫ iónathas ſáuli. Rogauit me obnixe vt iret in bethleém: ⁊ ait. Dimítte me: qm̄ ſacrificiū ſolénne eſt in ciuitate mea: vn⁹ de fratrib⁹ meis accerſiuit me. Nūc ergo ſi inuéni gratiaʒ in óculis tuis vadā cito ⁊ vidébo frēs meos. Ob hāc cáuſam non vénit ad ménſam regis. Jratus aūt ſaul aduerſū iónathan: dixit ei. Fili mulieris vltro viꝝ rapiéntis: nunquid ignóro qꝛ diligis filiū iſai: in ꝯfuſioné tuam ⁊ in ꝯfuſionem ignominióſe mr̄is tue? Omnibus eniʒ dieb⁹ quibus fili⁹ iſai vixerit ſup terram: nō ſtabiliéris tu neqꝫ regnū tuum. Jtaqꝫ iam nunc mitte ⁊ addúc eū ad me: qꝛ fili⁹ mortis eſt. Rn̄dens autem iónathas ſáuli pr̄i ſuo ait. Quare morieř. Quid fecit? Et arripuit ſaúl lánceā vt percúteret eū. Et intellexit iónathas ꝙ diffinitū eſſet a pr̄e ſuo vt interficerétur dauid. Surrexit ergo iónathas a mēſa in ira furoris: ⁊ nō comēdit in die calendāꝝ ſecunda panem. Contriſtatus eſt enim ſuper dauid: eo ꝙ confudiſſet eum pater ſuus. Cūqꝫ illuxiſſet

D (beside "nathas. Cras caléndę ſunt")
E (beside "re ſaul: vacuúſqꝫ appáruit")
F (beside "eniʒ dieb⁹ quibus fili⁹ iſai")

mane venit ionathas in agruȝ iuxta placitum
dauid ⁊ puer paruulus cum eo. Et ait ad pue
rum ſuum. Uade ⁊ affer mihi ſagittas: quas
ego iacio. Cūqȝ puer cucurriſſet iecit aliaȝ ſa
gittam trans puerȝ. Uenit itaqȝ puer ad locuȝ
E iaculi qđ miſerat ionathas. Et clamauit iona
thas poſt tergum pueri ⁊ ait. Ecce ibi eſt ſagit
ta. Porro vltra te. Clamauit iteruȝ ionathas
poſt terguȝ pueri dicens. Feſtina velociter: ne
ſteteris. Collegit autē puer ionathe ſagittas:
⁊ attulit ad dn̄m ſuum: ⁊ quid ageretur peni
tus ignorabat. Tantummodo enim ionathas
⁊ dauid rem nouerant. Dedit ergo ionathas
arma ſua puero: ⁊ dixit ei. Uade ⁊ defer in ci
uitatē. Cūqȝ abiſſet puer ſurrexit dauid de lo
co qui vergebat ad auſtrū: ⁊ cadens pronus in
terraȝ adorauit tertio. Et oſculantes ſe alteru
trum: fleuerunt pariter: dauid autem ampli
us. Dixit ergo ionathas ad dauid. Uade i pa
ce. Quecūqȝ iurauimus ambo in nomie do
mini dicentes: dn̄s ſit inter me ⁊ te: ⁊ inter ſe
men tuum ⁊ ſemen meuȝ vſqȝ in ſempiternū.
Et ſurrexit dauid ⁊ abijt: ſed ⁊ ionathas igreſ
ſus eſt ciuitatem.

¶ Ca. Sū. ¶ De fuga dauid in nobe ad achi
melech ſacerdotē qui dedit ei panes ꝓpoſitio
nis ⁊ gladiū golie ⁊ dn̄m pro eo ꝯſuluit: poſt
hoc fugit dauid ad achis regem geth: vbi pre
timore furorem ⁊ inſaniam ſimulat emitten
do ſaliuam per barbam. ¶ XXI

A Uenit aūt dauid i nobē ad achi
melech ſacerdotē. Et obſtupu
it achimelech eo qđ veniſſet da
uid ⁊ dixit ei. Quare tu ſolus:
⁊ nullus eſt tecū? Et ait dauid
ad achimelech ſacerdotē. Rex
precepit mihi ſermonē: ⁊ dixit. Nemo ſciat rē
propter quā miſſus es a me: ⁊ cuiuſmodi pre
cepta tibi dederim. Naȝ ⁊ pueris meis ꝯdixi
in illum ⁊ illū locum. Nunc ergo ſi qđ habes
ad manum vel quinqȝ panes da mihi: aut qc
quid inueneris. Et rn̄dens ſacerdos ad dauid
ait illi. Non habeo laicos panes ad manum:
B ſed tm̄ panem ſanctuȝ. Si mundi ſunt pueri:
maxime a mulieribus manducent. Et reſpon
dit dauid ſacerdoti: ⁊ dixit ei. Et quidem ſi de
mulieribus agitur continuimus nos ab herj
⁊ nudiuſtertius quando egrediebamur: ⁊ fue
runt vaſa puerorum ſancta. Porro via hec pol
luta eſt: ſed ⁊ ipſa hodie ſanctificabitur in va
ſis. Dedit ergo ei ſacerdos ſanctificatum pa
nem. Neqȝ enim erat ibi panis niſi tm̄ panes
ꝓpoſitionis qui ſublati fuerant a facie dn̄i vt
ponerent panes calidi. Erat aūt ibi vir quidā
de ſeruis ſaul in die illa intus in tabernaculo
dn̄i ⁊ nomen eius doech idumeus potētiſ
ſimus paſtor ſaul. Hic paſcebat mulas ſaul.
C Dixit aūt dauid ad achimelech. Si habes hic
ad manū haſtam aut gladiū da mihi: qꝛ gla
dium meum ⁊ arma mea non tuli mecū. Ser
mo eni regis vrgebat. Et dixit ſacerdos. Ec
ce hic gladius goliath philiſtei quē percuſſiſti
in valle terebinthi: eſt inuolutus pallio poſt
ephot. Si iſtū vis tollere: tolle. Neqȝ enim
hic eſt ali⁹ abſqȝ eo. Et ait dauid. Nō eſt huic
alter ſimilis. Da mihi eum. Surrexit itaqȝ da
uid: ⁊ fugit in die illa a facie ſaul ⁊ venit ad a
chis regē geth. Dixeruntqȝ ſerui achis cuȝ vi
diſſent dauid. Nunquid non iſte eſt dauid rex
terre? Nōne huic cantabant per choros dicē
D tes: percuſſit ſaul mille: ⁊ dauid decem milia?
Poſuit autem dauid ſermones iſtos in corde
ſuo: ⁊ extimuit valde a facie achis regis geth.
Et mutauit os ſuum coram achis: ⁊ collabe
batur inter manus eorū: ⁊ impingebat in oſtia
porte: defluebantqȝ ſaliue eius in barbam. Et
ait achis ad ſeruos ſuos. Vidiſtis hoiem in
ſanum: quare adduxiſtis eum ad me? An de
ſunt nobis furioſi: qꝛ introduxiſtis iſtum vt fu
reret me preſente? Dimittite illum hic: ne in
grediatur domum meam.

¶ Ca. Sū. ¶ De conuenientibus ad dauid ⁊
ſpelunca odolla: ⁊ de tranſitu eius ad regeȝ mo
ab: de gad propheta qui miſit dauid in terram
iuda: de doech idumeo qui interfecit ſacerdo
tes octogintaquinqȝ: de abiathar qui fugiens
venit ad dauid ⁊ nunciauit mortem ſacerdo
tum. ¶ XXII

A Abijt ergo dauid ide ⁊ fugit in
ſpeluncā odollaȝ. Qđ cuȝ audiſ
ſent frēs eius ⁊ oīs domus p̄ris
eius: deſcenderunt ad eum illuc.
Et ꝯuenerunt ad eum oēs qui
erant in anguſtia ꝯſtituti ⁊ op
preſſi ere alieno ⁊ amaro animo: ⁊ factus eſt
eorū princeps. Fueruntqȝ cuȝ eo q̄ſi quadrigen
ti viri. Et pfectus eſt dauid inde in maſphat:
que eſt moab. Et dixit ad regē moab. Mane
at oro pater meus ⁊ mater mea vobiſcum: do
nec ſciam qđ faciat mihi deus. Et reliquit eos
ante faciem regis moab. Manſeruntqȝ apud
eū cunctis diebus qbus dauid fuit in preſidio

Dixitq; gád ꝓpheta: ad dauid. Noli manére
in preſidio: ꝓficiſcere ⁊ vade in terrá iudá. Et
Mar.2.b. Luce.5.a. ꝓfectus eſt dauid ⁊ vénit in ſáltum aréth. Et
audiuit ſaúl ꝙ apparuiſſet dauid ⁊ viri qui e-
rant cú eo. Saúl aũt cum manéret in gabaá ⁊
eſſet in némore quod eſt in ramá: haſtam ma
nu tenẽs: cunctiq; ſerui eius circũſtárent eũ:
ait ad ſeruos ſuos q aſſiſtébant ei. Audite me
nunc filij gemini. + Nunqd omnib⁹ vobis da
bit fili⁹ iſai ágros ⁊ vineas: ⁊ vniuerſos vos fa
B ciet tribúnos ⁊ centurióntes: qm̃ coniuráſtis
oẽs aduerſum me: ⁊ non eſt qui mihi renún-
ciet: maxime cũ ⁊ filius meus fédus iúnxerit
cũ filio iſai? // Non eſt qui vicem meã dóleat
ex vobis: nec q annunciet mihi: eo ꝙ ſuſcitá-
uerit filius meus ſeruũ meum aduerſum me
Sup.21.b iſidiantem mihi vſq; hodie. // Rñdens autem
+ doech iduméus q aſſiſtébat ⁊ erat ꝓmus in
ter ſeruos ſaúl. Uidi inqt filium iſai in nobé
apud achimeléch filium achitób ſacerdotẽ.
Qui conſúluit pro eo dñz: ⁊ cibária dédit ei.
Sed ⁊ gládiũ goliáth philiſtéi dedit illi. Mi
ſit ergo rex ad accerſiendum achimeléch ſa-
cerdotẽ filium achitób: ⁊ oẽm domum patris
eius ſacerdotũ q erant in nobé. Qui vniuér-
ſi venerũt ad regẽ. Et ait ſaúl ad achimeléch.
Audi fili achitob. Qui rñdit. Preſto ſum do-
C mine. Dixitq; ad eum ſaúl. // Quare coniurá
ſtis aduérſum me tu ⁊ filius iſai: ⁊ dediſti eis
pané ⁊ gládium ⁊ ↄſuluiſti ꝑ eo dñm: vt con-
ſúrgeret aduerſum me inſidiátor vſq; hodie
pérmanens. Reſpondénſq; achimeléch regi
ait. Et qs in oĩbus ſeruis tuis ſicut dauid fidé
lis ⁊ géner regis: ⁊ pérgens ad impérium tu-
um: ⁊ glorioſus in domo tua. Nun hódie cépi
pro eo conſúlere dñm. Abſit hoc a me. Ne ſu-
ſpicétur rex aduerſum ſeruum ſuum rem hu-
iuſcémodi: in vniuerſa domo patris mei. Nõ
enĩ ſciuit ſeruus tuus quicq; ſuper hoc negocio
vel modicum vel grande. Dixitq; rex. // Morte
moriéris achimeléch tu ⁊ oĩs domus patris
tui. Et ait rex emiſſárijs q circunſtábant eũ.
Conuertimini ⁊ iterficite ſacerdotes domini.
Nã manus eorũ cum dauid eſt: ſcientes ꝙ fu-
giſſet: ⁊ non idicauérunt mihi. Noluérũt aũt
ſerui regis exténdere manus ſuas in ſacerdo-
tes dñi. Et ait rex ad + doéch. Cõuertere ⁊ tu
⁊ irrue in ſacerdotes dñi. Conuerſuſq; + do-
éch iduméus irruit in ſacerdotes: ⁊ trucidá-
uit in die illa octoginta quinq; viros veſtitos
+ ephót lineo. + Nobe aũt ciuitaté ſacerdotũ
percúſſit in ore gladij viros ⁊ mulieres ⁊ par-
uulos ⁊ lactentes: bouemq; ⁊ áſinum ⁊ ouem
in ore gladij. Euádens aũt vnus filius achime
léch filij achitób cuius nomen erat abiathár
fugit ad dauid: ⁊ annunciauit ei ꝙ occidiſſet
ſaúl ſacerdotes dñi. Et ait dauid ad abiathár.
Sciébam enĩ in die illa ꝙ cum ibi eſſet + do-
éch iduméus: proculdubio annunciáret ſáuli.
Ego ſum reus oĩum aĩarũ patris tui. Mane
mecum: ne timeas. Si qs queſierit aĩam me-
am queret ⁊ aĩam tuam: mecũq; ſeruáberis.



¶ Ca. Sū. ¶ Q̄ dauid liberauit ceilam: q̄
etiā dauid timore ſaul fugit in deſertum ziph
vbi ionathas ꝯfortauit manꝰ eius in deo: de zi-
pheis q dauid ſaul accuſauerūt. Ille venit ad
querendū iſtū: dauid hoc vidēs deſcēdit in de-
ſertū maon: ſauli nunciat̃ ⁊ iterū pſequitur
euz: deſperat dauid de euaſiōe: ſ; tādē liberat̃.

E T annunciaue- ¶ XXIII

A runt dauid dicētes. Ecce phili-
ſtiī oppugnāt ceilā ⁊ diripiūt
áreas. Cōſuluit ergo dauid dn̄z
dicēs. Nū vadā ⁊ percútiā phili
ſteos iſtos? Et ait dominꝰ ad da
uid. Uade ⁊ pcuties philiſteos ⁊ ſaluabis céi-
lam. Et dixerūt viri q erāt cū dauid ad eū. Ec
ce nos hic ī iudéa ꝯſiſtētes timemꝰ: q̄ntoma-
gis ſi erimꝰ in céila aduerſuz ágmina philiſti-
nōꝝ. Ruſuz ergo dauid ꝯſúluit dn̄m. Qui re
ſpondēs ait ei. Surge + ⁊ vade in céilā. Ego
enim trádā philiſteos ī manu tua. Abijt ergo
dauid ⁊ viri eiꝰ in céilā: ⁊ pugnauit aduerſuz
philiſteos. Et abegit iumēta eoꝝ: ⁊ pcuſſit eos
plaga magna: ⁊ ſaluauit dauid habitatores
céile. Porró eo tpe quo fugiebat abiathár fi-
lius achimelēch ad dauid in céilā + ephot ſe
B cuz habēs deſcēnderat. Núciatū eſt aūt ſáuli
q̄ veniſſ; dauid ī céilā. Et ait ſául. Trádidit
eū dn̄s in manus meas ꝯcluſuſq; ē introgreſ-
ſus vrbē in qua porte ⁊ ſére ſunt. Et p̄cépit ſá
ul omni pplō vt ad pugnā deſcenderet in céi-
lam ⁊ obſidéret dauid ⁊ viros eius. Qđ cum
dauid reſciſſet: q̄ p̄pararet ei ſaúl clám malū
dixit ad abiathár ſacerdotē. Applica + ephót
// Et ait dauid. Domine deus iſraél: audiuit
famā ſeruus tuus q̄ diſponat ſaúl venire in
céilaz: vt euertat vrbē ꝓpter me. Si tradēt me
viri céile in manus eius: ⁊ ſi deſcéndet ſaúl ſi
cut audiuit ſeruus tuus dn̄e deus iſraél indica
ſuo tuo. Et ait dn̄s. Deſcéndet. Dixitq; rurſū
dauid. Si tradēt me viri céile et viros q ſunt
mecū in manus + ſaúl. Et dixit dn̄s. Tradent
Surrexit ergo dauid ⁊ viri eius quaſi ſexcēti
⁊ egreſſi de céila huc atq; illuc vagabánt̃ in-
cérti. Nunciatúmq; eſt ſaúl q̄ fugiſſet dauid
de céila ⁊ ſaluatus eſſet: q̄obrē; diſſimuláuit
exire. Morabat̃ aūt dauid in deſerto in locis
firmiſſimis: manſitq; ī mōte ſolitúdinis zíph
in monte opáco. Querébat eū tn̄ ſaúl cunctis
diebus: ⁊ non tradidit eū + dominus in + ma
nus eius. Et vidit dauid q̄ egréſſus eſſet ſaúl
C vt quereret animā eius. Porró dauid erat in
deſerto zíph in ſylua. Et ſurréxit iónathas fi-
lius ſaúl ⁊ abijt ad dauid in ſyluā: ⁊ confortа-
uit manus eius in deo: dixitq; ei. Ne timeas.
Neq; enī inueniet te manus ſaúl patris mei.
Et tu regnábis ſup iſraél: ⁊ ego ero tibi ſecū-
dus. Sed ⁊ ſaúl pater meus ſcit hoc. Percúſ-
ſit ergo vtérq; fedus coram domino. Manſit
q; dauid in ſylua: iónathas aūt reuerſus eſt in
domum ſuam. Aſcenderunt autem ziphéi ad
ſaúl in gabaá dicentes. Nonne ecce dauid lá
titat apud nos in locis tutiſſimis ſylue: ī cólle
áchile q̄ eſt ad dexterā deſerti. Nūc ergo ſicut
deſiderauit anima tua vt deſcénderes deſcēde
Noſtrū aūt erat vt tradamus eū in manus re
gis. Dixitq; ſaúl. // Benedicti vos a dn̄o: quia 2re.3.a.
doluiſtis vícem meā. Abite ergo oro ⁊ diligē-
tius p̄parate: ⁊ curioſius ágite: ⁊ ꝯſiderate lo-
cum vbi ſit pes eius: vel quis víderit eum ibi
vbi dixiſtis. Recogitat enī de me q̄ callide in D
ſidier ei. Conſiderate ⁊ vidéte omnia latíbu-
la eius in qbꝰ abſcóndit̃: ⁊ reuertimini ad me
ad rem certam: vt vádam vobiſcū. Q̄ ſi etiā
in terrā ſe obſtruxerit: pſcrutabor euz in cun-
ctis milibus iudá. At ílli ſurgentes abierunt
in zíph ante ſaúl. Dauid autē ⁊ vir eiꝰ erāt in
deſerto maón in campeſtribꝰ ad dexteram ieſi
múth. Iuit ergo ſaúl ⁊ ſocij eius ad querédū
eum. Et nunciatū eſt dauid. Statimq; deſcen-
dit ad petram: ⁊ verſabátur in deſerto maón.
Quod cū audiſſet ſaúl perſecutus eſt dauid in
deſerto maón. Et ibat ſaúl ⁊ vir eius ad latus
montis ex parte vna: dauid autem ⁊ viri eius
erant in látere montis ex parte altera. Porro
dauid deſperábat ſe poſſe euadere a facie ſaúl.
Itaq; ſaul ⁊ viri eius in modū corone cinge-
bant dauid ⁊ viros eius vt caperent eos. Et
nuncius vénit ad ſaúl dicēs. Feſtina ⁊ veni:
qm̄ infuderunt ſe philiſtiím ſuper terraz. Re-
uerſus eſt ergo ſaúl deſiſtens pérſequi dauid:
⁊ perréxit in occurſū philiſtinóꝝ. Propter hoc
vocauerūt locum illum petrā diuidéntē.

¶ Ca. Sū. ¶ De fuga dauid ī engaddí vbi ī
ſpelunca manēs preſcidit orā chlamidis ſaul:
de iuramento dauid: inde dauid ad tutiora lo
ca aſcendit. ¶ XXIIII

A Scendit ergo dauid inde ⁊ ha-
bitauit in locis tutiſſimis en- A
gaddí. Cūq; reuerſus eſſet ſaúl
poſtq̄ pſecutꝰ eſt philiſtéos: nū
ciauerunt ei dicentes. Ecce da-
uid in deſerto ē engaddi. Aſſū

Rō+ de- / ſcende ſ- / ta (margin note)
Io+ e- / phod (margin note)
lle+ e- / phod / re.3o.b. (margin note)
Ro+ tē / lle+ ma / nibus (margin note)

mens ergo ſaúl tria milia electoꝝ viroꝝ ex omni iſrael: ꝑrexit ad inueſtigandū dauid et viros eius etiā ſup abruptiſſimas petras q̄ ſolis ibicibus peruie ſunt. Et venit ad caulas ouiū q̄ ſe offerebant viánti. Eratq; ibi ſpelúnca. Quā ingreſſus eſt ſaúl vt purgáret véntrē [a] Porro dauid ⁊ viri ei⁹ in interiori parte ſpelúnce latebāt. Et dixerūt ſerui dauid ad euz. Ecce dies de qua locut⁹ eſt dn̄s ad te: ego tradam tibi inimicū tuū: vt facias ei ſicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo dauid ⁊ preſcidit orā chlamidis ſaúl ſiléter. Poſt hec ꝑcúſſit coꝛ ſuū dauid eo ꝙ abſcidiſſet óraz chlámidis ſaúl. Dixitq; ad viros ſuos. // Propiti⁹ ſit mihi dn̄s ne faciā hāc rem dn̄o meo chriſto domini. vt mittā manū meā in eū: q: chriſtus dn̄i eſt. // Viuit dn̄s: q: niſi dn̄s ꝑcuſſerit eū aut dies eius venerit vt moꝛiat: aut deſcendens in + pliuz perierit: ꝓpitius mihi ſit dn̄s vt + non mittā manū meam in chriſtū dn̄i. Et ꝯfregit dauid viros ſuos ſmonib⁹ iſtis: ⁊ non ꝑmiſit eos vt nō ꝯſurgerēt in ſaúl. Porró ſaúl exurgens de ſpelúnca pergébat cepto itinere. Surrexit autem dauid poſt eum ⁊ egreſſus de ſpelunca clamáuit poſt tergū ſaúl dicens. Domine mi rex. Et reſpexit ſaúl poſt ſe: ⁊ + inclinans ſe dauid prónus in terram + adoꝛauit. Dixitq; ad ſaúl. Quare audis verba hominū loquentiū: dauid querit maluz aduerſum te. Ecce hodie viderunt oculi tui ꝙ tradiderit te dominus in manu mea in ſpelúnca: ⁊ cogitaui vt occiderē te: ſed pepercit tibi oculus meus. // Dixi enim. Non extendā manū meā in + dominū meum: quia chriſtus dn̄i eſt. Quinpoti⁹ pater mi vide ⁊ cognóſce oraz chlámidis tue in manu mea: quomō cum preſcinderē ſummitatem chlámidis tue: nolui extendere manum meam in te. Animaduerte ⁊ vide: q̄m non eſt in manu mea malum: neq; iniquitas: neq; peccaui in te. Tu autē inſidiaris anime mee vt auferas eā. Judicet dn̄s iter me ⁊ te ⁊ vlciſcatur me dn̄s ex te: manus autē mea nō ſit in te: ſicut ⁊ in ꝓuerbio antiquo dicit. Ab impiis egrediet impietas. Manus ergo mea non ſit in te. [c] Quē perſequeris rex iſraél quē perſequeris? Canem moꝛtuū ꝑſequeris ⁊ púlicē vnum. Sit dn̄s iudex ⁊ iudicet inter me ⁊ te: ⁊ videat ⁊ iudicet cauſaz meā: ⁊ eruat me de manu tua. Cum autem cōpleſſet dauid loquens ſermones huiuſcemodi ad ſaúl: dixit ſaul. Nunquid vox hec tua eſt fili mi dauid.

us: ex die qua conſtitui iúdices ſuper populū
meum iſraél. Et réquiem dabo tibi ab omni- Ho + ſi-
bus inimicis tuis: + Predicetq; tibi domin⁹ chat
q domum fáciat tibi dominus. // Cumq; com 4.Re.8.e
pléti fúerint dies tui: ⁊ dormieris cum patri- 1.paral.6.
bus tuis: ſuſcitabo ſemen tuű poſt te: qđ egre-
diétur de útero tuo: ⁊ firmábo regnum eius.
// Ipſe edificábit domum nómini meo: ⁊ ſta- 1 pa.22.c.
biliam thrónum regni eius vſq; in ſempiter-
num. Ego ero ei in patrem: ⁊ ipſe erit mihi in
filiū. // Qui ſi inique áliquid geſſerit: árguá heb.1.b.
eum in virgá virorum: ⁊ in plágis filiorű ho-
minű. Miſericordiá autē meá nõ auferá ab C
eo: ſicut ábſtuli a ſaúl quē amóui a facie mea.
Et fidélis erit domus tua ⁊ regnű tuum vſq;
in etérnum ante facié meá: ⁊ thrónus tu⁹ erit
firmus iúgiter. Scđm omnia verba hec ⁊ iu-
xta vniuérſam viſióné iſtá. Sic locutus eſt na
thán ad dauid. Ingréſſus eſt aűt rex dauid et
ſédit corã dño: ⁊ dixit. Quis ego ſum dñe de⁹
+ ⁊ que domus mea: q: adduxiſti me hucuſq;. Al. + me⁹
Sed ⁊ hoc parű viſum eſt in cóſpectu tuo dñe
deus + niſi loquereris etiá de domo ſui tui in Al. + me⁹
lóginquű. Iſta é enī lex adám dñe de⁹. Quid
ergo áddē póterit adhuc dauid vt loquat ad
te: Tu enī ſcis ſuű tuű dñe de⁹. Propter ver-

2.pa.17.a

buz tuū ⁊ ſm cor tuū feciſti omnia magnália
hec:ita vt nótum fáceres ſeruo tuo. Idcirco
magnificatus es dñe deus: qa non eſt ſimilis
tui neqꝫ eſt deus extra te in omnibus que au-
D diuimus áuribus noſtris. Que eſt autez vt po
pulus tuꝰ iſraél gens in terra: ꝓpter quaz iuit
deus vt redímeret eā ſibi in pplm : ⁊ póneret
ſibi nomen: faceretqꝫ eis magnália: ⁊ horribi
Ere. 14.g. lia ſuper terrā: a facie populi tui quē redemi-
Alś + gē ſti tibi ex egýpto + gentē ⁊ deū eius. Firmáſti
⁊ deo enim tibi populū tuū iſraél in populū ſempi-
Alś + gē ternū: ⁊ tu dñe deus factus es eis in deū. Nūc
tibꝰ ⁊ dijs ergo dñe deus verbum qꝺ locútus es ſup ſer-
eorum

uū tuū ⁊ ſuper domū eius ſúſcita in ſempitér-
nū: ⁊ fac ſicut locútus es vt magnificétur no-
mē tuū vſqꝫ i ſempiternū: atqꝫ dicaẗ. Dñs ds
exercituū deꝰ ſup iſraél. Et domꝰ ſui tui dauid
erit ſtabílita corā dño: qꝛ tu dñe exercituū ds
iſraél reuelāſti auriculā ſui tui dicēs: domuz
edificabo tibi. Propterea iuénit ſuus tuꝰ cor
ſuū vt oraret te oꝛone hac. Nūc ergo dñe deꝰ
+ tu es deus: ⁊ verba tua erūt vera. Locutus es Al. + ue
eni ad ſeruū tuū bona hec. Incipe ergo ⁊ bene-
dic dómui ſerui tui vt ſit in ſempitérnū coraz
te: qꝛ tu dñe deus locutus es hec: ⁊ būdictione
tua būdiceẗ domus ſerui tui in ſempiternum.



¶ Ca. Sū. ¶ De victorijs dauid qui tulit fre
nū tributi de philiſtijm: de adadeçer: de tribu-
tis gētiū moab ſyrie: idumee: de ꝯgratulatiōe
thou ad dauid: de officialibus dauid. ¶ VIII

A 1. Par. 18.a. Factum eſt autem poſt hec per-
cuſſit dauid philiſtiim ⁊ humi
liauit eos: ⁊ tulit dauid frenuz
tributi de manu philiſtiim : et
percuſſit moab : ⁊ menſus eſt
eos funiculo coéquans terre.
Menſus eſt autem duos funiculos: vnum ad
occidendum: ⁊ vnum ad viuificandū. Factúſ
qꝫ eſt moáb dauid ſeruiens ſub tributo. Et ꝑ-
cúſſit dauid adadeçér filium roób regem ſo-
bá: quando profectus eſt vt dominaretur ſup
flumen eufratén. Et captis dauid ex parte eiꝰ
mille ſeptingentis equitibus: ⁊ viginti milibꝰ
peditū ſubneruauit omnes iugales cúrruū.

B Dereliquit autem ex eis centum cúrrus. Ue
nit quoqꝫ ſýria damaſci vt preſidium ferret
adadeçér regi ſobá. Et ꝑcuſſit dauid de ſýria
vigintiduo milia virorum: et poſuit dauid ꝑ-
ſidium in ſýria damaſci: factaqꝫ eſt ſýria da-
uid ſéruiens ſub tributo. Seruauitqꝫ domi-
nus dauid in omnibus ad quecūqꝫ profectus
eſt. Et túlit dauid arma aurea: ⁊ tórques + qs Al. + que
habebant ſerui adadeçér ⁊ détulit ea in hie-
ruſalém. Et de bethé ⁊ de beróth ciuitatibus
adadeçér túlit rex dauid ᵃ es multum nimis: a de ꝯſe. 1. Par. 18. a.
de quo fecit ſálomon omnia vaſa érea in tem
plo: ⁊ mare eneum ⁊ colúmnas ⁊ altare. Au-
C diuit autez + thoú rex emát qꝺ percuſſiſſet da Al. + thoū
uid omne róbur adadeçér. Et miſit thoú io-
rám filium ſuum ad regem dauid: vt ſaluta-
ret eum ꝯgratulans ⁊ gratias ageret: eo qꝺ ex
pugnaſſet adadeçér ⁊ percuſſiſſet euz. Hoſtis

M.+thol quíppe erat + thou adadeçer. Et in manu eius
erant vaſa áurea ⁊ vaſa argéntea ⁊ vaſa érea:
que ⁊ ipſa ſcificáuit rex dauid dómino: cū ar-
gento ⁊ auro que ſctificáuerat de vniuerſis gē
tibus quas ſubégerat de ſyria ⁊ moáb: ⁊ filijs
ammon ⁊ philiſtiim ⁊ amaléch: ⁊ de manubi
D is adadeçer filij roób regis ſobá. [b] Fecit quo
b De cō. vi.i.c.j.ibi pp̄ter ſanguinem. qz ſibi dauid nomen cum reuerteref capta ſy
ria in válle ſalinaꝝ ceſis decē ⁊ octo milibus: ⁊
in gebelém ad vigintitria mília: ⁊ poſuit i idu
mea cuſtodes: ſtatuitqz preſidium. Et facta eſt
vniuerſa iduméa ſéruiens dauid. Et ſeruauit
dñs dauid in oībus ad quecúnqz pfectus eſt.
Et regnáuit dauid ſup omnem iſraél: Facie-
bat quoqz dauid iudiciū ⁊ iuſtitiā omni popu
ſi.ra.20.g. lo ſuo. // Joáb aūt filius ſaruie erat ſup exérci
tum. Porró ioſaphát fili⁹ abilúd erat a com-
métarijs: ⁊ ſadoch fili⁹ achitób ⁊ achimeléch
filius abiathár erát ſacerdotes: ⁊ ſaraias ſcri-
ba. Banaias aūt filius ioiade ſuper cerethi ⁊
ſelethi. Filij aūt dauid ſacerdotes erant.

¶ Ca. Sū. ¶ De ſyba ſeruo miphiboſeth: de
miſericordia quam fecit dauid miphiboſeth
claudo filio ionathe. ¶ IX

A ET dixit dauid. Putas ne eſt ali
quis q remánſerit de domo ſa-
úl: vt faciā cum eo miſericordi
am propter iónathan? Erat āt
dauid de domo ſaúl ſeru⁹ nomi
ne ſyba. Quē cum vocaſſet rex
ad ſe: dixit ei. Tu ne es ſyba. Et ille reſpóndit
Ego ſum ſeru⁹ tuus. Et ait rex. Nūquid ſupé-
reſt aliqs de domo ſaúl: vt faciā cum eo miſe-
ricordiam dei? Dixitqz ſyba regi. Súpereſt fili
B us + iónathe débilis pedib⁹. Ubi inquit eſt?
Al.+ ionathan Et ſyba ad regē. Ecce ait in domo eſt máchir
filíi amihél in lodabár. Miſit ergo rex dauid
⁊ tulit eū de domo machir filij amihél de loda
bár. Cū autem veniſſet miphiboſéth filius ió-
nathe filij ſául ad dauid: córruit in faciem ſu-
am ⁊ adorauit. Dixitqz dauid. Miphiboſéth?
Qui rñdit. Adſum ſeru⁹ tuus. Et ait ei dauid.
Ne tímeas: qz faciens faciā in te miſericordi-
am pp̄ter iónathan p̄rem tuum: // ⁊ reſtituaz
ſinfra 19.a C tibi oēs ágros ſaúl p̄ris tui: ⁊ tu cómedes pa-
nem in mēſa mea ſemp. Qui adórans euz di-
1.reg.18.c xit. // Quis ego ſum ſeru⁹ tuus: qm̄ reſpexiſti ſu
per canē mortuum ſimilem mei. Uocáuit itaqz
rex ſybam púeꝝ ſaúl: ⁊ dixit ei. Oīa quecūqz
fuerūt ſaúl ⁊ vniuerſam domū eius dedi filio
Smyrna ciuitas cō ditur dñi tui. Operare igif ei terraz tu ⁊ filij tui ⁊ ſer-
ui tui: ⁊ inferes filio dñi tui cibos vt aláf. Mi
phiboſéth aūt filius dñi tui cómedet ſemp pa
nem ſup menſaz meā. Erant aūt ſybe quinde- D
cim filij ⁊ viginti ſerui. Dixitqz ſyba ad regez.
Sicut iuſſiſti dñe mi rex ſeruo tuo: ſic faciet
ſeru⁹ tuus. Et miphiboſéth cómedet ſup men
ſam + tuā quaſi vnus de filijs regis. Habébat Al's + regis
aūt miphiboſéth filiū páruulum noīe michá.
Omnis vero cognátio dom⁹ ſybe ſeruiébat mi
phiboſéth. Porro miphiboſéth habitábat in
hieruſalém: qz de menſa regis iúgiter veſcebá Epheſus ciuitas cō ditur
tur. Et erat claudus vtroqz pede.

¶ Ca. Sū. ¶ De núcijs dauid qbus rex am-
mon fecit radi dimidiā barbam: ⁊ veſtes pci-
di vſqz ad nates: de pugna ⁊ victoria ioab ⁊ abi Templū diane in epheſo ... mū fundatur.
ſai fratris ꝯtra ammon ⁊ ſyros: de ſyris q erát
trans flumen ꝯducti ab adadeçer admonitis
quos poſtea percuſſit dauid. ¶ X

A Actū eſt aūt poſt hec vt moreré
4.reg.19. tur rex filioꝝ ammón: ⁊ regna-
ret anón fili⁹ eius pro eo. Dixit
qz dauid. Faciā miſericordiaz
cum anón filio naás: ſicut fecit
p̄r eius mecū miſericordiam.
Miſit ergo dauid ꝯſolans euz per ſeruos ſuos
ſup patris íteritu. Cum aūt veniſſent ſerui da-
uid in terrā filioꝝ ammón. Dixerūt principes
filioꝝ ammón ad anón dñm ſuum. Putas q
propter honorē patris tui miſerit dauid ad te Miletus ciuitas cō ditur in aſia minori
ꝯſolatores: ⁊ non ideo vt te inueſtigáret ⁊ ex-
plorāret ciuitatē ⁊ euérteret eam: miſit dauid
ſeruos ſuos ad te. Túlit itaqz anón ſeruos da-
uid: raſitqz dimidiā partez barbe eoꝝ: ⁊ preci-
dit veſtes eoꝝ médias vſqz ad nates: ⁊ dimi-
ſit eos. Qd̄ cum núciatuz eſſet dauid: miſit in
occúrſum eoꝝ. Erant enī viri confúſi túrpiter B
valde. Et mādáuit eis dauid. Manéte in hie
richó donec créſcat barba vr̄a: ⁊ tunc reuerte
mini. Uidétes aūt filij ammón q iniúriaz fe-
ciſſent dauid: miſérūt ⁊ ꝯdurérūt mercéde ſy
rum roób ⁊ ſyr ſobá viginti milia péditum: ⁊
a rege maachá mille viros: ⁊ ab hiſtób duo-
deci milia viroꝝ. Qd̄ cum audiſſet dauid: mi
ſit ioáb ⁊ oēm exércitū bellatoꝝ. Egreſſi ſunt Carthago cōdit.
ergo filij ammón: ⁊ direxerūt áciem ante ipz
intróitum porte. Syrus aūt ſobá ⁊ roób ⁊ hi
ſtób ⁊ maachá ſeorſū erant in cāpo. Uidēs er Dido darea
go ioáb q preparatū eſſet aduérſū ſe preliū: ⁊
ex aduérſo ⁊ poſt tergū elégit ſibi ex oībus ele
ctis iſraél: ⁊ inſtrúxit áciem contra ſyrū: réli
quaz aūt partē ppl̄i trádidit abiſai fratri ſuo. C

Qui dirérit aciem aduerſum filios ammón.
Et ait ioáb. Si ꝓualúerint aduerſum me ſy-
ri: eris mihi in adiutoriū: ſi aūt filij ammon
ꝓualúerint aduerſuꝫ te: auxiliábor tibi. Eſto
vir fortis: ꝛ pugnémꝰ pro pplo noſtro: ꝛ ciuita
te dei noſtri. Dñs aūt faciet qđ bonū eſt in cō
ſpectu ſuo. Inijt itaqꝫ ioáb ꝛ populus q erat
cū eo certamē contra ſýros: q ſtatim fugérūt
a facie eius. Filij aūt ammón videntes q̄ fu-
giſſent ſýri: fugerūt ꝛ ipſi a facie abiſai: ꝛ in-
greſſi ſūt ciuitatē. Reuerſuſqꝫ eſt ioáb a filijs
ammón ꝛ vénit hieruſalém. Uidētes igiť fi-
lij ammón q̄ſi ſyrus expauit: ꝛ quoniaꝫ cor-
ruiſſet corā iſraél: cōgregati ſunt páriter. Mi
ſitqꝫ adadeζér ꝛ edúxit ſýros qui erāt trans
D fluuiū: ꝛ adduxit eoꝝ exercitū. Sobách auteꝫ
magiſter militie adadeζér erat princeps eoꝝ.
Quod cū nunciatū eſſet dauid: cōtraxit oēm
iſraelē: ꝛ trāſiuit iordánē venitqꝫ in helaꝫ. Et
direxerūt aciē ſýri ex aduerſo dauid: ꝛ pugna
uerūt contra iſraél. Fugerúntqꝫ ſýri a facie
iſraél: ꝛ occidit dauid de ſýris ſeptingéntos
cúrrus ꝛ q̄draginta milia équitum: ꝛ ſobách
principē militie pcuſſit: ꝛ ſtatim mortuus eſt.
Uidētes aūt vniuerſi reges qui erāt in p̄ſidio
adadeζér ſe victos eſſe ab iſraél expauerūt ꝛ
fugérūt quinquaginta ꝛ octo milia corā iſra-
él. Et fecérūt pacē cū iſraél ꝛ ſeruierūt eis: ti
muerūtqꝫ ſýri auxiliū p̄bere filijs ammón.
¶ Ca. Sū. ¶ De adulterio dauid cū berſa-
bee: de litteris lite ꝛ morte vrie: de nūcio ioab
ad dauid: de filio nato de berſabee. ¶ XI

A
1.pa.20.a.
FActū eſt aūt vertēte anno eo tē
pore quo ſolent reges ad bella
procedere: miſit dauid ioáb et
ſeruos ſuos cū eo: ꝛ vniuerſum
iſraél ꝛ vaſtauerunt filios am-
món: ꝛ obſedérūt rabbā. Da-
uid aūt remāſit in hieruſaléꝫ. Dū hec agerent
accidit quadā die vt ſúrgeret dauid de ſtrātu
ſuo poſt meridiē ꝛ deambularet in ſolario do-
mus regie: viditqꝫ mulierē ſe lauantē ex ad-
uerſo ſup ſoláriū ſuū. Erat aūt mulier pul-
cra valde. Miſit ergo rex ꝛ requiſiuit que eſſet
múlier. Nūciatūqꝫ eſt ei: q ipſa eſſet berſabeē
filia heliam vxor vrie ethéi. Miſſis itaqꝫ da-
uid nūcijs túlit eā. Que cū ingreſſa eſſet ad il
lū: dormiuit cuꝫ ea. [a] Statimqꝫ ſanctificata eſt
ab īmūdicia ſua: ꝛ reuerſa eſt domū ſuā ꝯce-
pto fetu. Mittéſqꝫ nūciauit dauid ꝛ ait. Cōce
pi. Miſit aūt dauid ad ioáb dicēs. Mitte ad

Pl. + beth
ſabee
a 2 pe. di.
2. §. expo-
nitur i ſi.
31. q. 1. §. ſi
obijcitur.

me vriam ethéum. Miſitqꝫ ioáb vriā ad da-
uid. Et vénit vrias ad dauid. Queſiuitqꝫ da- B
uid q̄ꝫ recte ágeret ioáb ꝛ populus: ꝛ quō am
miniſtrarēť bellum. Et dixit dauid ad vriam.
Uade in domum tuam: ꝛ laua pedes tuos. Et
egreſſus eſt vrias de domo regis: ſecutuſqꝫ eſt
eum cibus régius. Dormiuit autem vrias an-
te portam domꝰ régie cuꝫ alijs ſeruis dñi ſui:
ꝛ non deſcéndit ad domū ſuam. Nūciatūmqꝫ
eſt dauid a dicentibꝰ. Non iuit vrias in domū
ſuam. Et ait dauid ad vriam. Nunqđ non de
via veniſti? Quare non deſcendiſti in domū tu
am? Et ait vrias ad dauid. Arca dei ꝛ iſraél ꝛ
iudá hábitant in papiliónibꝰ: ꝛ dñs meus io
áb ꝛ ſerui dñi mei ſuper faciem terre manēt:
ꝛ ego ingrédiar domū meā vt cómedaꝫ ꝛ bí infra.1.c.
bam ꝛ dormiā cum vxore mea? // Per ſaluteꝫ Jud. 15.c.
tuam ꝛ per ſalutem aīe tue nō fáciam reꝫ hác
Ait ergo dauid ad vriam. Mane hic etiaꝫ hó
die: ꝛ crás dimittā te. Manſit vrias in hieruſa
lém in die illa ꝛ altera: ꝛ vocauit eū dauid vt
comederet corā ſe ꝛ biberet: ꝛ inebriáuit euꝫ.
Qui egreſſus véſpe dormiuit in ſtrátu ſuo cū
ſeruis dñi ſui: ꝛ in domū ſuaꝫ non deſcéndit.
Factū ē ergo máne: ꝛ ſcripſit dauid [b] epl̄aꝫ ad b De eſt
ioáb miſitqꝫ p manū vrie: ſcribens in epiſto- vel. c. co
la. Pónite vriam ex aduérſo belli vbi fortiſſi- elum.
mū eſt preliū: ꝛ derelīqte eū: vt percuſſus in
téreat. Igiť cū ioáb obſidéret vrbeꝫ: póſuit vri
am in loco vbi ſciébat viros eſſe fortiſſimos.
Egreſſiqꝫ viri de ciuitate bellábant aduérſum
ioáb. Et cecidérūt de populo ſeruoꝝ dauid: ꝛ
mortuꝰ eſt etiaꝫ vrias ethéus. Miſit itaqꝫ ioáb
ꝛ nunciauit dauid omnia verba prélij: pcepit-
qꝫ nuncio dicens. Cum cōpléueris vniuerſos
ſermones belli ad régem: ſi eum videris indi
gnári ꝛ dixérit: quare acceſſiſtis ad muruꝫ: vt
preliarémini: an ignorabátis q multa déſup
ex muro téla mittántur: quis percúſſit abime
lech filiū hierobaál: // nonne mulier miſit ſu D
per eū + fragmén móle de muro: ꝛ interfécit Jud. 9. g.
euꝫ in thebés: quare iuxta murū acceſſiſtis: di Als + fra
ces. Etiā ſeruus tuus vrias ethéus occúbuit. gmentū
Abijt ergo núncius ꝛ vénit ꝛ narrauit dauid
oīa que ei precéperat ioáb: ꝛ dixit nūcius ad
dauid. Preualuérūt aduerſuꝫ nos viri: ꝛ egreſ
ſi ſunt ad nos in ágrum. Nos aūt facto impe-
tu: perſecūti eos ſumꝰ vſqꝫ ad portaꝫ ciuitatis
ꝛ direxérūt iácula ſagittárij ad ſeruos tuos ex
muro déſuper mortuiqꝫ ſunt de ſeruis regis.
Quinetiam ſeruus tuus vrias ethéus mor-

tuus eſt. Et dixit dauid ad nunciũ. Hec dices ioab. Nõ te frangat iſta res. Uarius eñi euẽtus eſt belli: ⁊ nunc hũc ⁊ nunc illum cõſumit gladius. Cõforta bellatores tuos aduerſus vrbem vt deſtruas eam: ⁊ exhortare eos. Audiuit autem vxor vrie: ꝙ mortuus eſſet vrias vir ſuus: ⁊ planxit eũ. Tranſactoq; luctu miſit dauid ⁊ introduxit eã in domuz ſuam: ⁊ facta eſt ei vxor: peperitq; ei filium. Et diſplicuit verbũ hoc quod fecerat dauid coram domino.

e de pen. di.i.§. Jte cũ dauid e.c.ſi pctm di.2.§. op ponitur di.3.ca.10 eam di.4.§ſi. in fi. 36.diſt.ca. Dñs i pn. j.q.7.ca.2. §ſi. 32.q.i.§.ſi obijcitur.

¶ Capituli Summariuz. ¶ De parabola nathan ad dauid: de oue pauperis: de puero dauid: de morte paruuli filij: de natiuitate ſalomonis qui vocatus eſt amabilis dño: de captiõe rabbath: ⁊ ſubneratione curruũ eius. ¶ XII

A M Iſit ergo dominus nathan ad dauid. Qui cum veniſſet ad eum: dixit ei. Reſpõde mihi iudiciũ. Duo viri erant in ciuitate vna: vnus diues: ⁊ alter pauper. Diues habebat oues ⁊ boues plurimos valde: pauper autez nihil habebat oĩno preter ouem vnam paruulam quã emerat et nutrierat: ⁊ que creuerat apud eum cuz filijs eius: ſimul de pane illius comedens: ⁊ de calice eius bibens: ⁊ in ſinu illius dormiẽs: erat q; illi ſicut filia. Cum autez peregrinus quidã veniſſet ad diuitez: parcens ille ſumere de ouibus ⁊ de bobus ſuis vt exhiberet cõuiuiũ peregrino illi qui venerat ad ſe: tulit ouez viri pauperis ⁊ preparauit cibos homini qui venerat ad ſe.

B Iratus autem indignatione dauid aduerſus hominem illum nimis: dixit ad nathan.[a] Uiuit dominus: quoniaz filius mortis eſt vir qui fecit hoc: Ouem reddet in quadruplum: eo ꝙ fecerit verbum iſtud ⁊ nõ pepercerit. Dixit autez nathan ad dauid. Tu es ille vir qui feciſti hanc rem. Hec dicit dñs deus iſrael. Ego unxi te in regẽ ſuper iſrael ⁊ ego erui te de manu ſaul ⁊ dedi tibi domũ dñi tui: ⁊ vxores domini tui in ſinu tuo: dediq; tibi domũ iſrael ⁊ iudã: ⁊ ſi parua ſunt iſta adijciã tibi multo maiora. Quare ergo contempſiſti verbum domini: vt faceres malum in conſpectu meo? Uriã

a 3.q.7.§

C ethxũ percuſſiſti gladio: ⁊ vxorem illius accepiſti in vxorẽ tibi: ⁊ interfeciſti eum gladio filiorum ammon. Quãobrem nõ recedet gladius de domo tua vſq; in ſempiternum: eo ꝙ deſpexeris me: ⁊ tuleris vxorẽ vrie ethei vt eet vxor tua. Itaq; hec dicit dñs. Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malũ de domo tua: ⁊ tollaz vxores tuas in oculis tuis: ⁊ dabo proximo tuo ⁊ dormiet cum vxoribus tuis in oculis ſolis huius. [b] Tu eñi feciſti abſcondite: ego aũt faciã verbũ iſtud in cõſpectu oĩs iſrael: ⁊ in cõſpectu ſolis huius.[c] Et dixit dauid ad nathan. Peccaui dño. Dixitq; nathan ad dauid. Dñs quoq; tranſtulit pctm̃ tuũ. Nõ morieris. Ueruntñ quoniam blaſphemare feciſti inimicos nomen dñi propter verbũ hoc: filius qui natus eſt tibi morte morietur. Et reuerſus eſt nathan in domũ ſuaz.

b de pen. di.i.ca.cũ voluiſſet §.deniq; de pe.di.i. ca.nũc ſi 2.q.7.ca.2. in prin. c de pen. diſt.i.ca.ſi pctm̃ ca.ſi cui primi

D [d] Percuſſitq; dñs paruulũ quẽ peperit vxor vrie dauid: ⁊ deſperatus eſt. Deprecatuſq; ẽ dauid dñm pro paruulo: ⁊ ieiunauit dauid ieiunio: ⁊ ingreſſus ſeorſuz iacuit ſup terrã. Uenerũt aũt ſeniores domus eius cogentes euz: vt ſurgeret de terra. Qui noluit: nec comedit cuz eis cibũ. Accidit aũt die ſeptima vt moreretur infans: timueruntq; ſerui dauid nũciare ei: ꝙ mortuus eſſet paruulus. Dixerũt enim. Ecce cũ paruulus adhuc viueret: loquebamur ad eũ: ⁊ nõ audiebat vocẽ nr̃am: quãtomagis ſi dixerimus mortuus eſt puer ſe affliget. Cum ergo dauid audiſſet ſeruos ſuos muſitantes: intellexit ꝙ mortuus eſſet infantulus. Dixitq; ad ſeruos ſuos. Nũ mortuus eſt puer? Qui reſpõderũt ei. Mortuus eſt. Surrexit ergo dauid de terra: ⁊ lotus vnctuſq; eſt. Cũq; mutaſſet veſtẽ: ingreſſus eſt domũ dñi: ⁊ adorauit et venit in domũ ſuã: petiuitq; vt ponerent ei panem: ⁊ comedit. Dixerunt autem ei ſerui ſui.

di.2.§.op ponit.in fi. Eccl.47 b. di.3.ca.to tas ca ille rex titus q ca.illud i.q.7.ca.2. in prin. d 33.q.2. c.hoc ipſ ibi vnius hebr. de Ab ſig. ca.3.i glo.

F Quis eſt ſermo quẽ feciſti? Propter infantez cuz adhuc viueret ieiunaſti ⁊ flebas: mortuo autez puero ſurrexiſti ⁊ comediſti panẽ. Qui ait. Propter infantem dum adhuc viueret ieiunaui ⁊ fleui. Dicebã eniz. Quis ſcit ſi forte donet euz mihi dominus ⁊ viuat infans? Nũc autem quia mortuus eſt quare ieiuno? Nunquid potero reuocare eum amplius? Ego vadam magis ad eũ: ille vero non reuertetur ad me. Et cõſolatus eſt dauid berſabeẽ vxorem ſuam ingreſſuſq; ad eam dormiuit cum ea. Que genuit filiũ: ⁊ vocauit nomen eius ſalomon: ⁊ dñs dilexit eum. Miſitq; eum in manu nathan prophete: ⁊ vocauit nomen eius: amabilis domino: eo ꝙ diligeret eum dñs. Igitur pugnabat ioab cõtra rabbath filiorũ ammon: et expugnabat vrbem regiã. Miſitq; ioab nuncios ad dauid dicẽs. Dimicaui aduerſũ rabbath: ⁊ capienda eſt vrbs aquaz. Nũc igitur cõgrega reliquã partẽ populi: ⁊ obſide ciuitatez ⁊ cape eã: ne cuz a me vaſtata fuerit vrbs: no

I.par.3.b. Math.i.a.

G ar. + rab batha

mini meo aſcribatur victória.Cōgregáuit ita
ꝙ dauid omnem populum:⁊ profectus eſt ad
uerſum +rabbáth.Cūqꝫ dimicaſſet:cepit eā. Al. + rabbatha
/Et túlit dyadéma regis eorū de cápite eius 1.par.20.b
pōdo áuri talentum:hábens gémmas precio
ſiſſimas:⁊ impóſitum eſt cáput dauid.Sed ⁊
prédam ciuitatis aſportáuit multam valde:po
pulum quoqꝫ eius addúcēs ſerráuit:⁊ circū-
égit ſuper eos ferráta carpénta.Diuiſitqꝫ cul
tris ⁊ tradúxit in typo laterum. Sic fecit vni-
uerſis ciuitatibus filiorum ammón.Et reuer
ſus eſt dauid ⁊ oīs exércitus in hieruſalem.

¶Capituli Sūmarium.¶ De inceſtu am-
non cum ſorore ſua thamar:⁊ quomodo ab-
ſalon occidit euꝫ in conuiuio:de fuga abſalon
in geſur:dauid ceſſat perſequi abſalō. ¶XIII

A Factū eſt āt poſt hec: vt abſalón
filij dauid ſororē ſpecioſiſſimaꝫ
vocabulo thamár adamáret a-
mnón filius dauid: ⁊ deperiret
in eā valde:ita vt propter amo
rē eiꝰ egrotáret:qꝛ cuꝫ eſſet vir-
go difficile ei videbāt: vt quippiā inhonéſte
ágeret cū ea.Erat aūt amnon amicus nomiē
ionadáb:filius ſemmaā fratris dauid vir prú
dens valde.Qui dixit ad euꝫ.Quare ſic atte-
nuáris mácie fili regis p ſingulos dies? Cur
nō īdicas mihi?Dixitqꝫ ei.Amnón.Thamár
ſororē fratris mei abſalón amo.Cui rñdit io-
nadáb.Cuba ſup + lectū tuū ⁊ lāguorē ſimu- Al. + lectulum.
B la.Cūqꝫ vénerit pr̄ tuꝰ vt viſitet te:dic ei.Ue-
niat oro thamár ſoror mea vt det mihi cibuꝫ:
⁊ fáciat pulméntū ⁊ cómedaꝫ de manu eius.
Accúbuit itaqꝫ amnón: ⁊ q̄ſi egrotáre cepit.
Cūqꝫ veniſſet rex ad viſitándū eū: ait amnón
ad regē.Uéniat óbſecro thamár ſoror mea:
vt faciat in oculis meis duas ſorbiciúculas:et
cibū parátū cápiā de manu eius.Miſit ergo
dauid ad thamár domū dicēs.Ueni in domū
amnón fratris tui:⁊ fac ei pulméntuꝫ. Uenit
qꝫ thamar in domum amnón fratris ſui.Ille
autem iacébat.Que tóllēs farinā cōmiſcuit:
⁊ liquefáciens in óculis eius cóxit ſorbiciún-
culas.Tollenſqꝫ qđ cóxerat: effúdit ⁊ póſuit
coraꝫ eo:⁊ nóluit comédere.Dixitqꝫ amnón.
Eijce vniuerſos a me. Cūqꝫ eieciſſet omnes:
dixit amnón ad thamár.Infer cibum in con-
cláui:vt véſcar de manu tua. Tulit ergo tha-
már ſorbiciúculas quas fécerat: ⁊ intulit ad
amnón frēm ſuū in concláui.Cumqꝫ obtuliſ-
C ſet ei cibum:apprehéndit eā ⁊ ait.Ueni cúba
mecuꝫ ſoror mea.Que reſpondit ei. Noli fra
ter mi:noli opprimere me.Neqꝫ eniꝫ hoc fas ē
in iſraél.Noli facere ſtulticiā hanc.Ego eniꝫ
ferre nō potero obprobriū meū.Et tu eris q̄ſi
vnus de inſipientibꝰ in iſraél. Quinpotius ló
quere ad regē:⁊ nō negabit me tibi.ᵃ Noluit Ge.34.a & 49.a
autē amnón acqeſcere precibꝰ eius:ſed p̄ua- Sunt hi & necesse.
lēs viribꝰ oppſſit eam ⁊ cubáuit cū ea.Et exó
ſam eā hábuit odio magno nimis:ita vt ma-
ius eſſet ódiū quo óderat eā:amore quo ante
diléxerat.Dixitqꝫ ei amnón. Súrge ⁊ vade.
Que reſpondit.Maius eſt hoc malū qđ nūc
ágis aduerſum me:q̄ꝫ quod ante feciſti:expel
lens me.Et noluit audire eā:ſed vocato púe-
ro qui miniſtrabat ei dixit. Eijce hanc a me D
fóras:⁊ claude óſtium poſt eam. Que indúta
erat talari túnica.Huiuſcemodi eniꝫ filie re-
gis virgines veſtibꝰ vtebānt.Eiecit itaqꝫ eam
miniſter illius foras:clauſitqꝫ fores poſt eam.
Que aſpergens cinerē cápiti ſuo: ſciſſa talári
túnica: impoſitiſqꝫ manibus ſuper caput ſuū:
ibat ingrédiens ⁊ clámans.Dixit aūt ei abſa
lon frater ſuus.Nunquid amnón frater tuus
concúbuit tecū. Sed nunc ſoror táce: frater
tuus eſt. Neqꝫ affligas cor tuum pro hac re.
Manſit itaqꝫ thámar contabeſcens in domo
abſalón fratris ſui.Cū autē audiſſet rex dauid
verba hec:contriſtatus eſt valde:⁊ noluit contri-
ſtare ſpiritū amnón filij ſui: qm̄ diligébat eū
quia primogenitus erat ei. Porro non eſt lo-
cútus abſalón ad amnón:nec malū nec bonū
Oderat enim abſalón amnón: eo qꝫ violaſſet
thamár ſororem ſuam. Factū eſt autē poſt tē-
pus biennij:vt tonderēnt oues abſalón i ba-
laſór que eſt iuxta effraiꝫ. Et vocauit abſalón E
omnes filios regis.Uenitqꝫ ad regē: ⁊ ait ad
eum. Ecce tondéntur oues ſerui tui: véniat
oro rex cum ſeruis ſuis ad ſeruū ſuū. Dixitqꝫ
rex ad abſalón. Noli fili mi: noli rogáre vt
veniámus omnes ⁊ grauémus te. Cum autē
cógeret eum ⁊ noluiſſet ire: benedixit ei. Et
ait abſalón ad dauid.Si nō vis venire veniat
óbſecro nobiſcum ſaltem amnón frater me-
us. Dixitqꝫ ad eum rex. Nō eſt neceſſe vt vā-
dat tecum. Coégit itaqꝫ abſalón eum: et di-
miſit cum eo amnón ⁊ vniuerſos filios regis.
Fecerátqꝫ abſalón conuiuiuꝫ quaſi conuiuiū
regis.Preceperat autem abſalón pueris ſu-
is dicens.Obſeruáte cum temuléntus fuerit
amnón vino:⁊ dixero vobis:percutite eū ⁊ in
terficite:nolite timére. Ego eni ſum qui pre-

cipſo vobis. Roboramini ⁊ eſtote viri fortes.
F a Fecerunt ergo pueri abſalon aduerſum a-
a 47.d.5 mnon: ſicut preceperat eis abſalon. Surgenteſ
qʒ omnes filij regis: aſcenderũt ſinguli mulas
ſuas ⁊ fugerũt. Cũqʒ adhuc pergerent in itine
re: fama peruenit ad dauid dicens. Percuſſit
abſalon omnes filios regis: ⁊ non remanſit ex
R.1.b.c.3.1 eis ſaltem vnus. Surrexit itaqʒ rex dauid: ⁊
ſcidit veſtimenta ſua: ⁊ cecidit ſuper terram: ⁊
omnes ſerui illiuſq aſſiſtebant ei: ſciderũt ve
ſtimenta ſua. Reſpondens autem ionadab fi-
lius ſemmaa fratris dauid: dixit. Ne eſtimet
dominus meus rex: ꝙ omnes pueri regis occi
ſi ſint. Amnon ſolus mortuus eſt: quoniam in
✝ odio abſalon erat poſitus: ex die qua oppreſ
ſit thamar ſororem eius. Nunc ergo ne ponat
G dominus meus rex ſuper cor ſuum verbũ iſtud
dicens: omnes filij regis occiſi ſunt: quoniam
amnon ſolus mortuꝰ eſt. Fugit autẽ abſalon.
Et eleuauit puer ſpeculator oculos ſuos ⁊ aſpe
xit: ⁊ ecce populus multus veniebat per iter de
uium ex latere montis. Dixit autem ionadab
ad regem. Ecce filij regis adſunt. Iuxta ver-
bum ſerui tui ſic factum eſt. Cũqʒ ceſſaſſet lo-
qui: apparuerunt ⁊ filij regis. Et intrantes le-
uauerunt vocem ſuam ⁊ fleuerunt. Sed ⁊ rex
⁊ omnes ſerui eius fleuerunt: ploratu magno
nimis. Porro abſalon fugiens: abijt ad tholo
mai filium ammiur regem geſſur. Luxit er-
go dauid filium ſuum amnon multis diebus.
Abſalon autem cũ fugiſſet ⁊ veniſſet in geſ
ſur: fuit ibi tribus annis: Ceſſauitqʒ rex dauid infra.15.b
perſequi abſalon: eo ꝙ conſolatus eſſet ſuper
amnon interitu.



¶ Ca. Xiiii. ¶ De ioab ⁊ muliere thecuite: ⁊ parabola eius ad dauid: de reuocatione abſalon de geſſur in hieruſalem: ꝙ faciẽ regis nõ vidit tribus annis: de pulcritudine abſalon: de pondere capillorum eius ducentis ſiclis: de ſegete ioab ſuccenſa: ioab intrat ad regem rogans pro abſalon: vocatur abſalon ⁊ oſculatur a rege.

¶ XIIII

A Intelligens autem ioab filius
ſaruie: ꝙ cor regis verſum eſſet
ad abſalon: miſit thecuam ⁊ tu
lit inde mulierem ſapientẽ: di
xitqʒ ad eã. Lugere te ſimula:
⁊ induere veſte lugubri: ⁊ ne vn
garis oleo: vt ſis quaſi mulier iam plurimo
tempore lugens mortuũ. Et ingredieris ad re
gem: ⁊ loqueris ad eũ ſermones huiuſcemo
di. Poſuit autem ioab verba in ore eius. Ita-
qʒ cum ingreſſa fuiſſet mulier thecuites ad re
gem: cecidit coram eo ſuper terram ⁊ adora-
uit ⁊ dixit. Serua me rex. Et ait ad eam rex.
Quid cauſe habes: Que rñdit. Heu mulier 4.reg.4.c
B vidua ego ſum. Mortuus eſt enim vir meus:
⁊ ancille tue erant duo filij. Qui rixati ſũt ad
uerſum ſe in agro: nulluſqʒ erat q eos prohibe
re poſſet: ⁊ percuſſit alter alterum: ⁊ interfecit
eũ. Et ecce conſurgens vniuerſa cognatio ad
uerſuʒ ancillã tuam: dicit. Trade eum q per-

cuſſit fratrē ſuū: vt occidam⁹ eū ꝑ anima fra-
tris ſui quē interfecit: ⁊ deleamus heredem.
Et querunt extinguere ſcintillā meā: que re-
licta eſt vt nō ſuperſit viro meo nomē ⁊ reli-
C quie ſuper terram. Et ait rex ad mulierem.
Illo⁹ + vi-debo Uade in domū tuā: ⁊ ego + iubébo pro te. Di
xitq; múlier thecuites ad regem. In me dñe
mi rex ſit iniquitas ⁊ in domo patris mei: rex
autem ⁊ thrónus eius ſit innocens. Et ait rex.
Qui contradixerit tibi: addúc eū ad me: ⁊ vl
tra non áddet⁹ vt tangat te. Que ait. Recorde-
tur rex dñi dei ſui: vt non multiplicenť próxi-
mi ſanguinis ad vlciſcendū: ⁊ nequaq̄ inter-
ficiant filium meum. Qui ait. Uiuit dñs: q̄
non cadet de capillis filij tui ſup terram. Di-
xit ergo mulier. Loquať ancilla tua ad dñm
meum regem verbū. Et ait. Lóquere. Dixit-
D q; mulier. Quare cogitaſti huiuſcemodi rem
contra populum dei: ⁊ locutus eſt rex verbum
eccl.25.b. iſtud vt peccet: ⁊ nō redúcat eiéctum ſuum?
Omnes mórimur et quaſi aque dilabimur in
Illo + re-uertitur. terram: que non + reuertuntur. Nec vult de⁹
perire ánimam: ſed retráctat cógitans ne pé
nitus péreat qui abiéctus eſt. Nunc igitur vé
ni vt lóquar ad dominū meum regē verbum
hoc preſente populo. Et dixit ancilla tua. Ló-
quar ad regem: ſi quo modo faciat rex verbū
ancille ſue. Et audiuit rex vt liberaret ancillā
ſuam de manu omnium qui volebant de here-
ditáte domíni delére me ⁊ filium meū ſimul.
Dicat ergo ancilla tua: vt fiat verbū dñi mei
regis ſicut ſacrificium. / Sicut enim angelus
Gra.19.b. dñi: ſic eſt dñs meus rex: vt nec benedictione
nec maledictione moueať. Uñ ⁊ dñs de⁹ tu⁹
eſt tecū. Et reſpōdēs rex: dixit ad mulierem.
E Ne abſcondas a me verbū qđ te interrogo.
Dixitq; ei múlier. Loq̄re dñe mi rex. Et ait
rex. Nunquid manus ioáb tecū eſt in oíbus
Infr.11.b. iſtis? Reſpondit múlier ⁊ ait. Per ſalutē ani-
me tue dñe mi rex: nec ad ſiniſtrā nec ad dex
tram eſt ex omnib⁹ his q̄ locutus eſt dñs me⁹
rex. Seruus enī tuus ioáb: ipſe precepit mihi
⁊ ipſe póſuit in os ancille tue omnia verba hec
vt vérterē figurā ſermōis huius. Seruus enī
tuus ioáb ꝑcepit iſtud. Tu aūt dñe mi rex ſá-
piens es: ſicut habet ſapiētiā angelus dei: vt
intélligas omnia ſuper terram. Et ait rex ad
ioáb. Ecce placat⁹ feci verbū tuū. Uade ergo
⁊ reuoca púerū abſalón. Cadénſq; ioáb ſuper
faciem ſuam in terrā adorauit: ⁊ benedixit re-
gi. Et dixit ioáb. Hódie intellexit ſeruus tuus:
quia inuéni gratiam in óculis tuis dómine mi
rex. Feciſti enim ſermónem ſerui tui. Surré- F
xit ergo ioáb ⁊ ábijt in geſſúr: ⁊ addúxit abſa
lón ī hieruſalē. Dixit autē rex. Reuertátur
in domū ſuam: ⁊ faciem meā non videat. Re-
uérſus eſt itaq; abſalón in domū ſuam: ⁊ faci
em regis non vidit. Porro ſicut abſalón vir
non erat pulcer in omni iſraél: ⁊ decor⁹ nimis.
A veſtigio pedis vſq; ad vérticem non erat in
eo vlla mácula. Et qñ tondébat capillum (ſe
mel aūt in anno tondebať: q̄ grauabat eū ce
ſáries) ponderábat capillos capitis ſui ducen
tis ſiclis póndere público. Nati ſūt autem ab-
ſalón filij tres: ⁊ filia vna nomine thamár ele
gántie forme. Manſitq; abſalón in hieruſa-
lém duob⁹ annis: ⁊ faciē regis non vidit. Mi- G
ſit itaq; ad ioáb: vt mitteret eū ad regē. Qui
nóluit venire ad eum. Cūq; ſecúndo miſiſſet:
⁊ ille noluiſſet venire ad eū: dixit ſeruis ſuis.
Scitis agrū ioáb iuxta ágrū meū habentem
méſſem hórdei. Ite ígiť: ⁊ ſuccéndite eū igni.
Succendérūt ergo ſerui abſalón ſegetē igni.
Et veniéntes ſerui ioáb ſciſſis véſtibus ſuis di
xerūt. Succendérūt ſerui abſalón partē agri
igni. Surrexitq; ioáb ⁊ vénit ad abſalón in do
mum eius: ⁊ dixit. Quare ſuccendérunt ſerui
tui ſégetem meam igni? Et reſpondit abſalón
ad ioáb. Miſi ad te óbſecrans: vt venires ad
me: ⁊ mitterē te ad regem: ⁊ diceres ei. Qua
re veni de geſſúr? Melius mihi erat ibi eē. Ob
ſecro ergo: vt videam faciem regis. Q; ſi me-
mor eſt iniq̄tatis mee: interficiat me. Ingréſ-
ſus itaq; ioáb ad regem: nunciauit ei omnia.
Uocatúſq; eſt abſalón: ⁊ intráuit ad regem: ⁊
adoráuit ſuper fáciem terre coram eo. Oſcula
túſq; eſt rex abſalón.

C Ca. Sū. C De abſalon q̄uo īcuruabat cor-
da virorum poſt ſe volens regnare: de coniura
tione eius contra patrem: de fuga dauid. de e-
thai ⁊ gethro: q̄ tranſiuit cū rege ſadoch ⁊ abia
thar miſſis in hieruſalē: de chuſi remiſſo ad ab
ſalon: vt diſſiparet ɔſiliū achitofel. C XV

Gitur poſt hec fecit ſibi abſalón
cúrrus ⁊ équites ⁊ quinquagín A
ta viros qui precéderent eū. Et
mane conſúrgens abſalón: ſta-
bat iuxta introítū porte in via: ⁊
oēm viruꝫ q̄ habebat negóciū: vt
veniret ad regis iudíciū vocabat abſalón ad ſe
⁊ dicebat. De qua ciuitate es tu? Qui rñdens
aiebat. Ex vna tribu iſraél ego ſuꝫ ſeruus tu⁹.

Reſpondebatq; ei abſalón. Uidenť mihi ſer-
mones tui boni ⁊ iuſti: ſed non eſt qui te audi-
at cõſtitútus a rege. Dicebátq; abſalón. Quis
me conſtituat iúdicem ſuper terraʒ: vt ad me
véniant omnes qui habent negócium: ⁊ iuſte
iúdicem? Sed ⁊ cum accéderet ad euʒ homo
vt ſalutáret illum: extēdébat manū ſuaʒ: ⁊ ap-
B prehéndens oſculabátur euʒ. Faciebátq; hoc
omni iſraél veniénti ad iudícium vt audiret
a rege: ⁊ ſolicitábat corda viroꝝ iſraél. Poſt
quattuor autem ánnos dixit abſalón ad regē
dauid. Uádam ⁊ réddaʒ vota mea: que voui
dño in hebrón. Uóuens enim vóuit ſeruus tu-
us cum eſſet in geſſúr ſýrie: dicens. Si redú-
Inf. 13. c. xerit me dñs in hieruſalē: ſacrificábo domio.
Dixitq; ei rex dauid. Uade in pace. Et ſurré-
xit ⁊ ábijt in hebrón. Miſit autem abſalón ex-
ploratóres in vniuerſas tribus iſraél: dicens.
Statim vt audiéritis clangorem búccine: di-
Alś + regnabit cite. + Regnauit abſalón i hebrón. Porró cū
abſalón iérunt ducenti viri de hieruſalē voca-
ti: euntes ſimplici corde: ⁊ cáuſaʒ penitꝰ igno-
C rantes. Acceſſiuit quoq; abſalón achitofél gy-
lonitém conſiliáriū dauid: de ciuitate ſua gy-
ló. Cumq; ímoláret victimas: facta eſt coniu-
rátio válida: populúſq; concúrrens augebát
euʒ abſalón. Uénit igitur núncius ad dauid:
24. q. 5. ca. qd enim. De pe. di. i. ca. ſi perim. ⁊ ca. ſicut perimi dicens. Toto corde vniuerſus iſraél ſéquitur
abſalón. Et ait dauid ſeruis ſuis qui erant cū
eo in hieruſalém. Súrgite: ⁊ fugiamus. Neq;
enim erit nobis effúgium a facie abſalón. Fe-
ſtináte égredi: ne forte véniens óccupet nos: ⁊
Alś + impleat + impéllat ſuper nos ruinā: ⁊ percútiat ciuita-
tē in ore gládij. Dixerúntq; ſerui regis ad eū.
Alś + impingat Omnia quecūq; precépit dominꝰ noſter rex:
libénter exéquimur ſerui tui. Egréſſus eſt er-
go rex ⁊ vniuerſa domus eius pédibus ſuis.
Et reliquit rex decem mulieres cōcubinas ad
D cuſtodiéndam domū. Egreſſúſq; rex ⁊ omnis
iſraél pedibus ſuis ſtétit prócul a domo: ⁊ vni-
uerſi ſerui eius ambulábant iuxta eum: ⁊ le-
giónes cerethi ⁊ felethi: ⁊ omnes gethéi pu-
gnatóres válidi ſexcénti viri qui ſecuti eū fúe-
rant de géth pédites precedébant regem. Di-
xit autem rex ad ethai gethéum. Cur venis no-
bíſcum? Reuértere: ⁊ hábita cum rege: quia
peregrinus es ⁊ egréſſus es de loco tuo. Heri
veniſti: ⁊ hódie compélleris nobiſcum égre-
di. Ego autem vádā quo itúrus ſum. Reuér-
tere: ⁊ redúc tecum fratres tuos: ⁊ dominus
faciet tecum miſericordiam ⁊ veritatem: quia
oſtendiſti gratiam ⁊ fideʒ. Et reſpondit ethai E Ruth. 1. c.
regi dicens. Uiuit dominus ⁊ viuit dominus
meus rex: quoniā in quocunq; loco fueris do-
mine mi rex: ſiue in morte ſiue in vita ibi erit
ſeruus tuus. Et ait dauid ethai. Ueni ⁊ trán-
ſi. Et trāſiuit ethai getheús ⁊ rex ⁊ omnes vi-
ri qui cum eo erant: ⁊ réliqua multitudo. Omeſ-
q; flébant voce magna: ⁊ vniuerſus pópulus
tranſibat. Rex vero tranſgrediebátur torrén-
tem cedrón: ⁊ cunctus populus incedébat cō-
tra viam oliue: que réſpicit ad deſértum. Ue-
nit autem ſadóch ſacerdos et vniuerſi leuite
cum eo portantes arcam féderis dei: ⁊ depo-
ſuérunt arcam dei. Et aſcendit abiathár: do-
nec explétus eſſet omnis populus qui egreſſus
fúerat de ciuitate. Et dixit rex ad ſadóch. Re-
porta arcam dei in vrbem. Si inuénero gra- F
tiaʒ in oculis domini: redúcet me ⁊ oſténdet
mihi eam ⁊ tabernaculum ſuuʒ. Si autem di-
xerit mihi: non pláces: preſto ſuʒ: faciat quod
bonum eſt coram ſe. Et dixit rex ad ſadóch ſa-
cerdotem. O videns reuértere in ciuitateʒ in
pace: ⁊ achimaás filius tuus: ⁊ ionathán fili-
us abiathár duo filij veſtri ſint vobiſcum. Ec-
ce ego abſcóndar in campéſtribus deſérti: do-
nec véniat ſermo a vobis índicans mihi. Re-
portauérunt ergo ſadóch ⁊ abiathár arcaʒ dei
in hieruſalém: ⁊ manſerunt ibi. Porro dauid
aſcendébat cliuum oliuárum ſcandēs ⁊ flens
nudis pedibus incédens ⁊ opérto capite. Sʒ
⁊ oīs populus qui erat cum eo opérto cápite
aſcēdébat plorans. Nunciatum eſt autē dauid G
ꝙ achitofél eſſet in coniuratione cuʒ abſalón.
Dixitq; dauid. Infátua quéſo dñe conſilium
achitofél. Cumq; aſcenderet dauid ſummi-
tatem montis in quo adoraturꝰ erat dominū:
ecce occúrrit ei + chuſi arachites ſciſſa veſte: Alś + chuſai
⁊ terra pleno cápite. Et dixit ei dauid. Si vé-
neris mecum: eris mihi óneri: ſi autem in ci-
uitatem reuertáris ⁊ dixeris abſalón ſeruus
tuus ſum rex: pátere me viuere: ſicut fui ſeruꝰ
patris tui: ſic ero ſeruus tuus: diſſipabis conſi-
lium achitofél. Habes autem tecum ſadóch
⁊ abiathár ſacerdótes: ⁊ oē verbuʒ quodcūq; Infra 17. c.
audieris in domo regis: indicábis ſadóch et
abiathár ſacerdotibus. Sunt eni cum eis duo
filij eorū achimaás filius ſadóch ⁊ ionatham
filius abiathár: ⁊ mittétis p eos ad me omne
verbū quod audiéritis. Ueniente ergo + chu-
ſi amico dauid in ciuitateʒ: abſalón quoq; in- Alś + chuſai
gréſſus eſt hieruſalém: ⁊ achitofél cum eo.

¶ Ca. Sũ. ¶ De ſyba ſuo miphiboſeth cum duobꝰ aſinis: de ſemei qui maledixit dauid: de abiſai qui voluit occidere ſemei: de chuſi ſe offerente abſalon: venit abſalon ad concubinas patris ſui. ¶ XVI

Cumq; dauid trãſiſſet paululũ
A montis verticem: apparuit ſyba puer miphiboſeth in occurſum eius cũ duobꝰ aſinis: qui onerati erãt ducẽtis panibus: ꝛ centũ alligaturis vue paſſe: ꝛ ſeptẽ maſſis palatarũ: ꝛ duobꝰ utribꝰ vini. Et dixit rex ſybe. Quid ſibi volũt hec? Rñditq; ſyba.
Al's + domeſtici
Dñe mi rex aſini + domeſticis regis vt ſedeãt: ꝛ panes ꝛ palate ad veſcendum pueris tuis: vinũ aũt vt bibat ſi qs defecerit in deſto. Et ait rex. Ubi eſt filiꝰ dñi tui? Rñdit ſyba regi. Remãſit in hieruſalem: dicẽs. Hodie reſtituet mihi domꝰ iſrael regnum pr̃is mei. Et ait rex ſybe. Tua ſint oĩa que fuerũt miphiboſeth. Dixitq; ſyba. Oro vt inueniam gratiam
B apud te dñe mi rex. Uenit ergo rex dauid vſ-
3.reg.2.b. q; bahurim. Et ecce egrediebatur inde vir de cognatiõe domꝰ ſaul: noĩe ſemei filius gera: ꝑcedebãtq; egrediens ꝛ maledicebat: mittebatq; lapides ꝯtra dauid ꝛ ꝯtra vniuerſos ſeruos regis dauid. Omnis autẽ populus ꝛ vniuerſi bellatores a dextro ꝛ a ſiniſtro latere regis incedebant. Ita autem loquebatur ſemei cũ malediceret regi. Egredere: egredere vir ſanguinum: ꝛ vir belial. Reddidit tibi dominus vniuerſum ſanguinẽ domus ſaul: quoniã inuaſiſti regnum pro eo: ꝛ dedit dominus[a] regnũ in manu abſalon filij tui: ꝛ ecce premũt te mala tua: qm̃ vir ſanguinũ es. Dixit autẽ abiſai filius ſaruie regi. Quare maledicit canis hic moriturus domino meo regi. Uadã ꝛ amputabo caput eius. Et ait rex. Quid mihi et vobis eſt filij ſaruie? Dimittite eum vt maledicat. Dominus enim precepit ei: vt malediceret dauid. Et quis eſt qui audeat dicere quare ſic fecerit? Et ait rex abiſai ꝛ vniuerſis ſeruis ſuis. Ecce filius meus q egreſſus eſt
C de utero meo querit aĩam meã: quãtomagis
3.reg.20.b. hic filius + iemini maledicet mihi? Dimittite eũ vt maledicat iuxta ꝑceptũ domini: ſi forte reſpiciat dñs afflictionem meam: ꝛ reddat mihi dñs bonum pro maledictione hac hodierna. Ambulabat itaq; dauid ꝛ ſocij eius per viam cum eo. Semei autem per iugum montis ex latere contra illum gradiebatur male-

a de cõſe. di.1.c.i. in hoc eſſe ferat

fra.19.b. Eccl.23.c.

Als + gemini

dicens: ꝛ mittens lapides aduerſum eum: terramq; ſpargẽs. Uenit itaq; rex dauid ꝛ vniuerſus populus cum eo laſſus: ꝛ refocillati ſunt ibi. Abſalon autẽ ꝛ omnis populus eius ingreſſi ſunt hieruſalẽ: ſed ꝛ achitofel cũ eo. Cũ aũt veniſſet + chuſi arachites amicus dauid ad abſalon: locutus eſt ad eũ. Salue rex: Al's + chuſi
ſalue rex. Ad quẽ abſalon. Hec eſt inquit gratia tua ad amicum tuũ. Quare non iuiſti cum amico tuo? Reſpõditq; chuſi ad abſalon. Nequaq̃: q: illiꝰ ero quẽ elegit dñs: ꝛ oĩs hic pplꝰ D
ꝛ vniuerſus iſrael: ꝛ cũ eo manebo. Sed vt et hoc inferã cui ego ſeruiturus ſũ? Nõne filio regis? Sicut parui pr̃i tuo: ita parebo ꝛ tibi. Dixit aũt abſalon ad achitofel. Inite cõſiliũ L.par.27.b.
quid agere debeamus. Et ait achitofel ad abſalon. Ingredere ad cõcubinas patris tui: q̃s dimiſit ad cuſtodiendã domũ: vt cũ audierit oĩs iſrael: ꝙ fedaueris patrẽ tuũ: roborenꝰ tecũ manus eoꝝ.[b] Tetenderũt ergo abſalon ta-
bernaculũ in ſolario: ingreſſuſq; eſt ad concu- b 47. di. § neceſſe.
binas patris ſui coram vniuerſo iſrael. Conſiliũ autem achitofel qđ dabat in diebus illis: quaſi ſi quis cõſuleret deũ. Sic erat omne cõſilium achitofel: ꝛ cũ eſſet cum dauid: ꝛ cum eſſet cum abſalon.

¶ Ca. Sũ. ¶ De conſilio achitofel diſſipato per conſilium chuſi: de ionatha ꝛ achimaas q retulerũt cõſiliũ ad dauid: ꝛ qliter deſcenderunt ad puteũ: de ſuſpendio achitofel: de amaſa cõſtituto ꝑ ioab ab abſalon: de viris offerẽtibus munera dauid ne populus fame vel ſiti periclitetur. ¶ XVII

Dixit ergo achitophel ad abſa-
lon. Eligã mihi duodecim milia virorum: ꝛ ꝯſurgens perſequar dauid hac nocte: ꝛ irruẽs ſuper eũ quippe qui laſſus eſt et ſolutis manibus: percutiã eũ. Cũq; fugerit omnis populus qui cũ eo eſt: ꝑcutiã regem deſolatũ: ꝛ reducã vniuerſũ populum quomõ vnus homo reuerti ſolet. Unũ enim virũ tu queris: ꝛ omnis populus erit in pace. Placuitq; ſermo eius abſalon ꝛ cunctis maioribꝰ natu iſrael. Ait autẽ abſalon. Uoca-
te + chuſi arachitem: ꝛ audiamus quid etiã Als + chuſi
ipſe dicat. Cumq; veniſſet + chuſi ad abſalon B
ait abſalon ad eum. Huiuſcemodi ſermonẽ Als + chuſi
locutus eſt achitofel. Facere debemus: an non Qđ das conſilium? Et dixit + chuſi ad abſa-
lon. Non eſt bonum conſiliũ qđ dedit achito- Als + chuſi

ſél hac vice. Et rurſum intulit chuſi. Tu noſti patrem tuum ⁊ viros qui cum eo ſunt eſſe for tiſſimos ⁊ amaro animo: véluti ſi vrſa ráptis cátulis in ſáltu ſeuiat. Sed ⁊ pater tuus vir bel látor eſt: nec morábitur cum populo. Forſitan nunc látitat in foueis aut in vno quo volúerit loco. Et cũ ceciderit vnus quilibet in pricipio: áudiet quicũq; audierit: ⁊ dicet. Facta eſt plá ga in populo qui ſequebátur abſálon. Et fortiſ

Al. + cui ſimus quiſq; + cui⁹ cor eſt quaſi leónis: pauó re ſoluetur. Scit enim omnis populus iſraél fortem eſſe patrem tuũ: ⁊ robúſtos omnes q

C cũ eo ſunt. Sed hoc mihi videt réctum eſſe cõ ſilium. Congregétur ad te vniuerſus populus iſraél a dán vſq; berſabeé q̃ſi aréna maris in numerabilis: ⁊ tu eris in medio eoꝝ: ⁊ irrué mus ſuper eum in quocũq; loco inuéntus fúe rit: ⁊ operiémus eum ſicut cádere ſolet ros ſu per terram: ⁊ non relinquém⁹ de viris qui cũ eo ſunt: nec vnũ quidem. Q; ſi vrbem aliquã fúerit ingréſſus: circũdabit omnis iſraél ci uitati illi fúnes: ⁊ trahém⁹ eam in torrénte: vt non reperiát nec cálculus qdem ex ea. Di xitq; abſálon ⁊ omnes viri iſraél. Melius eſt

Al. + chuſi conſiliũ + chuſi arachite conſilio achitoſél.

Sup. 15. f // Domini aũt nútu diſſipátũ eſt conſilũ achi toſél útile: vt indúceret domin⁹ ſuper abſálon

Al. + chuſi malũ. Et ait + chuſi ſadóch ⁊ abiathár ſacer dotib⁹. Hoc ⁊ hoc modo conſiliũ dedit achito

D ſél abſálon ⁊ ſenioꝛib⁹ iſraél: ⁊ ego tale ⁊ tale dedi conſilium. Núc ergo mittite cito ⁊ nun ciate dauid dicétes. Ne moꝛéris nocte hac in campéſtribus deſérti: ſed abſq; dilatióne trãſ grédere: ne forte abſorbeátur rex: ⁊ omnis po pulus qui cum eo eſt. Jónathas autem ⁊ achi maás ſtábant iuxta fontem rogél. Abijt ancil la ⁊ nunciauit eis. Et illi profécti ſunt vt refér rent ad regem dauid nuncium. Non eniz pó

Al. + vi dere terant + vidéri: aut introire ciuitatem. Uidit autem eos quidã púer: ⁊ indicáuit abſálon. Illi vero cóncito grádu ingreſſi ſunt domũ cu iuſdam viri in bahurim: qui habebat púteuz

E in veſtibulo ſuo: ⁊ deſcenderunt in eum. Tulit autez múlier: ⁊ expándit velámen ſuper os pú tei quaſi ſiccans ptiſánas: ⁊ ſic látuit res. Cũ q; veniſſent ſerui abſálon in domuz: ad mulié rem dixérunt. Ubi eſt achimaás ⁊ ionathas. Et reſpondit eis mulier. Tranſiérũt feſtinán ter guſtata páululum aqua. At hi qui queré bant cum non reppériſſent: reuerſi ſunt in hie ruſalém. Cũq; abiſſent: aſcenderunt illi de pu teo: ⁊ pergéntes nunciauerũt regi dauid: ⁊ di xerunt. Súrgite ⁊ tranſite cito fluuium: quo niam huiuſcémodi dedit conſiliũ contra vos achitoſél. Surréxit ergo dauid ⁊ omnis popu F lus qui cum eo erat: ⁊ tranſiérunt ioꝛdanem: donec dilucéſceret anteq̃ denudarétur verbũ: ⁊ nec vnus qdem reſiduus fuit: qui non tran ſiret fluuium. Porró achitoſél videns q̄ non fuiſſet factum conſilium ſuum: ſtráuit áſinuz ſuum: ſurrexitq; ⁊ ábijt in domum ſuam: ⁊ in ciuitatez ſuam. Et diſpóſita domo ſua: ſuſpén dio intérijt: ⁊ ſepultus eſt in ſepulcro pr̃is ſui. Dauid autem venit in cáſtra: ⁊ abſalon tran ſijt ioꝛdánem: ipſe ⁊ omnes viri iſraél cũ eo. Amaſám vero conſtituit abſalón pro ioáb ſu per exercitum. Amaſá autem erat filius viri G qui vocabat + iethrá de hieſreli: qui ingreſſus Al. + ietra eſt ad abigaíl filiam naás ſororem ſaruie que fuit mater ioab. Et caſtrametátus eſt iſraél cũ abſalón in terra galaád. Cũq; veniſſet dauid ĩ caſtra: ſobi filius naás de rabbáth filioꝝ am món ⁊ machir filius amihél de lodabár: ⁊ ber zellai galaadites: de rogeli obtulerunt ei ſtra tória ⁊ tapétia ⁊ vaſa fictilia: fruméntũ ⁊ hoꝛ deum ⁊ farinam ⁊ poléntam ⁊ fabám ⁊ lén tem ⁊ frixum óleo cicer ⁊ mel ⁊ butýrũ oues ⁊ pingues vitulos dederũtq; dauid ⁊ populo qui cum eo erat ad veſcendũ. Suſpicati enim ſunt populum fame ⁊ ſiti fatigári in deſerto.

¶ Ca. Sũ. ¶ De cõmiſſione prelij exercitus dauid: ⁊ abſalon in quercu pendẽte interfecto de achimaas ⁊ chuſi q nunciauerũt dauid exi tũ prelij: de plãctu dauid ſup abſalõ. ¶ XVIII

Igitur conſiderato dauid popu lo ſuo: conſtituit ſuper eos tribú A nos ⁊ centurióne: ⁊ dedit popu li tertiam partem ſub manu io áb: ⁊ tertiam partem ſub manu abiſai: filiũ ſaruie fratris ioáb: ⁊ tertiam partem ſub manu ethai qui erat de géth. Dixit rex ad populum. Egrédiar ⁊ ego vobiſcum. // Et reſpondit populus. Non exi infra 21. b bis. Siue enim fugérimus non magnópere ad eos de nobis pertinébit: ſiue media pars ce ciderit e nobis nõ ſatis curábunt: q; tu vnus ſolus pro decem milibus computáris. Méli us eſt igitur vt ſis nobis in vrbe preſidio. Ad quos rex ait. Quod vobis videtur rectum hoc fáciam. Stétit ergo rex iuxta poꝛtam. Egre B diebatúrq; pplꝰ per túrmas ſuas céténi ⁊ mil infra. eo. léni. Et p̃cépit rex ioáb ⁊ abiſai ⁊ ethai dicẽs.

a 22.q.5.c. ad eum *Seruate mihi puerum abſalon. Et omnis
populus audiebat precipientem regem cun-
ctis principibus pro abſalon. Itaq; egreſſus ē
populus in campum contra iſrael: ⁊ factū eſt
preliū in ſaltu effraim. Et ceſus ē ibi populus
iſrael ab exercitu dauid: factaq; eſt plaga ma
gna in die illa viginti milium. Fuit autem ibi
prelium diſperſum ſup faciem omnis terre:
⁊ multo plures erāt quos ſaltus cōſumpſerat
de populo q̃ hi quos vorauerat gladius in die
illa. Accidit autem vt occurreret abſalon ſer-
uis dauid: ſedens mulo. Cūq; ingreſſus fuiſ-
ſet mulus ſubter condenſam quercum ⁊ ma-
gnam: adheſit caput eius quercui: ⁊ illo ſu-
ſpenſo inter celum ⁊ terram mulus cui inſe-
47. vi. de ſicut hi. §. neceſſe. derat pertranſiuit. Uidit autē hoc quiſpiam et
nunciauit ioab dicens. Uidi abſalon pende-
C re de quercu. Et ait ioab viro qui nunciaue-
rat ei. Si vidiſti quare non confodiſti eū cum
terra: ⁊ ego dediſſem tibi decē argenti ſiclos
⁊ vnū baltheū. Qui dixit ad ioab. Si appēde
res in manib⁹ meis mille argenteos: nequa-
q̃ mitterem manum meam in filium regis.
Audientibus enim nobis precepit rex tibi et
ſupra eo. abiſai et ethai dicens. // Cuſtodite mihi pue-
rum abſalon. Sed ⁊ ſi feciſſem contra animā
meam audacter: nequaq̃ hoc regem latere
potuiſſet: ⁊ tu ſtares ex aduerſo. Et ait ioab.
Non ſicut tu vis: ſed aggrediar eum corā te.
b 47. vi. §. neceſſe b Tulit ergo ioab tres lanceas in manu ſua: ⁊
D infixit eas in corde abſalon. Cūq; adhuc pal-
pitaret herens in quercu cucurrerunt decē
iuuenes armigeri ioab: et percutientes in-
terfecerunt eum. Cecinit autem ioab bucci-
na et retinuit populum ne perſequeretur fu-
Joſ. 7. a. gientem iſrael // volens parcere multitudi-
ni. Et tulerunt abſalon ⁊ proiecerunt eum in
ſaltu in foueam grandem: ⁊ comportauerūt
ſuper eum aceruum lapidum magnū nimis.
Omnis autē iſrael fugit in tabernacula ſua.
Porro abſalon erexerat ſibi cum adhuc vi-
ueret titulū qui eſt in valle regis. Dixerat enī
Non habeo filium: et hoc erit monimentū
nominis mei. Uocauitq; titulum nomini
ſuo: ⁊ appellatur manus abſalon vſq; ad hāc
E diē. Achimaas aūt filius ſadoch ait. Currā
et nunciabo regi quia iudicium fecerit ei de-
us de manu inimicorum eius. Ad quem io-
ab dixit. Non eris nuncius in hac die; ſed
nunciabis in alia. Hodie nolo te nunciare.
Filius enim regis eſt mortuus. Et ait ioab
+ chuſi. Uade ⁊ nuncia regi que vidiſti. Ado
rauit chuſi ioab: ⁊ cucurrit. Rurſus aūt achi-
maas fili⁹ ſadoch dixit ad ioab. Quid impe-
dit ſi etiā ego curro poſt chuſi. Dixitq; ei io-
ab. Quid vis currere fili mi. Ueni huc. Non
eris boni nuncij baiul⁹. Qui reſpondit. Quid
enim ſi cucurrero. Et ait ei. Curre. Currēs er-
go achimaas p viā compendij tranſiuit chu
ſi. Dauid aūt ſedebat inter duas portas. Spe- F
culator vō qui erat in faſtigio porte ſup murū
eleuans oculos vidit hoiem currentem ſolum.
Et exclamans idicauit regi. Dixitq; rex. Si ſo
lus eſt: bon⁹ eſt nuncius in ore eius. Properan-
te autē illo ⁊ accedente propius vidit ſpecula-
tor hoiem alterum currentē. Et vociferans in
culmine ait. Apparet mihi alter hō currens
ſolus. Dixitq; rex. Et iſte bonus eſt nuncius.
Speculator aūt contemplor ait curſū prioris
quaſi curſū achimaas filij ſadoch. Et ait rex. G
Uir bonus eſt: ⁊ nuncium portans bonum ve
nit. Clamans autem achimaas dixit ad regē.
Salue rex. Et adorans regem corā eo pro-
nus in terram ait. Benedictus dominus de-
us tuus qui concluſit homines qui leuauerunt
manus ſuas contra dominum meum regem.
Et ait rex. Eſt ne pax puero abſalon? Dixitq;
achimaas. Uidi + tumultum magnum cum
mitteret ioab ſeruus tuus o rex me ſeruū tu-
um: neſcio aliud. Ad quem rex: tranſi ait ⁊ ſta
hic. Cūq; ille tranſiſſet ⁊ ſtaret: apparuit chu-
ſi. Et veniens ait. Bonum apporto nuncium
domine mi rex. Iudicauit enī pro te dominus
hodie de manu omnium qui ſurrexerunt con-
tra te. Dixit autem rex ad chuſi. Eſt ne pax pu
ero abſalon? Cui reſpondens chuſi: fiant inqt
ſicut puer inimici domini mei regis: ⁊ vniuer
ſi qui conſurgunt aduerſus eum in malum.
Contriſtatus itaq; rex aſcendit cenaculū por
te ⁊ fleuit. // Et ſic loquebatur vadēs. Fili mi
abſalon: abſalon fili mi. Quis mihi tribuat
vt ego moriar pro te. Abſalon fili mi: fili mi
abſalon.

¶ Ca. Su. ¶ De verbis que locutus eſt ioab
ad dauid cum lugeret abſalon interfectū: rex
in porta ſedet: iſrael conſiliatus eſt vt reduce-
ret regē: de mandato regis ad principes iuda:
⁊ ad amaſa: de ſemei qui venit poſtea ad regē
penitentia ductus q; maledixerat ei: de miphi-
boſeth q; diuidat poſſeſſionē cum ſyba ſeruo:
de berzellay galaadite: de contentione iſrael ⁊
iuda pro dauid. ¶ XIX

Nunciatum

A Nunciatū eſt aūt ioab q̄ rex fle-
ret ⁊ lugeret filium ſuū: Et ver
ſa eſt victoria ĩ luctū in die illa
omni populo. Audiuit eniꝫ po-
pulus in die illa dici: dolet rex
ſup̄ filio ſuo. Et declinauit pplˢ
ĩ die illa ingredi ciuitatẽ: q̄uo declinare ſolet
populus verſus ⁊ fugiẽs de prelio. Porro rex
operuit caput ſuum: ⁊ clamabat voce magna
ſup̄.18.g / Fili mi abſalon: abſalon fili mi. Ingreſſus
ergo ioab ad regem in domū dixit. Confudi-
ſti hodie vultus oīuꝫ ſeruorū tuoꝝ: qui ſaluaꝫ
fecerunt aīam tuam: ⁊ aīam filiorū tuorum:
⁊ filiarū tuarum: ⁊ aīam vxorū tuarū: ⁊ aīam
cõcubinariꝫ tuaꝝ. Diligis odientes te: ⁊ odio
habes diligentes te. Et oſtendiſti hodie q̄ nõ
curas de ducibus tuis ⁊ de ſeruis tuis. Et vere
cognoui mõ: q̄ ſi abſalon viueret ⁊ oẽs nos
occubuiſſemus: tūc placeret tibi. Nūc igitur
ſurge ⁊ procede: ⁊ alloquẽs ſatiſfac ſeruis tu
B is. Iuro enim tibi per dn̄m: q̄ ſi nõ exieris: ne
A Factú eſt ergo q̃dragentéſimo
2 para. 3. a. ⁊ octogéſimo anno egreſſionis
filioꝝ iſraél de terra egypti in
anno quarto menſe ʒio: ipſe eſt
Al's + regno menſis ſcďs + regni ſalomónis
ſuper iſraél: edificáre cepit do-
mum dño. Domus aút quam edificábat rex
ſálomon dño: habebat ſexaginta cúbitos in lō
gitúdine: ⁊ viginti cúbitos in latitúdine: ⁊ tri
ginta cúbitos in altitúdine. Et pórtic⁹ erat an
te téplum viginti cubitóꝝ longitúdinis: iuxta
menſúram latitúdinis tépli. Et habebat decē
cúbitos latitúdinis aň faciem templi. Fecitq;
in témplo feneſtras obliquas. Et edificáuit ſu
per parieté templi tabulata p gýrum in parié-
tibus domus p circúitum templi ⁊ oraculi: ⁊
Al.+ ſub terat fecit latera in circúitu. Tabulátú quod + ſúb
ter erat quinq; cúbitos habebat latitúdinis: ⁊
mediú tabulátuʒ ſex cubitóꝝ latitúdinis: ⁊ ter
tium tabulátú ſeptem habens cúbitos latitú-
dinis. Trabes aút póſuit in domo p circúituʒ
forinſec⁹: vt non herérent múris templi. Do-
mus aút cum edificáret de lapídibus dolatis
atq; pfectis edificáta eſt: ⁊ malleus ⁊ ſecúris
⁊ omne ferraméntú non ſunt audita in domo
cú edificáret. Oſtium láteris medij in parie-
B te erat dom⁹ dextre: ⁊ p cóchleam aſcendébát
in mediú cenáculum: ⁊ a medio in tertiú. Et
edificauit domú: ⁊ conſúmáuit eam. Téxit q̃-
q; domú laqueárib⁹ cedrínis: ⁊ edificauit ta-
bulátum ſup omnem domú quinq; cúbitis al
titúdinis: ⁊ opéruit domú lignis cedrínis. Et
factus eſt ſermo dñi ad ſalomóné dicens. Do
mus hec quá edificas ſi ambuláueris in prece
ptis meis ⁊ iudícia mea féceris: ⁊ cuſtodíeris
oía mandata mea grádiés per ea: firmabo ſer
mónem meum tibi quem locutus ſum ad da-
uid pꝛem tuum: ⁊ habitábo in medio filioꝝ
iſraél: ⁊ non derelinquá populum meum iſra
él. Igiť edificáuit ſálomon domú ⁊ conſúmá
uit eam. Et edificauit parietes dom⁹ intrínſe-
cus tabulátis cedrínis a pauiméto domus vſ-
q; ad ſúmitatem pariétú ⁊ vſq; ad laqueária
⁊ opéruit lignis cedrínis intrinſec⁹: ⁊ texit pa
uiméntú domus tabulis abiégnis. Edificauit
q; viginti cubitóꝝ ad poſterioré partem tépli
tabuláta cedrína a pauiménto vſq; ad ſupió-
ra: ⁊ fecit interiórem domú oráculi in ſanctú
ſanctoꝝ. Porro quadraginta cubitóꝝ erat ipſ; C
templum pre fóribus oráculi: ⁊ cédro oís do-
mus itrínſecus veſtiebátur: hús tornatúras ⁊
iúncturas ſuas fabrefáctas ⁊ celatúras eminén
tes. Oía cedrínis tábulis veſtiebántur: nec oī
no lapis apparére póterat in pariete. Orácu-
lum autem in medio domus in iteriori parte
fécerat: vt póneret ibi arcam féderis dominí.
Porro oráculum habebat viginti cúbitos lon
gitúdinis: ⁊ viginti cúbitos latitúdinis: ⁊ vi-
ginti cúbitos altitúdinis: ⁊ opéruit illud atq;
veſtiuit áuro puriſſimo. Sed ⁊ altáre veſtiuit
cédro. Domum quoq; aň oráculum opéruit
áuro puriſſimo: ⁊ affixit láminas cláuis áu-
reis. Nihil erat in téplo quod nó áuro tegeré
tur. Sed ⁊ totum altáre oráculi texit áuro. Et
fecit in oráculo duos cherubín de lignis oliuá
rum: decem cubítoruʒ altitúdinis. Quinq; cu
bitórum ála cherúb vna: ⁊ quinq; cubitórum
ála cherúb áltera ideſt decem cúbitos haben-
tes a ſummitáte ále vſq; ad ále altérius ſum
mitátem. Decem quoq; cubitórum erat che-
rúb ſecúdus in méſura pári: ⁊ opus vnuʒ erat
in duobus cherubín ideſt altitudineʒ habébat
vnus cherúb decem cubitórum: ⁊ ſimiliter che
rúb ſcďs. Poſuitq; cherubín in medio templi
interióris. Extédebánt autem álas ſuas cheru D
bín ⁊ tangebat ála vna parieteʒ: ⁊ ála cherúb
ſcďi tangebat parietem álteꝝ: ále auté áltere
in media parte templi ſeinuicem ɔtingébant.
Texit quoq; cherubín áuro. Et omnes parie-
tes templi p circúitum + ſcúlpſit varijs cela- Al.+ ſcalpſit
túris ⁊ torno. Et fecit í eis cherubín ⁊ pálmas
⁊ picturas várias quaſi prominéntes de parie
te ⁊ egrediéntes. Sed ⁊ pauiméntum domus
texit áuro intrinſecus ⁊ extrinſecus. Et in in-
greſſu oráculi fecit duo + oſtíola de lignis oli- Al.+ oſtiola
uárum: poſteſq; anguloꝝ quinq; ⁊ duo óſtia
de lignis oliuárum. Et + ſcúlpſit in eis pictú- Al.+ ſcalpſit.

ram cherubin ⁊ palmarum ſpecies ⁊ anaglyfa valde prominentia: ⁊ texit ea auro: ⁊ operuit tam cherubin q̄ȝ palmas ⁊ cetera auro. Fecitqȝ in introitu templi poſtes de lignis oliuarum quadrangulatos: ⁊ duo oſtia de lignis abiegnis altrinſecus: ⁊ vtrūqȝ oſtiuȝ duplex erat: ⁊ ſeinuicem tenens aperiebatur. Et + ſculpſit cherubin ⁊ palmas ⁊ celaturas valde eminentes: operuitqȝ oīa laminis aureis ope quadro ad regulam. Et edificauit atriuȝ interius tribus ordinibꝰ lapidum politoꝝ: ⁊ vno ordine lignoꝝ cedri. Anno quarto fundata eſt domus domini in menſe zio: ⁊ in anno vndecimo menſe + elul: ipſe eſt mēſis octauus perfecta eſt domus in oī opere ſuo: ⁊ in vniuerſis vtenſilibꝰ ſuis. Edificauitqȝ eā annis ſeptem.

ff. + ſcal
ſcul.

ſ. + chul
ſ. + bul

¶ Ca. Sū. ¶ De domo ſalomonis edificata tredecim annis: de domo ſaltus: de domo filie pharaonis: de hyram artifice erario: de duabꝰ columnis: de mari fuſili: de baſibus eneis: de lateribus: de vaſis templi: de menſa aurea: de candelabro aureo. ¶ VII

A Domum autē ſuaȝ edificauit ſalomō tredecim annis: ⁊ ad perfectum vſqȝ pduxit. Edificauit quoqȝ domuȝ ſaltus libani centum cubitoꝝ longitudinis: ⁊ quinquaginta cubitoꝝ latitudinis: ⁊ triginta cubitoꝝ altitudinis: ⁊ quattuor deambulatoria inter columnas cedrinas. Ligna quippe cedrina exciderat in columnas: ⁊ tabulatis cedrinis veſtiuit totam cameram q̄ quadragintaquinqȝ columnis ſuſtentabatur. Unus autem ordo habebat columnas quindecim contra ſeinuicem poſitas: ⁊ e regione ſe reſpicientes equali ſpatio inter columnas: ⁊ ſuper columnas quadrangulata ligna in cūctis equalia. Et porticum columnarum fecit quinquaginta cubitoꝝ longitudinis: ⁊ triginta cubitoꝝ latitudinis: ⁊ alteram porticuȝ in facie maioris porticus ⁊ columnas ⁊ epyſtilia ſup columnas fecit. Porticum quoqȝ ſoliȷ in qua tribunal eſt fecit ⁊ texit lignis cedrinis a pauimento vſqȝ ad ſummitatem: ⁊ domuncula in qua ſedebatur ad iudicandū erat

B in medio porticu ſimili opere. Domum quoqȝ fecit filie pharaonis quam vxoreȝ duxerat ſalomon: tali opere quali ⁊ hanc porticum. Omnia lapidibus precioſis qui ad normaȝ quādam atqȝ menſuraȝ tam intrinſecus q̄ȝ extrinſecus ſerrati erant a fundamento vſqȝ ad ſummitatem parietum: ⁊ intrinſecus vſqȝ ad atrium maius. Fundamenta autem de lapidibus precioſis lapidibus magnis decē ſiue octo cubitorum: ⁊ deſup lapides precioſi equalis mēſure secti erant: ſimiliterqȝ de cedro. Et atriuȝ maius rotūdū trium ordinū de lapidibus ſectis: ⁊ vniꝰ ordinis de dolata cedro: necnon ⁊ in atrio domꝰ dñi interiori: ⁊ in porticu domꝰ. Miſit quoqȝ rex ſalomō ⁊ tulit hyrāȝ de tyro filiū mulieris vidue de tribu neptalim pře tyrio artificē erariū ⁊ plenū ſapientia ītelligentia ⁊ doctrina ad faciendū oē opus ex ere. Qui cū veniſſet ad regē ſalomonē: fecit oē opus eiꝰ ⁊ finxit duas columnas ereas decem ⁊ octo cubitorum altitudinis columnaȝ vnam: ⁊ linea duodecim cubitorum ambiebat columnam

C vtramqȝ. Duo quoqȝ capitella fecit que ponerent ſup capita columnaꝝ fuſilia ex ere: quinqȝ cubitoꝝ altitudinis capitellum vnuȝ: ⁊ quinqȝ cubitoꝝ altitudinis capitellum alterum: ⁊ quaſi in modum rhetis ⁊ cathenarum ſibi inuicem miro opere contextaꝝ. Utrumqȝ capitellum columnaꝝ fuſile erat. Septena verſuum rhetiacula in capitello vno: ⁊ ſeptena rhetiacula in capitello altero. Et perfecit columnas ⁊ duos ordines p circuitum rhetiaculorum ſinguloꝝ vt tegerent capitella que erant ſup ſummitatem malogranatoꝝ. Eodem modo fecit ⁊ capitello ſecundo. Capitella autem que erant ſup capita columnaꝝ quaſi ope liliȷ fabricata erant in porticu quattuor cubitoꝝ: ⁊ rurſum alia capitella in ſummitate columnarum deſup iuxta menſuram columne contra rhetiacula. Malogranatoꝝ auteȝ ducenti ordines erant in circuitu capitelli ſecūdi. Et ſtatuit duas columnas in porticu templi. Cūqȝ ſtatuiſſet columnam dextram: vocauit eaȝ nomine iachin. Similiter erexit columnam ſecundam: ⁊ vocauit nomen eius booz. Et ſuper capita columnaꝝ opus in modum liliȷ poſuit:

D perfectumqȝ eſt opus columnaꝝ. Fecit quoqȝ mare fuſile decem cubitoꝝ a labio vſqȝ ad labium rotundum in circuitu. Quinqȝ cubitoꝝ altitudo eius: ⁊ reſticula triginta cubitoꝝ cingebat illud per circuitum: ⁊ ſculptura ſubter labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare. Duo ordines + ſculpturaꝝ hiſtriataꝝ erant fuſiles: ⁊ ſtabant ſup duodecim boues. E quibus tres reſpiciebant ad aquilōneȝ ⁊ tres ad occidentem ⁊ tres ad meridiem: ⁊ tres ad orientem: ⁊ mare ſup eos deſup erat:

ff. + ſcalpturarū

quorum poſterióra vniuerſa intrínſecus latitá
bant. Groſſitudo autem lúteris trium vnciá-
rum erat: labiúmq; eius quaſi lábium cálicis
& folium repándi lilij. Duo milia bátos capié
bat: & tria milia metrétas. Et fecit decem bá-
ſes éneas quattuor cubitórum longitúdinis
báſes ſingulas: & quattuor cubitórum latitú-
E dinis: & trium cubitórum altitúdinis: & ipſuz
opus báſium interráſile erat. Et + ſculptúre
Al. + ſcal ptúre inter iuncturas & inter corónulas & pléctas:
leónes & bóues & cherubin: & in iuncturis ſi-
militer deſup. Et ſúbter leónes & bóues qua-
ſi lóra ex ére dependéntia. Et quattuor rote per
báſes ſingulas & áxes érei & p quattuor partes
quaſi huméruli ſúbter lúterem fúſiles contra
ſeinuicem reſpectántes. Os quoq; lúteris in-
trínſecus erat in cápitis ſummitáte: & qđ fo-
rínſecus apparébat vnius cúbiti erat totuz ro
túndum: paritérq; habebat vnum cúbitum &
dimídium. In ángulis aũt colúmnarum várie
celatúre erant: & media intercolúmnia qua-
dráta nõ rotúnda. Quattuor quoq; róte que
per quattuor ángulos báſis erant coherébant
ſibi ſúbter báſim. Vna rota habebat altitudi-
nis cúbitum & ſémis. Tales aũt rote erant:
quáles ſolent in cúrru fieri. Et áxes earum & rá
dij & cánti & modíoli oĩa fuſilia. Nam & humé
ruli illi quattuor p ſingulos ángulos báſis vni
us ex ipſa báſi fúſiles & coniúncti erant. In ſũ
mitáte aũt báſis erat quedam rotúnditas vni
us & dimidij cúbiti ita fabrefácta vt lúter dé-
ſuper póſſet impóni: habens celatúras ſuas va
riáſq; ſcúlpturas ex ſemetipſa. Sculpſit quo-
q; in tabulátis illis que erant ex ére: & in án-
gulis cherubin & leónes & pálmas quaſi in ſi-
militúdinem hóminis ſtántis: vt non celáta
F ſed appóſita per circúitum viderẽtur. In húc
modum fécit decem báſes: fuſúra vna & men
ſúra ſculpturáq; conſímili. Fecit quoq; decez
lúteres éneos. Quadraginta bátos capiébat
lúter vnus: eratq; quattuor cubitórum. Singulóſ-
q; lúteres p ſingulas idẽſt decem báſes póſuit
& cõſtituit decem báſes: quinq; ad déxterã pár
tem templi: & quinq; ad ſiniſtram. Mare aũt
póſuit ad dexteram partem templi contra ori
entem ad merídiem. Fecit ergo hyrám lebé-
tes & ſcútras & ámulas & pfecit omne opus re
gis ſalomónis in templo dómini. Colúmnas
duas: & funículos capitellórum ſuper capitélla
columnarum duos: & retiácula duo vt operi-
rent duos funículos que erant ſuper cápita co
lúmnarum & malogranáta quadringénta in duo
bus retiáculis: duos verſus malogranatórum
in retiáculis ſingulis ad operiéndos funículos
capitellórum qui erant ſuper cápita columná
rum: & báſes decem: & lúteres decem ſuper bá
ſes & mare vnum: & bóues duódecim ſúbter
mare: & lebétes & ſcútras & ámulas. Oĩa vaſa
que fecit hyrám regi ſalomoni in domo domi
ni de auricálcho erant. + In campéſtri regió- G
ne iordánis fúdit ea rex in argillóſa terra in- Al. + Ecl
ter ſochót & ſarthán: & póſuit ſálomõ omnia
vaſa in domo dñi. Propter multitudinem aũt
nimiam non erat pondus éris. [a] Fecitq; ſálo- a De cõſ. di. j. c. j. & ſalomon & ca. altaria in gl. 12. q. 2. ca. gloria. & ſiucs
mon omnia vaſa in domo dñi altare áureum:
& menſam ſup quam ponerẽtur pánes propoſi
tiónis áureã: & candélabra aurea quinq; ad dé
xtram & quinq; ad ſiniſtrã contra oráculuz ex
áuro puro & quaſi lilij flóres: & lucérnas déſuper
áureas & fórcipes áureos & hýdrias: & fuſcinu
las: & phíalas: & mortariola: & thuribula de au
ro puriſſimo. Et cárdines oſtiorum domus inte-
rioris ſanctiſanctorum & oſtiorum domus templi ex
áuro erant. Et pfecit omne opus qđ faciébat
ſálomon in domo dñi [b] & intulit q̃ ſanctificá- b 2. para. 5. a.
uerat dauid pr̃ ſuus: argẽtũ & áurum & vaſa
repoſuitq; in theſauris domus dñi.

¶ Ca. Sũ. ¶ Arca introducitur in templo: ne-
bula implet domũ: ſalomõ bñdicit tẽplũ: poſt
hoc orat vt exaudiantur orãtes in tẽplo. Surgẽs
quidam ab oratione benedicit omni eccleſie
iſrael & eos inſtruit: immolantur victime & fit
feſtiuitas celebris. CVIII

Tunc [a] cõgregati ſunt oẽs maió- H
res nátu iſrael cũ principibus tri- a 2. paral. 5. a.
buũ & duces familiarum filiorum
iſraél ad regẽ ſalomonẽ in hie-
ruſalém vt deferrẽt arcam féde
ris dñi de ciuitate dauid ideſt
de ſión. Conuenitq; ad regẽ ſalomónem vni-
uerſus iſraél in menſe + bethanim in ſolenni Al. + be tanim
die: ipſe eſt menſis ſeptimus. Veneruntq; ſe-
nes de iſraél & tulérũt arcam ſacerdótes & por
tauérũt arcaz dñi & tabernaculũ fẽderis: & oĩa
vaſa ſanctuárij q̃ erant in tabernáculo: & fere
bãt ea ſacerdotes & leuite. Rex aũt ſálomon &
oĩs multitudo iſraél q̃ cõuénerat ad eũ gradie
bãtur cuz illo ante arcã: & immolabãt oues & bo
ues abſq; eſtimatióne & número. Et intulérũt
ſacerdotes arcã fẽderis dñi in locũ ſuũ in orá-
culũ tẽpli in ſanctũſcõrum ſúbter alas cherubin.
Siquidem cherubin expandebãt álas ſúbter

locum arce: ⁊ protegebant arcã ⁊ vectes eius
deſuper. Cūq; eminerent vectes ⁊ apparerent
ſūmitates eoꝝ foris ſanctuariū ante oraculū:
non apparebant vltra extrinſecus. Qui ⁊ fue-
B rūt ibi vſq; in preſentē diem. In arca aūt non
erat aliud niſi due tabule lapidee quas poſue
rat in ea moyſes in oreb qñ pepigit dominus
fedus cū filijs iſrael cum egrederentur de ter
ra egypti. Factum eſt aūt cū exiſſent ſacerdo
tes de ſanctuario: nebula ipleuit domum dñi:
⁊ non poterāt ſacerdotes ſtare ⁊ miniſtrare ꝓ
pter nebulam. Impleuerat enim gloria domi
b 2.para.6.a. ni domum dñi. [b] Tunc ait ſalomon. Dñs dixit
vt habitaret in nebula. Edificans edificaui do
mum ⁊ habitaculū tuum firmiſſimum ſoliū
tuū in ſempiternum. Cōuertitq; rex faciē ſu
am ⁊ bñdixit omni eccleſie iſrael. Ois eniz ec
cleſia iſrael ſtabat. Et ait ſalomō. Benedictus
dñs deus iſrael qui locutus eſt in ore ſuo ad da
uid prēm meum: ⁊ in manibus eius perfecit
dicēs. A die qua eduxi populum meum iſrael
de egypto: nō elegi ciuitatem de vniuerſis tri
bubus iſrael: vt edificaretur domus ⁊ eſſet no
mē meum ibi: ſed elegi dauid vt eſſet ſup po
pulum meuz iſrael. Uoluitq; dauid pr̄ meus
edificare domum noī dei iſrael: ⁊ ait dñs ad
dauid prēz meū. Q, cogitaſti in corde tuo edi
ficare domum noī meo: bñ feciſti hocipſum
mente tractans. Uerūtñ tu non edificabis
mihi domum: [c] ſed filius tuus qui egredietur
c 1.q.7.ce. 2.ibi. non edificabis de renibus tuis ipſe edificabit domum nomi
ni meo. Cōfirmauit dñs ſermonem ſuuz quē
locutus eſt: ſtetiq; pro dauid prē meo ⁊ ſedi ſu
per thronū iſrael ſicut locutus eſt dñs: ⁊ edifi-
caui domum noī dñi dei iſrael: ⁊ ꝯſtitui ibi lo
cum arce in qua fedus dñi eſt quod percuſſit
cum prībus noſtris quādo egreſſi ſunt de ter
ra egypti. Stetit autē ſalomon añ altare dñi
in ꝯſpectu eccleſie iſrael: ⁊ expandit manus ſu
as in celum ⁊ ait. Dñe deus iſrael nō eſt ſimi-
C lis tui deus in celo deſup ⁊ ſup terram deor-
ſum: qui cuſtodis pactum ⁊ miſericordiaz ſer
uis tuis qui ambulāt coram te in toto corde
ſuo: qui cuſtodiſti ſeruo tuo dauid prī meo q̃
locutus es ei. Ore locutus es ⁊ manibus ꝑfeci-
ſti: vt hec dies probat. Nunc igitur dñe deus
iſrael ꝯſerua famulo tuo dauid prī meo que
locutus es ei: dicēs. Non auferetur de te vir co
raz me qui ſedeat ſup thronum iſrael: Ita tñ
ſi cuſtodierint filij tui viam ſuam vt ambulēt
coram me: ſicut tu ambulaſti in ꝯſpectu meo.
Et nunc domine deus iſrael firmentur verba
tua q̃ locutus es ſeruo tuo dauid prī meo. Er-
go ne putandū eſt ꝙ vere deus habitet ſup ter
ram? Si enim celū ⁊ celi celoꝝ te capere non
poſſunt: quāto magis dom⁹ hec quā edificaui.
Sz reſpice ad oronez ſerui tui ⁊ ad preces ei⁹
dñe deus meus. Audi hymnum ⁊ oronez quā
ſeruus tu⁹ orat coram te hodie: vt ſint oculi tui
aperti ſup domuz hāc nocte ac die: ſup domuz
de qua dixiſti: erit nomē meum ibi: vt exaudi- D
as oronem quā orat in loco iſto ad te ſeruus tu
us vt exaudias deprecatiōem ſerui tui ⁊ popu-
li tui iſrael quodcūq; orauerit in loco iſto: ⁊ ex
audies in + loco habitaculi tui in celo: ⁊ cum Al's + in locum tabernaculi
exaudieris propitius eris. [d] Si peccauerit ho-
mo in proximum ſuum: ⁊ habuerit aliqḋ iu-
ramentum quo teneatur aſtrictus: ⁊ venerit d 2.para.6.b.
propter iuramentum coram altari tuo in do-
mum tuā: tu exaudies in celo: ⁊ facies ⁊ iudi-
cabis ſeruos tuos: ꝯdēnās impiuz: ⁊ reddēs
viam ſuam ſup caput eius: iuſtificanſq; iuſtuz
⁊ retribuēs ei ſm iuſtitiam ſuā. Si fugerit po
pulus tuus iſrael inimicos ſuos: q; peccaturus
eſt ibi: ⁊ agentes penitentiam ⁊ ꝯfitentes noī
tuo: venerint ⁊ adorauerint ⁊ deprecati te fue
rint in domo hac: exaudi i celo: ⁊ dimitte pec
catum populi tui iſrael: ⁊ reduces eos in ter-
ram quā dediſti prībus eorum. Si clauſuz fue
rit celum ⁊ nō pluerit ꝓpter peccata eorum: ⁊
orantes in loco iſto penitentiam egerint nomi
ni tuo: ⁊ a peccatis ſuis conuerſi fuerint ꝓpť
afflictionez ſuam: exaudi eos in celo: ⁊ dimit
te peccata ſeruorum tuorum: ⁊ populi tui iſra-
el: ⁊ oſtende eis viam bonam ꝑ quam ambu-
lēt: ⁊ da pluuiam ſup terram quam dediſti po
pulo tuo in poſſeſſionem. Fames ſi aborta fue
rit in terra: aut peſtilentia: aut corruptus aer:
aut erugo aut locuſta: vel rubigo: ⁊ afflixerit
eum inimicus eius portas obſidēs: oīs plaga
vniuerſa infirmitas: cūcta + deuotatio ⁊ im- Al's + in uocatio Al's + oio ⁊ deprecatio
precatio que acciderit oī homini de populo
tuo iſrael: ſi quis cognouerit plagam cordis
ſui ⁊ expanderit manus ſuas in domo hac: tu
exaudies in celo in loco habitationis tue ⁊ re-
propitiaberis ⁊ facies vt des vnicuiq; ſm o-
mnes vias ſuas ſicut videris cor eius: quia [e] no-
ſti ſolus cor oīum filiorum hoīum: vt timeant e 1a.q.2.c. penitentia de ꝯſe. di. 1.ca.
te cunctis diebus quibus viuunt ſuper faciez
terre quam dediſti patribus noſtris. Inſuper E
⁊ alienigena qui nō eſt de populo tuo iſrael cū 2.q.5.ca. ſi iudicis
venerit de terra lōginqua propter nomē tuuz:

audiétur enim nomen tuum magnum ⁊ ma-
nus tua fortis ⁊ brachiū tuū extétū vbicūqꝫ
Cū vénerit ergo ⁊ orauerit in hoc loco: tu exáu
dies in celo in firmamento habitáculi tui: ⁊
fácies oīa pro qbus inuocáuerit te alienigena
vt diſcant vniuérſi pópuli térraꝝ nomen tuū
timére: ſicut ppl's tuus iſraél: ⁊ ꝓbent qꝛ nomē
tuū inuocátū eſt ſup domum hác quam edifi
cáui. Si egréſſus fúerit ppl's tuus ad bellū con
tra inimicos ſuos per viam quocūqꝫ miſeris
eos: orábūt te ꝯtra viā ciuitátis quā elegiſti ⁊
ꝯtra domū quā edificáui nómini tuo: ⁊ exáu-
dies in celo orōnes eoꝝ: ⁊ préces eoꝝ ⁊ fáci-
es iudiciū eorum.[f] Qꝫ ſi peccáuerint tibi (non
eſt eni homo q non péccet) ⁊ irat' tradideris
eos inimícis ſuis: ⁊ captiui ducti fúerint i ter-
ram inimicoꝝ longe vel própe ⁊ égerint peni-
tentiā in corde ſuo in loco captiuitatis: ⁊ ꝯuer
ſi deprecáti te fúerint in captiuitate ſua dicen-
tes[g] peccáuim' inique égim': impie geſſimus
⁊ reuérſi fúerint ad te in vniuerſo corde ſuo:
⁊ tota aīa ſua in terra inimicoꝝ ſuoꝝ ad quā
captiui ducti fúerint: ⁊ oráuerint te contra vi-
am terre ſue quā dediſti pátribus eoꝝ ⁊ ciui-
tatis quā elegiſti: ⁊ tépli qđ edificáui nomini
tuo: exáudies in celo in firmaménto ſólij tui
orōnes eoꝝ ⁊ preces eoꝝ: ⁊ fácies iudiciū eo
rum: ⁊ ꝓpitiáberis ppl'o tuo qui peccáuit tibi:
⁊ oībus iniqtatibus eoꝝ quibus preuaricáti
ſunt in te: ⁊ dabis miſericordiā coram eis qui
eos captiuos habúerint vt miſereánt eis. Po
pulus eni tuus eſt ⁊ heréditas tua: quos eduxi
F ſti de terra egýpti de medio fornácis férree: vt
ſint oculi tui apérti ad deprecationē ſerui tui ⁊
ppl'i tui iſraél: ⁊ exáudies eos in vniuerſis pro
qbus inuocáuerint te. Tu eni ſeparáſti eos ti-
bi in hereditátē de vniuérſis ppl'i terre: ſicut lo
cutus es p móyſen ſeruū tuum qñ eduxiſti pa
tres nros de egýpto dñe deus. Factū eſt autem
cū compléſſet ſálomon orans dñm oēm ora-
tionē ⁊ deprecatiónem hanc: ſurréxit de ꝯſpe-
ctu altáris dñi. Vtrúmqꝫ eni génu in térram
fixerat ⁊ man' expanderat ad celū. Stetit ergo
⁊ bñdixit oī ecclésie iſraél voce magna dicēs.
Benedictus dñs deus q dédit réquiē populo
ſuo iſraél iuxta oīa que locutus eſt. Non ceci-
dit ne vnus qdem ſermo ex oībus bonis que
locut' eſt per móyſen ſeruū ſuum. Sit dñs deus
noſter nobiſcū ſicut fuit cū patrib' noſtris non
derelinquēs nos neqꝫ proijciens: ſed inclinet
corda nra ad ſe vt ambulém' in vniuérſis vijs

f 2. par. 6. e.
Eccl. 7. c.
1. Jo. 1. d.

g Dan. 3. c.

eius ⁊ cuſtodiam' mandata eius ⁊ cerimónia
⁊ iudicia quecūqꝫ mandauit patrib' noſtris: ⁊
ſint ſermones mei iſti qbus deprecat' ſum co
ram dño appropinquantes dño deo nro die
ac nocte: vt fáciat iudiciū ſeruo tuo ⁊ ppl'o tuo
iſraél per ſingulos dies: vt ſciant omnes ppl'i
terre qꝛ dñs ipſe eſt de': ⁊ non eſt últra abſqꝫ
eo. Sit quoqꝫ cor nrm perféctū cum dño deo G
nro vt ambulémus in decrétis eius: ⁊ cuſto-
diámus mandata ei' ſicut ⁊ hódie. Igit rex ⁊
omnis iſraél cū eo immolábant victimas co-
ram dño. Mactauitqꝫ ſálomon hoſtias paci-
ficas quas immoláuit dño: boum vigintiduo
milia ⁊ óuiū centū viginti milia. Et dedicauē
runt templum domini rex ⁊ filij iſrael. In die
illa ſanctificáuit rex médiū átrij qđ erat ante
domū domini. Fecit qppe holocáuſtum ibi ⁊ ſa
crificiū ⁊ ádipem pacificóꝝ: qm altáre éreū
qđ erat coram domino min' erat: ⁊ capere nō
póterat holocáuſtū ⁊ ſacrificiū ⁊ ádipem paci-
ficóꝝ.[b] Fecit ergo ſálomon in tpe illo feſtiui-
tátem célebrem: ⁊ omnis iſraél cū eo múlti-
tudo magna ab introitu emáth vſqꝫ ad riuū
egýpti coram domino deo noſtro ſeptem die-
bus ⁊ ſeptem dieb' ideſt qtuórdecim dieb': ⁊
in die octauo dimiſit ppl'os. Qui benedicéntes
regi profecti ſūt in tabernacula ſua letántes ⁊
álacri córde ſup omnib' bonis q fecerat domi
nus dauid ſéruo ſuo ⁊ iſraél populo ſuo.

b De cel. di. i. ca. i. ⁊ ſalemo n. ⁊ ca. ſolē. mnites cū glo. 2. par. 7.

C Ca. Sū. C De apparitione ſecunda domi-
ni ad ſalomonem: de oppidis datis hyrā a ſa-
lomone: pharao dat iaſem in dotē filie. Salo
mon edificat ciuitates omni iſrael: ppl'os ca-
naneoꝝ facit tributarios: de filijs iſrael nemi-
nem ſeruire conſtituit: claſſem mittit in ophir
ad aurum deportandum. C IX

Factū eſt aūt cū perfecíſſet ſálo-
mon edificium dom' domini ⁊ A
edificiū regis ⁊ omne qđ optá
uerat ⁊ volúerat facere:[a] appá-
ruit ei dñs ſecundo ſicut appa-
ruérat ei in gabaón. Dixitqꝫ do
minus ad eū. Exaudiui orationem tuam ⁊ de
precationem tuā: quam deprecát' es coram me
ſanctificáui domū hanc quam edificáſti vt pó
nerem nomen meū ibi in ſempitérnū: ⁊ érūt
oculi mei ⁊ cor meū ibi cūctis dieb'. Tu quo-
qꝫ ſi ambuláueris coram me ſicut ambuláuit
pater tu' in ſimplicitáte córdis ⁊ in eqtáte: ⁊
féceris omnia q precepi tibi ⁊ iudícia mea ſer
uáueris ⁊ legitima mea: ponam thrónū regni

a De pe. diſ. 2. ca. [illegible] enim. Sup. c. 3. 2. par. 7.

tui ſuper iſraél in ſempitérnum ſicut locútus
ſum dauid pr̄i tuo dicens. Non auferét de gé-
B nere tuo vir de ſolio iſraél. Si aūt auerſione a-
uérſi fuéritis vos ⁊ filij vr̄i non ſequentes me
nec cuſtodiéntes mādata mea ⁊ cerimónias
q̄s propóſui vobis: ſed abiéritis ⁊ coluéritis de
os aliénos ⁊ adoraueritis eos: áuferā iſraél de
ſupficie terre quā dedi eis: ⁊ templū qd̄ ſan-
ctificaui nomini meo piiciam a pſpectu meo:
eritq; iſraél in puerbium ⁊ in fábulam cūctis
populis: ⁊ domꝰ hec erit in exemplū. Omnis q
tranſierit p eam: ſtupébit ⁊ ſibilábit ⁊ dicet.
b Deute. 29.c. b Quare fecit dñs ſic terre huic ⁊ domui huic?
Hier.22.c. Et rñdébunt. Quia dereliquérunt dñm deū
ſuum q edúxit pr̄es eoꝝ de terra egýpti: ⁊ ſe-
cúti ſunt deos aliénos: ⁊ coluerūt eos: ⁊ adora
uerūt eos: idcirco indúxit dñs ſuper eos omne
c 2.pa.8.a malum hoc. c Explétis aūt annis viginti poſtq̄
edificauerat ſálomō duas domos id eſt domū
dñi ⁊ domum regis: hyrám rege týri prebén
te ſalomóni ligna cedrina ⁊ abiégna ⁊ áuruꝫ
iuxta oē quod opus habúerat: tunc dedit ſálo
mon hyram viginti oppida in terra galilée.
C Et egreſſus eſt hyrám de týro vt vidéret óp-
pida q̄ déderat ei ſálomon ⁊ non placuérunt
ei: ⁊ ait. Heccine ſūt ciuitates quas dediſti mi
hi frat. Et appelláuit eas terrā chabúl vſq; in
diem hanc. Miſit ergo hyrám ad regem ſalo
moneꝫ centū viginti talénta áuri. Hec ē ſúm
ma expenſaꝝ quam obtulit ſalomóni rex ad
edificándā domum dñi ⁊ domum ſuā ⁊ mel-
ló ⁊ muꝝ hieruſaléꝫ ⁊ heſér ⁊ mageddó ⁊ ga-
ʒér. Phárao rex egýpti aſcédit ⁊ cepit gaʒér:
ſuccenditq; eam igni: ⁊ chananéum q habita
bat in ciuitate iterfécit ⁊ dédit eā in dótem fi
Al. + vxoria. lie ſue + vxori ſalomónis. Edificauit ergo ſá-
lomon gaʒér ⁊ bethorón inferiorē ⁊ baaláth ⁊
palmiraꝫ in terra ſolitúdinis: ⁊ omnes vicos
q ad ſe ptinébant: ⁊ erant abſq; muro muni-
uit: ⁊ ciuitates cúrruū ⁊ ciuitates équitum: ⁊
quodcūq; ei plácuit: vt edificáret in hieruſa-
lém ⁊ in líbano ⁊ in oi t̄ra poteſtatis ſue. Uni
uerſuꝫ pplm qui remánſerat de ammoréis ⁊
de ethéis ⁊ de phereʒéis ⁊ euéis ⁊ iebuſéis qui
non ſunt de filijs iſraél. Hoꝝ filios qui remán
ſerát in terra quos ſcilicet non potuérant filij
iſraél exterminare fecit ſálomon tributários
D vſq; in dié hanc. De filijs aūt iſraél non pſti-
tuit ſálomon ſeruire quemq̄: ſed erant viri
bellatóres ⁊ miniſtri eiꝰ ⁊ principes ⁊ duces ⁊
prefecti cúrruū ⁊ equoꝝ. Erant aūt principes
ſuper omnia opera ſalomónis prepóſiti quīn-
genti qnquaginta q habebant ſubiectū pplm:
⁊ ſtatú tis operibus imperabant. Filia aūt pha
raónis aſcéndit de ciuitate dauid in domū ſu-
am quā edificauerat ei ſálomon. Tūc edifica
uit melló. Offerébat quoq; ſálomon tribꝰ vi-
cibus p annos ſingulos holocáuſta ⁊ pacificas
victimas ſuper altare qd̄ edificáuerat dño: ⁊
adolebat thymiáma coram dño. Perfectúm-
q; eſt templū. Claſſem quoq; fecit rex ſálomō
in aſiongabér q̄ eſt iuxta hayláʒ in littore ma-
ris rubri in terra idumeé. Miſitq; hyrám in
cláſſe illa ſeruos ſuos viros náuticos ⁊ gnáros
maris cum ſeruis ſalomonis. Qui cum veniſ-
ſent in ophir ſumptum inde áurum quadrin
gentóꝝ viginti talentóꝝ detulérunt ad re
gem ſalomónem.

¶ Capituli Summarium. ¶ Uenit regina
ſaba hieruſaleꝫ ⁊ obſtupeſcit: dat ⁊ áccipit mu
nera: fecit rex ſalomon ducenta ſcuta aurea ⁊
thronum eburneum: de claſſe regis ⁊ abundā-
tia ⁊ equis. ¶ X

Sed ⁊ regina a ſabá audíta fama A
ſalomónis: in noie domini vé- a 2.pa.9.a Math.12.d Luce.11.d
nit tentáre eū in enigmátibus.
Et ingreſſa hieruſalém cū mul
to comitátu ⁊ diuitijs: camélis
portantibꝰ arómata: ⁊ áuꝝ infi-
nitum nimis: ⁊ gémmas precioſas: vénit ad
regē ſalomónem: ⁊ locuta eſt ei vniuerſa que
habébat in corde ſuo. Et docuit eā ſálomon o
mnia verba q̄ propoſuit. Non fuit ſermo q re
gem poſſet latére: ⁊ nō reſpondéret ei. Uidens
autem regina ſabá omnē ſapiéntiam ſalomó
nis ⁊ domū quam edificauerat: ⁊ cibos menſe
eiꝰ: ⁊ habitácula ſeruoꝝ ⁊ órdines miniſtrán-
tium: veſteſq; eoꝝ: ⁊ pincérnas ⁊ holocáuſta q̄
offerébat in domo dñi: non habébat vltra ſpi
ritū. Dixitq; ad regē. Uerus eſt ſermo quē au-
diui in terra mea ſuper ſermonibꝰ tuis ⁊ ſuper
ſapiētia tua: ⁊ non credébā narrántibꝰ mihi ⁊
donec ipſa veni ⁊ vidi oculis meis: ⁊ pbáui qꝛ
media pars mihi nūciáta non fuerit. Maior
eſt ſapiētia ⁊ ópera tua q̄ꝫ rumor quē audiui. B
Beati viri tui ⁊ bt̄i ſerui tui hi q ſtānt coram
te ſemp: ⁊ áudiunt ſapientiā tuam. Sit domi-
nus deꝰ tuus benedictꝰ cui complacuiſti: ⁊ pó-
ſuit te ſup thrónum iſraél: eo qꝛ diléxerit dñs
iſraél in ſempiternū: ⁊ conſtituit te regeꝫ vt fá
ceres iudíciū ⁊ iuſtitiam. Dedit ergo regi cē-
tum viginti talénta áuri: ⁊ arómata multa ni

mis ⁊ gemmas precioſas. Non ſunt allata vl
tra aromata tã multa: q̃ʒ ea q̃ dedit regina ſa
ba regi ſalomoni. Sʒ ⁊ claſſis hyram q̃ porta
bat auꝝ de ophir attulit ex ophir ligna + tina
multa nimis: ⁊ gemmas p̃cioſas. Fecitqʒ rex
de lignis tinis fulcra domus dñi ⁊ domus re
gie: ⁊ citharas lyraſqʒ cantoꝛib⁹. Non ſunt il
lata huiuſcemodi ligna + tina neqʒ viſa vſqʒ
in preſentẽ diem. Rex aũt ſalomon dedit regi
ne ſaba omnia que voluit ⁊ petiuit ab eo: excẽ
ptis his q̃ vltro obtulerat ei munere regio.
Que reuerſa eſt ⁊ abijt in terrã ſuã cũ ſeruis
ſuis. + Erat aũt pondus auri qđ offerebať ſa
lomoni p annos ſingulos ſexcentoꝝ ſexagin
taſex talentoꝝ auri: excepto eo qđ offerebãt vi
ri qui ſuper vectigalia erãt ⁊ negociatores: vni
uerſiqʒ ſcuta vendentes: ⁊ oẽs reges arabie: du
ceſqʒ terre. Fecit quoqʒ rex ſalomõ ducenta
ſcuta de auro puriſſimo. Sexcentos auri ſiclos
dedit in laminas ſcuti vni⁹: ⁊ trecentas peltas
ex auro pꝛobato. Trecẽteqʒ mine auri vnam
peltã veſtiebant. Poſuitqʒ eas rex in domo ſal
tus libani. Fecit etiã rex ſalomon thꝛonuʒ de
eboꝛe grandẽ: ⁊ veſtiuit eũ auro fuluo nimis
q habebat ſex gradus. Et ſummitas thꝛoni ro
tunda erat in pte poſterioꝛi: ⁊ due man⁹ hinc
atqʒ inde tenẽtes ſedile: ⁊ duo leones ſtabant
iuxta man⁹ ſingulas: ⁊ duodecim leunculi ſtã
tes ſup ſex gradus hinc atqʒ inde. Non eſt fa
ctum tale opus in vniuerſis regnis. Sed ⁊ oĩa
vaſa de q̃bus potabat rex ſalomon erãt aurea
⁊ vniuerſa ſuppellex dom⁹ ſaltus libani de au
ro puriſſimo. Nõ erat argentũ nec alicuius
pꝛecij putabať in diebus ſalomonis: q2 claſſis
regis p mare cum claſſe hyram ſemel p tres
annos ibat in tharſis deferẽs inde auꝝ ⁊ ar
gentũ ⁊ dentes elephantoꝝ: ⁊ ſimias ⁊ pauos.
b Magnificatus eſt ergo rex ſalomon ſuper o
mnes reges terre diuitijs ⁊ ſapiẽtia. Et vniuer
ſa terra deſiderabat + vultũ ſalomonis vt au
diret ſapientiã eius quã dederat deus in coꝛ
de ei⁹. Et ſinguli deferebant ei munera: vaſa
argentea ⁊ aurea: veſtes ⁊ arma bellica: aro
mata quoqʒ ⁊ equos ⁊ mulos per annos ſingu
los. Cõgregauitqʒ ſalomon currus ⁊ equites:
⁊ facti ſunt ei mille q̃dringenti currus: ⁊ duo
decim milia equitũ. Et diſpoſuit eos p ciuita
tes munitas: ⁊ cũ rege in hieruſalem. Fecitqʒ
vt tanta eſſet abundantia argenti in hieruſa
lem quanta ⁊ lapidum: ⁊ cedroꝝ pꝛebuit
multitudinẽ quaſi ſicomoros que naſcuntur

He + thy na vel ſty nis — C — He + thy na vel ſty nis — + Accipiendo talẽti medio mõ: reddit⁹ ſalomonis erãt annualiter q̃tuor milionũ ungẽta ⁊ quinq̃ginta quaſi milia: ⁊ quadringenti quadraginta ducat: ſcilicet ex tributis: abſqʒ vectigalibus ⁊ negociatoribus. — D — b 2. para. 9. c. — Diſ + videre

in campeſtribus. Et educebantur equi ſalo
moni de egypto ⁊ de choã. Negociatores enim
regis emebant de choã ⁊ ſtatuto pꝛecio perdu
cebant. Egrediebatur autẽ quadriga ex egy
pto ſexcentis ſiclis argenti: ⁊ equus centum
quinquaginta. Atqʒ in hunc moduʒ cuncti re
ges etheoꝛum ⁊ ſyrie equos vendebant.

¶ Capituli Summarium. ¶ De ſeptingen
tis vxoꝛibus ⁊ trecentis concubinis regis per
quas ſalomon preuaricatus eſt: comminatur
ei dominus: ⁊ ſuſcitat aduerſarios ei adad ra
zon ⁊ hieroboam: de concuſſione regni de abia
pꝛopheta ad hieroboam miſſo: ſalomon volu
it interficere hieroboam: ſed fugit: de moꝛte ſa
lomonis. ¶ XI

a Rex autem ſalomon adamauit A
mulieres alienigenas multas. a eccleſ. 47. c.
Filiaʒ quoqʒ pharaonis ⁊ moa
bitidas ⁊ ammonitidas: idume
as: ⁊ ſydonias: ⁊ cetheas: de gẽ
tibus ſup quibus dixit dñs fi
lijs iſrael. b Non ingrediemini ad eas: neqʒ de b exo. 34
illis ingredientur ad vras. Certiſſime enĩ auer
tent coꝛda veſtra: vt ſequamini deos eaꝝ. His
itaqʒ copulatus eſt ſalomõ ardentiſſimo amo
re. c Fuerunt ei vxoꝛes quaſi regine ſeptingen c Cant. 6.
te: ⁊ cõcubine trecente. Et auerterunt mulie
res coꝛ eius. Cumqʒ iam eſſet ſenex: depraua
tum eſt coꝛ eius per mulieres: vt ſequeretur de
os alienos: nec erat coꝛ eius perfectum cum do
mino deo ſuo: ſicut coꝛ dauid patris eius. d Sʒ d Iſra. ec
colebat ſalomon aſtharthen deam ſidonio 3. 47. 3.
rum ⁊ chamos deum moabitarum: ⁊ moloch 32. 4. 4.
idolum ammonitarum. Fecitqʒ ſalomon qđ ſalomo B
nõ placuerat coꝛam dño: ⁊ nõ adimpleuit vt
ſequereť dñm: ſicut dauid pr̃ eius. Tũc edifi
cauit ſalomõ phanum chamos idolo moab
in mõte qui eſt ꝯtra hieruſalẽ: ⁊ moloch ido
lo filioꝝ ammon. Atqʒ in hũc modũ fecit vni
uerſis vxoꝛib⁹ ſuis alienigenis: que adolebant
thura ⁊ immolabant dijs ſuis. Igiť iratus eſt
dñs ſalomoni q2 auerſa eſſet mens eius a dño
deo iſrael qui apparuerat ei ſecundo ⁊ precẽ
perat de v̓bo hoc ne ſequereť deos alienos: ⁊ nõ
cuſtodiuit q̃ mandauit ei dñs. Dixit itaqʒ do
minus ſalomoni. Quia habuiſti hoc apud te
⁊ nõ cuſtodiſti pactũ meum ⁊ precepta mea q̃
mãdaui tibi: diſrumpẽs ſcindam regnũ tuum
⁊ dabo illud ſeruo tuo. Veruntñ in dieb⁹ tuis
nõ faciam pꝛopť dauid prẽm tuuʒ. De manu
filij tui ſcindã illud: nec totũ regnũ auferaʒ: C

ſed tribúm vnaꝫ dabo filio tuo propter dauid
ſeruū meum: ⁊ hieruſalém quā elégi. Suſci-
táuit aūt dominus aduerſáriū ſalomóni adád
iduméuꝫ de ſémine régio: q erat in edóm. Cū
enim eſſet dauid in iduméa: ⁊ aſcédiſſet ioáb
princeps militie ad ſepeliéndū eos q fuerát in
terfecti: ⁊ occidiſſet oē maſcúlinū in iduméa.
Sex enim ménſib[9] ibi morátus eſt ioáb ⁊ oīs
iſraél donec interimeret omne maſculinū in
iduméa: fúgit adád ipſe ⁊ viri iduméi de ſer-
uis pr̄is eius cū eo vt ingrederéť egýptum. E-
rat autem adád púer páruulus. Cūqꝫ ſurrexiſ
ſent de madián: venérūt in pharám. Tulerūt-
qꝫ ſecū viros de pharám ⁊ introiérunt egýptū
D ad pharaónem regem egýpti. Qui dedit ei do
mū ⁊ cibos ꝯſtituit: ⁊ terram delegáuit. Et in-
uenit adád grām coram pharaóne válde: in-
tm̄ vt daret ei vxorem ſorórē vxóris ſue germá
nam tháfnes regine. Genuitqꝫ ei ſoror tháf-
nes genebáth filiū: ⁊ nutríuit eum tháfnes in
domo pharaonis: Eratqꝫ genebáth hábitans
apud pharaónem cū filijs eius. Cūqꝫ audiſſet
adád in egýpto dormiſſe dauid cum patribus
ſuis: ⁊ mortuū eſſe ioáb principem militie: di-
c Re.10.d xit pharaóni. [c] Dimítte me vt vádam in terrā
meam. Dixitqꝫ ei phárao. Qua enim re apud
me indiges. vt quéras ire ad terrā tuam? At il
le reſpódit. Nulla. Sed óbſecro te vt dimittas
me. Suſcitáuit quoqꝫ ei deus aduerſárium ra
zón filiuꝫ eliadám qui fúgerat adadezér re-
gem ſabá dominum ſuuꝫ: ⁊ congregáuit con-
tra eum viros: ⁊ factus eſt princeps latrónum
E cuꝫ interficeret eos dauid: Abierúntqꝫ damá
ſcum ⁊ habitauérunt ibi: ⁊ conſtituérunt euꝫ
regem in damáſco. Eratqꝫ aduerſárius iſraél
cunctis diebus ſalomónis. Et hoc eſt malum
adád ⁊ ódium contra iſraél: regnauitqꝫ in ſý-
ria. Hieroboám quoqꝫ filius nabáth ephrate-
us de ſaredá ſeruus ſalomónis cuius mr̄ erat
nomine ſeruá mulier vidua: leuauit manum
contra regem. Et hec eſt cauſa rebelliónis ad-
uérſus eum: q: ſálomon edificáuit melló: ⁊
coequáuit voráginem ciuitátis dauid pr̄is ſui
Erat aūt hieroboám vir fortis ⁊ pótens. Vi-
dénſqꝫ ſálomon adoleſcénteꝫ bone indolis ⁊
indúſtriū: conſtitúerat eum prefectū ſuper tri
búta vniuerſe domus ioſéph. Factū eſt igitur
in tp̄e illo vt hieroboám egrederétur de hieru
ſalém ⁊ inueniret eū ahías ſylonites prophé-
ta in via opértus pallio nouo. Erant aūt duo
tm̄ in agro. Apprehendénſqꝫ ahías pálliuꝫ ſu-
F um nouum quo coóptus erat ſcidit in duóde
cim pártes: ⁊ ait ad hieroboám. Tólle tibi de
cem ſciſſúras. Hec enim dicit dn̄s deus iſraél.
Ego ſcindā regnuꝫ de manu ſalomónis: ⁊ da-
bo tibi decē tribus. Porro vna tribus remanē
bit ei propter ſeruū meum dauid: ⁊ hieruſaléꝫ
ciuitatē quam elégi ex oībus tribubus iſraél:
eo q dereliquerit me [f] ⁊ adoráuerit aſthertihén f ſup. 11.
deam ſidonioꝝ ⁊ chamós deum moáb: ⁊ mo-
lóch deum filioꝝ ammón: ⁊ nō ambuláuerit
in vijs meis vt fáceret iuſtitiā coram me: ⁊ pre
cepta mea ⁊ iudicia ſicut dauid pať eius. Nec
áuferā omne regnū de manu eius: ſed ducem
ponam eū cunctis diebus vite ſue propter da-
uid ſeruū meum quē elégi: qui cuſtodíuit mā
data mea ⁊ precepta mea. Auferam autem re
gnuꝫ de manu filij ei[9]: ⁊ dabo tibi decē tribus:
filio aūt eius dabo tribuꝫ vnā vt remáneat lu
cerna dauid ſeruo meo cūctis diebus coram
me in hieruſalém ciuitate quā elégi: vt eſſet
nomen meū ibi. Te aūt aſſumam ⁊ regnábis
ſup omnia que deſiderat anima tua: eriſqꝫ rex
ſuper iſraél. Si igiť audieris omnia q̄ precépe G
ro tibi ⁊ ambuláueris in vijs meis: ⁊ féceris
qđ rectum eſt coram me cuſtódiens mandata
mea ⁊ precepta mea: ſicut fecit dauid ſeruus
meus ero tecū ⁊ edificábo tibi domū fidéleꝫ:
qúo edificáui dauid domū: ⁊ trádam tibi iſra
él: ⁊ affligaꝫ ſemē dauid ſup hoc. Verúntamē
non cunctis diebus. Vóluit ergo ſálomon in-
terficere hieroboám. Qui ſurréxit ⁊ aufúgit
in egýptū ad ſeſác regem egýpti: ⁊ fuit in egý
pto vſqꝫ ad mortē ſalomonis: [g] Réliquū auteꝫ g 2 Par. 9.
verboꝝ ſalomónis ⁊ oīa que fecit ⁊ ſapientia
eius: ecce vniuerſa ſcripta ſunt in libro verboꝝ
dieꝝ ſalomónis. Dies aūt quos regnáuit ſa-
lomón in hieruſalém ſuper oēꝫ iſraél: quadra
ginta ān̄i ſunt. Dormiuitqꝫ ſálomon cū patri-
bus ſuis: ⁊ ſepult[9] eſt in ciuitate dauid patris
ſui: regnauitqꝫ roboám fili[9] eius pro eo.

¶ Ca. Sū. ¶ De roboā qui conſilio vſus eſt
iuuenum ⁊ tm̄ ſuper duas tribus rex ꝯſtitui-
tur: hieroboā autem ſup decem trib[9]: de ſeme-
ia ꝓpheta ad roboā miſſo: de vitulis aureis qs
(fecit hieroboam. ¶ XII

V Enit aūt roboám in ſychém. Il-
A lúc eniꝫ ꝯgregát[9] erat oīs pp̄ls
iſraél ad ꝯſtituéndū eum regē.
At v̄o hieroboám fili[9] nabáth
cū adhuc eſſet in egýpto profu
g[9]a facie ſalomónis regis audita morte ei[9] re

1.par. 10.a 2.q.i.c. de nique 16.q.i.ca. eccleſia ũerſus eſt de egypto. Miſerúntqȝ ⁊ vocauérũt
eũ. // Uénit ergo hieroboáȝ ⁊ omnis mltitudo
iſraél: ⁊ locuti ſunt ad roboám dicentes. Pa-
ter tuꝰ duriſſimum iúgum impóſuit nobis: tu
itaqȝ nũc imminue páululuȝ de império pr̃is
tui duriſſimo: ⁊ de iúgo grauiſſimo qđ impó
B ſuit nobis: ⁊ ſeruiémꝰ tibi. Qui ait eis. Jte vſ-
qȝ ad tertiũ diem: ⁊ reuertimini ad me. Cũqȝ
abiſſet ppl's iniit conſiliũ rex roboám cũ ſenió
ribus qui aſſiſtébãt coꝛam ſalomóne pr̃e eius
cum adhuc viueret: ⁊ ait eis. Qđ datis conſili
um vt reſpondeã populo. Qui dixérunt ei. Si
hodie obediéris ppl'o huic ⁊ ſeruieris: ⁊ petitió
ni eoꝝ ceſſeris: locutúſqȝ fueris ad eos verba
lénia: erunt tibi ſerui cunctis diebus. Qui de-
reliquit conſiliũ ſénuȝ quod déderãt ei: ⁊ ad-
hibuit adoleſcéntes qui nutriti fuerant cum
eo: ⁊ aſſiſtébant illi. dixitqȝ ad eos. Quod mi-
hi datis conſilium vt reſpondeã populo huic:
qui dixérunt mihi: léuius fac iúgum qđ impo
ſuit pater tuus ſup nos. Et dixérunt ei iúuenes
C qui nutriti fúerant cũ eo. Sic loquere populo
huic: qui locuti ſunt ad te dicentes: pr̃ tuus ag-
2.par.10.c grauáuit iúgum nr̃m: tu réleua nos. // Sic lo-
quéris ad eos. Minimus digitus meus gróſ
ſioꝛ eſt dóꝛſo pr̃is mei. Et nunc pr̃ meus póſu-
it ſup vos iúgum gráue: ego autẽ áddam ſup
iúgum vr̃m. Pr̃ meus cecidit vos flagellis:
ego autem cédam vos ſcoꝛpiónibus. Uénit er
go hieroboám ⁊ oĩs populus ad roboám die
tertia: ſicut locutus fúerat rex dicẽs. Reuerti-
D mini ad me die tertia. Reſponditqȝ rex popu-
lo dúra: derelicto conſilio ſenioꝝ quod ei dé-
derant: ⁊ locutꝰ eſt eis ſc̃m conſilium iúuenuȝ
dicens. Pr̃ meus aggrauáuit iúgum vr̃ȝ: ego
autem áddam iugo vr̃o. Pr̃ meus cecidit vos
flagéllis: ego aũt cédam vos ſcoꝛpiónibus. Et
1 reg. ad ierſa. ius non acquiéuit rex populo: quoniam + auérſa
tus fuérat eum dominꝰ: vt ſuſcitáret verbuȝ ſu
um quod locútus fúerat in manu ahie ſyloni-
te ad hieroboãm filiuȝ nabáth. Uidens itaqȝ
populus ꝙ noluiſſet eos audire rex: rñdit ei
dicens. Que nobis ps in dauid: vel que heré-
ditas in filio iſai? Uade ĩ tabernacula tua iſra
él. Nunc vide domum tuã dauid. Et abiit iſra
1.par.10.d él in tabernacula ſua. // Sup filios autem iſra-
él quicũqȝ habitabant in ciuitatibus iudá: re-
gnauit roboám. Miſit ergo rex roboám adu-
rám qui erat ſup tribúta ⁊ lapidáuit euȝ oĩs
E iſraél: ⁊ moꝛtuus eſt. Poꝛro rex roboám feſti-
nus aſcendit currũ ⁊ fúgit in hieruſalém. Re
ceſſitqȝ iſraél a domo dauid vſqȝ in preſentem
diem. Factũ eſt autem cũ audiſſet omnis iſra
él ꝙ reuérſus eſſet hieroboám miſérunt ⁊ vo-
cauérunt eum ꝯgregato cetu: ⁊ conſtituérunt
eũ regem ſup omnem iſraél: nec ſecútus eſt
quiſpiam domũ dauid preter tribum iudá ſo
laȝ. // Uenit autem roboám hieruſalém: ⁊ con 2.par.11.f. eccli.47.e.
gregáuit vniuerſam domũ iudá ⁊ tribũ benia
min centũoctoginta milia eléctoꝝ viroꝝ ⁊ bel
latoꝝ vt + pugnárent ꝯtra domum iſraél: ⁊ re vt + pugnarent
dúcerent regnũ roboám filio ſalomónis. Fa- F
ctus eſt aũt ſermo dñi ad ſemeiam viꝝ dei di
cens. Lóquere ad roboám filiũ ſalomónis re
gem iudá ⁊ ad oẽm domum iudá ⁊ beniamin
⁊ reliquos de populo dicẽs. Hec dicit dñs. Nõ
aſcendétis neqȝ bellábitis contra fr̃es veſtros
filios iſraél. Reuertát̃ vir in domum ſuam. A
me enim factũ eſt verbum hoc. Audiérunt ſer
monem dñi ⁊ reuerſi ſunt de itinere: ſicut eis
precépat dominus. Edificáuit aũt hieroboám
ſychem in monte effraim: ⁊ habitáuit ibi. Et
egréſſus inde edificauit phanuél. Dixitqȝ hie-
roboám in coꝛde ſuo. Nunc reuertét̃ regnum
ad domum dauid. Si aſcénderit populus iſte
vt fáciat ſacrificia in domo dñi in hieruſaléȝ:
⁊ conuertét̃ coꝛ populi huius ad dñm ſuuȝ ro-
boám regem iudá: interficiéntqȝ me ⁊ reuer
tent̃ ad eum. Et excogitáto conſilio fecit duos
vitulos áureos: ⁊ dixit eis. Nolite vltra aſcén-
dere in hieruſalém. // Ecce dij tui iſraél qui te
eduxérunt de terra egypti. Poſuitqȝ vnum in G
bethél ⁊ alteꝝ in dán. Et factum eſt verbũ hoc Exo.32.b. 1.q.i.ca. ſ[...]
in peccatum. Jbat eni populus ad adoꝛánduȝ qs inq. e[...]
vitulum vſqȝ in dán. Et fecit phána in excél- a l ieroboam
ſis: ⁊ ſacerdotes de extrémis ppli qui nõ erant ⁊ ca. ſcri-
de filijs leui. Conſtituitqȝ diẽ ſoléunem in mẽ ptura
ſe octáuo quintadecima die menſis in ſimilitu
dinem ſolennitatis que celebrat̃ in iudá. Et a
ſcéndens altáre ſimilit̃ fecit in bethél: vt ĩmo-
láret vitulis: quos fabricátus fúerat / Conſtitu
itqȝ in bethél ſacerdótes excelſoꝝ que fécerat 2.par.11.e
⁊ aſcéndit ſup altare quod extrúxerat ĩ bethél
quintadecima die menſis octaui quẽ finxerat
de coꝛde ſuo. Et fecit ſolẽnitátem filijs iſraél:
⁊ aſcendit ſup altáre vt adoléret incenſum.
¶ Ca. xiii. ¶ De viro dei q venit in bethel qui
de ioſia naſcituro prophetauit: ſignũ dat ⁊ de ef
fuſione cinis: ⁊ dextera hieroboã qualiter aru
it ⁊ reſtituta eſt: panẽ cum rege non comedit:
a ppheta quodã reductus eſt ⁊ cum eo panem
comedit ⁊ a leone pcuſſus eſt: ꝙ leo ⁊ aſinꝰ ſta

bant iuxta cadauer: ⁊ ſepultura eius facta a
propheta qui eum ſic reduxerat. C XIII

A ET ecce vir dei venit de iudá i ſer
mone dñi in bethél hieroboám
ſtante ſup altáre ⁊ thus iacién
te: ⁊ exclamauit ɔtra altare in
a 4.re. 23.b ſermone dñi ⁊ ait.[a] Altáre altá
re: hec dicit dñs. Ecce filiꝰ naſcé
tur dómui dauid ioſias noíe: ⁊ immolabit ſu
per te ſacerdotes excelſoꝝ qui nunc in te thú
ra ſuccéndunt: ⁊ oſſa hoīum ſuper te incéndet.
Deditq̃ in illa die ſignum dicens. Hec erit ſi
b infra.eo. gnum qḋ locutus eſt dñs.[b] Ecce altáre ſcindé
tur: ⁊ effundet cinis qui in eo eſt. Cũq̃ audiſ
ſet rex ſermoné hominis dei quem inclamaue
rat ɔtra altare in bethel: exténdit manũ ſuam
B de altari dicés. Apprehéndite eum. Et exáruit
manꝰ eius quã extenderat ɔtra eum: nec va
luit retrahere eã ad ſe. Altáre quoq̃ ſciſſũ é:
⁊ effuſus eſt cinis de altari: iuxta ſignũ quod
predixerat vir dei i ſermone dñi. Et ait rex ad
virũ dei. Deprecáre faciem dñi dei tui: ⁊ ora p
me: vt reſtituat manus mea mihi. Orauit vir
dei faciem dñi: ⁊ reuérſa eſt manus regis ad
eũ: ⁊ facta eſt ſicut prius fúerat. Locutus eſt aũt
rex ad virũ dei. Ueni mecũ domum vt prande
as: ⁊ dabo tibi múnera. Rñditq̃ vir dei ad re
gem. Si déderis mihi mediam partẽ domus
tue nõ veniam tecum: nec cómedã panem ne
q̃ bibam aquã in loco iſto. Sic enim manda
C tũ eſt mihi in ſermone dñi precipiéntis.[c] Nõ
c infra.eo. cómedes pané neq̃ bibes aquã: nec reuerte
ris p viam qua veniſti. Abijt ergo p aliam vi
am ⁊ nõ eſt reuérſus p iter quo vénerat in be
thél. Prophétes aũt quidam ſenex habitabát
in bethél ad quẽ + venérunt filij ſui: ⁊ narraué
Als + venit filiꝰ ſuus ⁊ narrauit runt ei omnia opa que fécerat vir dei illa die
in bethél. Et verba que locutus fúerat ad regẽ
narrauérunt pr̃i ſuo. Et dixit eis pr̃ eoꝝ. Per
quam viam abijt. Oſtendérunt ei filij ſui viã
p quam abíerat vir dei qui venerat de iudá. Et
ait filijs ſuis. Stérnite mihi áſinũ. Qui cum
Als + aſinum. ſtrauiſſent + aſcéndit ⁊ ábijt poſt virũ dei: ⁊ in
uénit eũ ſedéntem ſubtus terebinthum. Et
ait illi. Tu ne es vir dei qui veniſti de iudá? Re
ſpondit ille. Ego ſũ. Dixitq̃ ad eũ. Ueni me
D cum domũ vt cómedas pané. Qui ait. Nõ poſ
ſum reuérti neq̃ venire tecum: nec cómedam
pané neq̃ bibam aquã in loco iſto: q̃ locutꝰ eſt
d ſup.eo. dominus ad me in ſermone dñi dicens.[d] Nõ
cómedas panem ⁊ non bibas aquã ibi: nec re
uertéris per viã qua ieris. Qui ait illi. Et ego
prophéta ſum ſimilis tui. Et angelus locutꝰ eſt
mihi in ſermone dñi dicens. Reduc eũ tecũ
in domũ tuã: vt comedat pané ⁊ bibat aquã.
Fefellit eũ: ⁊ redúxit ſecum. Comédit ergo
panem in domo eiꝰ: ⁊ bibit aquam. Cũq̃ ſedé
rent ad méſam: factus eſt ſermo domini ad p
phetám q reduxerat eũ. Et exclamáuit ad vi E
rum dei qui vénerat de iudá dicens. Hec dicit
dñs. Quia non obédiens fuiſti ori dómini: ⁊
non cuſtodiſti mãdatũ quod precépit tibi do
minus deus tuꝰ: ⁊ reuérſus es ⁊ comediſti pa
nem ⁊ bibiſti aquã in loco in quo precépit ti
bi ne coméderes pané neq̃ biberes aquã non
inferet cadáuer tuum in ſepúlcrum pátrum
tuoꝝ. Cũq̃ + comediſſet ⁊ bibiſſet ſtráuit áſi Als + c... medaſſet ⁊ bibiſſet
num ſuum prophéta qué reduxerat. Qui cũ
abiſſet inuenit[e] eũ leo in via: ⁊ occidit. Et erat e 1.q.1.ca. ... go ingres...
cadáuer eius proiectũ in itinere. Aſinus auté
ſtabat iuxta illũ: ⁊ leo ſtabat iuxta cadáuer. Et
ecce viri tránſeuntes vidérunt cadáuer pro F
iéctum in via ⁊ leónem ſtántem iuxta cadá 13.q.2.ſi ...
uer. Et venérunt ⁊ diuulgauérunt in ciuitaté:
in qua prophétes ille ſenex habitabat. Quod
cum audiſſet pphta ille q reduxerat eũ de via
ait. Uir dei eſt q inobédiens fuit ori dñi: ⁊ trá
didit eum dominus leóni: ⁊ ɔfrégit eum ⁊ oc
cidit iuxta verbum dñi quod locutus eſt ei. Di
xitq̃ ad filios ſuos. Sternite mihi áſinũ. Qui
cum ſtrauiſſent ⁊ ille abiſſet: inuénit cadáuer
eius proiéctum in via ⁊ áſinum ⁊ leónẽ ſtan G
tes iuxta cadáuer. + Non comédit leo de ca Als + non
dáuere: nec léſit áſinum. Tulit ergo prophé
tes cadáuer viri dei: ⁊ póſuit illud ſuper áſi
num: ⁊ reuérſus intulit in ciuitatem prophete
ſenis vt plángeret eum. Et póſuit cadáuer eiꝰ
in ſepulcro ſuo. Et planxérunt eum: + heu heu Als + heu mi frater
mi frater. Cũq̃ planxiſſent eum: dixit ad fili
os ſuos. Cum mortuus fúero ſepelite me in ſe
pulcro in quo vir dei ſepultus eſt: iuxta oſſa eiꝰ
pónite oſſa mea. Profecto eniẽ véniet ſermo
quem predixit in ſermone domini contra alta
re quod eſt in bethél: ⁊ cõtra omnia phána ex
celſorum que ſunt in úrbibus ſamarie.[f] Poſt f ſup.eo.
verba hec non eſt reuérſus hieroboám de via
ſua péſſima: ſed econtrario fecit de nouiſſimis
populis ſacerdotes excelſorum.[g] Quicũq̃ vo g 1.q.1.c...
lebat implebat manum ſuam: ⁊ fiebat ſacer
dos excelſorũ. Et propter hanc cauſam peccá
uit domus hieroboám ⁊ euérſa eſt ⁊ deléta de
ſuperficie terre.



¶ Ca.Sū. ¶ De prophetia ahie ad vxorē hie
roboam: de morte abie filij eius: de morte hie
roboam: de regno nadab filij eius: de peccatis
iude: de ſeſach rege egypti qui ſpoliauit hieru
ſalem: de ſcutis aureis ⁊ ereis: de morte roboā
⁊ regno filij eius. ¶ XIIII

A IN tempore illo egrotáuit abia
filiꝰ hieroboám. Dixitqꝫ hiero-
boám vxori ſue. Súrge ⁊ cómu-
ta hábituꝫ ne cognoſcáris ꝙ ſis
vxor hieroboám: ⁊ vade in ſyló
vbi eſt abías ꝓphéta q̄ locútus ē
mihi ꝙ regnatúrꝰ eſſem ſup populū hūc.[a] Tól
le quoqꝫ in manu tua decē panes ⁊ crúſtulaꝫ ⁊
vas méllis: ⁊ vade ad illū. Ipſe enī indicábit
tibi qd euentúꝝ ſit púero huic. Fecit vt dixe-
rat hieroboám vxor eius. Et ꝯſurgens abijt in
ſyló: ⁊ venit in domū ahie. At ille non póterat
vidére: q2 caligáuerant oculi eiꝰ pre ſenectúte.
Dixit aūt dñs ad ahiám. Ecce vxor hierobo-
ám igrédit̄ vt cónſulat te: ſup filio ſuo q̄ egró
B tat. Hec ⁊ hec loquéris ei. Cū ergo illa itráret
⁊ diſſimuláret ſe eſſe q̄ erat: audíuit ahías ſó-
nitū pédum eiꝰ introeúntis p̄ óſtiū: ⁊ ait. In-
grédere vxor hieroboám. Quare aliā te eſſe ſi
mulas. Ego aūt miſſus ſū ad te dúrus núnciꝰ.
Uade ⁊ dic hieroboám. Hec dicit dñs deꝰ iſra
él. Quia exaltaui te medio ppl̄i ⁊ dédi te du-
cem ſup ppl̄m meū iſraél: ⁊ ſcidi regnū domꝰ
dauid ⁊ dedi illud tibi: ⁊ nō fuiſti ſicut ſeruus
meꝰ dauid q̄ cuſtodíuit mādata mea: ⁊ ſecútꝰ

4.re.8.c
2.i.ca.iii
icem.

eſt me in toto corde ſuo fáciens quod plácitū
eſſet in ꝯſpectu meo: ſed opátus es male ſupꝛ
omnes q̄ fuérunt an̄ te: ⁊ feciſti tibi deos alie
nos ⁊ ꝯflátiles vt me ad iracúndiam prouocā
res: me aūt proieciſti poſt corpus tuū. Idcirco C
ecce ego indúcā mala ſup domū hieroboám: ⁊
ꝑcútiā de hieroboám mingénté ad pariéteꝫ
cláuſum ⁊ nouiſſimū in iſraél: ⁊ mūdabo reli
quias domꝰ hieroboám: ſicut mūdári ſolet fi-
mus vſqꝫ ad púꝝ.[b] Qui mortui fúerint de hie b ſupra 16.b. infra.21.f
roboám in ciuitate cómedent eos cánes: qui
aūt mórtui fúerint in agro vorábūt eos áues
celi: q2 dñs locútus eſt. Tu igit̄ ſúrge ⁊ vade in
domū tuam: ⁊ in ipſo intróitu pédum tuoꝝ in
úrbem morieꝫ púer ⁊ planget eū omnis iſra-
él ⁊ ſepéliet. Iſte enim ſolus infereꝫ de hiero D
boám in ſepúlcrū: q2 inuéntus eſt ſuper eo ſer
mo bonꝰ a domino deo iſraél in domo hierobo-
ám. Conſtituet aūt ſibi dominꝰ regem ſup iſra
él: q̄ percútiet domū hieroboám in hac die ⁊
ī hoc tempore: ⁊ percútiet dominꝰ deus iſraél:
ſicut moueri ſolet harúndo in aq̄. Et euéllet
iſraél de terra bona hac: quam dedit patribus
eoꝝ: ⁊ ventilábit eos trans flúmen: q2 fecérūt
ſibi lúcos vt irritárent dominū. Et trádet do- E
minus deus iſraél propter peccata hieroboám
qui peccáuit ⁊ peccáre fecit iſraél. Surrérit ita
qꝫ vxor hieroboám: ⁊ ábijt ⁊ vénit in therſā.
Cumqꝫ illa ingrederétur límen domus: puer
mortuus eſt ⁊ ſepeliérunt eum. Et plánxit euꝫ
oīs iſraél iuxta ſermonem domini quem locu

tus eſt in manu ſerui ſui ahie prophete. Reli-
Al's + quõ regnaue-ri ⁊ quo pugnaue-rit. qua aũt verboꝝ hieroboám quo+ pugnáuerit
⁊ quo regnáuerit: ecce ſcripta ſunt in libro ver
boꝝ dieꝝ regum iſraél. Dies aũt qbus regna
uit hieroboám vigintiduo anni ſũt. Et dormi-
F uit hieroboám cũ patribꝰ ſuis: regnauitq; na
dáb filꝰ eius pro eo. Porro roboám filiꝰ ſalo-
2.par.11.c. mónis regnauit in iuda. // Quadraginta ⁊ vni
us anni erat roboám cũ regnare cepiſſet: ⁊ de-
cem ⁊ ſeptẽ annis regnáuit in hieruſaléz ciui-
táte quam elégit dñs: vt poneret nomen ſuũ
ibi ex oĩbus tribubus iſraél. Nomen aũt ma
tris eiꝰ naamá amanites. Et fecit iúdas malũ
coram dño: ⁊ irritauerũt eum ſuper oĩbus quę
fecerant pr̃es eorum in peccátis ſuis q̃ peccaue
runt. Edificauerũt enim ⁊ ipſi ſibi áras ⁊ ſtá-
dicere tibi pmiſſum eſt mihi. Et ſi oꝛáueris
iterum ⁊ ploꝛaueris ſicut ⁊ nunc ⁊ ieiunáue-
ris ſeptem diebus: áudies iterato hoꝛū maioꝛa.
ra. Et euigiláui ⁊ coꝛpus meum hoꝛruit val-
de: ⁊ anima mea laboꝛauit vt deficeret. Et té-
D nuit me qui vénit angelus qui loquebatur in
me: ⁊ cōfoꝛtáuit me ⁊ ſtatuit me ſuper pedes.
Et factū eſt in nocte ſecūda: ⁊ vénit ad me ſa
lathiel dux populi: ⁊ dixit mihi. Ubi eras? Et
quare vultus tuus triſtis? Aut neſcis qm̄ tibi
créditus eſt iſraél in regione trāſmigrationis
eoꝛum? Exúrge ergo ⁊ guſta panem ⁊ non de
relinquas nos ſicut paſtoꝛ gregem ſuū in ma
nibus lupoꝛum malignoꝛuꝫ. Et dixi ei. Uade
a me ⁊ non appropies ad me. Et audiuit vt di
xi: ⁊ receſſit a me. Et ego ieiunaui diebus ſe-
ptem vlulans et ploꝛans: ſicut mihi mādauit
vriel angelus. Et factum eſt poſt dies ſeptem:
⁊ iterum cogitationes coꝛdis mei moléſte e-
rant mihi valde. Et reſumpſit anima mea ſpi
ritum intellectus: ⁊ iterum cepi lóqui coꝛam
altiſſimo ſermones. Et dixi. Dominatoꝛ domi
ne ex omni ſylua terre: ⁊ omnibus arboꝛibus
eius elégiſti vineam vnicam: ⁊ ex omni ter-
ra oꝛbis elégiſti tibi fóueā vnā: ⁊ ex omnibus
floꝛibus oꝛbis elegiſti tibi lilium vnum: ⁊ ex
omnibus abýſſis maris repleſti tibi riuum
vnum: ⁊ ex omnibus edificatis ciuitatib⁹ ſan-
ctificaſti tibimetipſi ſión: ⁊ ex omnib⁹ creatis
volatilibus nominaſti tibi columbā vnā: ⁊ ex
omnib⁹ plaſmatis pecoꝛib⁹ puidiſti tibi ouē
vnā: ⁊ ex omnibus multiplicatis populis ac-
quiſiuiſti tibi populū vnum: ⁊ ab omnib⁹ pro
batam legē donaſti huic quem deſideraſti po-
pulo. Et nunc dn̄e vt qd tradidiſti vnū pluri-
bus? Et preparaſti ſup vnā radicē alias. Et di-
ſperdidiſti vnicū tuum in multis. Et conculca
uérunt eū qui cōtradicebāt ſponſionibus tu-
is quiqꝫ tuis teſtamentis non credébant. Et ſi
E ódiens odiſti populū tuū: tuis manibus de-
bet caſtigari. Et factum eſt cum locutus eſſem
ſermónes: ⁊ miſſus eſt angelus ad me qui an
te vénerat ad me pterita nocte: ⁊ dixit mihi
Audi me ⁊ inſtruā te: ⁊ inténde mihi ⁊ adij-
ciam coꝛam te. Et dixi. Lóquere dn̄e meus.
Et dixit ad me. Ualde tu in exceſſu mentis fa
ctus es pro iſrael. An plus dilexiſti euꝫ q̄ꝫ qui
eum fecit? Et dixi ad eum. Non dn̄e: ſed do-
lens locutus ſum. Toꝛquent enim me renes
mei p omnē hoꝛā querentem apphendere ſe-
mitā altiſſimi: ⁊ inueſtigare partē iudicij eius
Et dixit ad me. Nō potes. Et dixi. Quare do-
mine. Ad quid naſcébar: aut quare nō fiébat
mátrix matris mee mihi ſepulcrū: vt non vi-
derem laboꝛē iacob: ⁊ defatigationē generis
iſraél? Et dixit ad me. Numera mihi que nec
dum vénerant: ⁊ cóllige mihi diſperſas gút-
tas: ⁊ reuirida mihi áridos floꝛes: et áperi mi
hi clauſa pꝛomptuária: ⁊ perduc mihi inclu-
ſos in eis flátus. Demonſtra mihi vocis ima
ginem: ⁊ tunc oſtēdam tibi laboꝛem quem ro
gas vidére. Et dixi. Dn̄atoꝛ domine: quis enī
eſt qui poteſt hec ſcire: niſi qui cum hominib⁹
habitationē nō habet? Ego aūt inſipiēs: ⁊ quō
potero dicere de his quibus me interrogaſti?
Et dixit ad me. Quo mō nō potes fácere vnū
de his que dicta ſunt: ſic non póteris inuenire
iudiciū meum: aut in fine charitatem quam
populo pꝛomiſi. Et dixi. Sed ecce domine tu
pꝛope es his qui in finem ſunt. Et quid faciēt
qui ante me fuerunt: aut nos: aut hi qui poſt
nos? Et dixit ad me. Coꝛóne aſſimilabo iudi-
cium meum. Sicut non nouiſſimoꝛum tárdi- D
tas ſic nec pꝛioꝛum velócitas. Et reſpondi et
dixi. Nec póteras facere eos qui facti ſunt:
⁊ qui ſunt ⁊ qui futuri ſunt in vnum: vt celé-
rius iudicium tuuꝫ oſtendas? Et reſpondit ad
me ⁊ dixit. Non poteſt feſtinare creatura ſup
creatoꝛem: nec ſuſtinere ſeculuꝫ eos qui in eo
creandi ſunt in vnum. Et dixi. Quō dixiſti ſer
uo tuo qm̄ viuificans viuificaſti a te creatam
creaturā in vnum: ⁊ ſuſtinebat creatura: pote
rit et nunc poꝛtare preſentes in vnum. Et dixit
ad me. Interroga matricem mulieris ⁊ dices
ad eam. Et ſi paris: quare per tempus. Roga
ergo eam vt det decem in vnuꝫ. Et dixi. Non
vtiqꝫ poterit ſed ſecūdū tēpus. Et dixit ad me
Et ego dedi matricem terre his qui ſeminati
ſunt ſup eā p tēpus. Quēadmodū enī infans
nō parit ea que ſenum ſunt: ſic ego diſpoſui a
me creatum ſeculum. Et interrogaui: et dixi.
Cum iam dederis mihi viam lóquar coꝛā te.
Nam mater noſtra de qua dixiſti mihi adhuc
iúuenis eſt: iam ſenectuti appropinquat. Et
reſpondit ad me: ⁊ dixit. Interroga eam que
párit: ⁊ dicet tibi. Dices eniꝫ ei. Quare quos
pepériſti nunc non ſunt ſimiles his qui ante te
ſi minoꝛes ſtatura. Et dicet tibi ⁊ ipſa. Alij ſūt
qui in iuuentute virtutis nati ſunt: ⁊ alij qui
ſub tempoꝛe ſenectutis deficiēte matrice ſūt
nati. Conſidera ergo ⁊ tu: quoniaꝫ minoꝛi ſta

túra eſtis pre his q ante vos: τ q poſt vos mino
ri q̄ʒ vos quaſi iam ſeneſcentes creature: τ for
titudinem iuuentutis pretereuntes. Et dixi.
Rogo domine ſi inueni gratiam ante oculos
tuos: demonſtra ſeruo tuo per quem viſites
creaturam tuam. ¶ VI

Et dixit ad me. Initio terréni
B orbis: τ anteq̄ʒ ſtaret exitus ſe
culi: τ anteq̄ʒ ſpirarét conuétiões
ventoꝝ: τ anteq̄ʒ ſonárét voces
tonitruū: τ anteq̄ʒ ſplenderent
nitóres coruſcatiónū: τ anteq̄ʒ
confirmarent fundamenta paradiſi: anteq̄ʒ
viderentur decóri flores: τ anteq̄ʒ confirma
rentur mote virtutes: anteq̄ʒ colligerentur
innumerabiles militie angelorum: τ anteq̄ʒ
extollerentur altitudines aéris: anteq̄ʒ nomi
narent menſúre firmaméntoꝝ: τ anteq̄ʒ eſtuá
rent camini in ſion: τ anteq̄ʒ inueſtigaréntur
preſentes anni: τ anteq̄ʒ alienaréntur eorum
qui nunc peccant adinuentiones: τ conſignati
eſſent qui fidé theſauriçauérunt: túc cogitaui
τ facta ſunt per me ſolū τ non per aliū: τ finis
ꝑ me τ nō per aliū. Et rn̄di: τ dixi. Que erit ſe
paratio tempoꝝ. Aut qn̄ prioris finis τ ſequé
tis initium. Et dixit ad me. Ab habraám vſq̄ʒ
ad iſaác quando nati ſunt ab eo iacob τ eſau
manus iacob tenebat ab initio calcaneū eſaú
Finis enim huius ſeculi eſaú: τ principiuʒ ſe
quentis iacób. Hominis enim man⁹ inter cal
caneuʒ τ manum. Aliud noli querere eſdra.
Et rn̄di: τ dixi. O dn̄ator dn̄e: ſi inuéni gra
tiam ante oculos tuos: oro vt demónſtres ſer
uo tuo finem ſignoꝝ tuorum: quorum par
tem mihi demóſtraſti nocte ꝓcedénte. Et reſpō
dit: τ dixit ad me. Surge ſup pedes tuos τ au
di vocé pleniſſimá ſonitus. Et erit ſicut com
mótio: nec cōmouebit locus in quo ſtes ſup
eum. Ideo cū lóquitur tu non expáueas: qm̄
de fine verbum τ fundamentū terre intelligi
tur: qm̄ de ipſis ſermo tremiſcit τ cōmouet.
Scit enim qm̄ finé eorū oportet commutari.
D Et factum eſt cum audiſſem: ſurrexi ſuper pe
des meos τ audiui: τ ecce vox lóquens: τ ſo
nus eius ſicut ſonus aquarum multarum. Et
dixit. Ecce dies veniūt: τ erit qn̄ appropinqua
re incipiá vt viſitem habitátes in terra: τ qn̄
inquirere incipiá ab eis qui iniuſte nocuerūt
iniuſtitia ſua: τ quando ſuppleta fuerit humi
litas ſion: τ cum ſuperſignabit ſeculū qd̄ inci
piet pertranſire: hec ſigna fáciam. Libri ape
rientur ante faciem firmamenti: τ omnes
videbunt ſimul: τ anniculi infántes loquent
vocibus ſuis: τ pregnantes immaturos parient
infantes triū τ quattuor ménſium: τ viuent τ
ſuſcitabúntur. Et ſubito apparebunt ſemina
ta loca non ſeminata. Et plena promptuária
ſúbito inuenient vácua: τ túba canet cum ſo
no: quá cum oés audierint ſúbito expauéſcét
Et erit. In illo tépore debellabunt amici ami
cos vt inimici: τ expaueſcet terra cum his. Et
vene fontium ſtabunt: τ non decúrrent in ho
ris tribus. Et erit omnis qui derelictus fue
rit ex omnibus iſtis quibus ꝑdixi tibi: ipſe ſal
uabitur: τ videbit ſalutare meum τ finem ſe
culi veſtri. Et videbunt qui recepti ſunt homi
nes: qui mortem nō guſtauérunt a natiuitate
ſua: τ mutabit cor inhabitantium et conuer
tetur in ſenſum alium. Delébitur enim ma
lum τ extinguétur dolus. Florébit auté fides
τ vincétur corruptéla: τ oſtendét veritas que
ſine fructu fuit diebus tantis. Et factuʒ eſt cū
loqueretur mihi: τ ecce paulátim intuébar
ſuper eum ante qué ſtabam τ dixit ad me hic.
Veni tibi oſténdere tempus venture noctis.
Si ergo iterum rogáueris: τ iterū ieiunaue
ris ſeptem diebus: iterū tibi renunciabo ho
rū maiora per diem q̄ʒ audiui. Audita eſt eniʒ
vox tua apud altiſſimū. Vidit eniʒ fortis dire C
ctioné tuam: τ prouidit pudiciciam quá a iu
uentute tua habuiſti: τ propter hoc miſit me
demonſtráre tibi hec omnia τ dicere tibi. Cō
fide τ noli timére: τ noli feſtináre cum prio
ribus tempoꝛibus cogitáre vana vt non pro
peres a nouiſſimis tépoꝛibus. Et factū eſt poſt
hec τ fleui iteruʒ: τ ſimiliter ieiunáui ſeptem
diebus vt ſuppleá tres hebdómadas que di
cte ſunt mihi. Et factum eſt in octaua nocte τ
cor meum turbabát iteráto in me: τ cepi lo
qui coram altiſſimo. Inflámabat enim ſpiri
tus meus valde: τ anima mea auxiliabat. Et
dixi. O domine lóquens locutus es ab initio
creature in primo die dicens. Fiat celuʒ τ ter
ra: τ tuum verbum opus perfectū. Et erat túc
ſpiritus: τ tenebre circumferebánt τ ſiléntiū
ſonus vocis hominis nonduʒ erat abs te. Túc
dixiſti de theſáuris tuis proférri lumen lumi
nóſum: quo appáret opus tuum. Et die ſecū
do creaſti ſpiritum firmamenti: τ imperaſti
ei vt diuideret τ diuiſionem fáceret inter a
quas: vt pars quedam ſurſuʒ recederet: pars
vero deorſum manéret. Et tertia die imperá

ſti aquis congregari in ſeptima parte terre: ſex vero partes ſiccáſti ꝛ conſeruaſti: vt ex his ſint coꝛam te miniſtrántia ſemináta a deo et culta. Uerbum enim tuū pꝛoceſſit: ꝛ opus ſtatim fiebat. Pꝛocéſſit eniꝫ ſúbito fructus multitudinis imménſus ꝛ concupiſcéntie guſtus multifoꝛmes ꝛ flóꝛes colóꝛe ímmutabili ꝛ odoꝛes odoꝛaméntí inueſtigabilis. Et die ter-

D tio hec facta ſūt. Quarta aūt die impaſti fieri ſolis ſplendóꝛem: lune lumen: ſtellarum diſpoſitionem: ꝛ impꝛaſti eis vt deſeruirent futuro plaſmato hómini. Quinto autem die dixiſti ſeptime parti vbi erat aqua congregata vt pcrearet animalia ꝛ volatilia et piſces. Et ita fiebat. Aqua mutata ꝛ ſine anima que dei nutu iubebántur animalia faciébat vt ex hoc mirabilia tua nationes enárrent. Et tunc cõſeruaſti duas animas: nomē vni vocaſti enóch ꝛ nomen ſecūde vocaſti leuiathán: ꝛ ſeparaſti ea ab alterutro. Non enim poterat ſeptima pars vbi erat aqua congregata capere ea Et dediſti enóch vnaꝫ partem que ſiccáta eſt tertio die: vt hábitet in ea vbi ſunt montes mille. Leuiathán autem dediſti ſeptimā partem húmidā ꝛ ſeruaſti eam vt fiat in deuoꝛationem quibꝰ vis ꝛ qñ vis. Sexto autē die imperaſti terre vt crearet coꝛā te iumēta ꝛ beſtias ꝛ reptilia: ꝛ ſup his adám: quē cõſtituiſti ducem ſuper omnibus factis que feciſti ꝛ ex eo edúcimur nos omnes quēqꝫ elegiſti populū. Hec aūt omnia dixi coꝛam te domine qꝛ pꝛopter nos creaſti ſeculū. Reſiduas autē gentes ab adám natas dixiſti eas nil eſſe: ꝛ qñ ſaliue aſſimiláte ſunt: ꝛ quaſi ſtilicidiū de vaſe ſimiláſti abundantiā eoꝛū. Et nunc domine ecce iſte gentes q̄ in nihilum deputate ſunt cepérunt dñari noſtri ꝛ deuoꝛáre. Nos aūt populus tuus quē vocaſti pꝛimogénitū vnigénitum emulatóꝛem tuum traditi ſumus in manibus eoꝛū. Et ſi pꝛopter nos creatum eſt ſeculum: quare non hereditáteꝫ poſſidémus cū ſeculo? Uſqꝫquo hec?

C VII

A [E]T factum eſt cum finiſſem lóqui verba hec: miſſus eſt ad me angelus q miſſus fúerat ad me pꝛimis noctibꝰ: ꝛ dixit ad me. Surge éſdra: ꝛ audi ſermones quos veni lóqui ad te. Et dixi. Lóquere deus meus. Et dixit ad me. Mare poſitum eſt in ſpatioſo loco vt eſſet altum et immenſum: erit autem ei intróitus in angūſto loco poſitus vt eſſet ſimilis fluminibus. Quis enim volens volúerit ingredi mare et vidére eum vel dominari eius ſi non tranſierit angúſtum in latitudinem quō venire póterit? Item aliud. Ciuitas eſt edificata ꝛ poſita in loco campéſtri: eſt autem plena omniuꝫ bonoꝝ. Introitus eius angúſtus ꝛ in pꝛecipiti poſitus: vt eſſet a dextris quidem ignis: a ſiniſtris aqua alta: ſémita autem eſt vna ſola inter eos poſita: hoc eſt inter ignem ꝛ aquam vt non capiat ſemita niſi ſolummodo veſtigiuꝫ hominis. Si autē dabit ciuitas homini in hereditátem: ſi nunqꝫ ante poſitū periculum pertranſierit: quō accipiet hereditateꝫ ſuam? Et dixi. Sic domine. Et dixit ad me. Sic eſt ꝛ iſraél pars. Pꝛopter eos enim feci ſeculum: ꝛ qñ tranſgreſſus eſt adám conſtitutiones meas iudicátū eſt qđ factum eſt. Et facti ſunt íntróitus huius ſeculi angúſti ꝛ dolētes ꝛ laboꝛioſi páuci aūt ꝛ mali ꝛ periculoꝛum pleni ꝛ labore magnopere fulti. Naꝫ maioꝛis ſeculi introitus ſpatioſi ꝛ ſecuri: ꝛ facientes immoꝛtalitatis fructum. Si ergo ingrediens non fuerunt ingreſſi qui viuunt anguſta ꝛ vana hec non poterunt recipere q̄ ſunt repoſita? Nunc ergo quare tu cõturbaris: cū ſis coꝛruptibilis ꝛ quid mouéris tu cum ſis moꝛtalis? Et quare non accepiſti in coꝛde tuo qđ futuruꝫ: ſed qđ in pꝛeſenti? Reſpondi ꝛ dixi. Dñatoꝛ dñe

ecce diſpoſuiſti lege tua qm̄ iuſti hereditabūt hec: impij aūt peribūt: iuſti autem ferrent angúſta: ſperantes ſpatioſa. Qui eni impie geſſérūt ꝛ angúſta paſſi ſunt: ꝛ ſpatioſa non vidēbunt. Et dixit ad me. Non eſt iudex ſuper deū neqꝫ intelligens ſuper altiſſimum. Péreunt enim multi pꝛeſentes: qꝛ negligit que antepoſita eſt dei lex. Mandans enim mandauit deꝰ venientibus: qñ venerunt: quid facientes viuerēt: ꝛ qd obſeruantes nō punirent. Illi autē non ſunt perſuaſi: ꝛ ɔtradixerūt ei: ꝛ conſtituērunt ſibi cogitámen vanitatis: ꝛ pꝛopoſuerūt ſibi circumuentiónes delictoꝛum: ꝛ ſuperdixerunt altiſſimo non eſſe: ꝛ vias eius non cognouérunt: ꝛ legem eius ſpꝛeuerunt: ꝛ ſponſiones eius abnegauérunt: ꝛ in legitimis eius fidem non habuerūt: ꝛ opera eius nō pfecerūt Pꝛopter hoc éſdra vácua vácuis: ꝛ plena plenis. Ecce tēpus veniet: ꝛ erit qñ veniēt ſigna que pꝛedixi tibi. Et apparebit ſponſa: ꝛ appareſcens oſtendet que nunc ſubducitur terra ꝛ omnis qui liberatus eſt de pdictis malis: ipſe B

videbit mirabilia mea. Reuelabit enim fili⁹
meus ieſus cũ his q cũ eo ſunt: ⁊ iocundabũ
tur qui relicti ſunt in annis quadringẽtis. Et
erit poſt annos hos ⁊ morief fili⁹ meus chri-
ſtus: ⁊ oẽs qui ſpiramẽtũ habẽt homines. Et
ꝯuertet ſeculũ in antiquũ ſilentiũ dieb⁹ ſeptẽ
ſicut in priorib⁹ iudicijs: ita vt nemo derelin-
quat. Et erit. Poſt dies ſeptez ⁊ excitabit qđ
nõdũ vigilat ſeculũ ⁊ morief corruptũ. Et ter
ra reddet qui in ea dormiunt: ⁊ puluis que in
eo ſilentio habitant promptuaria reddet que
eis cõmendate ſunt anime. Et reuelabit altiſ
ſimus ſuper ſedẽ iudicij ⁊ pertrãſibũt miſerie
⁊ longanimitas congregabit. Judiciũ aũt ſo
lum remanebit: veritas ſtabit ⁊ fides ꝯualé-
ſcet. Et opus ſubſequef ⁊ merces oſtendet: ⁊
iuſtitie vigilabũt: ⁊ iniuſtitie nõ dñabũtur. Et
E dixit. Primus habraam ꝓpter ſodomitas ora
uit: ⁊ moyſes ꝓ patribus qui in deſerto peccaue
runt: ⁊ q poſt eũ pro iſrael in dieb⁹ achaç ⁊ ſa
muelis ⁊ dauid ꝓ cõfractione: ⁊ ſalomon pro
eis qui venerunt in ſanctificationẽ: ⁊ helyas ꝓ
his qui pluuiã acceperũt ⁊ pro mortuo vt vi
ueret: ⁊ eçechias pro populo in dieb⁹ ſenna-
cherib: ⁊ multi pro multis. Si ergo modo qñ
corruptibile increuit: ⁊ iniuſtitia multiplica-
ta eſt: ⁊ orauerũt iuſti pro impijs: quare ⁊ nũc
ſic non erit? Et reſpondit ad me: ⁊ dixit. Pre-
ſens ſeculum non eſt finis: gloria in eo fre-
quens manet: propter hoc orauerunt pro in-
ualidis. Dies eniz iudicij erit finis tẽporis hu
ius ⁊ initiũ tẽporis future immortalitatis: in
quo tranſiuit corruptela: ſoluta eſt intempe-
rantia: abſciſa eſt incredulitas: creuit autem
iuſtitia: orta eſt veritas. Tunc enim nemo po
terit ſaluare eum qui perijt: neqȝ demergere
qui vicit: Et reſpondi: ⁊ dixi. Hic ſermo me-
us primus ⁊ nouiſſimus: qm̃ melius erat non
dare terram adam: vel cũ iam dediſſet coer-
cere eum vt non peccaret. Quid enim prodeſt
hominib⁹ in pñti viuere in triſtitia: ⁊ mor-
tuos ſperare punitionẽ? O tu quid feciſti adaz
Si enim tu peccaſti: non eſt factus ſolius tuus
caſus: ſed ⁊ noſter qui ex te aduenim⁹. Quid
enim prodeſt nobis ſi promiſſum eſt nobis im
mortale tẽpus: nos autẽ mortalia opera egi-
mus: Et qm̃ predicta eſt nobis perennis ſpes
nos vero peſſimi vani facti ſumus. Et qm̃ re-
poſita ſunt nobis habitacula ſanitatis: ⁊ ſecu
ritatis: nos vero male conuerſati ſumus. Et
qm̃ repoſita eſt gloria altiſſimi protegere eos
qui tarde cõuerſati ſunt: nos aũt peſſimis vijs
ambulauimus. Et qm̃ oſtendetur paradiſus: D
cuius fructus incorruptus perſeuerat in quo
eſt ſecuritas ⁊ medela: nos vero nõ ingredie-
mur. In ingratis enim locis cõuerſati ſumus
Et qm̃ ſuper ſtellas fulgebunt facies eoꝝ que
abſtinentiã habuerunt: noſtre aũt facies ſuper
tenebras nigre. Non enim cogitauim⁹ viuen
tes qñ iniquitatez faciebam⁹: ꝙ incipiemus
poſt mortẽ pati. Et reſpõdit: ⁊ dixit. Hoc eſt co
gitamentũ certaminis qđ certabit qui ſuper
terrã natus eſt homo: vt ſi victus fuerit patia-
tur qđ dixiſti. Si aũt vicerit: recipiet qđ dico.
Qm̃ hec eſt vita quam moyſes dixit cũ viue-
ret ad populũ dicẽs. Elige tibi vitaz vt viuas,
Nõ crediderũt aũt ei: ſed nec poſt eũ prophe
tis. Sed nec mihi qui locutus ſuz ad eos: qm̃
nõ eſſet triſtitia in perditionẽ eorum: ſicut fu-
turum eſt gaudiũ ſuper eos quib⁹ perſuaſa eſt
ſalus. Et rñdi: ⁊ dixi. Scio dñe qm̃ vocatus eſt
altiſſimus miſericors: in eo ꝙ miſereatur his
qui nondũ in ſeculo aduenerunt: ⁊ ꝙ miſere
tur illis qui ꝯuerſionẽ faciũt in lege eius: ⁊ lõ
ganimis eſt: qm̃ longanimitatẽ preſtat his q
peccauerunt quaſi ſuis operib⁹: ⁊ munificus ẽ
qm̃ quidẽ donare vult ꝓ exigentijs: ⁊ multe
miſericordie: qm̃ multiplicat magis miſeri-
cordias his qui preſentes ſunt: ⁊ q pterierũt:
⁊ qui futuri ſunt. Si eniz nõ multiplicauerit
miſericordias ſuas: nõ viuificabitur ſeculũ cũ
his q inhereditabãt in eo. Et donat: qm̃ ſi nõ
donauerit de bonitate ſua vt alleuientur hi q
iniquitatẽ fecerũt de ſuis iniqtatib⁹ nõ pote-
rit decies milleſima pars viuificari hominũ.
Et iudex ſi nõ ignouerit his q curati ſunt ver
bo eius: ⁊ deleuerit multitudinẽ cõtẽptionum
nõ fortaſſis derelinquerentur in innumerabi
li multitudine: niſi pauci valde. C VIII
Et reſpõdit ad me ⁊ dixit. Hoc A
ſeculũ fecit altiſſimus propter
multos: futurũ aũt ꝓpter pau-
cos. Dicã aũt corã te ſimilitudi
nẽ eſdra. Quõ aũt interroga
bis terrã: ⁊ dicet tibi: qm̃ dabit
terrã multã magis vnde fiat fictile: paruum
aũt puluerẽ vñ aurũ fit: ſic ⁊ actus pñtis ſe-
culi. Multi quidẽ creati ſunt: pauci aũt ſalua
bunt. Et reſpondi ⁊ ecce. Abſorbe ergo anima
ſenſuz: ⁊ deuora qđ ſapit. Cõueniſti eniz obau
dire ⁊ prophetare volẽs. Nec eniz tibi eſt da-
tuz ſpatiuz niſi ſolummodo viuere. O domine

ſi permittes ſeruo tuo vt oremus corā te: ⁊ des
nobis ſemē cordi ⁊ ſenſui culturā: vt fructus
fiat vñ viuere poſſit omnis corruptus qui por
tabit locū hominis. Solus enī es: ⁊ vna plaſ-
matio nos ſumus manuū tuarū: ſicut locutꝰ
es. Et quō nunc in matrice plaſmatū eſt cor-
pus ⁊ pſtans mēbra: cōſeruat̄ in igne ⁊ aqua
tua creatio: ⁊ nouē menſibus patit̄ tua plaſ-
matio tuā creaturā que in ea creata eſt: ipſuꝫ
aūt qd̄ ſeruat ⁊ qd̄ ſeruat̄: vtraqꝫ ſeruabunt̄:
ſeruataqꝫ qñqꝫ iterū reddit matrix que in ea
creuerūt. Imperaſti enim ex ipſis mēbris: hoc
eſt mamillis prebere lac fructui mamillarꝫ:
vt nutriat̄ id qd̄ plaſmatū eſt vſqꝫ in tēpus ali
qd̄: ⁊ poſtea diſponas eum tue miſericordie.
Enutriuiſti eū tua iuſtitia: ⁊ erudiſti eū in le-
ge tua: ⁊ corripuiſti eū tuo intellectu: ⁊ morti
ficabis eum vt tuam creaturā: ⁊ viuificabis
B eum vt opus tuum. Si ergo perdideris euꝫ q
tātis laboribus plaſmatus eſt tuo iuſſu: facile
eſt ordinari vt ⁊ id qd̄ fiebat ſeruaret̄. Et nūc
dñe dicā: de omni homine tu magis ſcis: de po
pulo aūt tuo ob quem doleo: ⁊ de hereditate
tua propter quam lugeo: ⁊ propter iſrael pro-
pter quē triſtis ſum: ⁊ de iacob propter quem
doleo: ideo incipiam orare coram te pro me
⁊ pro eis: quoniā video lapſus noſtros qui in
habitamus terram. Sed audiui celeritatē iu-
dicis qui futurus eſt. Ideo audi vocem meaꝫ
⁊ intellige ſermonem meum: ⁊ loquar coraꝫ
te. Initium verborum eſdre: priuſq̄ᷓ aſſumere
tur. Et dixi domine qui inhabitas ſeculum:
cuius oculi eleuati in ſuperna ⁊ aere: ⁊ cuius
thronus ineſtimabilis: ⁊ gloria incomprehen
ſibilis: cui aſtat exercitus angelorum cuꝫ tre
more: quorum ſeruatio in vento ⁊ igne con-
uertitur: cuius verbū verū: ⁊ dicta perſeue-
rātia: cuiꝰ iuſſio fortis: ⁊ diſpoſitio terribilis
cuius aſpectus arefacit abyſſos: ⁊ indignatio
tabeſcere facit montes ⁊ veritas teſtificatur:
exaudi orationem ſerui tui: ⁊ auribus percipe
precationē figmenti tui. Dum enim viuo lo-
quor: ⁊ duꝫ ſapio reſpondebo. Nec reſpicias
populi tui delicta: ſed qui tibi in veritate ſer-
uiunt. Nec intendas impia gentium ſtudia:
ſed qui tua teſtimonia cum doloribus cuſto-
dierūt. Nec cogites q in cōſpectu tuo falſe cō
uerſati ſunt: ſed memorare que ex voluntate
tua timorē cognouerūt. Neqꝫ volueris perde
re q pecudū mores habuerūt: ſed reſpicias
eos q legem tuā ſplendide docuerūt. Nec in-
digneris q beſtijs priores iudicati ſūt: ſed di-
ligas eos q ſemp̱ in iuſtitia tua confidunt ⁊
gloria. Qm̄ nos ⁊ patres noſtri talibus mor- C
bus languemus: tu autē propter nos peccato-
res miſericors vocaberis. Si enim deſideraue
ris vt noſtri miſerearis: tunc miſericors vocā
beris: nobis autē non habentibus opera iuſti-
tie. Iuſti enim quibꝰ ſunt opera multa repoſi-
ta ex proprijs operibꝰ recipiēt mercedē. Quid
eſt enī homo vt ei indigneris: ante genus cor-
ruptibile vt ita amarus ſis de ipſo? In verita-
te enim nemo de genitis eſt qui nō impie geſ
ſit: ⁊ de confitentibus qui non deliquit. In
hoc enim annunciabitur iuſtitia tua ⁊ bonitas
tua domine: cū miſertus fueris eis qui nō ha
bent ſubſtantiā bonorū operū. Et reſpondit ad
me: ⁊ dixit. Recte locutus es aliqua: ⁊ iuxta
ſermones tuos ſic: ⁊ fiet. Qm̄ non vere cogita
bo ſuper plaſma eorum qui peccauerunt ante
mortem: ante iudicium: ante perditioneꝫ: ſed
iocundabor ſuper iuſtorum figmentuꝫ: ⁊ me-
morabor peregrinationis quoqꝫ ⁊ ſalutatiōis
⁊ mercedis. Quomodo ergo locutus ſum: ſic
⁊ eſt. Sicut enim agricola ſerit ſup̱ terraꝫ ſe-
mina multa: ⁊ plantatiōes multitudinis plā
tat: ſed non in tempore omnia que ſeminata
ſunt ſaluantur: ſed nec oīa que plantata ſunt
radicabunt: ſic ⁊ qui in ſeculo ſeminati ſunt:
nō omnes ſaluabunt̄. Et reſpondi: ⁊ dixi. Si
inueni gratiā loquar. Quō ſemen agricole ſi
non aſcenderit: aut non acceperit pluuiaꝫ tuā
in tempore: aut ſi corruptū fuerit multitudi-
ne pluuie: ſic perit? Et ſimilit̄ hō qui manibꝰ
tuis plaſmatus eſt: ⁊ tu ei imago nominatus:
quoniam ſimilatus es ei propter quē omnia
plaſmaſti: ⁊ ſimilaſti ſemini agricole. Non
iraſcaris ſup̱ nos: ſed parce populo tuo: ⁊ mi
ſerere hereditati tue. Tu autem creature tue
miſereris. Et reſpondit ad me: ⁊ dixit. Que D
ſunt pſentia pſentibus: ⁊ que futura futuris.
Multū eniꝫ tibi reſtat: vt poſſis diligere me-
am creaturā ſup̱ me. Tibi autē frequenter ⁊
ipſi proximaui: iniuſtis auteꝫ nunq̄ᷓ. Sed ⁊ in
hoc mirabilis es corā altiſſimo: qm̄ humilia-
ſti ſicut decet te: ⁊ non iudicaſti te vt inter iu-
ſtos plurimum glorificeris. Propter qd̄ miſe
rie multe ⁊ miſerabiles efficiētur eis qui ha
bitant ſeculū in nouiſſimis: qꝛ in multa ſuper
bia ambulauerunt. Tu autem pro te intellige
⁊ de ſimilibus tuis inquire gloriā. Vobis enī
apertus eſt paradiſus: plantata eſt arbor vite:

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

paratum eſt futurū tēpus: ꝑparata eſt abūdā
tia: edificata eſt ciuitas: ꝓbata eſt requies: per
fecta eſt bonitas: ⁊ perfecta ſapientia. Radix
mali ſignata eſt a vobis: infirmitas: ⁊ tinea a
vobis abſconſa eſt: ⁊ in infernum fugit corrū
ptio in obliuione. Trāſierūt dolores: ⁊ oſtēſus
eſt in fine theſaurus immortalitatis. Noli er
go adijcere inquirendo de multitudine eoruȝ
qui perierūt. Nam ⁊ ipſi accipientes libertateȝ
ſpreuerūt altiſſimum: ⁊ legem eius cōtempſe
rūt: ⁊ vias eius dereliquerūt. Adhuc auteȝ iu
ſtos eius cōculcauerūt: ⁊ dixerūt in corde ſuo
nō eſſe deū: ⁊ qdē ſcientes: qm̄ moriunt. Sicut
enim vos ſuſcipient que predicta ſunt: ſic eos
ſitis ⁊ cruciatus que preparata ſunt. Non enī
voluit hominē diſperdi. Sed ⁊ ipſi quo creati
ſunt coinquinauerūt nomē eius qui fecit eos
⁊ ingrati fuerunt ei qui preparauit eis vitam
Quapropter iudiciū meū mō appropinquat
Que nō omnib⁹ demonſtraui niſi tibi: ⁊ tibi
ſimilib⁹ paucis. Et reſpondi ⁊ dixi. Ecce nūc
dn̄e demonſtraſti mihi multitudinē ſignorum
que incipies facere in nouiſſimis: ſed nō de
monſtraſti mihi quo tēpore. C IX

A ET reſpōdit ad me: ⁊ dixit. Me
tiēs metire tēpus in ſemetipſo:
⁊ erit cum videris qm̄ trāſierit
pars quedā ſignoꝝ que predi
cta ſunt: tūc intelliges qm̄ ipſū
eſt tēpus in quo incipiet altiſ
ſimus viſitare ſeculū qđ ab eo factū eſt. Et qm̄
videbit in ſeculo motio locoꝝ ⁊ populoꝝ tur
batio: ⁊ tūc intelliges qm̄ de his erat altiſſi
mus locutus a dieb⁹ qui fuerunt ante te ab ini
tio. Sicut enī oē qđ factū eſt in ſeculo: initiuȝ
habet pariter ⁊ cōſummationē: ⁊ ꝯſummatio
eſt manifeſta: ſic ⁊ altiſſimi tēpora: initia ha
bēt manifeſta in ꝓdigijs ⁊ virtutib⁹: ⁊ cōſum
mationes in actu: ⁊ in ſignis. Et erit oīs qui
ſalu⁹ fact⁹ fuerit: ⁊ q poterit effugere ꝑ opera
ſua: ⁊ ꝑ fidē in qua credidiſtis relinquet de ꝑ
dictis periculis: vt videbit ſalutare meum in
terra mea ⁊ in finibus meis: qm̄ ſanctificaui
me a ſeclo. Et tūc miſerebunt qui nūc abuſi
B ſunt vias meas: ⁊ in tormētis cōmorabūtur
hi q eas ꝓiecerūt in cōtemptu. Qui enī non
cognouerūt me viuentes beneficia cōſecuti:
⁊ qui faſtidierūt legem meā cum adhuc erāt
habentes libertatē: ⁊ cum adhuc eſſet eis aper
tus penitentie locus non intellexerūt ſed ſpre
uerūt. Hos oportet poſt mortē in cruciamēto
cognoſcere. Tu ergo noli adhuc curioſus eſſe
quomodo impij cruciabuntur: ſed inquire quō
iuſti ſaluabūtur: ⁊ quoꝝ ſeculū: ⁊ ꝓpter quos
ſeculū: ⁊ qn̄. Et rn̄di: ⁊ dixi. Olim locutus ſuȝ
⁊ nunc dico: ⁊ poſtea dicā: qm̄ plures ſunt qui
pereūt: q̄ȝ qui ſaluabunt: ſicut multiplicatur
fluctus ſuper guttam. Et rn̄dit ad me: ⁊ dixit.
Qualis ager talia ⁊ ſemina: ⁊ quales flores
tales ⁊ tincture: ⁊ qualis operator: talis ⁊ crea
tio: ⁊ qualis agricola: talis cultura: qm̄ tēpus
erat ſeculi. Et nunc cum eſſem parans eis his
q nūc ſunt anteq̄ȝ fieret ſeculū: in quo habita
rent: ⁊ nemo cōtradixit mihi. Tunc enī quiſ
q̄ȝ ⁊ nunc creator in mundo hic parato ⁊ mē
ſe indeficiēti: ⁊ lege inueſtigabili corrupti ſūt
mores eorū. Et cōſideraui ſeculū: ⁊ ecce erat
periculuȝ propter cogitationes que in eo ad
uenerūt. Et vidi ⁊ peperci ei valde: ⁊ ſeruaui
mihi acinū de botro: ⁊ plantationeȝ de tribu
multa. Pereat ergo multitudo que ſine cau
ſa nata eſt: ⁊ ſeruet acinus meus ⁊ plantatio
mea: quia cum multo labore perfeci. Tu aūt
cum adhuc intromittas ſeptē dies alios: ſed
non ieiunabis in eis: ibis in campū florū vbi
domus non eſt edificata: ⁊ manducabis ſolū
modo de floribus campi: ⁊ carnē nō guſtabis
⁊ vinū non bibes: ſed ſolūmodo flores. De C
precare altiſſimū ſine intermiſſione: ⁊ veniaȝ
⁊ loquar tecum. Et profectus ſum ſicut dixit
mihi in campum qui vocatur ardath: ⁊ ſedi
ibi in floribus: ⁊ de herbis agri manducaui: ⁊
facta eſt eſca earū mihi in ſaturitatē. Et factū
eſt poſt dies ſeptem: ⁊ ego diſcumbebā ſupra
fenū: ⁊ cor meum iteruȝ turbabat ſicut ante.
Et apertum eſt os meum: ⁊ inchoaui dicere
corā altiſſimo: ⁊ dixi. O domine te nobis oſtē
dēs oſtenſus es patrib⁹ noſtris in deſerto: qđ
non calcatur ⁊ infructuoſo: quādo erāt exeū
tes de egypto: ⁊ dicens dixiſti. Tu iſrael audi
me: ⁊ ſemen iacob intende ſermonibus meis
Ecce enim ego ſemino in vobis legem meaȝ
⁊ faciet in vobis fructū: ⁊ glorificabimini in
eo per ſeculū. Nam patres noſtri accipientes
legem non ſeruauerūt: ⁊ legittima mea non
cuſtodierūt: ⁊ factus eſt fructus legis non pa
rens. Nec enim poterat: qm̄ tuus erat. Nam
qui acceperūt perierūt: non cuſtodientes qđ
in eis ſeminatū fuerat. Et ecce conſuetudo ē
vt cum acceperit terra ſemen: vel nauem ma
re: vel vas aliqđ eſcam vel potum: cum fuerit
exterminatum id in quo ſeminatum eſt vel in

quod miſſum eſt: ſimul id quod ſeminatū vel miſſum eſt: vel que ſuſcepta ſunt exterminant

D ⁊ ſuſcepta iam non manent apud nos. Sed nobis ſic non factum eſt. Nos quidem qui legez accepimus: peccantes perijmus ⁊ cor noſtrū qđ ſuſcepit eam. Nam lex non perijt: ſed permanſit in ſuo labore. Et cū loquerer hec in corde meo: reſpexi oculis meis ⁊ vidi mulierez in dextera parte. Et ecce hec lugebat et plorabat cum voce magna: et animo dolebat valde: ⁊ veſtimenta eius diſciſſa: ⁊ cinis ſuper caput eius. Et dimiſit cogitatus in quib⁹ eraz cogitans: ⁊ conuerſus ſuz ad ea: ⁊ dixi ei. Ut quid fles: ⁊ quid doles animo? Et dixit ad me Dimitte me dñe meus vt defleam me ⁊ adijciam dolorez: qm̄ valde amaro ſum animo ⁊ humiliata ſum valde. Et dixi ei. Quid paſſa es? Dic mihi. Et dixit ad me. Sterilis fui ego famula tua ⁊ non peperi: habens maritū annis triginta. Ego enim p ſingulas horas ⁊ per ſingulos dies ⁊ annos triginta hos: deprecor altiſſimum nocte ac die. Et factum eſt poſt triginta annos exaudiuit me deus ancillam tuā ⁊ vidit humilitatem meam ⁊ attendit tribulationi mee: ⁊ dedit mihi filium. Et iocundata ſum ſuper eum valde: ⁊ ego ⁊ vir meus et omnes ciues mei: ⁊ honorificabamus valde fortem. Et nutriui eum cum labore multo. Et factum eſt cum creuiſſet ⁊ veniſſet accipere vxorem feci diem epuli. CX

B Et factū eſt cum introiſſet fili⁹ meus i thalamo ſuo: cecidit et mortuus eſt: ⁊ euertimus oēs lumina. Et ſurrexerunt oēs ciues mei ad cōſolandum me: ⁊ quieui vſq3 in aliū diē: vſq3 nocte. Et factū eſt cum oēs quieuiſſent vt me cōſolarent vt quieſcerē: ⁊ ſurrexi nocte: ⁊ fugi: ⁊ veni ſicut vides in hoc campo: ⁊ cogito iam nō reuerti in ciuitatē: ſed hic conſiſtere: ⁊ neq3 manducare neq3 bibere: ſed ſine intermiſſione lugere ⁊ ieiunare vſq3dum moriar. Et dereliqui ſermones in quib⁹ erā: ⁊ rñdi cum iracundia ad eaz ⁊ dixi. Stulta ſuper omnes mulieres: nō vides luctum noſtruz: ⁊ que nobis ꝯtingūt. Qm̄ ſion mr̄ noſtra omni triſtitia cōtriſtat ⁊ humilitate humiliata eſt ⁊ luget validiſſime. Et nūc qm̄ oēs lugemus ⁊ triſtes ſumus: qm̄ oēs cōtriſtati ſumus: tu autez cōtriſtaris in vno filio. Interroga enim terrā ⁊ dicet tibi qm̄ hec eſt que debeat lugere caſum tantorum ſuper eam germinantium. Et ex ipſa ab initio oēs nati ⁊ alij venient. Et ecce pene oēs in perditionē ambulant: ⁊ exterminium fit multitudo eoruz. Et quis ergo debet lugere magis niſi hec que tam magnā multitudinem perdidit: q̄3 tu que ꝑ vno doles? Si autē dicis mihi: qm̄ non eſt planctus meus ſimilis terre: qm̄ fructus ventris mei perdidi: quē cum meroribus peperi: ⁊ cum doloribus genui: terra autē ſm̄ viam terre: abijtq3 in ea multitudo preſens quō euenit: ⁊ ego tibi dico. Sicut tu cū labore peperiſti: ſic ⁊ terra dat fructū ſuū homini ab initio ei qui fecit eam. Nunc ergo retine apud temetipſuz dolorem tuū: ⁊ fortiter fer qui tibi cōtigerūt caſus. Si enim iuſtificaueris terminū dei: ⁊ conſilium ſuū recipies in tēpore: ⁊ in talib⁹ collaudaberis. Ingredere ergo in ciuitatē ad virū tuuz.

Et dixit ad me. Non faciā neq3 ingrediar ciuitatē: ſed hic moriar. B Et appoſui adhuc loqui ad eam: ⁊ dixi. Noli facere hunc ſermonem: ſed cōſenti perſuadenti. Quod eni caſus ſion Conſolare propter dolorem hieruſalem. Uides enim qm̄ ſanctificatio noſtra deſerta effecta eſt: ⁊ altare noſtrum demolitū eſt: ⁊ templū noſtrum deſtructū eſt: ⁊ pſalteriū noſtruz humiliatū eſt: ⁊ hymnus conticuit: ⁊ exultatio noſtra diſſoluta eſt: ⁊ lumen candelabri noſtri extinctū eſt: ⁊ arca teſtamenti noſtri direpta eſt: ⁊ ſancta noſtra contaminata ſunt et nomen qđ inuocatum eſt ſuper nos pene ꝓphanatū eſt: ⁊ libri noſtri contumeliam paſſi ſunt: ⁊ ſacerdotes noſtri ſuccenſi ſunt: ⁊ leuite noſtri in captiuitatem abierūt: ⁊ virgines noſtre coinquinate ſunt: ⁊ mulieres noſtre vim paſſe ſunt: ⁊ iuſti noſtri rapti ſunt: ⁊ paruuli noſtri perditi ſunt: ⁊ iuuenes noſtri ſeruierūt ⁊ fortes noſtri inualidi facti ſunt. Et quod oīuz maius ſignaculum ſion: quoniam reſignata eſt de gloria ſua. Nam ⁊ tradita eſt in manibus eorum qui nos oderunt. Tu ergo excute tuam triſtitiam multaz: ⁊ depone abs te multitudinem dolorum vt tibi repropitietur fortis: ⁊ requiē faciet tibi altiſſimus requietionē laborum. Et factuz eſt cum loquebar ad eam facies eius fulgebat ſubito ⁊ ſpecies: coruſcus fiebat viſus eius: vt eſſem pauens valde ad eam: ⁊ cogitarem quid eſſet hoc. Et ecce ſubito emiſit ſonitum vocis magnū timore plenū: vt cōmoueretur terra a mulieris ſono. Et vidi: ⁊ ecce amplius mulier non com-

C parebat mihi: ſed ciuitas edificabatur: ꝛ locus
demonſtrabatur de fundamentis magnis. Et ti-
mui ꝛ clamaui voce magna: ꝛ dixi. Ubi eſt
vriel angelus qui a principio venit ad me? Quo-
niam ipſe me fecit venire in multitudine in
exceſſu mentis huius. Et factus eſt finis meus
in corruptionē: ꝛ oratio mea in improperiū.
Et cum eſſem loquens ego hec: ecce venit ad
me: ꝛ vidit me. Et ecce eram poſitus vt mor-
tuus: ꝛ intellectus meus alienatus erat. Et tē-
nuit dexteram meam: ꝛ confortauit me: ꝛ ſta-
tuit me ſup pedes meos. Et dixit mihi. Quid
tibi eſt: ꝛ quare conturbatus eſt intellectus
tuus: ꝛ ſenſus cordis tui: ꝛ quare conturba-
ris? Et dixi. Quoniā dereliquiſti me. Et ego
quidem feci ſecundū ſermones tuos: ꝛ exiui
in campū. Et ecce vidi ꝛ video quod nō poſ-
ſum enarrare. Et dixit ad me. Sta vt vir: ꝛ cō-
monebo te. Et dixi. Loquere domine meus
tu in me. Noli me derelinquere: vt nō fruſtra
moriar: qm̄ vidi que non ſciebā: ꝛ audio que
nō ſcio. Aut nunquid ſenſus meus fallitur: ꝛ
anima mea ſupremat. Nunc ergo deprecor te
vt demōſtres ſeruo tuo de exceſſu hoc. Et rñdit
ad me ꝛ dixit. Audi me ꝛ doceā te ꝛ dicā tibi
de qb⁹ times: qm̄ altiſſim⁹ reuelauit tibi my-
ſteria multa. Uidit rectā viam tuā: quoniam
ſine intermiſſione cōtriſtaberis ꝓ populo tuo:
ꝛ valde lugebas propter ſion. Hic ergo intel-
lectus viſionis que tibi apparuit añ paululū.
Quā vidiſti lugentē inchoaſti conſolari eā:
nūc autē iam ſpeciē mulieris nō vides: ſed ap-
paruit tibi ciuitas edificari: ꝛ qm̄ enarrabit
tibi de caſu filij ſui: hec abſolutio eſt. Hec mu-
lier quam vidiſti: hec eſt ſion. Et qm̄ dixit tibi
quā ꝛ nunc cōſpicies vt ciuitatem edificatā.
Et quoniā dixit tibi: q: ſterilis fuit annis tri-
ginta: ꝓpter quod erant anni ſcilicet triginta
qñ non erat in ea adhuc oblatio oblata. Et fa-
D ctū eſt poſt annos triginta: edificauit ſalomō
ciuitatē ꝛ obtulit oblationes: tūc fuit qñ pe-
perit ſterilis filium. Et qd̄ tibi dixit: quoniā
nutriuit eū cum labore: hoc erat habitatio in
hieruſalem. Et qm̄ dixit tibi ꝙ filius meus ve-
niens in ſuo thalamo mortuus eſſet ꝛ conti-
giſſet ei caſus: hoc erat que facta eſt ruina hie-
ruſalem. Et ecce vidiſti ſimilitudinem eius:
ꝛ quoniam filium lugeret: inchoaſti conſolā-
ri eam: ꝛ de his que contigerunt: hec erant ti-
bi aperienda. Et nunc videt altiſſimus: quo-
niā ex animo contriſtatus es: ꝛ quoniam ex
toto corde pateris ꝓ ea: oſtendit tibi clarita-
tem glorie eius: ꝛ pulcritudinē decoris eius.
Propterea enim dixi tibi: vt maneres in cam-
po vbi domus non eſt edificata. Sciebam enī
ego quoniā altiſſim⁹ incipiebat tibi oſtēdere
hec propterea dixi tibi vt venires in agrum:
vbi non eſt fundamentum edificij. Nec enim
poterat opus edificij hominis ſuſtineri in lo-
co vbi incipiebatur altiſſimi ciuitas oſtendi.
Tu ergo noli timere: neq; expaueſcat cor tuū
ſed ingredere ꝛ vide ſplendorem ꝛ magnitu-
dinem edificij: quantū capax eſt tibi viſu ocu-
lorum videre. Et poſt hec audies quantū ca-
pit auditus aurium tuarum audire. Tu enim
beatus es pre multis: ꝛ vocatus es apud altiſ-
ſimum: ſicut ꝛ pauci. Nocte autē que in cra-
ſtinum futura eſt manebis hic: ꝛ oſtendet tibi
altiſſimus eas viſiones ſupremorū que faciet
altiſſimus his qui habitant ſuper terrā a no-
uiſſimis diebus. Et dormiui illā noctē ꝛ aliā
ſicut dixerat mihi.

¶ XI

ET vidi ſomnium: ꝛ ecce aſcen- A
debat de mari aquila cui erant
duodecim ale pennarū ꝛ capita
tria. Et vidi: ꝛ ecce expādebat
alas ſuas ī oēm terrā: ꝛ omnes
venti celi inſufflabant in eam
ꝛ colligebant. Et vidi: ꝛ de pennis eius naſce-
bant cōtrarie pēne: ꝛ ipe fiebāt in pēnaculis
minutis ꝛ modicis. Nā capita eius erāt quie-
ſcentia: ꝛ dimidiū caput erat maius aliorū
capitum: ſed ipſa quieſcebat cum eis. Et vidi
ꝛ ecce aquila volauit in pennis ſuis: ꝛ regna-
uit ſup terram ꝛ ſuper eos qui habitant in ea.
Et vidi quoniā ſubiecta erant ei omnia ſub
celo: ꝛ nemo illi contradicebat: neq; vnus de
creatura que eſt ſuper terram. Et vidi: ꝛ ecce
ſurrexit aquila ſuper vngues ſuos: ꝛ miſit vo-
cem pennis ſuis dicēs. Nolite omnes ſimul
vigilare: dormite vnuſquiſq; in loco ſuo: ꝛ per
tempus vigilate. Capita autem in nouiſſimo
ſeruentur. Et vidi: ꝛ ecce vox non exibat de ca-
pitibus eius: ſed de medietate corporis eius.
Et numeraui contrarias pennas eius ꝛ ecce B
ipſe erant octo. Et vidi: ꝛ ecce a dextera par-
te ſurrexit vna penna: ꝛ regnauit ſuper o-
mnem terram. Et factum eſt cum regnaret:
venit ei finis: ꝛ non apparuit locus eius. Et
ſequens exurrexit ꝛ regnabat. Ipſa multum
tenuit tempus. Et factum eſt cum regnaret:
et veniebat finis eius vt non appareret ſicut

prior. Et ecce vox emiſſa eſt illi dicens. Audi
tu que tanto tempore tenuiſti terraȝ. Hec an
nuncio tibi anteq̃ȝ incipias non apparere.
Nemo poſt te tenebit tempus tuum ſed nec
dimidium eius. Et leuauit tertia et tenuit ꝑn
cipatum ſicut ⁊ priores: ⁊ non apparuit et i-
pſa. Et ſic contingebat ex omnibus alijs ſin
gulatim principatum gerere: et iterum nuſ
q̃ȝ comparere. Et vidi: ⁊ ecce in tempore ſe
quentes penne erigebantur a dextera parte
vt tenerent ⁊ ipſe principatum: ⁊ ex his erāt
que tenebant: ſed tamen ſtatim non compa
reſcebant. Nam ⁊ alique ex eis erigebant:
ſed non tenebant principatum. Et vidi poſt
hec: et ecce non cōparuerunt duodecim pē
ne et duo pennacula: ⁊ nihil ſuperat in corpo
re aquile niſi duo capita quieſcentia et ſex pē
nacula. Et vidi: ⁊ ecce ſex pennaculis diuiſe
ſunt due: ⁊ manſerunt ſub capite quod eſt ad
C dexteram partem. Nam quattuor manſerūt
in loco ſuo. Et vidi: et ecce hec ſubalares co
gitabant ſe erigere ⁊ tenere principatus. Et
vidi: et ecce vna erecta eſt: ſed ſtatim non cō
paruit. Et ſecunde velocius q̃ȝ priores non
comparuerunt. Et vidi: et ecce due que ſup
rauerunt: apud ſemetipſas cogitabant ⁊ ipſe
regnare: ⁊ in eo cum cogitarent: ecce vnum
quieſcentium capitum quod erat mediū eui
gilabat. Hoc enim erat duorum capitum ma
ius. Et vidi: quoniam completa ſunt capita
ſecum: ⁊ ecce conuerſum eſt caput cum his
qui cum eo erant: ⁊ comedit duas ſubalares
que cogitabant regnare. Hoc autem caput:
perconterruit omnem terram ⁊ dominabat
in ea his qui habitabāt terram cū labore mul
to ⁊ potentatū tenuit orbis terrarū ſuper oēs
alas que fuerunt. Et vidi poſt hec: ⁊ ecce me
dium caput ſubito non comparuit: ⁊ hoc ſi
cut ale. Superauerunt autem duo capita: que
⁊ ipſa ſimiliter regnauerūt ſuper terram: ⁊ ſu
per eos qui habitant in ea. Et vidi: ⁊ ecce de
D uorauit caput a dextra parte illud quod a le
ua. Et audiui vocem dicentem mihi. Conſpi
ce contra te: ⁊ conſidera quod vides. Et vidi:
⁊ ecce ſicut leo concitatus de ſylua rugiens: ⁊
vidi quoniam emittebat vocē hominis ad aq
lam. Et dixit dicens. Audi tu ⁊ loquar ad te:
⁊ dicet altiſſimus tibi. Nonne tu es qui ſup
raſti de quattuor animalibꝰ que fecerā regna
re in ſeculo meo: ⁊ vt p eos veniret finis tēpo
rū eoꝝ? Et quartꝰ deueniēs deuicit oīa anima
lia que tranſierunt: ⁊ potētatu tenuit ſeculum
cū tremore multo: ⁊ omnem orbem cum la
bore peſſimo: ⁊ inhabitauit tot tēporibus orbē
terrarum cum dolo. Et iudicaſti terrā nō cuȝ
veritate. Tribulaſti enim manſuetos: ⁊ leſiſti
quieſcentes: ⁊ dilexiſti mendaces: ⁊ deſtruxiſti
habitationes eorum qui fructificabant: ⁊ hu
miliaſti muros eorū qui te non nocuerunt. Et
aſcendit contumelia tua vſq̃ȝ ad altiſſimuȝ: ⁊
ſuperbia tua ad fortem. Et reſpexit altiſſimus
ſuperbia tempora: ⁊ ecce finita ſunt: ⁊ ſcelera
eius completa ſunt. Propterea non appareas
tu aquila: ⁊ ale tue horribiles: ⁊ pennacula
tua peſſima: ⁊ capita tua maligna: et vngues
tui peſſimi: ⁊ oē corpus tuū vanū: vti refrige
ret omnis terra ⁊ reuertat liberata de tua vi:
⁊ ſperet iudicium ⁊ miſericordiam eius qui
fecit eam. ¶ XII

A Et factum eſt dum loqueretur
leo verba ad aquilaȝ. Et vidi: ⁊
ecce quod ſuperauerat caput: ⁊
non cōparuerunt quattuor ale
ille que ad eū tranſierūt: ⁊ ere
cte ſūt vt regnarēt: ⁊ erat regnū
eoꝝ exile: ⁊ tumultu plenū. Et vidi ⁊ ecce ipa
non apparebāt: ⁊ omne corpus aquile incen
debat ⁊ expaueſcebat terra valde. Et ego a tu
multu ⁊ exceſſu mentis: ⁊ a magno timore vi
gilaui ⁊ dixi ſpiritui meo. Ecce tu preſtitiſti
mihi hoc in eo q̄ ſcrutaris vias altiſſimi. Ecce
adhuc fatigatus ſum animo: ⁊ ſpiritu meo in
ualidus ſuȝ valde: ⁊ nec modica eſt in me vir
tus a multo timore quam expaui nocte hac.
Nunc ergo orabo altiſſimū vt me cōfortet vſ
q̃ȝ in finem. Et dixi. Dominator dn̄e ſi inueni
gratiam ante oculos tuos: ⁊ ſi iuſtificatus ſuȝ
apud te pre multis: ⁊ ſi certe aſcendit depreca
tio mea ante faciē tuā: cōforta me: ⁊ oſtende
ſeruo tuo mihi interpretationē ⁊ diſtinctio
nē viſus horribilis huius: vt pleniſſime conſo
leris animā meā. Dignuȝ enim me habuiſti
oſtēdere mihi tēporuȝ nouiſſima. Et dixit ad
me. Hec eſt interpretatio viſionis huiꝰ. Aqui
laȝ quā vidiſti aſcendentē de mari: hoc eſt re
gnuȝ quod viſum eſt in viſione danieli fratri
tuo. Sed nō eſt illi interpretatū: quā ego nūc
tibi interpretor. Ecce dies veniunt: ⁊ exurget
regnū ſuper terraȝ: ⁊ erit timor acrior omniū
regnorum que fuerunt ante eum. Regnabūt B
autē in ea reges duodecim vnus poſt vnum.
Nam ſecundus incipiet regnare: ⁊ ipſe tene

bit amplius tēpus p̄re duodecim. Hec eſt interpretatio duodecim alarū quas vidiſti. Et quam vidiſti vocē que locuta eſt nō de capitib⁹ eius exeuntē: ſed de medio corporis eius hec eſt interpretatio. Qm̄ poſt tēpus regni illius naſcent cōtentiones nō modice: ⁊ periclitabitur vt cadat ⁊ non cadet tūc: ſed iterū ↄ̄ſtituetur in ſuū initiū. Et qm̄ vidiſti ſubalares octo coherentes alis eius: hec eſt interpretatio. Exurgēt in ipſo octo reges quorū erunt tempora leuia ⁊ anni citati: ⁊ duo quidē ex ipſis perient. Appropinquāte aūt tēpore medio quattuor ſeruabuntur in tempore: cum incipiet appropinquare tempus eius vt finiatur Duo vero in finem ſeruabuntur. Et qm̄ vidiſti tria capita quieſcentia: hec ē interpretatio. In nouiſſimis eius ſuſcitabit altiſſimus tria regna: ⁊ reuocabit in ea multa: ⁊ dn̄abuntur terram: ⁊ qui habitant in ea cum labore multo ſup omnes qui fuerunt ante hos. Propter hoc ipſi vocati ſunt capita aquile. Iſti enī erūt qui recapitulabunt impietates eius: ⁊ qui perficient nouiſſima eius. Et quoniam vidiſti caput maius non apparens. Hec eſt iterpretatio eius. Quoniam vnus ex eis ſuper lectum ſuū

C morietur: ⁊ tamen cum tormentis. Nam duo qui perſeuerauerint: gladius eos comedet. Unius enī gladius comedet qui cū eo: ſed th̄ hic gladio in nouiſſimis cadet. Et qm̄ vidiſti duas ſubalares traiiciētes ſuper caput qđ eſt in dextera parte: hec eſt interpretatio. Hi ſunt quos cōſeruauit altiſſimus in finē ſuum: hoc eſt regnū exile ⁊ turbationis plenum. Sicut vidiſti ⁊ leonē quem vidiſti de ſylua euigilantem ⁊ rugientē ⁊ loquentē ad aquilā ⁊ arguentem eam: ⁊ iniuſtitias ipſius per oēs ſermones eius: ſicut audiſti: hic eſt ventus quem ſaluauit altiſſimus in finē ad eos: ⁊ impietates ipſorū ⁊ arguet illos ⁊ incutiet coram ipſis diſceptiones eorū. Statuet enim eos in iudicio viuos: ⁊ erit cū arguerit eos: tunc corripiet eos: nam reſiduū populum meū liberabit cū miſeria qui ſaluati ſunt ſuper fines meos: ⁊ iocundabit eos quoaduſq; veniet finis dies iudicij: de quo locutus ſum tibi ab initio. Hoc ſomniū quod vidiſti: ⁊ he interpretationes. Tu ergo ſolus dignus fuiſti ſcire altiſſimi ſecretum hoc. Scribe ergo omnia iſta in libro que vidiſti: ⁊ pone ea in loco abſcondito: ⁊ docebis ea ſapientes de populo tuo: quorum corda ſcis poſſe capere ⁊ ſeruare ſecreta hec. Tu autē adhuc ſuſtine hic alios dies ſeptē: vt tibi oſtendat quicquid viſum fuerit altiſſimo oſtēdere tibi. Et profectus eſt a me. Et factum eſt D

cum audiſſet omnis populus quoniam pertranſierunt ſeptem dies: ⁊ ego non fuiſſem reuerſus in ciuitatem: ⁊ congregauit ſe omnis a minimo vſq; ad maximū ⁊ venit ad me. Et dixerunt mihi dicentes. Quid peccauimus tibi: ⁊ quid iniuſte egimus in te: quoniā derelinquens nos ſediſti in loco hoc. Tu enim nobis ſuperes ſolus ex omnibus populis ſicut botrus de vinea: ⁊ ſicut lucerna in loco obſcuro: ⁊ ſicut portus ⁊ nauis ſaluata a tempeſtate. Aut non ſufficiunt nobis mala que contingunt. Si ergo tu nos dereliqueris: quanto nobis erat melius ſi eſſemus ſuccenſi: et nos cum incendio ſion? Nec enim nos ſum⁹ meliores eorum que ibi mortui ſunt: ⁊ plorauerunt voce magna. Et reſpondi ad eos: ⁊ dixi. Cōfide iſrael: ⁊ noli triſtari tu domus iacob Eſt enim memoria veſtra coram altiſſimo: et fortis non eſt oblitus veſtri in tentatione. Ego enim nō dereliqui vos neq; exceſſi a vobis: ſꝫ veni in hunc locum vt deprecarer ꝑ deſolatione ſion vt quererem miſericordiā pro humilitate ſanctificationis veſtre. Et nunc ite vnuſquiſq; veſtrū in domū ſuā: ⁊ ego veniā ad vos poſt dies iſtos. Et ꝓfectus eſt populus ſicut dixi ei in ciuitatē. Ego aūt ſedi in cāpo ſeptē diebus ſicut mihi mandauit: ⁊ māducabā de floribus ſolūmodo agri: de herbis facta eſt eſca mihi in diebus illis.

C XIII

B Et factum eſt poſt dies ſeptem: ⁊ ſomniaui ſomniū nocte. Et ecce de mari ventus exurgebat vt conturbaret oēs fluctus ei⁹. Et vidi: ⁊ ecce cōualeſcebat ille homo cū nubibus celi: ⁊ vbi vultū ſuū vertebat ⁊ conſideraret: tremebant oīa que ſub eo videbantur: ⁊ vbicūq; exiebat vox de ore eius ardeſcebāt oēs qui audiebant voces ei⁹: ſicut quieſcit terra qñ ſenſerit ignē. Et vidi poſt hec: ⁊ ecce ↄ̄gregabat multitudo hominū quoꝝ nō erat nūerus de quattuor ventis celi: vt debellarēt hominē qui aſcēderat de mari. Et vidi: ⁊ ecce ſibimetipſi ſculpſerat montē magnū ⁊ volauit ſuper eū. Ego autem queſiui videre regionē vel locū vnde ſculptus eſſet mons: ⁊ non potui. Et poſt hec vidi et ecce omnes qui congregati ſunt ad eum vt expugnarent eum timebant valde: tū audebāt

pugnare. Et ecce: vt vidit impetum multitu-
dinis venientis non leuauit manū ſuam: ne-
qꝫ frámeam tenebat: neqꝫ aliqͦd vas bellico-
ſum: niſi ſolūmodo vt vidi: quoniā emiſit de
ore ſuo ſicut flatū ignis: ⁊ de labijs eius ſpiri-
tus flāme: ⁊ de lingua eius emittebat ſcintil-
las ⁊ tēpeſtates. Et cōmixta ſunt oīa ſimul: hic
flatus ignis ⁊ ſpūs flāme ⁊ multitudo tem-
peſtatis: ⁊ concidit ſuper multitudinem in im
petu que parata erat pugnare: ⁊ ſuccēdit oēs
vt ſubito nihil videret̄ de innumerabili mul-
titudine: niſi ſolummodo puluis ⁊ fumi odor
B Et vidi ⁊ extimui. Et poſt hec vidi ipſum ho-
minem deſcendentem de monte: ⁊ vocantem
ad ſe multitudinem aliā pacificam: ⁊ accede
bat ad eū vultus hominū multorū quorūdaꝫ
gaudentiū quorūdā triſtātiū: aliqui vero alli
gati aliqui adducētes ex eis q offerebant̄. Et
egrotáui a multitudine pauoris ⁊ expergefá-
ctꝰ ſū: ⁊ dixi. Tu ab initio demōſtraſti ſuo tuo
mirabilia hec: ⁊ dignū me habuiſti vt ſuſcipe-
res deprecationē meā: ⁊ nūc demonſtra mihi
adhuc interp̄tationē ſomnij huius. Sicut enī
exiſtimo in ſenſu meo: vel qui derelicti fuerūt
in diebꝰ illis. Et multo plus de his qui nō ſūt
derelicti: qui enī nō ſunt derelicti: triſtes erāt
Intelligo nūc que ſunt repoſita in nouiſſimis
diebus: ⁊ occurrēt eis: ſꝫ ⁊ de his qui derelicti
ſunt. Propter hoc venerūt enī in pericula ma
gna ⁊ neceſſitates multas: ſicut oſtēdūt ſōnia
hec. Attn̄ facilꝰ eſt piclitātē venire in hunc q̄ꝫ
ptranſire ſicut nubē a ſeclo: ⁊ nūc videre q̄ cō
tingūt ī nouiſſimo. Et rn̄dit ad me: ⁊ dixit. Et
viſionis interpretationē dicā tibi: ⁊ de quibus
locutus es adaperiā tibi. Quoniā de his dixi
ſti qui derelicti ſunt: hec eſt interpretatio. Qui
aufert periculū illo tempore hic ſe cuſtodiuit.
Qui in periculo inciderūt: hi ſunt qui habēt
opera ⁊ fidē ad fortiſſimū. Scito ergo: qm̄ ma
gis beatificati ſunt qui derelicti ſuper eos qui
mortui ſunt. He interp̄tationes viſiōis. Quia
vidiſti virū aſcendentem de corde maris: ipſe
eſt quem conſeruat altiſſimus multis tempo-
ribus: qui per ſemetipſum liberabit creaturā
ſuam: ⁊ ipſe diſponet q derelicti ſunt. Et qm̄
vidiſti de ore eius exire vt ſpiritū: ⁊ ignem et
tempeſtatē: ⁊ qm̄ nō tenebat frámeā: neqꝫ vas
bellicoſum: corrūpit enim impetus eius mul
titudinem que venerat expugnare eum. Hec
eſt interpretatio. Ecce dies veniunt quando
C incipiet altiſſimus liberare eos qui ſuper ter-
raꝫ ſunt: ⁊ veniet in exceſſu mentis ſuper eos
qui inhabitant terrā. Et alij alios cogitabunt
debellare: ciuitas ciuitatem: ⁊ locus locum:
⁊ gens aduerſus gentem: ⁊ regnū aduerſus
regnū. Et erit cuꝫ fierent hec ⁊ contingent ſi
gna que an̄ oſtendi tibi: ⁊ tunc reuelabit̄ fili-
us meus quē vidiſti virū aſcendenteꝫ. Et erit
qn̄ audierint omnes gentes vocem eius: et
derelinquet vnuſquiſqꝫ in regione ſua belluꝫ
ſuū qͦd habent ad alterutrū: ⁊ colliget̄ in vnū
multitudo innumerabilis: ſicut volentes ve-
nire ⁊ expugnare eum. Ipſe autem ſtabit ſu-
per cacumen montis ſión. Sión autem veniet
⁊ oſtendetur omnibus parata ⁊ edificata ſi-
cut vidiſti monteꝫ ſcúlpi ſine manibus. Ipſe
autem filius meus árguet que adinuenerunt
gentes impietates eorum has que tempeſtati
appropinquauerunt propter mala cogitamen
ta eoruꝫ ⁊ cruciamenta quibus incipient cru
ciari que aſſimilate ſunt flāme: ⁊ perdet eos
ſine labore: per legem que igni aſſimilata eſt.
Et qm̄ vidiſti eū colligētē ad ſe aliā multitu
dinem pacificā: he ſunt decem tribus que ca-
ptiue facte ſunt de terra ſua in diebus oſeé re
gis quē captiuū duxit ſalmanaſár rex aſſyrio-
rum: ⁊ tranſtulit eos trans flumen: ⁊ tranſla-
ti ſunt in terram aliam. Ipſi auteꝫ ſibi dede-
rūt conſiliū hoc vt derelinquerēt multitudinē
gentium ⁊ p̱ficiſcerēnt̄ in vlteriorē regioneꝫ
vbi nunq̄ꝫ inhabitauit genus humanum: vel
ibi obſeruare legitima ſua que non fuerant
ſeruantes in regione ſua. Per introitus auteꝫ
angúſtos fluminis eufratēn introierunt. Fe- D
cit enim eis tunc altiſſimus ſigna ⁊ ſtatuit ve-
nas fluminis vſqꝫquo tranſierunt. Per eam
enim regionem erat via multa itineris anni
vniꝰ ⁊ dimidij: nam regio illa vocat̄ aſſaréth.
Tunc inhabitauerūt ibi vſqꝫ in nouiſſimo tē
pore: ⁊ nunc iterum cum cēperint venire: ite
rum altiſſimus ſtátuet venas fluminis vt poſ
ſint tranſire: propter hec vidiſti multitudineꝫ
cum pace. Sed ⁊ qui derelicti ſunt de populo
tuo: hi ſunt qui inueniuntur intra terminum
meum. Factū eſt ergo qn̄ incipiet p̱dere mul
titudinē earū que collecte ſunt gentes p̱teget
eos qui ſuperauerunt populuꝫ: ⁊ tunc oſtendet
eis multa plurima portēta. Et dixi ego. Dn̄a-
tor dn̄e hoc mihi oſtende propter qͦd vidi vi-
rum aſcendentem de corde maris. Et dixit
mihi. Sicut non potes hec vel ſcrutari vel
ſcire que ſunt in profundo maris: ſic non po-

terit quiſq̄ ſuper terrā videre filium meum:
vel eos qui cū eo ſunt: niſi in tēpore diei. Hec
eſt interpretatio ſomnij qđ vidiſti: ⁊ ꝓpter qđ
illuminatus es hic ſolus. Dereliquiſti enim
tuā: ⁊ circa meam vacaſti legē ⁊ queſiſti. Ui-
tam autē tuam diſpoſuiſti in ſapientia: ⁊ ſen-
ſum tuum vocaſti matrē. Et propter hoc oſtē-
di tibi merces apud altiſſimū. Erit enim poſt
alios tres dies: ad te alia loquar: ⁊ exponam
tibi grauia ⁊ mirabilia. Et profectus ſuꝫ ⁊ trā-
ſij in campum: multū glorificans ⁊ laudans
altiſſimū de mirabilib⁹ que ꝑ tēpus faciebat:
⁊ qm̄ gubernat ipſum: ⁊ que ſunt in tēporib⁹
illata. Et ſedi ibi tribus dieb⁹. ℂ XIIII

A ET factū eſt tertio die: ⁊ ego ſe-
debam ſub quercu. Et ecce vox
exiuit contra me de rubo: ⁊ di-
xit. Eſdra eſdra. Et dixi. Ecce
ego domine. Et ſurrexi ſuper
pedes meos. Et dixit ad me. Re-
uelans reuelatus ſuꝫ ſuper rubum: ⁊ locutus
ſuꝫ moyſi quādo pplꝰ meus ſeruiebat in egy-
pto: ⁊ miſi eum ⁊ eduxi populum meū de egy-
pto: ⁊ adduxi eū ſuper montē ſyna: ⁊ detine-
bā eum apud me diebus multis: ⁊ enarraui
ei mirabilia multa: ⁊ oſtendi ei tēpoꝝ ſecreta
⁊ finem: ⁊ precepi ei dicens. Hec in palā fa-
cies verba: ⁊ hec abſcondes. Et nunc tibi di-
co: ſigna que demonſtraui ⁊ ſomnia que vidi-
ſti: ⁊ interpretationes quas tu vidiſti in corde
tuo repone ea: tu enim recipieris ab omnib⁹
conuerteris reſiduus cum conſilio meo ⁊ cū
ſimilibus tuis: vſq̄quo finiant̄ tēpora. Quo-
niam ſeculum perdidit iuuentutem ſuam: et
tempora appropinquāt ſeneſcere. Duodecim
enim partibus diuiſum eſt ſeculum: ⁊ tranſie-
runt eius decima ⁊ dimidium decime partis.
ſuperſunt autē eius poſt medium decime par-
B tis. Nunc ergo diſpone domū tuam ⁊ corripe
populum tuum ⁊ conſolare humiles eorum
⁊ renuncia iam corruptele: ⁊ dimitte abs te
mortales cogitationes: ⁊ proijce abs te pon-
dera humana: ⁊ exue te iam infirmam natu-
ram ⁊ repone in vnam partem moleſtiſſima
tibi cogitamenta: ⁊ feſtina tranſmigrare a tē-
poribus his. Que enim vidiſti nunc contigiſ-
ſe mala iterum horū deteriora facient. Quan-
tum enim inualidum fiet ſeculum a ſenectu-
te: tm̄ multiplicabūtur ſuper inhabitātes ma-
la prolongauit eni ſe magis veritas ⁊ appro-
pinquauit mendaciū. Jam enim feſtinat veni-
re quā vidiſti viſionē. Et reſpondi ⁊ dixi co-
ram te dn̄e. Ecce enim ego abibo: ſicut prece-
piſti mihi: ⁊ corripiam preſentē populū. Qui
aūt iterū nati fuerint quis cōmonebit? Poſi-
tum eſt ergo ſeculū in tenebris: ⁊ qui inhabi-
tant in eo ſine lumine. Qm̄ lex tua incenſa ē
propter qđ nemo ſcit que a te facta ſunt vel q̄
incipient opera. Si enim inueni in te gratiaꝫ:
īmitte in me ſpiritū ſctm̄ ⁊ ſcribam omne qđ
factū eſt in ſeculo ab initio q̄ erāt in lege tua
ſcripta: vt poſſint homines inuenire ſemitaꝫ.
⁊ qui voluerint viuere in nouiſſimis viuant.
Et rn̄dit ad me ⁊ dixit. Uadens cōgrega po- C
pulū ⁊ dices ad eos vt nō querant te diebus
quadraginta. Tu aūt prepara tibi buxos mul-
tos: ⁊ accipe tecū ſareā dabriā ſelemiā
echanū ⁊ aſiel: quinq̄ hos qui parati ſunt
ad ſcribendū velociter. Et venies huc: ⁊ ego
accendā in corde tuo lucernā intellectus que
non extinguet̄ quoadusq̄ finiantur que inci-
pies ſcribere. Et tunc perfectis quedā palam
facies: quedā ſapientib⁹ abſconſe trades. Jn
craſtinuꝫ enim hac hora incipies ſcribere. Et
ꝑfectus ſum ſicut mihi precepit: ⁊ congrega-
ui oēm populū: ⁊ dixi. Audi iſrael verba hec.
Peregrinati ſunt patres noſtri ab initio in
egypto: ⁊ liberati ſunt inde et acceperunt le-
gem vite quā non cuſtodierunt: quam ⁊ vos
poſt eos tranſgreſſi eſtis: ⁊ data eſt vobis ter-
ra in ſortem: ⁊ terra ſion ⁊ patres veſtri ⁊ vos
iniquitatem feciſtis ⁊ non ſeruaſtis vias quas
precepit vobis altiſſimus: ⁊ iuſtus iudex cum
ſit: abſtulit a vobis in tēpore quod donauerat
Et nunc vos hic eſtis ⁊ fratres veſtri intro-
ſum veſtrum ſunt. Si ergo imperaueritis ſen-
ſui veſtro: vt erudieritis cor veſtrum viui ꝯſer-
uati eritis: ⁊ poſt mortē miſericordiā cōſeque-
mini. Judiciū eniꝫ poſt mortē veniet: quando
iterū reuiuiſcemus: ⁊ tūc iuſtorū nomina pa-
rebūt ⁊ impioꝝ facta oſtendent̄. Ad me igit̄ D
nemo accedat nunc: neq̄ reqrat me vſq̄ dies
quadragita. Et accepi quinq̄ viros ſicut mā-
dauit mihi: ⁊ profecti ſumus in campū ⁊ mā-
ſimus ibi. Et factus ſum in craſtinum: ⁊ ecce
vox vocauit me dicens. Eſdra aperi os tuum:
⁊ bibe quo te potauero. Et aperui os meuꝫ:
⁊ ecce calix plenus porrigebatur mihi. Hoc
erat plenū ſicut aqua: color aūt eius vt ignis
ſimilis. Et accepi ⁊ bibi. Jn eo cum bibiſſet
cor meum cruciabatur intellectu: ⁊ in pectus
meum increſcebat ſapientia. Nam ſpiritus

meus conſeruabatur memoria . Et apertum
eſt os meum:⁊ non eſt clauſum amplius. Al-
tiſſimus dedit intellectum quinqȝ viris:⁊ ſcri
pſérunt que dicebantur exceſſiones noctis
quas non ſciebant. Nocte autem manduca-
bant pané:ego auté per diem loquebar : ⁊ per
noctem non tacébam. Scripti ſunt aũt p qua
draginta dies libri ducenti quattuor. Et factũ
eſt cũ compleuiſſent quadraginta dies:: locu
tus eſt altiſſimus dicés. Prióra que ſcripſiſti i
palá pone:⁊ legant digni ⁊ indigni : nouiſſi-
mos auté ſeptuaginta conſeruabis vt tradas
eos ſapientibus de populo tuo . In his enim
eſt vena intellectus ⁊ ſapientie fons ⁊ ſcientie
flumen. Et feci ſic. CXV

A Ecce loqre in aures plebis mee
ſermones prophetie quos im-
miſero in os tuum dicit domi-
nus:⁊ fac vt in cartha ſcriban-
tur qm̃ fideles ⁊ veri ſunt . Ne
tímeas a cogitationibꝰ aduer-
ſum te:nec túrbent te incredulitates dicentiũ
qm̃ omnis icredulus i incredulitate ſua mó
rietur. Ecce ego induco:dicit dñs:ſuper orbeȝ
terrarũ mala:gladiũ ⁊ famé ⁊ morté ⁊ inte-
ritũ:propter qd̃ ſuperpolluit iniquitas omné
terram ⁊ adímpleta ſunt opera nociua illoꝝ.
Propterea dícit dñs . Jam non ſileho de im-
pietatibus eorũ que irreligioſe agunt:nec ſu
ſtinebo in his que ínique exercent. Ecce ſan-
guis innoxius ⁊ triſtis clamat ad me:⁊ anime
iuſtorum clamant perſeueranter . Uindicans
vindicabo illos dicit dñs: ⁊ accipiam omneȝ
ſanguinem innoxiũ ex illis ad me. Ecce popu
lus meus quaſi grex ad occiſionem ducit:iaȝ
non patiar illum habitare in terra egypti : ſȝ
educam eum in manu potenti ⁊ brachio ex-
celſo. Et percutiaȝ plaga ſicut prius: ⁊ corrum
pam omné terram eius. Lugebit egyptus et
fundamenta eius plaga verberata ⁊ caſtigatio
ne quas inducet ei deus . Lugebunt cultores
operantes terrã: qm̃ deficient ſémina eorum
ab vrédine ⁊ grádine:⁊ a ſidere terribili. Ue
ſeculo ⁊ qui habitant in eo : qꝛ appropinquat
gladius ⁊ contritio eorũ. Et exurget gens con
tra gentem ad pugnã: ⁊ rómphea in manibꝰ
eorum. Erit enim inconſtabilitio hominibus
⁊ alij alijs inualeſcentes non curabunt regeȝ
ſuum ⁊ principes: vie geſtorum ſuorum in po
tentía ſua . Concupiſcet enim homo in ciui-
B tatem ire:⁊ non poterit. Propter ſuperbiam
enim eorum ciuitates turbabunt : domus ex
terent:homines métuent. Non miſerebit ho-
mo primũ ſuũ ad irritũ faciendũ:domos eo-
rum in gladiũ ad diripiendas ſubſtantias eo
rũ ꝑpter famé panis ⁊ tribulationé multam.
Et ecce cõuoco dicit deus omnes reges terre
ad me verendũ qui ſunt ab oriente : ⁊ ab au-
ſtro:ab euro:⁊ a libano ad conuertédos in ſe:
⁊ reddere que dederunt illis. Sicut faciunt vſ
qȝ hodie electis meis:ſic faciam ⁊ reddam in
ſinu eorum. Hec dicit dñs deus . Non párcet
déxtera mea ſup peccatores:nec ceſſabít róm
phea ſuper effundentes ſanguinem innóxium
ſuper terram . Exijt ignis ab ira eius ⁊ deuo-
rauit fundamenta terre : et peccatores quaſi
ſtramen incenſum. Ué eis qui peccant ⁊ non
obſeruant mandata mea:dicit dominus. Nõ
párcaȝ illis. Diſcedite filij a poteſtate. Noli-
te contaminari ſanctificationeȝ meã: qm̃ no
uit dominus omnes qui delinquũt in illum.
Propterea trádidit eos in morté ⁊ in occiſio
né. Jaȝ enim venerunt ſuper orbem terrarum
mala ⁊ manebitis in illis. Non enim libera-
bit vos deus ꝑpter qd̃ peccaſtis in eum . Ecce
viſio horribilis : ⁊ facies illius ab oriente. Et
exiẽt nationes draconũ arabũ in curribꝰ mul
tis ⁊ ſicut flatꝰ eorũ numerus feret ſup terraȝ
vt iam timeant ⁊ trepident omnes qui illos
áudiẽt carmónij inſanientes in íra: ⁊ exiẽt vt
ápri de ſylua: ⁊ aduenieẽt in virtute magna:⁊
conſtabunt in pugnã cũ illis:⁊ vaſtabunt por
tioné terre aſſyriorũ . Et poſt hec ſupualeſcẽt
dracones natiuitatis ſue memores:⁊ conuer-
tent ſe conſpirantes in virtute magna ad per-
ſequendos eos. Iſti turbabuntur ⁊ ſilebũt in
virtute illoꝝ : ⁊ conuertent pedes ſuos in fu-
gam: ⁊ a territorio aſſyriorũ ſubſeſſor obſidé
bit eos:⁊ conſúmet vnuȝ ex illis:⁊ erit timor
⁊ tremor in exercitu illorũ: ⁊ contentio in re
ges ipſorum. Ecce nubes ab oriente:⁊ a ſepté C
trione vſqȝ meridianum:⁊ facies earum hór
rida valde plena ire ⁊ procelle . Et collident
ſe inuicé: ⁊ collident ſidus copioſuȝ ſuper ter
ram:⁊ ſidus illorum . Et erit ſanguis a gladio
vſqȝ ad ventrem : ⁊ fumus hominis vſqȝ ad
ſubſtrámen cameli . Et erit timor ⁊ tremor
multus ſuper terrã:⁊ horrébũt q videbũt irã
illam:⁊ tremor apprehendet illos. Et poſt hec
mouebunt nymbi copioſi a meridiano ⁊ ſe-
ptẽtrione:et portio alia ab occidente . Et ſu-
perinualeſcent venti ab oriente:⁊ recludẽt eã

⁊ nubē quam ſuſcitauit in ira : ⁊ ſidus ad fa-
ciendā exterritationē ad orientalem ventum
⁊ occidentem violabitur. Et exaltabuntur nu
bes magne ⁊ valide plene ire: ⁊ ſidus vt exter
reant oēm terrā ⁊ inhabitantes eam: ⁊ infun
dent ſuper omnē locū altuʒ ⁊ eminentē ſidus
terribile ignē ⁊ grandinem ⁊ rōmpheas vo-
lantes: ⁊ aquas multas vt etiam impleantur
omnes cāpi ⁊ omnes riui plenitudine aqua-
rū multarū. Et demolient̄ ciuitates ⁊ muros
⁊ montes ⁊ colles ⁊ ligna ſyluarū ⁊ fenū pra
torū ⁊ frumenta eorū. Et tranſibunt ꝯſtantes
vſqʒ babylonē ⁊ exterrēt eā: cōuenient ad ipſaʒ
⁊ circuibūt eā: ⁊ effundēt ſidus ⁊ oēm irā ſu-
per eā. Et ſubibit puluis ⁊ fumus vſqʒ in celū
⁊ omnes in circuitu lugebūt eā : ⁊ qui ſub ea
remanſerint ſeruiēt his qui exterruerunt. Et
tu aſia concors in ſpeʒ babylonis ⁊ gloria per-
ſone eius ve tibi miſera: propter qḋ aſſimila-
ſti ei : ⁊ ornaſti filias tuas in fornicatione ad
placendum ⁊ gloriandū in amatoribus tuis
D qui tecum cupierunt ſemper fornicari. Odi-
bilem imitata es in omnibus operibus eius:
⁊ in adinuentionibus eius: propterea dicit de-
us. Immittaʒ tibi mala: viduitatem: pauper
tatem ⁊ famem ⁊ gladiū ⁊ peſtem: ad deuaſtā
das domos tuas a violatione ⁊ morte ⁊ gloria
virtutis tue. Sicut flos ſiccabitur cum exur-
get ardor qui miſſus eſt ſuper te. Infirma-
beris vt paupercula plagata ⁊ caſtigata a mu-
lieribus: vt non poſſint te ſuſcipere potentes
⁊ amatores. Nunquid ego ſic zelabo te dicit
dominus : niſi occidiſſes electos meos in oī
tēpore exaltans percuſſionem manuum: ⁊ di-
ceres ſuper mortem eorum: cum inebriata eſ-
ſes exorna ſpeciem vultus tui. Merces forni-
cationis tue in ſinu tuo: propter hoc redditio
nem accipies. Sicut facies electis meis dicit
dominus: ſic faciet tibi deus ⁊ tradet te in ma
luʒ. Et nati tui fame interient: ⁊ tu romphea
cades: ⁊ ciuitates tue conterentur : ⁊ omnes
tui in cāpo gladio cadent. Et qui ſunt in mō-
tibus fame peribunt ⁊ manducabunt carnes
ſuas ⁊ ſanguinem bibent a fame panis ⁊ ſiti
aq̄. Infelix p maria venies: ⁊ rurſū accipies
mala. Et in tranſitu allident ciuitateʒ occiſaʒ
⁊ exterrent aliquam portioneʒ terre tue ⁊ par
tem glorie tue exterminabunt rurſum reuer-
tentes conuerſam. Et demolita eris illis pro
ſtipula: ⁊ ipſi erunt tibi ignis : ⁊ deuorabunt
te ⁊ ciuitates tuas: terraʒ tuā ⁊ montes tuos:
omnes ſyluas tuas ⁊ lignum fructiferuʒ igni
comburent. Filios tuos captiuos ducent: et
cenſum tuum in predam habebunt: ⁊ gloriaʒ
faciei tue exterminabunt. CXVI

Ve tibi babylon ⁊ aſia. Ve tibi A
egypte ⁊ ſyria. Precingite vos
ſaccis ⁊ cilicijs: ⁊ plāgite filios
veſtros ⁊ dolete: qm̄ appropinq̄-
uit ꝯtritio veſtra. Immiſſus eſt
vobis gladius: ⁊ quis ē q auer-
tat illū? Immiſſus eſt vobis ignis ⁊ quis eſt q
extinguat illum? Immiſſa ſunt vobis mala: ⁊
qs eſt q repellat ea? Nunqd repellet aliqs leo
nē eſurientē in ſylua: aut extinguet ignē in ſti
pula mox qn̄ ceperit ardere? Nunquid repel
let aliquis ſagittam a ſagittario forti miſſam.
Dn̄s fortis immittit mala : ⁊ quis eſt qui re-
pellet ea? Exijt ignis ex iracundia eius: ⁊ quis
eſt qui extinguat eum? Coruſcabit ⁊ quis nō
timebit? Tonabit: ⁊ quis non pauebit? Dn̄s
cōminabit̄: ⁊ quis nō funditus ꝯteret̄ a facie
ipſius? Terra tremuit ⁊ fundamēta ei⁹. Ma-
re fluctuat de profundo ⁊ fluctus eius diſtur-
babunt̄: ⁊ piſces ei⁹ a facie dn̄i: ⁊ a gloria vir-
tutis eius: qm̄ fortis dextera eius que arcū tē
dit: ſagitte eius acute que ab ipſo mittuntur:
nō deficient cū ceperint mitti in fines terre.
Ecce mittuntur mala ⁊ non reuertent̄ donec
veniant ſuper terram. Ignis ſuccendit̄ ⁊ non
extinguet̄ donec conſumat fundamenta terre
Quēadmodum non redit ſagitta miſſa a va-
lido ſagittario: ſic non reuertentur mala que
miſſa fuerint i terrā. Ve mihi: ve mihi. Quis B
me liberabit in illis diebus. Initium doloruʒ
⁊ multi gemitus: initium famis ⁊ multi intē
ritus: initium bellorum formidabunt poteſta-
tes: initium malorum ⁊ trepidabunt omnes.
In his quid faciam cum venerint mala. Ecce
fames ⁊ plaga ⁊ tribulatio et anguſtia miſſa
ſunt flagella in emendatione: ⁊ in his omni-
bus ſe non conuertent ab iniquitatibus ſuis
neqʒ flagellorum memores erunt ſemper. Ec-
ce erit annone vilitas ſup terrā : ſic vt putent
ſibi eſſe directam pacem: ⁊ tunc germinabūt
mala ſuper terraʒ: gladius fames ⁊ magna cō
fuſio. A fame eniʒ plurimi qui inhabitant ter
ram interient : ⁊ gladius perdet ceteros qui
ſupauerint a fame: ⁊ mortui ſicut ſtercora ꝓij
cientur: ⁊ non erit qui conſoletur eos. Dere-
linquetur enim terra deſerta: ⁊ ciuitates eius
deijcientur. Non derelinquet̄ qui colat terraʒ

ꝛ qui ſeminat eã. Ligna dabunt fructus: ꝛ qs vindemiabit illa? Uua matura fiet: ꝛ quis cal cabit illam? Erit enim locis magna deſertio. Cupiet enim homo hominem videre: vel vo cem eius audire. Relinquentur enim de ciui tate decem: ꝛ duo de agro qui abſconderunt ſe in denſis nemoꝛibus ꝛ ſciſſuris petraꝝ: quẽ admodũ dũ derelinquunẗ in oliueto: ꝛ ſingu lis arboꝛibus tres aut quattuoꝛ oliue: aut ſi cut in vinea vindemiata racemi relinquunẗ ab his qui diligenter vineã ſcrutanẗ: ſic relin quenẗ in dieb⁹ illis tres aut quattuoꝛ ſcrutã tibus domos eoꝝ in rompheа. Et relinque tur terra deſerta ꝛ agri eius inueterabunt et vie eius ꝛ omnes ſemite ei⁹ germinabunt ſpi nas: eo ꝙ non tranſient homines per eã. Lu gebunt virgines nõ habentes ſpõſos: lugebũt mulieres nõ habentes viros: lugebũt filie ea rũ nõ habentes adiutoꝛiũ ſponſi earuꝫ. In bel lo ꝯſumenẗ: ꝛ viri eaꝝ in fame exterrenẗ. Au dite vero iſta ꝛ recognoſcite ea ſerui dñi. Ecce verbum dñi: excipite illud ne dijs credatis de quibus dicit dñs. Ecce appꝛopinquãt mala ꝛ

C non tradant. Quemadmodũ pꝛegnans cum parit in nono menſe filiũ ſuum appꝛopinquã te hoꝛa partus eius: ante hoꝛas duas vel tres doloꝛes circũeunt ventrẽ eius: ꝛ pꝛodeunte in fante de ventre non tardabũt vno puncto: ſic non moꝛabuntur mala ad pꝛodeunduꝫ ſuper terrã ꝛ ſeculum gemet: ꝛ doloꝛes circuntene bũt illud. Audite verbuꝫ plebs mea. Parate vos in pugnã: ꝛ in malis: ſic eſtote quaſi adue ne terre. Qui vendit quaſi qui fugiat: ꝛ q emit quaſi qui pditurus. Qui mercaẗ quaſi q fru ctũ non capiat: ꝛ qui edificat q̃ſi non habitu rus. Qui ſeminat quaſi nõ metet: ſic ꝛ qui vi neã putat q̃ſi qui nõ vindemiaturus. Qui nu bunt ſicut quaſi filios nõ facturi: ꝛ qui non nu bunt ſic quaſi vidui: ꝓpter qđ qui laboꝛant ſi ne cauſa laboꝛant: fructus enim illoꝝ alieni gene metent ꝛ ſubſtantiam illoꝝ rapient ꝛ domos euertent: ꝛ filios eoꝝ captiuabunt: qꝛ in captiuitate ꝛ fame generant natos ſuos. Et qui negocianẗ in rapina q̃tũdiu exoꝛnant ci uitates ꝛ domos ſuas ꝛ poſſeſſiones ꝛ perſonas ſuas: tantomagis adꝫelaboꝛ eos ſuper pecca ta ſua dicit dominus. Quõ ꝫelatur foꝛnicaria mulierẽ idoneã ꝛ bonam valde: ſic ꝫelabitur iuſtitia iniquitatẽ cum exoꝛnat ſe: ꝛ accuſat eã in facie cum venerit qui defendat exquirentẽ omne peccatuꝫ ſuper terram. Propterea no lite ſimulari ei nec operibus eius: quoniam adhuc puſillum: ꝛ tolletur iniquitas a terra: ꝛ iuſtitia regnabit in vos. Non dicat peccatoꝛ ſe non peccaſſe: qm̃ carbones ignis combũret ſuper caput eius: qui dicit non peccaui coꝛam domino deo ꝛ gloꝛia ipſius. Ecce dominus co gnoſcet omnia opera hominũ: ꝛ adinuentio nes illoꝝ ꝛ cogitatiões illoꝝ ꝛ coꝛda illoꝝ. Di xit eni. Fiat terra: ꝛ facta eſt. Fiat celũ: ꝛ factũ eſt: ꝛ in verbo illius ſtelle fundate ſunt: ꝛ nouit numerũ ſtellarũ. Qui ſcrutaẗ abyſſũ ꝛ theſau ros illarum: qui menſus eſt mare: ꝛ conce ptum eius. Qui cõcluſit mare in medio aqua rum: ꝛ ſuſpendit terrã ſuper aquas verbo ſuo. Qui extendit celũ quaſi camerã ſuper aquas fundauit eũ. Qui poſuit i deſerto fontes aqua rũ: ꝛ ſup verticẽ montiũ lacus ad emittendũ flumina ab eminenti petra vt potaret terraꝫ. Qui finxit hominẽ ꝛ poſuit coꝛ ſuum in me dio coꝛpoꝛis ꝛ miſit ei ſpiritũ vitã ꝛ intellectũ

D ꝛ ſpiramẽ dei omnipotentis: qui fecit omnia: ꝛ ſcrutinat omnia abſconſa i abſconſis terre. Hic nouit adinuentionẽ veſtram ꝛ que cogi tatis in coꝛdibus veſtris peccantes ꝛ volentes occultare peccata veſtra. Propter qđ domin⁹ ſcrutinando ſcrutinauit omnia opera veſtra: ꝛ traducet vos omnes: ꝛ vos confuſi eritis cum proceſſerint peccata veſtra coꝛam hominibus ꝛ iniquitates erunt q̃ accuſatoꝛes ſtabunt in die illo. Quid facietis: aut quõ abſcondetis peccata veſtra coꝛã deo ꝛ angelis eius? Ecce iu dex deus timete eum. Deſiſte a peccatis ve ſtris ꝛ obliuiſcamini iniquitates veſtras iam agere eas in ſempiterno: ꝛ deus educet vos ꝛ liberabit de omni tribulatione. Ecce enim in cenditur ardoꝛ ſuper vos turbe copioſe: ꝛ ra pient quoſdã ex vobis ꝛ cibabunt idolis ocio ſos: ꝛ qui conſenſerint eis: erunt illis in deri ſum ꝛ in impꝛoperiũ ꝛ in conculcationẽ. Erit enim locis locus: ꝛ in vicinas ciuitates exur rectio multa ſuper timentes dominum. Erũt quaſi inſani: nemini parcentes ad diripiendũ ꝛ deuaſtandum adhuc timentes dñm: qꝛ de uaſtabunt ꝛ diripient ſubſtantias: ꝛ de domi bus ſuis eos eijcient. Tunc parebit pꝛobatio electoꝝ meoꝝ vt aurum qđ pꝛobaẗ ab igne Audite dilecti mei dicit dominus. Ecce adſũt dies tribulationis: ꝛ de his liberabo vos. Ne timeatis: nec heſitetis: qm̃ deus dux veſter eſt. Et qui ſeruat mandata ꝛ pꝛecepta mea dicit dominus deus: ne pꝛeponderent vos peccata

veſtra: ne ſuperelevent ſe iniquitates veſtre. Ve qui conſtringuntur a peccatis ſuis: et abteguntur ab iniquitatibus ſuis: quemadmodum ager conſtringitur a ſylua et ſpinis tegitur ſemita eius per quam non tranſit homo: et excluditur et mittitur ad devorationem ignis.

¶ Explicit liber eſdre quartus.

¶ Incipit prologus beati hieronymi presbyteri in librum tobie.

Chromatio et eliodoro epiſcopis hieronymus presbyter in domino ſalutem. Mirari non deſino exactionis veſtre inſtantiam. Exigitis enim vt librum chaldeo ſermone conſcriptum ad latinum ſtilum trahaz: librum vtiqz tobie quez hebrei de cathalogo diuinarum ſcripturarū ſecantes: his que agyographa memorant mācipatunt. Feci ſatis deſiderio veſtro: non tamen meo ſtudio. Arguunt enim nos hebreorum ſtudia: ⁊ imputant nobis contra ſuum canonem latinis auribus iſta transferre. Sed melius eſſe iudicans phariſeorum diſplicere iudicio: ⁊ epiſcoporum iuſſionibus deſeruire inſtiti vt potui. Et quia vicina eſt caldeorum lingua ſermoni hebraico vtriuſqz lingue peritiſſimum loquacem reperiens vnius diei laborem arripui: ⁊ quicquid ille mihi hebraicis verbis expreſſit: hoc ego accito notario ſermonibus latinis expoſui. Orationibus veſtris mercedē huius operis compēſabo: cum gratum vobis didicero me qđ iubere eſtis dignati compleſſe.

¶ Explicit prologus in librum tobie.



¶ Incipit liber tobie.

¶ Ca. Sū. ¶ Tobias captiuus in diebus ſalmanaſar fugit idola: decimas ſoluit: duxit annam vxorem: et generat ex ea tobiam: fit gratus ſalmanaſar et pergit in rages: vbi tradidit ragueli decem talenta argenti: ſub chirographo: moritur ſalmanaſar: cui ſuccedit ſennacherib: qui odiens tobiam: querit eum interficere: ⁊ ipſe occidit a filijs ſuis: tobias in domum ſuam reuertitur: omni ſubſtantia ſua reſtituta. ¶ Cap. I

Tobias ex a
tribu et ciuitate neptalim que eſt in ſuperioribus galilee ſupra naaſon poſt viaz que ducit ad occidentē in ſiniſtro habēs ciuitatē ſephetb cum captus eſſet in diebus ſalmanaſar regis aſſyriorū: in captiuitate tñ poſitus viam veri-

Re. + & xxiiii tatis non deſeruit: ita vt omnia que habére
póterat quotidie concaptiuis fratribus qui
erant ex eius génere impertíret.+ Cúq3 eſſet
iúnior omnib⁹ i tribu neptalím: nihil tñ pue
i Are. xii. c rile geſſit i opere.[a] Deniq3 cũ irent omnes ad
vitulos áureos quos hieroboám fécerat rex
iſráel: hic ſolus fugiebat conſortia omniũ: et
pgebat ad hieruſalém ad tẽplũ dñi: z ibi ado
rábat dñm deũ iſráel: omnia prímitiua ſua et
décimas ſuas fideliter ófferens: ita vt in ter-
tio anno pſelitis z áduenis miniſtraret oẽm
decimationẽ. Hec et his ſimilia ſm legem dei
puérulus obſeruabat. Cuz vero factus fuiſſet
B vir accepit vxorez ánnã de tribu ſua: genuitq3
ex ea filiũ nomen ſuũ impones ei: quez ab in-
fántia timere deũ dócuit z abſtinere ab omni
peccato. Igit dum p captiuitatẽ deueniſſet cuz
vxore ſua z filio in ciuitatẽ niniuém cũ omni
tribu ſua: z cum omnes éderent ex cibis gẽti
liũ: iſte cuſtodiuit animã ſuam: z nunq3 cõta
minatus eſt in eſcis coz. Et qm̃ memor fuit
dñi in toto corde ſuo: dedit illi deus gratiã in
cõſpectu ſalmanaſár regis z dedit illi poteſta-
tem quocũq3 vellet ire: habens libertatez que
cũq3 facere voluiſſet. Pergebát eniz p omnes
qui erant in captiuitate: et monita ſalutis da
C bat eis.[b] Cum autem veniſſet in ragés ciuita
b Iſra. 4. c tem medórum: z ex his quib⁹ honoratus fue
rat a rege habuiſſet decem talenta argenti: et
cum in multa turba géneris ſui gabelũ egen
tẽ videret qui erat ex tribu eius ſub cirógra-
pho: dedit illi memoratum póndus argenti.
Poſt multũ vero tẽporis mortuo ſalmanaſár
rege: cum regnaret ſennacherib filius eius p
eo: z filios iſráel exóſos habéret in cõſpectu
ſuo: tobías quotídie pergebat per oẽm cogna-
tionem ſuã: z cõſolabat eos diuidebátq3 vni-
cuíq3 prout póterat de facultatibus ſuis. Eſu-
D riéntes alébat: nudiſq3 veſtimenta prebebat: et
mortuis atq3 occíſis ſepulturã ſollícitus exhi
c 4. re. 19. bebat.[c] Deniq3 cũ reuerſus eſſet rex ſẽnache
rib fúgiens a iudea: plagam quam circa eum
fécerat deus pter blaſphemiã ſuaz z iratus
b Iſra. 1. b multos occideret ex filijs iſrael [b] tobías ſepe
liebat corpora eoz. At vbi nunciatum eſt regi
iuſſit eũ occidi: z tulit oẽm ſubſtantiam eius.
Tobías vero cũ filio ſuo z cũ vxore fugiẽs nu
dus látuit: q⁹ multi diligebát eum. Poſt dies
vero quadragintaquinq3 occidérũt regẽ filij
ípſius. Et reuerſus eſt tobías in domũ ſuam:
omniſq3 facúltas eius reſtitúta eſt ei.

¶ Ca. Sũ. ¶ In die feſto tobias prandiũ ma
gnum parat: mittit filium ad inuitandum vi-
cinos et parentes timentes deum: inuenitur
iugulatus vnus ex filijs iſráel nunciatur pa-
tri a filio z ſepeliuit eum: arguitur a propin-
quis: nec tñ propter hoc deſtituit ab operib⁹ mi
ſericordie: cecus factus ex ſtercore hyrúdinis
gratias agit: irridentes amicos corrigit bono
opere: et precipue de hedo vituperatur ab vxo-
re ſua anna. ¶ II

Poſt hec vero cũ eſſet dies feſtus A
dñi z factus eſſet prándiũ bonũ
in domo tobie: dixit filio ſuo.
Uade et adduc aliquos de tri-
bu noſtra timéntes deũ: vt epu
lẽnt nobiſcũ. Cumq3 abiſſet re
uerſus nunciauit ei vnũ ex filijs iſráel iugula
tũ iacere in platéa. Statimq3 exiliens de accu
bitu ſuo relinquens prandiũ ieiunus peruẽ-
nit ad corpus: tollénſq3 illud portauit ad do-
mum ſuam occúlte vt duz ſol occubuiſſet caú
te ſepeliret eũ. Cũq3 occultaſſet corpus man-
ducauit panẽ cũ luctu z tremore mémorans
illũ ſermonẽ quẽ dixit dominus per amos p-
phetã.[a] Dies feſti veſtri puertẽnt in lamen- a Amos 8. c.
tationẽ z lúctũ. Cũ vero ſol occubuiſſet ábijt
z ſepeliuit eũ. Arguebát aũt eũ omnes proximi B
eius: dicẽtes.[b] Iam huius rei cauſa interfici b ſup. 1. b
iuſſus es: z vix effugiſti mortis impériũ z ite-
rum ſépelis mortuos. Sed tobias plus timẽs
deũ q3 regẽ: rapiebat corpora occiſórũ z occul
tabat in domo ſua: et medijs noctibus ſepe-
liébat ea. Contigit autem vt quadam die fa-
tigátus a ſepultura veniens domum iactaſ-
ſet ſe iuxta parietem z obdormiſſet: et ex ni-
do hyrúndinum dormienti illi cálida ſterco-
ra inciderent ſuper oculos eius: fieretq3 cecus
Hanc autem tentationem: ideo permiſit do- C
minus euenire illi: vt póſteris daretur exẽplũ
patientie eius ſicut z ſancti iob. Nam cuz ab
infantia ſua ſemper deuz timúerit z mandata
eius cuſtodierit: non eſt contriſtátus + cõtra Re. + ad. uerius
deum q plaga cecitatis + euenerit ei: ſed im- Re. + ad. uenerit
mobilis in dei timore permanſit: ágens gra-
tias deo omnibus diebus vite ſue. Nam ſicut
beato iób inſultabant reges: ita iſti parentes
et cognati eius irridebant vitam eius: dicẽtes
Ubi eſt ſpes tua p qua elemóſynas z ſepultu
ras faciebas? Tobias vero increpabat eos: di
cens: Nolite ita loqui: qm̃ filij ſanctorũ ſum⁹
z vitam illam expectamus: quam deus datu- c Iſra. 8.

rus eſt his qui fidē ſuā nunq̄ mutant ab eo.
D Anna vero vxor eius ibat ad opus textrinum
quotidie: ⁊ de labore manuū ſuarū victū quē
cōſequi potuiſſet deferébat. Unē factum eſt: vt
hedū caprarū accipiēs: detuliſſet domi. Cuius
cū vocē balántis vir eius audiſſet: dixit. Uide
te ne forte furtiuus ſit. Reddite eū dñis ſuis:
quia non licet nobis aut édere ex furto aliqd
aut cōtingere. Ad hec vxor eius irata reſpon
dit. Manifeſte vana facta eſt ſpes tua ⁊ ele-
Al's + perierunt móſyne tue modo + apparuerūt. Atq̄ his et
alijs huiuſcémodi verbis exprobrabat ei.

¶ Ca. Sū. ¶ De oratione tobie: de ſara filia
raguelis qualiter exprobratur ab ancilla: de
oratione eius ⁊ ieiunio triū dierum ⁊ triū no
ctiū: exaudiunt preces eorū: raphael ad curā
dum eos eſt miſſus. ¶ III

A Tunc tobías ingémuit ⁊ cepit
oráre cū láchrymis dicens. Iu
Al's + iuſtus ſtus es dñe ⁊ oīa iudicia tua + ve
ra ſunt: ⁊ oēs vie tue miſericor
dia ⁊ veritas ⁊ iudiciū. Et nunc
dñe memor eſto mei: ⁊ ne vin-
dictā ſumas de peccatis meis: neq̄ reminiſcā
ris delicta mea vel parētū meorū. Quī nō obe
díuimus p̄ceptis tuis: ideo traditi ſumus in
Al's + opprobriū direptionē ⁊ captiuitatē ⁊ mortē ⁊ in fábulā
⁊ in + improperiū oībus nationibꝰ in quibꝰ
diſperſiſti nos. Et nūc dñe magna iudicia tua
q̄ nō egimus ſm̄ p̄cepta tua: ⁊ nō ambulaui
B mus ſynceriter corā te. Et nūc dñe ſm̄ volun
tatē tuā fac mecū ⁊ precipe in páce recipi ſpi-
ritum meū. Expedit eni mihi mori magis q̄
Al's + raguel vel ragel viuere. Eadem itaq̄ die ↄtigit vt ſara filia ra
guélis in ragés ciuitate medorū: ⁊ ipſa audi-
ret improperium ab vna ex ancillis patris ſui
quoniā tradita fuerat ſeptē viris: ⁊ demoniū
nomine aſmodeus occiderat eos mox vt in-
greſſi fuiſſent ad eā. Ergo cum p̄ culpa ſua in
creparet puéllā: reſpondit ei dicēs. Amplius
ex te non videamus filiū aut filiā ſuper terrā:
interféctrix virorū tuorū. Nunquid ⁊ occide-
re me vis ſicut etiam occidiſti ſeptē viros. Ad
Al's + ſuperiori cubiculo hāc vocē perrexit in + ſuperius cubiculū domꝰ
ſue: ⁊ tribus diebꝰ ⁊ tribꝰ noctibus nō man-
ducáuit neq̄ bibit: ſed in oratione perſiſtens
cū lachrymis dep̄cabāt deū vt ab iſto impro-
perio liberáret eam. Factum eſt aūt die tertia
C dū cōpleret orationē benedicēs dñm dixit. Be
nedictū eſt nomē tuū deus patrū noſtrorū: qui
cū iratus fúeris miſericordiā facies: ⁊ in tp̄e
tribulationis pctā dimittis his qui inuocant
te. Ad te dñe faciē meā conuerto: ad te ocu-
los meos érigo. Peto dñe vt de vinculo im-
properij huius abſoluas me: aut certe deſup
terrā eripias me. Tu ſcis dñe quia nunq̄ cō-
cupiui virū: ⁊ mundā ſeruaui animā meā ab
omni cōcupiſcentia. Nunq̄ cū ludentibꝰ mi
ſcui me: neq̄ cum his qui in leuitáte ámbu-
lant participē me prebui. Uirū aūt cū timo
re tuo nō cum libidine mea cōſēſi ſuſcipere.
Et aut ego indigna fui illis: aut illi forſitan
mihi nō fuérūt digni: q̄ forſitan viro + alij
cōſeruaſti me. Non eſt enim in hominis po- D
teſtate ↄſiliū tuū. Hoc aūt p̄certo habet omnis
qui cólit te: q̄ vita eius ſi in p̄batione fuerit
coronabit: ſi aūt in tribulatione fuerit libera
bitur: ⁊ ſi in corruptione fuerit: ad miſericor-
diā tuā venire licebit. Non enim delectaris in
perditionibꝰ noſtris: q̄ poſt tēpeſtatē trāquillū
facis: ⁊ poſt lachrymationē ⁊ fletū exultatiōē
infundis. Sit nomē tuum deus iſraél benedi
ctum in ſecula. In illo tempore exaudite ſunt
preces ambórū in cōſpectu glorie ſummi dei:
⁊ miſſus eſt angelus dñi ſanctus raphael vt cu
ráret eos ambos: quorū vno tēpore ſunt ora-
tiones in cōſpectu dñi recitate.

¶ Ca. Sū. ¶ Tobias putās ſe mori: filiū in
ſtruxit de ſepultura corporis ſui: honore matris
⁊ precipue de elemoſynis: pecuniā mutuatā
ſibi cyrographo indicat: ſuperbiā fornicatio-
nem aliaq̄ vetat. ¶ IIII

Igitur cum tobías putaret ora- A
tionē ſuā exaudiri: vt mori po-
tuiſſet: vocauit ad ſe tobíam fi
liū ſuū: dixitq̄ ei. Audi fili mi
v̄ba oris mei: ⁊ ea in corde tuo
quaſi fundamētū cōſtrue. [a] Cū
accéperit deus animā meā ⁊ corpus meū ſépe-
li: ⁊ honorē habebis + matri tue omnibus die
bus vite eius. Memor enim eſſe debes que et
quāta pericula paſſa ſit p̄pter te in vtero ſuo
Cū aūt ⁊ ipſa compleuerit tempus vite ſue:
ſepélias eā + circa me. Omnibꝰ aūt diebꝰ vi-
te tue in mente habéto deū: ⁊ caue ne aliquā-
do peccato conſentias ⁊ p̄termittas precepta B
dei noſtri. [b] Ex ſubſtantia tua fac elemóſynā:
⁊ noli auertere faciē tuā ab vllo páupere. Ita
enim fiet: vt nec a te auertat facies dñi. Quō
potueris: ita eſto miſericors. Si multū tibi fue-
rit: abundanter tribue: ſi exiguum tibi fúerit:
etiā exiguū libēter + impertiri ſtude. Premiū

a [illegible]
b [illegible]
Al's + [illegible]
Al's + [illegible]

enim + bonū tibi theſaurigas in die neceſſita-
tis: quoniam elemoſyna ab omni peccato ⁊ a
morte liberat: ⁊ non patietur animā ire in te-
nebras. Fiducia magna erit corā ſummo deo
elemoſyna omnibus + facientibus eā. Attēde
tibi fili ab omni fornicatione: ⁊ pter vxorem
tuā nūq̄ patiaris crimē ſcire. Superbiā nūq̄
in tuo ſenſu aut in tuo verbo dñari pmittas. In
C ipſa eniz initiū ſūmpſit omnis pditio. Qui-
cūq̄ tibi aliquid operatus fuerit: ſtatī ei mer-
cedē reſtitue: ⁊ merces mercenarij tui apud
te omnino nō remaneat. Quod ab alio ode-
ris fieri tibi: vide ne tu aliquando alteri fa-
cias. Panē tuū cū eſurientib⁹ ⁊ egentib⁹ cō-
mede: ⁊ de veſtimentis tuis nudos tege. Pa-
nē tuū ⁊ vinū tuū ſup ſepulturā iuſti cōſtitue
⁊ noli ex eo manducare ⁊ bibere cū peccato-
rib⁹. Cōſiliū ſemp a ſapiēte perquire. Omni tpe
D benedic deū: ⁊ pete ab eo vt vias tuas dirigat
⁊ omnia cōſilia tua i ipſo permaneāt. Indico
etiā tibi fili mi dediſſe me decē talenta argē-
ti dum infantulus eſſes gabelo in rages ciui-
tate medoꝝ: ⁊ cyrographū eius apud me ha-
beo. Et ideo pquire quō ad eū peruenias ⁊ re-
cipias ab eo ſupra memoratū pondus argen-
ti: ⁊ reſtituas ei cyrographū ſuū. Noli time-
re fili mi. Pauperē quidē vitā gerimus: ſed
multa bona habebimus ſi timuerimus deū ⁊
receſſerimus ab omni pctō: ⁊ fecerimus bene.

C Ca. Sū. C Tobias ſociū itineris querit:
raphaelē inuenit: ad patrē introducit: eo co-
mitāte pfect⁹ ē: mr flet: quā pr̄ cōſolat. C V

A Tunc reſpōdit tobias patri ſuo
⁊ dixit. Omnia qcūq̄ pcepiſti
mihi faciā pater. Quō aūt pe-
cuniā hanc requirā: ignoro. Il-
le me neſcit: ⁊ ego eū ignoro.
Qđ ſignum dabo ei. Sed neq̄
viā p quā pergatur illuc: aliquando cognoui
Tūc pater ſu⁹ rñdit illi: ⁊ dixit. Cyrographū
quidē illius apud me habeo: qđ dū illi oſten-
deris ſtatim reſtituet. Sed perge nūc ⁊ inqre
tibi aliquē fidelē virū: q eat tecū ſalua mer-
cede ſua dū adhuc viuo: vt recipias eā. Tunc
egreſſus tobias inuenit iuuenē ſplendidum
ſtantē precīctū: ⁊ quaſi paratū ad ambulan-
dū. Et ignorans q̄ angelus dei eſſet: ſalutauit
eum: ⁊ dixit. Unde te habemus bone iuuenis.
B At ille rñdit. Ex filijs iſraēl. Et tobias dixit ei.
Noſti viā que ducit in regionē medoꝝ. Cui
reſpondit. Noui ⁊ omnia itinera eius frequē-
ter ambulaui ⁊ manſi apud gabelū fratrē no-
ſtrū qui moraṫ in rages ciuitate medoꝝ: que
poſita eſt in mōte egbathanis. Cui tobias ait.
Suſtine me obſecro donec hec ipſa nūciē pa-
tri meo. Tūc ingreſſus tobias indicauit vni-
uerſa hec p̄ri ſuo. Super que ammirāt⁹ pater
rogauit vt introiret ad eū. Ingreſſus itaq̄ ſa-
lutauit eū ⁊ dixit. Gaudiū tibi ſit ſemper. Et
ait tobias. Quale gaudiū mihi erit: qui in te-
nebris ſedeo ⁊ lumē celi nō video. Cui ait iu-
uenis. Forti animo eſto: in proximo eſt vt a deo
curēris. Dixit itaq̄ illi tobias. Nunquid po- C
teris pducere filiū meū ad gabeluz in rages
ciuitatē medoꝝ: Et cū redieris reſtituam tibi
mercedē tuā. Et dixit ei angelus. Ego ducam
⁊ reducā eū ad te. Cui tobias rñdit. Rogo te
Indica mihi de qua domo aut de qua tribu es
tu. Cui raphaēl angelus dixit. Genus queris
mercenarij: an ipſum mercenariū qui cū fi-
lio tuo eat: Sed ne forte ſollicituz te reddam:
ego ſum azarias: ananie magni filius. Et to-
bias rñdit. Ex magno genere es tu. Sed peto
ne iraſcaris q̄ volueriz cognoſcere genus tuū
Dixit aūt illi angelus. Ego ſanū ducā ⁊ ſanū
tibi reducā filiū tuū. Rñdens aūt tobias ait.
Bene ambuletis: ⁊ ſit dñs in itinere veſtro: D
⁊ angelus eius comiteṫ vobiſcū. Tūc paratis
omnib⁹ que erāt in via portanda: fecit tobias
vale patri ſuo ⁊ matri ſue: ⁊ ambulauerūt am-
bo ſimul. Cumq̄ pfecti eſſent: cepit mater ei⁹
flere ⁊ dicere. Baculū ſenectutis noſtre tu
tuliſti ⁊ tranſmiſiſti a nobis. Nunq̄ fuiſſet ipſa
pecunia p qua miſiſti euz. Sufficiebat nobis
paupertas noſtra: vt diuitias computaremus
hoc q̄ videbamus filiū noſtrū. Dixitq̄ ei tobi-
as. Noli flere. Saluus perueniet filius noſter:
⁊ ſaluus reuerteṫ ad nos: ⁊ oculi tui videbunt
illum. Credo enim q̄ angelus dei bonus co-
miteṫ ei: ⁊ bñ diſponat oīa que circa eū gerū-
tur: ita vt cum gaudio reuertatur ad nos. Ad
hāc vocē ceſſauit mater eius flere: ⁊ tacuit.

C Ca. Sū. C Liberat angelus tobiā ne deuo-
retur a piſce: docet eum de corde ⁊ iecore ⁊ fel-
le piſcis cuius vtilitatis eſt: pſuadet ei nuptias
ſare: docet ſctitatē nuptiaꝝ. C VI

A Profect⁹ eſt aūt tobias: ⁊ canis
ſecutus eſt eū: ⁊ māſit pma mā-
ſione iuxta fluuium tigris. Et
exiuit vt lauaret pedes ſuos. Et
ecce piſcis imanis exiuit ad de-
uorandū eū. Quē expaueſcens

tobias clamauit voce magna:dicens. Domine in
uadit me. Et dixit ei angelus. Apprehende
branciam eius:et trahe eum ad te. Quod cũ
feciſſet:attraxit eum in ſiccum:et palpitare cę
pit ante pedes eius. Tunc dixit ei angelus. Ex
entera hunc piſcem:et cor eius et fel et iecur re
pone tibi. Sunt enim hec neceſſaria ad medi
camenta vtiliter. Quod cum feciſſet:aſſauit car
nes eius: et ſecum ſuſtulerunt in via: cetera
ſalierunt que ſufficerent eis quouſqz peruení
rent in rages ciuitatem medorum. Tunc in
terrogauit tobias angelum:et dixit ei. Obſe
cro te azaria frater: vt dicas mihi qd reme
dium habebunt iſta que de piſce ſeruare iuſ
ſiſti. Et reſpõdes angelus: dixit ei. Cordis ei⁹
particulam ſi ſuper carbones ponas: fumus
[illegible] eius + extricat omne genus demoniorum ſi
ue a viro ſiue a muliere: ita vt vltra nõ acce
C dat ad eos. Et fel valet ad vnguendos oculos
in quib⁹ fuerit albugo:et ſanabunť. Et dixit ei
tobias. Ubi vis vt maneam⁹? Reſpõdenſqz ange
lus ait. Eſt hic raguel vir noíe ꝓpinqu⁹ de tri
bu tua: et hic habet filiã noíe ſaram ſed neqz
maſculũ neqz feminã vllã habet aliã preter
eam. Tibi debeť oĩs ſubſtãtia ei⁹: et oportet eã
te accipere ꝯiugẽ. Pete ergo eã a pr̃e ei⁹:et da
bit tibi eã in vxorẽ. Tũc rñdit tobias et dixit.
Audio qz tradita eſt ſeptẽ viris:et mortui ſunt
Sed et hoc audiui: quia demoniũ occidit il
los. Timeo ergo ne forte et mihi hec eueniant
et cum ſim vnicus parẽtibus meis deponã ſe
D nectutẽ illorũ cũ triſtitia ad inferos. Tunc an
gelus raphael dixit ei. Audi me: et oſtẽdaz ti
bi qui ſunt qbus ꝓualere poteſt demoniũ. Hi
a ps. 31 nãqz q cõiugium ita ſuſcipiũt vt deũ a ſe et a
ſua mẽte excutiant ᵃ et ſue libidini ita vacent
ſicut equus et mulus quib⁹ nõ eſt intellectus:
habet poteſtatẽ demoniũ ſup eos. Tu autẽ cuz
acceperis eã:ingreſſus cubiculũ ꝑ tres dies
ꝯtinẽs eſto ab ea:et nihil aliud niſi orõnib⁹ va
cabis cũ ea. Ipſa aũt nocte incenſo iecore pi
ſcis fugabiť demoniũ. Secũda vero nocte: in
copulatiõe ſctõrũ ꝑriarcharũ admitteris. Ter
tia aũt nocte bñdictionẽ ꝯſequeris: vt filij ex
vobis ꝓcreenť incolumes. Tranſacta aũt ter
tia nocte accipies virginẽ cũ timore dñi:amo
re filiorũ magis qz libidinis ductus: vt in ſe
mine habrae bñdictionẽ in filijs ꝯſequaris.
C Ca. Sũ. C Uenerũt ad domum raguelis:
dať ſara tobie vxor cũ bñdictione ꝯiugali: et
ſcribiť in charta cõiugiũ. C VII

Ingreſſi ſunt autem ad ragué B
lẽ:et ſuſcepit eos raguel cũ gau
dio. Intuẽſqz tobiam raguel:
dixit ãnne vxori ſue. Quãſimi
lis eſt iuuenis iſte conſobrino
meo. Et cũ hec dixiſſet:ait. Un
de eſtis iuuenes fratres noſtri? At illi dixerũt
Ex tribu neptalim ſumus ex captiuitate nini
ue. Dixitqz illis raguel. Noſtis tobiã fratrez
meũ? Qui dixerũt. Nouimus. Cũqz multa bo B
na loquereť de eo:dixit angelus ad raguelez.
Tobias de quo interrogas pater iſtius eſt. Et [illegible]
miſit ſe raguel et cũ lachrymis oſculat⁹ eſt eũ
Et plorans ſupra collũ eius dixit. Benedictio a [illegible]
ſit tibi fili mi:quia boni et optimi viri fili⁹ es.
Et ãnna vxor ei⁹:et ſara ipſorũ filia lachryma
te ſunt. Poſtq̃z aũt locuti ſunt precepit ragu [illegible]
el occidi arietẽ:et parari cõuiuiũ. Cumqz hor
tareť eos diſcumbere ad prãdiũ:tobias dixit.
Hic ego hodie non manducabo neqz bibam
niſi prius petitionẽ meam cõfirmes:et ꝓmit
tas mihi dare ſarã filiã tuã. Quo audito ver C
bo raguel expauit ſciens quid euenerit illis
ſeptem viris:qui ingreſſi ſunt ad eam:et timẽ
re cepit ne forte et huic ſimiliter contingeret.
Et cum nutaret et non daret petenti vlluz re
ſponſum:dixit ei angelus. Noli timere dare
eaz illi:qm̃ huic timenti deũ debetur coniunx
filia tua. Propterea alius non potuit habẽ
re illam. Tunc dixit raguel. Non dubito qꝫ
deus preces et lachrymas meas in conſpectũ
ſuo admiſerit. Et credo qm̃ ideo fecit vos ve D
nire ad me ᵇ vt et iſta coniungereť cognationi b nu[illegible]
ſue:ſm legẽ moyſi. Et nunc noli dubiũ gere
re:qꝫ tibi eã tradã. Et apprehẽdens dexterã
filie ſue: dextere tobie tradidit dicẽs. De⁹ ha
brahã:et de⁹ iſaac et deus iacob vobiſcũ ſit: et
ipſe cõiungat vos impleatqz bñdictionẽ ſuaz
in vobis. Et accepta charta fecerũt ꝯſcriptio
nẽ ꝯiugij. Et poſt hec epulati ſunt: bñdicentes
deũ. Uocauitqz raguel ad ſe ãnnã vxorez ſuã
et precepit ei:vt ꝑpararet alterũ cubiculũ. Et
introduxit illuc ſarã filiã ſuaz: et lachrymata
eſt. Dixitqz ei. Forti aĩo eſto filia mea. Dñs
celi det tibi gaudiũ: ꝓ tedio qd ꝑpeſſa es.
C Ca. Sũ. C Tobias iecur piſcis incendit:
ãgelus domini demoniũ ligat. Tobias et ſara
dñm orant: foſſa parať: viui reperti ſunt. Ra
guel gratias agit: celebrato conuiuio. Raguel
dimidiũ bonorũ ſuorũ dat genero et filie habi
turũ reliquã partẽ poſt mortẽ ei⁹. C VIII
Poſtq̃z

A [P]Oſtq̄ vero cenauerunt: introduxerunt iuuenē ad eā. Recordatus itaq̄ tobias ſermonum angeli protulit de caſſidili ſuo partē iecoris: poſuitq̄ eā ſuper carbones viuos. Tūc raphael angelus apprehendit demoniū ꝛ religauit illud in deſerto ſuperioris egypti. Tunc hortatꝰ eſt virginē tobias: dixitq̄ ei. Sara exurge ꝛ deprecemur deū hodie ꝛ cras ꝛ ſcdm cras: qꝛ his tribꝰ noctibꝰ deo iungimur: tertia autē tranſacta nocte in noſtro erimus ꝯiugio.[a] Filij quippe ſanctorum ſumus: ꝛ nō poſſumus ita coniungi ſicut gentes que ignorāt deum. a ſup.2.c.

B Surgentes autē pariter inſtāter orābāt ambo ſimul: vt ſanitas daref eis. Dixitq̄ tobias. Dñe deꝰ patrum noſtrorū [b] benedicant te celi: ꝛ terra: ꝛ mare ꝛ fontes ꝛ flumina: ꝛ omnes creature tue que in eis ſunt. b Sci.2.b Tu feciſti adam de limo terre: dediſtiq̄ ei adiutorium euā. Et nūc dñe tu ſcis quia nō luxurie cauſa accipio ſororē meā coniugem: ſed ſola poſteritatis dilectione: in qua benedicāf nomen tuum in ſecula ſeculorū. Dixit itaq̄ ſara. Miſerere nobis domine miſerere nobis: ꝛ conſeneſcamus ambo pariter ſani. Et factum eſt circa pullorū cantum accerſiri iuſſit raguel ſeruos ſuos: et abierunt cum eo pariter vt foderent ſepulcrum. Dicebat enim ne ſimili modo euenerit ei: quo ꝛ ceteris alijs ſeptem viris qui ſūt

C ingreſſi ad eā. Cumq̄ paraſſet foſſam: reuerſus raguel ad vxorem ſuam: dixit ei. Mitte vnam ex ancillis tuis: ꝛ videat ſi mortuus eſt: vt ſepeliam eū anteq̄ illuceſcat. At illa miſit vnam ex ancillis ſuis. Que ingreſſa cubiculū reperit eos ſaluos ꝛ incolumes: ſecū pariter dormientes. Et reuerſa nunciauit bonū nuncium. Et benedixerunt dñm: raguel videlicet ꝛ anna vxor eius: ꝛ dixerunt. Benedicimus te dñe deꝰ iſrael: qꝛ non contigit nobis quemadmodū putabamus. Feciſti enim nobiſcū mi-

D ſericordiā tuā: ꝛ excluſiſti a nobis inimicum perſequentē nos. Miſertus es autem duobus vnicis. Fac eos dñe plenius benedicere te: et ſacrificium laudis tue ꝛ ſue ſanitatis offerre vt cognoſcat vniuerſitas gentium: quia tu es deus ſolus in vniuerſa terra. Statimq̄ precepit ſeruis ſuis raguel vt replerent terra foſſam quam fecerāt: priuſq̄ eluceſceret. Vxori autem ſue dixit vt inſtrueret conuiuiū: ꝛ prepararet omnia que in cibos erant iter agentibus neceſſaria. Duas quoq̄ pingues vaccas ꝛ quattuor arietes occidi fecit: ꝛ parari epulas omnibus vicinis ſuis: cunctiſq̄ amicis. c Iſa.9.a [c] Et adiurauit raguel tobiam vt duas hebdomadas moraretur apud eum. De omnibus autem que poſſidebat raguel dimidiam partem dedit tobie ꝛ fecit hanc ſcripturā vt pars dimidia que ſupererat poſt obitum eorū tobie domino deueniret.

¶ Ca. Sū. ¶ Juit angelus in rages: recepit pecuniam a gabelo ꝛ redijt cū eodem gabelo ad tobiam. ¶ IX

[T]Unc vocauit tobias angelum ad ſe: quem quidem hominē eſtimabat: dixitq̄ ei. Azaria frater: peto vt auſcultes verba mea. Si meipſum tradam tibi ſeruum: non ero condignus prouidentie tue. Tñ obſecro te vt aſſumas tibi animalia ſiue ſeruitia: et vadas ad gabelum in rages ciuitatem medorum: reddaſq̄ ei cyrographum ſuū: ꝛ recipies ab eo pecuniam: ꝛ roges eum venire ad nuptias meas. Scis enim ipſe quoniam numerat pater meus dies. Et ſi tardauero vna die plus B contriſtatur anima eius.[a] a ſup.5.b Et certe vides quomodo adiurauit me raguel: cuius adiuramētum ſpernere non poſſum. Tunc raphael aſſumens quattuor ex ſeruis raguelis ꝛ duos camelos in rages ciuitatem medorum perrexit. Et inueniens gabelum dedit ei cyrographum ſuum: ꝛ recepit omnē pecuniam. Indicauitq̄ ei de tobia filio tobie omnia q̄ geſta ſunt: fecitq̄ eum ſecū venire ad nuptias. C [b] Cumq̄ ingreſſus eſſet domum raguelis: inuenit tobiam diſcumbentem: ꝛ exiliens oſculati ſunt ſeinuicem. Et fleuit gabelus: benedixitq̄ deum ꝛ dixit.[b] b ſup.7.b Benedicat te deus iſrael quia filius es optimi viri ꝛ iuſti ꝛ timentis deum: ꝛ elemoſynas facientis. Et dicatur benedictio ſuper vxorem tuam ꝛ ſuper parentes D veſtros: ꝛ videatis filios veſtros: ꝛ filios filiorū veſtrorum vſq̄ in tertiā ꝛ quartā generationem: ꝛ ſit ſemē veſtrū benedictū a deo iſrael: qui regnat in ſecula ſeculorum. Cūq̄ omnes dixiſſent amen: acceſſerunt ad conuiuiū. Sed cum timore domini nuptiarum conuiuium exercebant.

¶ Ca. Sū. ¶ De contriſtatione tobie ſenioris ꝛ etiam anne pro mora filij: tobias redijt cum vxore. ¶ X

A Um vero moras faceret tobias cauſa nuptiarum: ſolicitus erat pater eius tobias dicens. Putas quare moratur filius meus: aut quare detentus eſt ibi? Putas ne gabelus mortuus eſt: et nemo reddat ibi pecuniam? Cepit autem contriſtari nimis ipſe et anna vxor eius cum eo. Et ceperunt ambo ſimul flere eo quod die ſtatuto minime reuerteretur filius eorum ad eos.
B Flebat igitur mater eius irremediabilibus lachrymis: atque dicebat. Heu me fili mi: vt quid te miſimus peregrinari: lumen oculorum noſtrorum [a] baculum ſenectutis noſtre: ſolatium vite noſtre: ſpes poſteritatis noſtre. Omnia ſimul in te vno habentes te non debuimus dimittere a nobis. Cui dicebat tobias Tace noli turbari. Sanus eſt filius noſter. Satis fidelis eſt vir ille cum quo miſimus eum. Illa autem nullo modo conſolari poterat: ſed quotidie exiliens circumſpiciebat et circuibat vias omnes per quas ſpes remeandi videbatur vt procul videret eum: ſi fieri poſſet venientem.
C At vero raguel dicebat ad generum ſuum. Mane hic: et ego mittam nuncium ſalutis de te ad tobiam patrem tuum. Cui tobias ait. Ego noui quia pater meus et mater mea modo dies computant et cruciatur ſpiritus eorum in ipſis. Cumque verbis multis rogaret raguel tobiam et ille eum nulla ratione vellet audire: tradidit ei ſaram et dimidiam partem omnis ſubſtantie ſue in pueris in puellis in pecudibus in camelis et in vaccis: et pecunia multa: et ſaluum atque gaudentem dimiſit eum a ſe: dicens.
D Angelus domini ſanctus ſit in itinere veſtro: perducatque vos incolumes et inueniatis omnia recte circa parentes veſtros: et videant oculi mei filios veſtros + priuſquam moriar. Et apprehendentes parentes filiam ſuam: oſculati ſunt eam: et dimiſerunt ire monentes eam honorare ſoceros: diligere maritum: regere familiam: gubernare domum: et ſeipſam irreprehenſibilem exhibere.

a Gen. 3. b

M. + ante

C Ca. XI. C Tobias dimiſſa ſara: cum angelo preceſſit ſaram et familiam: linit oculos patris de felle piſcis: poſt ſeptem dies venit ſara et celebrant conuiuium: venerunt conſobrini tobie: et fit gaudium immenſum per alios ſeptem dies. C XI

A Umque reuerterentur peruenerunt ad charram que eſt in medio itinere contra niniuem vndecimo die. Dixitque angelus. Tobia frater ſcis quemadmodum reliquiſti patrem tuum. Si placet itaque tibi precedamus: et lento gradu inſequantur iter noſtrum familie ſimul cum coniuge tua: et cum animalibus. Cumque hoc placuiſſet vt irent: dixit raphael ad tobiam. Tolle tecum ex felle piſcis erit enim neceſſarium. Tulit itaque tobias ex felle illo: et abierunt. Anna autem ſedebat ſecus viam quotidie in ſupercilio montis vnde reſpicere poterat de longinquo. Et dum ex eodem loco + ſpecularetur aduentum eius: vidit a longe et ilico cognouit venientem filium ſuum.
B Currenſque nunciauit viro ſuo: dicens. Ecce venit filius tuus. Dixitque raphael ad tobiam. At vbi introieris domum tuam: ſtatim adora dominum deum tuum: et gratias agens ei: accede ad patrem tuum et oſculare eum. Statimque lini ſuper oculos eius ex felle iſto piſcis: quod portas tecum. Scias enim quoniam mox aperientur oculi eius: et videbit pater tuus lumen celi: et in aſpectu tuo gaudebit. Tunc precurrit canis qui ſimul fuerat in via: et quaſi nuncius adueniens blandimento ſue caude gaudebat.
C Et conſurgens cecus pater cepit offendens pedibus currere. Et data manu puero: occurrit in obuiam filio ſuo. Et ſuſcipiens oſculatus eſt eum cum vxore ſua. Et ceperunt flere pre gaudio. Cumque adoraſſent deum: et gratias egiſſent: conſederunt. Tunc ſumens tobias de felle piſcis: liniuit oculos patri ſuo. Et ſuſtinuit quaſi dimidiam fere horam. Et cepit albugo ex oculis eius quaſi + membrana oui egredi. Quam apprehendens tobias traxit ab oculis eius: ſtatimque viſum recepit. Et glorificabant deum: ipſe videlicet et vxor eius et omnes qui ſciebant eum. Dicebat tobias. Benedico te domine deus iſrael: quia tu caſtigaſti me: et tu ſaluaſti me.
D Et ecce ego video tobiam filium meum. Ingreſſa eſt etiam poſt ſeptem dies ſara vxor filii eius: et omnis familia et pecora ſana et cameli et pecunia multa vxoris ſed et illa pecunia quam receperat a gabelo: et narrauit parentibus ſuis omnia beneficia dei: que feciſſet circa eum per hominem qui eum duxerat. Veneruntque achior et nabath conſobrini tobie: gaudentes ad tobiam: et congratulantes ei de omnibus bonis que circa illum oſtenderat deus. Et per ſeptem dies epulantes omnes cum gaudio magno gauiſi ſunt.

M. + [illegible] ſtolare

M. + vel albumen

C Ca. XII. C Tobias filius commemorat patri beneficia per raphaelem ſibi facta: tunc vterque offert ei medietatem bonorum ſuorum: et ille aperiens eis omnem veritatem ablatus eſt ab eis: pater et filius per tres horas ſtant proſtrati in terra. C XII

A Tunc vocauit ad ſe tobias filiū
ſuū: dixitq; ei. Quid poſſumus
dare viro iſto ſcō: q venit tecū?
Reſpondens tobias dixit patri
ſuo. Pater quam mercedem
dabimus ei: aut quid dignum
poterit eſſe beneficijs eius? Me duxit ⁊ redu
xit ſanū: pecuniam a gabelo ipſe recepit: vxo
rem ipſe me habere fecit: ⁊ demonium ab ea
ipſe cōpeſcuit: gaudiū parentibus eius fecit:
meipſuz a deuoratione piſcis eripuit: te quo
q; videre fecit lumen celi: ⁊ bonis oībus per
eum repleti ſumus? Quid illi adhuc poteri
B mus dignū dare. Sed peto te pater mi: vt ro
ges eū ſi forte dignabitur medietatē de omni
bus que allata ſunt ſibi aſſumere. Et vocātes
eū: pater ſcilȝ ⁊ filius: tulerunt eū in partē et
rogare ceperunt: vt dignaret dimidiā partē
omnium que attulerāt: acceptā habere. Tūc
dixit eis occulte. Benedicite deū celi: ⁊ coraȝ
omnibꝰ viuētibꝰ cōfitemini ei: quia fecit vo
biſcum miſericordiā ſuam. Eteniȝ ſacramen
tū regis abſcondere bonū eſt: opera aūt dei re
uelare ⁊ ꝯfiteri honorificū eſt. Bona eſt orō
cū ieiunio ⁊ elemoſyna: magis ꝙ theſauros
auri recondere. Qm̄ elemoſyna a morte libe
rat ⁊ ipſa eſt que purgat peccata ⁊ facit inue
C nire vitā eternā. Qui aūt faciunt pctm̄ ⁊ ini
quitatē: hoſtes ſunt anime ſue. Manifeſto er
go vobis veritatē: ⁊ nō abſcondā a vobis oc
cultū ſmonē. Qn̄ orabas cū lachrymis ⁊ ſe
peliebas mortuos ⁊ derelinquebas prandiuȝ
tuū ⁊ mortuos abſcondebas per diem in domo
tua ⁊ nocte ſepeliebas eos: ego obtuli oratio
nē tuā dn̄o. Et quia acceptus eras deo: neceſ
ſe fuit vt tētatio ꝓbaret te. Et nunc miſit me
dn̄s vt curarē te: ⁊ ſaram vxorez filij tui a de
monio liberarē. Ego enim ſum raphael an
gelus vnus ex ſeptē qui aſtamus ante dominū
Cūq; hec audiſſent turbati ſunt: ⁊ trementes
ceciderūt ſup terrā in faciē ſuam. Dixitq; eis
D angelus. Pax vobis. Nolite timere. Etenim
cum eſſem vobiſcum: per voluntatem dei eraȝ
ipſum benedicite ⁊ cantate illi. Videbar qui
dem vobiſcum manducare ⁊ bibere: ſed ego
cibo inuiſibili ⁊ potu qui ab hominibus vidē
ri non poteſt: vtor. Tēpus eſt ergo vt reuer
tar ad euȝ qui me miſit vos aūt bn̄dicite deū
⁊ narrate omnia mirabilia eius. Et cū hec di
xiſſet: ab aſpectu eoꝝ ablatus eſt: ⁊ vltra eum
videre non potuerunt. Tunc proſtrati per ho
ras tres in faciem: benedixerūt deum. Et ex
urgētes: narrauerunt omnia mirabilia eius.

¶ Capituli Sūmariū. ¶ Verba tobie bene
dicentis dominum ⁊ prophetie eius ſub no
mine hieruſalem. ¶ XIII

A Aperiens autem tobias ſenior
os ſuum benedixit dominum: ⁊
dixit. Magnus es dn̄e in eter
nū: ⁊ in omnia ſecula regnum
tuū [a] qm̄ tu flagellas ⁊ ſaluas: a 1.re.2.b. ſap.16.b.
deducis ad inferos ⁊ reducis:
⁊ non eſt qui effugiat manū tuaȝ. Confitemi
ni domino filij iſrael: ⁊ in conſpectu gentium
laudate eum: qm̄ ideo diſperſit vos inter gē
tes que ignorant eum: vt vos enarretis mira
bilia eius: ⁊ faciatis ſcire eos q2 non eſt alius
deus omnipotens preter eum. Ipſe caſtigauit B
nos propter iniquitates noſtras: ⁊ ipſe ſalua
bit nos propter miſericordiā ſuam. Aſpicite
ergo que fecit nobiſcuȝ: ⁊ cum timore ⁊ tre
more cōfitemini illi: regēq; ſeculorū exaltate
in operibus veſtris. Ego autem in terra capti
uitatis mee cōfitebor illi: qm̄ oſtendit maie
ſtatē ſuam in gentem peccatricē. Cōuertimi
ni itaq; peccatores: ⁊ facite iuſtitiā coraȝ dn̄o
credentes q2 faciat vobiſcum miſericordiam
ſuaȝ. Ego aūt ⁊ anima mea in eo letabimur.
Benedicite domino omnes electi eius agi
te dies leticie ⁊ confitemini illi. Hieruſalem
ciuitas dei caſtigauit te dn̄s in operibus ma C
nuum tuarū. Confitere domino in bonis tuis
⁊ benedic deum ſeculoꝝ: vt reedificet in te ta
bernaculū ſuum: ⁊ reuocet ad te omnes capti
uos ⁊ gaudeas in omnia ſecula ſeculorū. Lu
ce ſplendida fulgebis: ⁊ omnes fines terre
adorabunt te. Nationes ex longinquo ad te
venient: ⁊ munera deferentes adorabūt in te
dominum: ⁊ terram tuā in ſanctificatione ha
bebūt. Nomen enim magnum inuocabūt in
te. Maledicti erunt qui contempſerint te: ⁊
cōdenati erunt omnes qui blaſphemauerint
te: benedictiq; erūt q edificauerit te. Tu aūt
letaberis in filijs tuis: qm̄ omnes benedicent
⁊ congregabunt ad dn̄m. Beati omnes qui
diligunt te: ⁊ qui gaudent ſuper pace tua. Ani
ma mea benedic dominum: quoniā liberauit D
hieruſalem ciuitatez ſuam a cunctis tribula
tionibꝰ eius dn̄s deus noſter. Beatus ero ſi
fuerint reliquie ſeminis mei ad videndā cla
ritatē hieruſalez. [b] Porte hieruſalē ex ſaphy
ro ⁊ ſmaragdo edificabūt: ⁊ ex lapide pcio

ſo omnis circuitus murorum eius. Ex lapide cándido ⁊ mundo omnes platee eius ſternẽtur: ⁊ per vicos eius alleluia cantábiť. Benedictus dominus qui exaltauit eam: vt ſit regnũ eius in ſecula ſeculorũ ſup eam. Amen.

℄ Ca. xiiii. ℄ De annis ⁊ obitu ⁊ ſepultura tobie: ⁊ pphetia eius: de pditione niniue ⁊ reſtauratione hieruſalem: de reditu tobie ad ſoceros ſuos: ⁊ de morte ipſius. ℄ XIIII

A ET cõſummáti ſunt ſermones tobie. Et poſtq̃ illuminatus ẽ tobias vixit annis quadraginta duobus: ⁊ vidit filios nepotum ſuorum. Completis itaq̃ annis centumduobus: ſepultus eſt honorifice in niniue. Quinq̃ginta nãq̃ et ſex annorum lumen oculorum amiſit: ſexagenarius vero recépit. Reliquum vero vite ſue in gáudio fuit: ⁊ cum bono profectu timoris dei perrexit in pace.

B In hora autem mortis ſue vocauit ad ſe tobiam filium ſuum ⁊ ſeptẽ iuuenes filios eius nepotes ſuos: dixitq̃ eis. Prope erit interitꝰ niniue. Non enĩ excidit verbum domini: ⁊ fratres noſtri qui diſperſi ſunt a terra iſraél reuerténtur ad eam. Omnis autem deſerta terra eius replébitur: ⁊ domus dei que in ea incénſa eſt iterum reedificábitur: ibiq̃ reuertenť omnes timentes deum. Et relinquent gẽtes idola ſua ⁊ veniẽt in hieruſalém: ⁊ inhabitabunt in ea: ⁊ gaudebunt in ea omnes + reges terre adorantes deum iſraél.

Al's gen tes

C Audite ergo filij mei: patrem veſtrum. [a] Seruite domino in veritate: ⁊ inquirite vt faciatis que plácita ſũt illi ⁊ filijs vr̃is mãdáte: vt fáciant iuſtitias ⁊ elemoſynas vt ſint mémores dei ⁊ benedicant eum in omni tempore in veritáte ⁊ ĩ tota virtute ſua. Nũc ergo filij audite me: ⁊ nolite manere hic: ſed quocunq̃ die ſepelieritis matrem veſtram + circa me ĩ vno ſepulcro ex eo dirigite greſſus veſtros: vt exeátis hinc. Uideo enim quia iniquitas eius finem dabit ei.

a Job. 24. c.

Heb in eu

D Factum eſt autem poſt obitum matris ſue: tobias abſcéſſit ex niniue cum vxore ſua ⁊ filijs: ⁊ filiorum filijs ⁊ reuerſus eſt ad ſoceros ſuos. Inuenitq̃ eos incolumes in ſenectute bona: ⁊ curaʒ eorum geſſit: ⁊ ipſe cláuſit oculos eorum: ⁊ omnem hereditatem domus raguélis ipſe percepit. Uiditq̃ quintam generationem filios filiorum ſuorum. Et completis annis nonaginta ⁊ nouem in timore dominicum gaudio ſepelierunt eũm. Omnis autem cognatio eius ⁊ omnis generatio eius in bona vita ⁊ in ſancta conuerſatione permanſit: ita vt accépti eſſent tam deo q̃ hominibus ⁊ cunctis habitántibus térram.

℄ Explicit liber tobie

℄ Incipit prologus in librum iudith.

APud hebreos liber iudith inter agiográpha legitur: cuius autoritas ad roboranda illa que ĩ contentionem veniunt: minus idonea iudicáť. Chaldéo tamen ſermone conſcriptus inter hiſtórias computať. Sed quia hunc librum ſynodus nicena in numero ſanctarum ſcripturarum legitur computaſſe: acquiéui poſtulationi veſtre: immo exactioni ⁊ ſepóſitis occupatiónibus quibꝰ vehementer artábar: huic vnã lucubratiúnculam dedi: magis ſenſum e ſenſu q̃ ex verbo verbum tránſferens. Multorũ codicum varietatem vicioſiſſimam amputaui: ſola ea que intelligéntia integra in verbis chaldeis inuenire potui: latinis expreſſi. Accipite iudith viduam: caſtitatis exémplum: et triumpháli laude perpetuis eam preconijs declaráte. Hanc enim non ſolum féminis: ſed ⁊ viris imitabileʒ dedit: qui caſtitatis eiꝰ remunerator virtutem ei talem tribuit: vt inuictum omnibus hominibus vinceret: inſuperabilem ſuperáret.

℄ Explicit prologus in librum iudith.

℄ Incipit argumentum.

IUdith vidua filia merari de tribu ſimeon magna nimis in gloria: ⁊ virorũ preſtantior: que in typo eccl'ie diabolũ capite detruncauit: nec formidauit pro ſalute populi mortem: nec furorem regium trepidauit. Nam dormientẽ necauit principem: ſaluoq̃ pudore ſuis ciuibus triumphalem victoriam reportauit. Uixit annos centum quinq̃: ſepulta in ſpelunca viri ſui manaſſés in bethulia ciuitate: que fuit in tribu iuda: inter dothaím et balmon.

℄ Explicit argumentum.



℄ Incipit liber iudith.

℄ Ca.Sũ. ℄ De potentia arpharat ⁊ nobili
tate ciuitatis eius quã edificauit: ⁊ q̃liter ipſũ
nabuchodonoſor vicit mittẽs nũcios ad oẽs p
uincias: quos cũ vacuos remiſiſſet iurat ſe vin
dicaturũ de omnibus. ℄ Cap. I

A Rpharat i/
taq; rex medorũ ſubiu
gauerat multas gentes
imperio ſuo: ⁊ ipſe edi/
ficauit ciuitatẽ potentiſ
ſimã quam appellauit
B egbathanis. Ex lapi/
dib⁹ quadratis ⁊ ſectis
fecit muros eius: in alti
tudine cubitorũ ſeptuaginta: ⁊ in latitudine
triginta: turres vero eius poſuit in latitudine
cubitorũ centũ. Per quadrũ vero earũ latus
vtrũq; vicenorũ pedũ ſpatio tendebat. Poſuit
q; portas eius in altitudine turrium: ⁊ gloria
C bat quaſi potẽs in potẽtia exercit⁹ ſui ⁊ in glĩa
Ho cãbi- quadrigarũ ſuarũ. Anno igit duodecĩo regni
ſes dicit ſui nabuchodonoſor rex + aſſyriorũ q regnabat
li. uo cy- in niniuẽ ciuitate magna: pugnauit cõtra ar/
⁊ apud phárat: ⁊ obtinuit eũ in cãpo magno q appel
eſdrã ar- lat ragau: circa eufratẽ ⁊ tigriz ⁊ iadaſon in
taxerſes cãpo erioch regis elicorũ. [a] Tunc exaltatũ eſt
i. ma.i. regnũ nabuchodonoſor ⁊ cor ei⁹ eleuatũ ẽ: ⁊
a. miſit ad oẽs q habitabãt in cilicia ⁊ damaſcõ
⁊ libano: ⁊ ad gentes que ſunt in carmelo et
cedar ⁊ inhabitantes galileam: in cãpo ma/ Egypti re
gno eſdrelon ⁊ ad omnes qui erãt i ſamaria gnum de
⁊ trans flumen iordanẽ vſq; ad hieruſalẽm: ſcas
⁊ omnẽ terrã ieſſe: quouſq; perueniat ad mon
tes ethiopie. Ad hos omnes miſit nũcios na
buchodonoſor rex aſſyriorũ: q omnes vno ani D
mo cõtradixerunt ⁊ remiſerunt eos vacuos: Babylõia
ac ſine honore abiecerunt. Tunc indignatus in egypto
nabuchodonoſor rex ad omnem terrã illã: iu edificat[a]
rauit per thronũ ⁊ regnum ſuũ: q defenderet
ſe de omnibus + regionibus his. Al. ſup[er]

+ regio-
nibus

℄ Ca.Sũ. ℄ Nabuchodonoſor habito con/
ſilio mittit holofernẽ ad regna occidentis: q
egrediens vaſtabat omnia. ℄ II

A Nno tertiodecimo nabucho/
donoſor regis: viceſima ⁊ ſecũ/
da die menſis primi factum eſt
verbũ in domo nabuchodono
ſor regis aſſyriorũ: vt defende/
ret ſe. Vocauitq; omnes maio/
res natu: omneſq; duces bellatores ſuos: et
habuit cũ eis myſterium conſilij ſui. Dixitq;
cogitationem ſuam in eo eſſe: vt omnẽ terrã
ſuo ſubiugaret imperio. Qđ dictum cũ pla/
cuiſſet omnib⁹: vocauit nabuchodonoſor rex
holofernem principem militie ſue: ⁊ dixit ei.
B Egredere aduerſũ omne regnũ occidentis:
a Ezec.c.9. ⁊ cõtra eos precipue qui contempſerunt im/
b. perium meũ. [a] Non parcet oculus tuus vlli
regno: omnemq; vrbẽ munitam ſubiugabis
mihi. Tunc holofernes vocauit duces ⁊ magi

ſtrátus virtutis aſſyrioꝝ : ⁊ dinumeráuit vi-
ros in expeditione ſicut precépit ei rex centuȝ
viginti milia péditū pugnatoꝝ : ⁊ equites
ſagittários duódecim milia. Omnemqȝ exp
ditióné ſuam fecit preire in multitudine innu
merabilium camelóꝝ: cum his que exerciti
bus ſufficerét copioſe: bóū quoqȝ arméta gre
géſqȝ ouiū: quoꝝ non erat numerus. Frumē
tū ex omni ſyria in tráſitu ſuo parari ꝯſtituit.
C Aurū vero ⁊ argentū de domo regis aſſúmpſit
multū nimis. Et profectus eſt ipſe ⁊ oīs exer-
citus cū quadrigis ⁊ equitibꝰ ⁊ ſagittarijs: qui
cooperuerūt faciē terre ſicut locuſte. Cūqȝ per
tranſiſſet fines aſſyrioꝝ: venit ad magnos
montes angé qui ſunt a ſiniſtro cilitie aſcen-
ditqȝ oía caſtélla eoꝝ: ⁊ obtinuit omnē muni-
tióné. Effrégit aūt ciuitaté opinatiſſimā me-
lothi: predauitqȝ oēs filios thárſis ⁊ filios hy
ſmaél q erát cōtra faciē deſerti: ⁊ ad áuſtrum
D terre celeón. Et tranſiuit eufráten ⁊ venit in
meſopotámiá: ⁊ fregit omnes ciuitates excel
ſas que erant ibi a torrente mambre: vſqȝ quo
perueniaf ad mare: ⁊ occupauit terminos eius
a cilitia vſqȝ ad fines iaphét q ſunt ad áuſtrū
Al's + ad- duxit + Abduxitqȝ oēs filios madian: ⁊ pdauit oēȝ
locupletationē eoꝝ: omneſqȝ reſiſténtes ſibi
occidit in ore gladij. Et poſt hec deſcendit in
campos damaſci in diebus meſſis: ⁊ ſuccén-
dit omnia ſata: omneſqȝ árbores ⁊ vineas fe-
cit incidi. Et cecidit timor illius ſup omnes
inhabitantes terram.
C Ca.Sū. C Ciuitates ſe vltro tradiderunt
holoferni: de qbꝰ ipſe ſibi cepit auxiliatores: ⁊
tñ ipſas ciuitates ⁊ deos eoꝝ ſ'uertit. C III
A TUnc miſerūt legátos ſuos vni-
uerſarū vrbiū ac ꝓuinciaꝝ re-
ges ac pncipes ſýrie ſcilȝ ⁊ me-
ſopotámie : ⁊ ſýrie ſobál ⁊ li-
bie atqȝ cilitie: q veniétes ad ho
loferné dixerūt. Déſinat indi-
gnatio tua circa nos. Melius eſt eni vt viuen
tes ſeruiamus nabuchodonoſor regi magno:
⁊ ſúbditi ſimus tibi: qȝ morientes cū interitu
noſtro ipſi ſeruitutis noſtre dāna patiámur.
Omnis ciuitas noſtra oiſqȝ poſſeſſio oēs mon
B tes ⁊ cólles ⁊ cāpi ⁊ arménta bóuȝ gregéſqȝ
óuiū ⁊ caprarū: equorúmqȝ ⁊ cameloꝝ: ⁊ vni
uerſe facultates noſtre atqȝ familie in ꝯſpectu
tuo ſunt. Sint omnia ſub lege tua. Nos etiaȝ
⁊ filij noſtri ſerui tui ſumus. Ueni nobis paci
ficus dñs: ⁊ vtere ſeruitio noſtro ſicut placue
rit tibi. Tunc deſcéndit de mōtibus cū equiti-
bus in virtute magna ⁊ obtinuit omnem ciui
tatem: ⁊ omnē inhabitántē terrá. De vniuer C
ſis aūt vrbibꝰ aſſumpſit ſibi auxiliarios viros
fortes ⁊ electos ad bellum. Tantúſqȝ metus
prouincijs illis incúbuit: vt vniuerſarū vrbiū
habitatores: príncipes ⁊ honoráti ſimul cū po-
pulis exirent in óbuiā venienti: excipientes
eū cum coronis ⁊ lāpadibꝰ: ducentes choros
in týmpanis ⁊ týbijs. Nec iſta tñ faciétes: fe-
rocitáté eius péctoris mitigare potuérūt. Nā
⁊ ciuitates eoꝝ deſtrúxit: ⁊ lúcos eoꝝ excidit
Precéperat enim illi nabuchodonoſór rex vt D
oēs deos terre exterminaret: videlicet vt ipſe
ſolus diceref deus ab his natiónibꝰ que potuiſ
ſent holoférnis potentia ſubiugári. Pertrá-
ſiens aūt ſyriá ſobál: ⁊ oēm appámiá: omnē-
qȝ meſopotamiá: venit ad idúmeos í terra ga
baá: accepitqȝ ciuitates eoꝝ: ⁊ ſedit ibi p tri-
ginta dies. In quibus diebus adunári ṗcépit
vniuerſum exércitū virtutis ſue.
C Ca.Sū. C Tunc filij iſraél munitiones
ṗparabant quos hortatur heliachim ſacerdos
clamare ad dñȝ: qđ faciūt cū inſtātia magna.
TUnc audiéntes hec C IIII A
filij iſraél q habitabát terrá in
dá: timuerunt valde a facie eiꝰ
Tremor etiá ⁊ horror inuaſit
ſenſus eoꝝ: ne hoc faceret hie-
ruſaléȝ ⁊ téplo dñi: qđ fécerat
céteris ciuitatibꝰ ⁊ téplis earū. Et miſerūt in
omnē ſamáriá p circuitū vſqȝ hierichó: ⁊ pre
cupauérūt oēs vertices montiū. Et muris cir
cundedérūt vicos ſuos: ⁊ ꝯgregauérunt fru-
menta in preparationē púgne. Sacerdos etiá B
eliachim ſcripſit ad vniuerſos q erát ꝯtra eſ-
drelón: que eſt contra faciē cāpi magni iuxta
dotaim: ⁊ vniuerſis per quos vie tránſitus eſſe
póterat: vt obtinérét aſcenſus montiū p quos
via eſſe póterat ad hieruſalém: ⁊ illic cuſtodi
rent vbi angúſtū iter eſſe póterat inter mon-
tes. Et fecérūt filij iſraél: ſm q conſtituerat
eis ſacerdos dñi eliachim. Et clámauit oīs po
pulus ad dñm inſtātia magna: ⁊ humiliaue-
rūt aīas ſuas in ieiunijs ⁊ oꝛonibꝰ ipſi ⁊ mu-
lieres eoꝝ. Et induérunt ſe ſacerdotes cili-
cijs: infantes proſtrauérūt ꝯtra faciē tépli do- C
mini: ⁊ altare dñi operuérūt cilitio. Et cla-
mauerūt ad dñm deum iſraél vnanimiter: ne
darénf in predā infantes eoꝝ: ⁊ vxores eoꝝ
in diuiſioné: ⁊ ciuitates eoꝝ in exterminium.

⁊ ſancta eoꝝ in pollutionē: ⁊ fierēt in obꝓ-
briū gentib⁹. Tūc eliachim ſacerdos dñi ma
gnus circuiuit omnem iſraél: allocutuſq; eſt
eos dicēs. Scitote qm̄ exaudiet dñs pces ve-
D ſtras: ſi manētes pmanſeritis in ieiunijs et
orationib⁹ in ɔſpectu dñi. [a] Memores eſtote
[a] Exo.17. b. moyſi ſerui domini: qui amalech confidentē
in virtute ſua ⁊ in potentia ſua: ⁊ in exercitu
ſuo: ⁊ in clypeis ſuis: ⁊ in curribus ſuis et in
equitibus ſuis nō ferro pugnando: ſed preci-
bus ſanctis orando deiecit. Sic erunt vniuer-
ſi hoſtes iſraél: ſi perſeueraueritis in hoc ope-
re quod cepiſtis. Ad hanc igitur exhortationē
eius deprecantes dominum permanebant in
conſpectu domini: ita vt etiam hi qui offere-
bāt domino holocauſta: pcincti cilicijs offer
rent ſacrificia domino: ⁊ erat cinis ſupra capi
ta eorū. Et ex toto corde ſuo omnes orabant
deum: vt viſitaret populum ſuū iſraél.

C Ca. Summariū. C Indignatus holofer-
nes: inquirit de gente: ⁊ reſpondit ei achior
dux filiorum amon: qualiter de⁹ celi defendit
illos auditis verbis achior: indignant princi
A pes holofernis. C V

Annunciatūq; eſt holoferni pn
cipi militie aſſyriorum: q filij
iſraél prepararēt ſe ad reſiſtē
dū: ac montiū itinera concluſiſ
ſent: ⁊ furore nimio exarſit in
iracundia magna. Uocauitq;
omnes pncipes moab: ⁊ duces ammon: ⁊ di-
xit eis. Dicite mihi: quis ſit populus iſte qui
montana obſidet: aut que ⁊ quales ⁊ quante
ſint ciuitates eorū: que etiā ſit virtus eoꝝ: aut
que ſit multitudo eorū: vel quis rex militie il
lorū: ⁊ quare pre omnib⁹ qui habitant in oriē
te iſti contempſerūt nos: [a] ⁊ non exierunt in
[a] Infra.5.c. obuiam nobis: vt ſuſciperent nos cum pace.
[b] Infra.11. b. [b] Tunc achior dux omniū filioꝝ ammon re-
ſpōdens ait. Si digneris audire domine: dicā
veritatem in conſpectu tuo de populo iſto qui
in montanis habitat: ⁊ non egredietur ver-
[c] Gen.11. a. bum falſum ex ore meo. [c] Populus iſte ex
progenie chaldeorum eſt. Hic primū in me-
ſopotamia habitauit: qm̄ noluerūt ſequi deos
patrum ſuorū qui erāt in terra chaldeorum.
B Deſerentes itaq; cerimonias patrū ſuorum
que in multitudine deorū erāt vnū deum celi
coluerūt: qui ⁊ precepit eis: vt exirent inde et
habitarent in charrā. Cūq; operuiſſet omnē
[d] Gen.14. terrā fames: [d] deſcenderunt in egyptū: illicq;
per quadringentos annos ſic multiplicati ſūt
vt dinumerari eorū non poſſet exercitus. Cū
q; grauaſſet eos rex egypti: atq; in edificatio
nibus vrbiū ſuarū in luto ⁊ latere ſubiugaſ-
ſet eos: clamauerūt ad dominū ſuū: ⁊ percuſ-
ſit totā terram egypti plagis varijs. Cumq;
eieciſſent eos egyptij a ſe: ⁊ ceſſaſſet plaga ab
eis: ⁊ iterū eos vellent capere ⁊ ad ſuū ſerui-
tium reuocare: fugientib⁹ his deus celi mare
apuit [e] ita vt hincinde aque q̄ſi murus ſolida [e] Exo.14. c.
rent: ⁊ iſti pede ſicco fundū maris pambulā- infra.6.c.
do tranſirēt. In quo loco dū innūerabilis exer-
citus egyptioꝝ eos pſequeret ita aquis coop-
tus eſt: vt nō remaneret vel vnus qui factum
poſteris nunciaret. Egreſſus etiā mare rubꝝ
deſerta ſyna montis occurrerūt: in quib⁹ nū-
q̄ homo habitare potuit vel filius hominis C
requieuit. [f] Illic fontes amari obdulcati ſūt [f] Exo.15.
eis ad bibenduz: ⁊ per annos quadraginta an d. Iudicum 16.e.
nonam de celo conſecuti ſunt. Ubicūq; in
greſſi ſunt ſine arcu ⁊ ſagitta: ⁊ abſq; ſcuto et
gladio: deus eorum pugnauit pro eis: ⁊ vicit.
Et nō fuit q inſultaret populo iſti: niſi quādo
receſſit a cultu domini dei ſui. Quotienſcūn-
q; autem preter ipſum deum ſuum alterum
coluerūt dati ſunt in predā ⁊ i gladiū ⁊ in ob
probriū. Quotieſcūq; autē penituerūt ſe re-
ceſſiſſe a cultura dei ſui: dedit eis deus celi vir
tutē reſiſtendi. Deniq; chananeum regē ⁊ ie-
buſeū ⁊ phereſeū ⁊ etheū ⁊ eueū ⁊ ammor-
reum: ⁊ oēs potentes in eſebon proſtrauerūt
⁊ terras eoꝝ ⁊ ciuitates eoꝝ ipſi poſſederunt:
⁊ vſq;dū nō peccarent in ɔſpectu dei ſui: erāt
cū illis bona. Deus enim illorū odit iniquitā
tē. Nā ⁊ añ hos ānos cū receſſiſſent a via quā
dederat illis deus vt ambularēt in ea: extermi
nati ſunt plijs a multis nationib⁹: ⁊ plurimi
eoꝝ captiui abducti ſunt in terrā nō ſuā. Nu D
per autē reuerſi ad dñm deū ſuum ex diſper-
ſione q̄ diſpſi fuerāt: adunati ſūt ⁊ aſcēderūt
mōtana hec oia: ⁊ iterū poſſidēt hieruſalēm
vbi ſūt ſctā ſctoꝝ. Nūc ergo mi dñe pquire ſi
eſt aliq iniqtas eoꝝ in ɔſpectu dei eorū: aſcen-
dām⁹ ad illos: qm̄ tradēs tradet illos deus eo
rū tibi: ⁊ ſbiugati erūt ſb iugo potētie tue. Si
vo nō eſt offenſio ppli hui⁹ corā deo ſuo: non
poterim⁹ reſiſtere illis qm̄ deus eoꝝ defendet
illos: ⁊ erimus in obprobriū vniuerſe terre.
[g] Et factū eſt cū ceſſaſſet loq achior verba hec [g] Infra.6.
irati ſunt oēs magnates holofernis: ⁊ cogita- b.
bant interficere eum: dicentes ad alterutrū. infra.14.b.

Quis eſt iſte q filios iſraél poſſe dicat reſiſte-
re regi nabuchodonoſór ⁊ exercitib⁹ eius: ho
mines inermes ⁊ ſine virtute. ⁊ ſine peritia ar
tis pugne? Ut ergo agnoſcat achiór qm̄ fallit
nos: aſcédem⁹ in montána ⁊ cū capti fúerint
potētes eoꝝ: tūc cum eiſdē gládio tranſuerbe
rabit: vt ſciat omnis gens qm̄ nabuchodono
ſór deus terre eſt: ⁊ préter ipſuꝫ alius non eſt.
¶ Ca. Sū. ¶ Holofernes irat⁹ iubet achiór
ligatū duci in bethuliā: nunc ligāt achiór ad
arborē: filij iſrael ſoluentes cauſa cognita euꝫ
cóſolanť: ⁊ clamāt ad dn̄m. ¶ VI

A [F]actū eſt aūt cū ceſſáſſent lóq:
indignatus holofernes vehemē
ter: dixit ad achiór. [a] Qm̄ pphe (a Iſra. 13. b.)
taſti nobis dicēs: q gens iſraél
defendáť a deo ſuo: vt oſtēdā ti
bi quoniā nō eſt de⁹ niſi nabu-
chodonoſór: cū pcuſſerim⁹ eos oēs ſicut homi-
nē vnū: tūc ⁊ ipſe cū illis aſſyrioꝝ gládio inte
ribis: ⁊ omnis iſraél tecū pditione diſpériet:
⁊ pbabis qm̄ nabuchodonoſór dn̄s ſit vniuer
ſe terre. Tūcq; gladi⁹ militie mee tránſiet per
látera tua: ⁊ ꝯfixus cádes inť vulnerátos iſra
él: ⁊ non reſpirabis vltra donec exterminéris
cū illis. Porró aūt ſi pphetiā tuā verā exiſti-
mas: nō ꝯcidat vultus tuus ⁊ pállor q faciem
tuā óbtinet abſcédat a te: ſi verba mea hec pu
B tas implére nō poſſe. Ut aūt nóueris q; ſimul
cū illis hec experiéris: ecce ex hac hora illoꝝ
pplo ſatiáberis: vt dū dignas mei gladij pe-
nas excéperint ipſe ſimul vltióni ſubiáceas.
Tūc holofernes pcépit ſuis ſuis: vt cōprehēn
derét achiór ⁊ ducerét eū in bethúliā: ⁊ trade
rēt eū in man⁹ filioꝝ iſraél. Et accipiéntes eū
ſerui holoférnis pfecti ſunt per cāpeſtria. Sed
cū appropinquaſſent ad mōtána: exiérūt ꝯtra
eos fundibulárij. Illi aūt diuertentes a láte-
re mōtis ligauérūt achiór ad árborē manib⁹
⁊ pedib⁹: ⁊ ſic vinctū de reſtib⁹: dimiſerūt eū:
⁊ reuerſi ſunt ad dn̄m ſuū. Porró filij iſraél
deſcédéntes de bethúlia: venerūt ad eū. Quē
ſoluentes duxerūt ad bethúliā: atq; in mediū
ppli illū ſtatuētes: pcuntati ſunt: qd rerū eſſet
C q illū vinctū aſſýrij reliqſſent. In dieb⁹ illis
erāt illic pncipes: ozias fili⁹ michá de tribu ſy
meón: ⁊ charmi q ⁊ gothoniél. In medio ita
q; ſeniorū in ꝯſpectu omniū: achiór dixit oia
que locutus fúerat ab holoférne interrogatus
⁊ qualiter pplis holofernis voluiſſet propter
hoc verbū interficere eū: ⁊ quemadmodū ipſe
holofernes iratus iuſſerit euꝫ iſraelítis hac de
cauſa trádi: vt dum vinceret filios iſraél tūc
⁊ ipſum achiór diuerſis iúbeat interire ſuppli
cijs: ppter hoc q dixiſſet deus celi defenſor eo
rum eſt. Cumq; achiór vniuerſa hec expoſuiſ
ſet: [b] omnis populus cécidit in fáciem adorā
tes dn̄m: ⁊ cōmuni lamentatióne ⁊ fletu vna (b ...)
nimes preces ſuas domino effudérunt: dicen D
tes. Dn̄e deus celi ⁊ terre intuére ſuperbiam
eorꝫ: ⁊ réſpice ad noſtrā humilitatē: ⁊ faciē
ſanctorū tuorū atténde: ⁊ oſtende quoniā nō
derelinquis preſuméntes de te: ⁊ preſumētes
de ſe ⁊ de ſua virtute gloriántes humilias. Fi-
nito itaq; flétu: ⁊ per totaꝫ diem oratione po-
pulorum completa: conſolati ſunt achiór di-
centes. Deus patrum noſtrorū cui⁹ tu virtutē
predicaſti: ipſe tibi hanc dabit viciſſitúdineꝫ:
vt eorum magis tu intéritū videas. Cum vo
dn̄s deus noſter déderit hanc libertatē ſeruis
ſuis: ſit ⁊ tecū deus i medio noſtri: vt ſicut pla
cúerit tibi ita: cū tuis omnib⁹ conuerſeris no
biſcū. Tūc ozias finito cōſilio: ſuſcépit eū in
domū ſuā: ⁊ fecit cenā magnā. Et vocatis oī-
bus preſbýteris ſimul expleto ieiúnio refece-
rūt. Poſtea vero conuocatus omnis populus
per totā nocté intra eccleſiam orauérunt: petē
tes auxilium a deo iſraél.
¶ Ca. Sū. ¶ Holofernes obſidet bethuliaꝫ:
ciues ſiti coartanť: ⁊ volunt vrbem tradere:
ozias adhuc quinq; dies poſtulat et expectare
perſuadet. ¶ VII

[H]Olofernes aūt altera die pcé- A
pit exercitibus ſuis: vt aſcénde
rēt ꝯtra bethúliā. Erāt aūt pé-
dites bellatorū: centum viginti
milia: ⁊ eqtes vigītiduo milia
pter pparatiónes viroꝝ illorū
quos occupauerat captiuitas: ⁊ addúcti fúe-
rant de prouincijs ⁊ vrbib⁹ vniuerſe iuuentu-
tis. Omnes parauerūt ſe páriter ad pugnam
ꝯtra filios iſraél: ⁊ venerūt p crepidinē mōtis
vſq; ad ápicē: q reſpicit ſup dothaim: a loco
qui dicit belma: vſq; ad chelmon qui eſt ꝯtra
eſdrelón. Filij aūt iſraél vt vidérūt multitu-
dinē illoꝝ: proſtrauérūt ſe ſup terrā mittētes
cinerē ſup capita ſua: vnanimes orātes: vt de⁹
iſraél miſericordiā ſuā oſténderet ſup popu-
lum ſuum. Et aſſumētes arma ſua bellica: ſe-
dérunt per loca que angúſti itineris trámitē
dirigunt inter montuoſa: ⁊ erant cuſtodien-
tes ea tota die ⁊ nocte. Porró holofernes dū B

A circuit per gýrum: reppꝑit ꝙ fons q̄ influé-
bat aqueductū illoꝝ a parte australi extra ci-
uitatem dirigeret: ⁊ incidi ꝑcepit aqueductū
illorum. Erát tñ non longe a muris fontes ex
quibus fúrtim videbanṫ haurire aquam ad
refocillándum potius ꝙ̄ȝ ad potandum. Sed
filij āmón ⁊ moáb accessérunt ad holofernē:
dicētes. Filij isráel nō in lancea: nec in sagit
ta confidūt: sed montes defendūt illos: ⁊ mu
niūt illos cólles in ꝑcipitio cōstituti. Ut ergo
sine congressióne pugne possis superare eos:
pone custodes fóntiuȝ vt non háuriant ex eis
⁊ sine gladio interficies eos: vel certe fatigá-
ti tradent ciuitatē suam quā putāt in monti-
bus pósitā superári nō posse. Et placuerūt ver
ba hec corā holoferne: ⁊ corā satellitibus eius
Et constituit per gýrū centenários per singu
C los fontes. Cumqȝ ista custodia per dies vigin
ti fuisset expléta: defecērūt cistérne ⁊ collectió-
nes aquarū omnibꝰ inhabitantibus bethúliā
ita vt non esset intra ciuitateȝ vñ satiareṫ vel
vna die: qm̄ ad mensurā dabaṫ populis aqua
quotídie. Tunc ad oziā ꝯgregati oēs viri fe-
minéqȝ iúuenes ⁊ paruuli oēs simul vna voce
a Exo. 5. d dixerunt.[a] Judicet deus inter nos ⁊ te: qm̄ fe
cisti inter nos mala: nólens loqui pacifice cū
assýrijs. Et propter hoc vendidit nos deus in
manibꝰ eorum. Et ideo non est q̄ ádiuuet cū
ꝓsternamur añ oculos eorum in siti ⁊ in per-
ditióne magna. Et nūc cōgregate vniuersos
b Iere. 4. b. qui in ciuitate sunt vt sponte tradámus nos
omnes populo holofernis.[b] Melius est enim
vt captíui bñdicamus dñm viuéntes: ꝙ̄ȝ mo
riámur ⁊ símus obprobriū omni carni: cum
videámus vxores nostras ⁊ infantes nostros
mori añ oculos nostros. Contestamur hodie
D celū ⁊ terraȝ ⁊ deū patrū nostroꝝ qui vlcisciṫ
nos ſm peccata nostra: vt iam tradatis ciuita-
tem ī manu militie holofernis: vt sit finis no
ster breuis in ore gladij: qui lóngior efficitur
in ariditáte sitis. Et cum hec dixissent: factus
est fletus ⁊ vlulátus magnus in ecclesia omni
bus: ⁊ per multas horas vna voce clamauerūt
c Ps. 105 ad deum dicentes.[c] Peccáuimus cum patri-
bus nostris: iniuste égimus: iniq̄tatē fécimus
Tu qui pius es miserere nostri ⁊ in tuo flagel
lo vindica iniquitates nostras: ⁊ noli tradere
confiténtes te populo q̄ ignórat te: vt non di-
cant inter gentes: vbi est deus eorum. Et cum
fatigati his clamoribus ⁊ his fletibus lassati
siluissent: exúrgens ozias infusus lachrymis
dixit. Equo animo estote fratres: ⁊ hos quin-
qȝ dies expectemus a domino misericordiam
Fórsitan enim indignationē suam abscidet:
⁊ dabit gloriā nomini suo. Si aūt transactis
quinqȝ diebus non vénerit adiutoríum: facie
mus hec verba que locuti estis.

¶ Ca. Su. ¶ Judith arguit príncipes ꝙ cō
senserunt tradere ciuitatem: quos monet ora
re: etiam ipsam pro se rogāt príncipes: dixit
se exituram de ciuitate cum abra sua: sed q̄d
factura sit inquiri prohibet. ¶ VIII

ET factum est cuȝ audisset hec A
verba iudíth vidua q̄ erat filia
merari: filij idóx: filij ioséph:
filij ozie: filij elai: filij iánor: fi
lij iedeón: filij raphoim: filij
achitob: filij melchie: filij e-
nán: filij nathanie: filij salathiél: filij syme-
ón: filij rubén: ⁊ vir eius fuit manasses: qui
mortuus est in diebus messis hordeácee. In-
stábat enim super alligántes manipulos in cā
po: ⁊ venit éstus super caput eius: ⁊ mortuus
est in bethúlia ciuitate sua: ⁊ sepultus est illic
cum patribꝰ suis. Erat aūt iudith relicta eiꝰ
vidua iam annis tribus ⁊ mensibꝰ sex. Et in
superioribus domus sue fecit sibi secrétū cubi
culum in quo cum puéllis suis clausa mora-
baṫ: ⁊ habens super lúmbos suos cilítiū: ieiu-
nábat oibus diebꝰ vite sue preter sábbata et
noeménias ⁊ festa domus isráel. Erat autem
elegánti aspéctu nimis. Cui vir suus relique-
rat diuitias multas ⁊ familiā copiósaȝ: ac pos
sessiónes arméntis boum ⁊ gregibus ouium
plénas. Et erat hec in omnibus famosissima:
qm̄ timebat dñm valde: nec erat qui loque- B
reṫ de illa verbū malum. Hec itaqȝ cū audis-
set qm̄ ozias promisisset ꝙ trāsacto q̄nto die
tráderet ciuitatē: misit ad presbyteros chabri
⁊ charmi. Et venerunt ad illam: ⁊ dixit illis.
Quod est hoc verbum ī quo ꝯsensit ozias vt
tradat ciuitatem assyrijs: si intra quinqȝ dies
nō venerit vobis adiutóriū. Et qui estis vos q̄
tentátis dñm? Non est iste sermo qui miseri
cordiā ꝓuocet: sed potius qui iram éxcitet et
furórē accéndat. Posuistis vos tēpus misera
tionis dñi: ⁊ in arbitriū vestrū diē cōstituí Nu. 4. d
stis ei. Sed qꝛ patiēs dñs est: ī hocipso peniteā
mus: ⁊ indulgentiā eius fusis lachrymis po-
stulémus. Non enim quasi hō deus sic ꝯmína
biṫ: neqȝ sicut filꝰ hoīs ad iracúndiā inflāma
biṫ. Et ideo humiliémꝰ illi aīas nr̄as: ⁊ in spū

Mo+ꝯtri to et + conſtituti humiliato ſeruientes illi dicam⁹
flentes dño: vt ſm voluntatē ſuā ſic faciat no
biſcum cito miſericordiā ſuā: vt ſicut ꝯturbā
tum eſt cor noſtrum in ſuperbia eoꝝ: ita etiā
de noſtra humilitate gloriémur: q̄m nō ſum⁹
ſecuti peccata patrū noſtroꝝ qui dereliquerūt
deū ſuū: ⁊ adorauerūt deos alienos: ꝑ quo ſcé
lere dati ſunt in gladiū ⁊ in rapinā: ⁊ in ꝯfu
ſionē inimicis ſuis. Nos aūt alterū deū neſci
C mus ꝑter ipſuꝫ. Expectémus humiles ꝯſola
tionē eius: ⁊ exquiret ſanguinē noſtrū de affli
ctionib⁹ inimicoꝝ noſtroꝝ: ⁊ humiliabit oēs
gētes quecūq; inſurgūt ꝯtra nos ⁊ faciet illas
ſine honore dñs deus noſter. Et nunc frēs q̄m
vos q eſtis pſbyteri in pplo dei: ⁊ ex vobis pē
det anima illoꝝ ad eloquiū veſtrū: corda eo
rū erigite vt memores ſint q: tentati ſunt pa
tres nr̄i: vt ꝓbarent̄ ſi vere colerēt deū ſuum.
a Gē.22.a [a] Memores eſſe debēt quō pr̄ nr̄ habraám ten
tatus eſt: ⁊ ꝑ multas tribulationes ꝓbat⁹ dei
amic⁹ effect⁹ eſt. Sic iſaác: ſic iacob: ſic moy
ſes ⁊ oēs q placuérūt deo: ꝑ multas tribula
tiōes trāſierūt fideles. Illi aūt q tētatiōes nō
ſuſceperunt cū timore domini: ⁊ impatientiā
ſuā ⁊ improꝑiū murmuratiōis ſue ꝯtra dñm
b 1.co.10.b. ꝓtulérūt [b] exterminati ſūt ab exterminatore
⁊ a ſerpētib⁹ perierūt. Et nos ergo nō vlciſcá
D mur nos ꝓ his q̄ patimur: ſꝫ reputántes pec
catis nr̄is hec ipſa ſupplicia minora eſſe flagel
la dñi q̄ſi ſerui q corripimur ad emēdationē
⁊ nō ad perditionē noſtrā euéniſſe credámus.
Et dixerūt illi ozias ⁊ pſbyteri. Oia q̄ locuta
es vera ſunt: ⁊ nō eſt in ſermonib⁹ tuis vlla re
ꝓhēſio. Nunc ergo ora ꝓ nobis: q̄m mulier
ſctā es ⁊ timēs deū. Et dixit illis iudith. Sicut
qd̄ potui loq dei eſſe cognóſcitis: ita qd̄ facere
diſpoſui ꝓbate ſi ex deo eſt: ⁊ orate vt firmuꝫ
faciat deus ꝯſiliū meū. Stabitis vos ad portā
nocte iſta: ⁊ ego exeā cū abra mea: ⁊ orate vt
ſicut dixiſtis in diebus quinq; reſpiciat dñs
populū ſuū iſraél. Vos aūt nolo vt ſcrutémi
ni actū meum: ⁊ vſq; dū renūciē vobis nihil
aliud fiat niſi oratio ꝓ me ad dñm deū noſtrū
Et dixit ad eam ozias princeps iude. Vade
in pace: ⁊ dominus ſit tecū in vltionē inimico
rum noſtroꝝ. Et reuertentes abierunt.

¶ Ca. Sū. ¶ Orat iudith: ⁊ ingreſſa orato
riū ſuum cilitio veſtit̄: poſt orationē veſtiméta
viduitatis deponēs vncta ⁊ lota pulchris veſti
mentis ⁊ ornamētis induta cum abra ſua exit
ſacerdotib⁹ bn̄dicentibus. ¶ IX

QVibus abſcedentibus: iudith A
ingreſſa eſt oratoriū ſuum. Et
induens ſe cilitio: poſuit cine
rem ſuper caput ſuū: ⁊ pſternēs
ſe dño clamabat ad dñm dicēs
[a] Dñe deus patris mei ſymeon a Gē.34.f
qui dediſti illi gladiū in defenſionem alieni
genarū: qui violatores extiterunt in coinqui
natione ſua: ⁊ denudauerunt fémur virginis
in confuſionem: ⁊ dediſti mulieres illorum in
prédam: ⁊ filias illorum in captiuitatē: ⁊ oēm
prédam in diuiſionem ſeruis tuis qui zelaue
runt zelum tuum: ſubueni queſo te dñe deus
meus mihi vidue. Tu enim feciſti priora: ⁊ il B
la poſt illa cogitaſti: ⁊ hoc factum eſt qd̄ ipſe
voluiſti. Omnes enim vie tue paráte ſunt: et
tua iudicia in tua ꝓuidentia poſuiſti. [b] Reſpi b Exo.14.f
ce caſtra aſſyrioꝝ nūc: ſicut tūc caſtra egyptio
rū vidére dignat⁹ es: quādo poſt ſeruos tuos
armati currēbant: cōfidentes in quadrigis ⁊
in equitatu ſuo ⁊ in multitudine bellatorum.
Sed aſpexiſti ſup caſtra eoꝝ: ⁊ tenebre fatiga
uérūt eos. Tenuit pedes eoꝝ abyſſus: ⁊ aque C
operuérūt eos. Sic fiant ⁊ iſti dñe: qui confi
dunt in multitudine ſua: ⁊ in curribus ſuis et
in contis ⁊ in ſagittis ſuis: ⁊ in lanceis gloriā
tur: ⁊ néſciunt quia tu ipſe es deus noſter qui
+ conteris bella ab initio: ⁊ dñs nomen eſt ti Mo+con teris
bi. Erige bráchium tuum ſicut ab initio: ⁊ al
lide virtutē eoꝝ in virtute tua. Cadat virtus
eorū in iracundia tua: qui promittunt ſe vio
láre ſancta tua: ⁊ pollúere tabernaculum no
minis tui: ⁊ deijcere gládio ſuo cornu altaris
tui. Fac dñe vt gládio próprio eius ſupérbia
amputet̄. [c] Capiátur láqueo oculorum ſuoꝝ c Infra.16.b.
in me: ⁊ percúties eū ex labijs charitatis mee
Da mihi in animo conſtantiā: vt + contém D
nam illum: ⁊ virtutem vt euértam illuꝫ. Erit Mo+ꝯte rā illū ⁊ in virtu te
enim hoc memoriale nominis tui: + cuꝫ ma
nus femine deiécerit eum. Non enim in mul Mo+q
titudine eſt virtus tua dñe neq; in equoꝝ viri
bus voluntas tua. Nec ſuperbi ab initio pla
cuérūt tibi: ſed humiliū ⁊ manſuetoꝝ ſemper
tibi plácuit deprecatio. Deus celoꝝ creator
aquarū ⁊ dñe totius creature: exaudi me mi
ſeram deprecántem: ⁊ de tua miſericordia ꝓ
ſumentē. Memento dñe teſtamenti tui: ⁊ da
verbū in ore meo ⁊ in corde meo conſiliū cor
róbora: vt domus tua in ſanctificatione per
maneat: ⁊ omnes gentes agnóſcant q: tu es
deus [b] ⁊ non eſt alius preter te. b Eccl.36.



¶ Ca. Sũ. ¶ Judith inuenta ab exploratoribus ducitur ad holofernẽ precioſis induta: q in ei⁹ pulchritudine capit̃: ⁊ ꝓncipes ſeſe p ugnare ꝓ tã pulchris mulierib⁹ hortant̃.
¶ X
A Factum eſt aũt cũ ceſſaſſet clamáre ad dñm: ſurrexit de loco
in quo iacuerat ꝓſtrata ad dñz
⁊ vocauitqꝫ ábrã ſuam. Et deſcẽ
dens in domũ ſuã ábſtulit a ſe
a ſtra. 15. cilítiũ: [a] ⁊ éxuit ſe veſtimentis
viduitátis ſue. Et láuit corpus ſuũ: ⁊ vnxit ſe
mirto óptimo: ⁊ diſcriminauit crinem capi
tis ſui: ⁊ impóſuit mitrã ſuper caput ſuum: ⁊
índuit ſe veſtiméntis iocunditatis ſue. Induít
qꝫ ſandália pédibus ſuis: aſſumpſitqꝫ dextra
ríola ⁊ lília ⁊ ináures ⁊ ánnulos: ⁊ oĩb⁹ orna
méntis ſuis ornauit ſe. Cui etiam dñs cóntu
lit ſplendórem qm̃ oĩs iſta cõpoſitio non ex li
bídine ſed ex virtute pendébat: ⁊ ideo domi
Als + illi nus hanc in + illã pulchritudinẽ ampliáuit:
vt incomparabili decore omniũ óculis appa
réret. Impóſuit itáqꝫ ábre ſue áſcopã vini et
Als + pul vas ólei ⁊ + pólentam ⁊ lapátes ⁊ panes ⁊ cá
mentum ſeũ: ⁊ profecta eſt. Cumqꝫ veniſſent ad portaz
B ciuitatis inuenérunt expectántẽ oziam: ⁊ pre
ſbyteros ciuitatis. Qui cũ vidiſſent eam: ſtu
péntes miráti ſunt nimis pulchritúdinẽ eius
Nihil tñ interrogántes eã: dimiſerunt tran
ſire: dicẽtes. Deus patrũ noſtroꝝ det tibi gra
tiam: ⁊ oẽ ꝯſiliũ tui cordis ſua virtute corrobo
ret ⁊ glorief̃ ſup te hieruſalẽz: ⁊ ſit nomẽ tuũ
in numero ſctõꝝ ⁊ iuſtoꝝ. [b] Et dixerũt hi qui b ſtra. 13.
illic erãt oẽs vna voce: fiat fiat. iudith ꝓo orãs C
dñm: trãſiuit p portas ipſa ⁊ ábra ei⁹. Factuz
eſt aũt cũ deſcenderet montẽ circa ortũ diei:
occurrérũt ei exploratóres aſſýriorũ: ⁊ tenuẽ
rũt eã dicentes. Unde venis: aut quo vadis?
Que rñdit. Filia ſuz hebreóꝝ. Ideo ego fugi
a facie eorũ: qm̃ futúrũ agnóui q̃ dent̃ vobis
in depdationẽ: ꝓ eo q̃ cõtẽnẽtes vos noluérũt
trádere ſeipos vt inueníret miſericordiã i cõ
ſpectu veſtro. Hac de cauſa cogitáui mecũ di
cẽs. Uadã ad faciẽ ꝓncipis holofernis vt indí
cez illi ſecréta illoꝝ: ⁊ oſtendã illi quo áditu
póſſit obtinére eos: ita vt non cádat vir vnus
de exercitu eius. Et cum audiſſent viri illi ver
ba eius: conſiderabant faciem eius ⁊ erat in
oculis eorũ ſtúpor qm̃ pulchritudinẽ ei⁹ mi D
rabãtur nimis. Et dixerũt ad eã. Conſeruaſti
animam tuã: eo q̃ tale reppериſti conſilium:
vt deſcenderes ad dominũ noſtrum. Hoc aũt
ſcias: quoniã cum ſteteris in conſpectu eius:
bene tibi fáciet: ⁊ eris gratiſſima in corde ei⁹.
Duxeruntqꝫ illam ad tabernaculum holofér
nis nunciantes eam. [c] Cumqꝫ intraſſet ante c ſuſ. 9. c.
faciez eius: ſtatim captus eſt in ſuis oculis ho
lofernes. Dixeruntqꝫ ad eum ſatellites eius.
+ Quis contemnat populum hebreorum qui al. + Qui ſi
tam decóras mulieres habent: vt non pro ſolenus
his mérito pugnáre contra eos debeamus?
Uidens itaqꝫ iudith holofernem ſedentem
in canopeo quod erat ex purpura et áuro et

ſmaragdo ⁊ lápidibus precioſis intértum: et
cum in faciem eius intendiſſet: adoráuit euꝫ
proſternens ſe ſuper terram. Et eleuauérunt
eã ſerui holoférnis iubente domino ſuo.

¶ Ca. Sũ. ¶ Holofernes ꝯfortat iudith: cau
ſam quare venerít querit: q̃ rñdit verba adula
toria placentia holoferni. ¶ XI

A Tunc holofernes dixit ei. Equo
aío eſto: ⁊ noli pauére in corde
tuo: qm̃ ego nunq̃ nócui virũ
qui vóluit ſeruire nabuchodo-
noſór regi. Populus aũt tuus
ſi non contempſiſſet me: non
alleuáſſem lánceam meam ſuper eum. Nũc
autem dic mihi: qua ex cauſa recéſſiſti ab il-
lis: ⁊ placuít tibi vt venires ad nos? Et dixit il
li iudith. Sume verba ancille tue: quoniam
ſi ſecútus fúeris verba ancille tue: perfectam
rem faciet dñs tecum. Uiuit enim nabucho-
donoſór rex terre: ⁊ viuit virtus eius q̃ eſt in
te ad correptióne omniũ animaꝝ errántium
qm̃ nõ ſolum homines ſeruient illi per te: ſed
B ⁊ beſtie agri obtéperant illi. Nunciátur enim
animi tui indúſtria vniuerſis gentibus: ⁊ in-
dicátum eſt omni ſeculo qm̃ tu ſolus bónus
⁊ pótens es in omni regno eius: ⁊ diſciplina
a ſup. 5. c. tua omnibus prouíncijs pdicátur.[a] Nec hoc
látet qđ locutus eſt achiór: nec illud ígnoráẽ
qđ ei iuſſeris euenire. Conſtat enim deuꝫ no
ſtrum ſic peccátis offénſum vt mandáuerit p
prophétas ſuos ad populũ q tradet eum pro
peccatis ſuis. Et qm̃ ſciunt ſe offendiſſe deum
ſuum filij iſraél: trémor tuus ſuper ipſos eſt.
Inſuper etiam fames inuáſit eos: ⁊ ab aridi-
táte áque iam inter mortuos computantur
C Deniq̃ hoc órdinant vt interficiant pécora
ſua ⁊ bibant ſanguinẽ eorum: ⁊ ſancta dñi ſui
que precepit deus nõ ꝯtingi: in fruméto víno
⁊ oleo hec cogitauérunt impéndere: ⁊ vólũt
conſúmere que nec manibus debérent con-
tíngere. Ergo quoniã hec fáciunt certũ eſt q
in perditionẽ dabũt. Quod ego ancilla tua
cognóſcens fúgi ab illis: ⁊ miſit me dominꝰ
hec ipſa nunciáre tibi. Ego enim ancilla tua
deum cólo etiam nunc apud te: ⁊ éxiet ancil-
la tua ⁊ orabo deum: ⁊ dicet mihi: quãdo eis
réddat peccatum ſuum: ⁊ veniens nunciabo
D tibi: ita vt ego addúcã te per mediã hieruſa-
lém. Et habébis omnẽ pplm iſraél ſicut oues
quibꝰ nõ eſt paſtor: ⁊ nõ latrábit vel vnus ca-
nis ꝯtra te: qm̃ hec mihi dicta ſunt per proui-
déntiam dei. Et qm̃ irátus eſt illis deꝰ hec ipſa
miſſa ſũ nunciáre tibi. Placuérũt aũt oĩa ver
ba hec corã holoferne ⁊ corã pueris eiꝰ: ⁊ mi
rabanẽ ad ſapientiã eius: ⁊ dicebãt álter ad
álterũ. Nõ eſt talis mulier ſup terrã in aſpe-
ctu in pulchritudine ⁊ i ſenſu verboꝝ. Et dixit
ad illã holofernes. Benefecit deus qui miſit
te ante pplm: vt des illum tu in manibus no-
ſtris. Et qm̃ bona eſt promiſſio tua: ſi fecerit
mihi hoc deus tuus erit ⁊ deus meus: ⁊ tu in
domo nabuchodonoſó: magna eris: ⁊ nomẽ
tuum nominábitur in vniuerſa terra.

¶ Ca. Sũ. ¶ Judith in domo theſaurorum
manere precipitur: liberalitas exeũdi ad ora
tionẽ largitur: de cibis proprijs ſe mãducatu-
rã dicit: mittit vagao vt iudith cõſentiat holo
ferni: illa intrat comedere ⁊ bíbere coraꝫ eo:
holofernes inebriatur. ¶ XII

Tunc iúſſit eam introire vbi re A
póſiti erant theſáuri eius: ⁊ iúſ
ſit illic manére eã: ⁊ conſtituit
quid daret illi de cóuiuio ſuo.
Et rñdit iudith: ⁊ dixit. Nunc
nõ pótero manducare ex his q̃
mihi précipis tribui ne véniat ſup me offén-
ſio. Ex his aũt q̃ mihi détuli manducabo. Cui
holofernes ait. Si defécerint tibi iſta que tecũ
detuliſti: quid faciémus tibi? Et dixit iudith.
Uiuit anima tua dñe meus: qm̃ nõ expéndet
oĩa hec ancilla tua: donec faciat deus in manu
mea hec que cogitáui. Et induxérunt illã ſer B
ui eius in tabernaculũ quo p̄ceperat. Et petijt
dum introiret vt daret ei+ copia nocte: ⁊ aũ nt.+ [illegible]
lucẽ egrediendi foras ad oratiónẽ: ⁊ deprecã- ca.
di dñm. Et precepit cubiculárijs ſuis vt ſicut
placéret illi exiret ⁊ introiret ad adorándum
deum ſuũ per triduũ. Et exibat noctibꝰ in val
lem bethúlie: ⁊ baptiçábat ſe in fonte aque: ⁊
vt aſcéndebat orabat ad dñm deũ iſraél vt di
rígeret viaꝫ eius ad liberatiónem populi ſui.
Et introiens munda manebat in tabernacu-
lo vſq̃dũ acciperet éſcam ſuam in veſperum
Et factum eſt quarto die holofernes fecit ce-
nam ſeruis ſuis: ⁊ dixit ad vagao eunúchũ. C
Uade ⁊ ſuade hebreám illam: vt ſponte con
ſéntiat habitáre mecum. Fedum eſt enim a-
pud aſſýrios: ſi femina irrideat virum agen-
do: vt immunis ab eo tránſeat. Tunc introí-
uit vágao ad iudith: ⁊ dixit. Nõ vereatur bo-
na puella introire ad dominum meum: vt ho
norificetur ante faciem eius: ⁊ mandúcet cuꝫ

eo ⁊ bibat vinum in iocunditáte. Cui iudith
rñdit. Que ego ſuꝫ vt ꝯtradicã dño meo. Oẽ
quod erit ante oculos eius bonũ ⁊ óptimũ fa
D ciã. Quicqd aũt illi placúerit: hoc mihi erit
óptimũ oĩbus dieb' vite mee. Et ſurrẽxit ⁊ oꝛ
náuit ſe veſtimento ſuo: ⁊ ingreſſa ſtetit ante
faciẽ eius. Coꝛ aũt holofernis concuſſum eſt.
Erat enim ardens in cõcupiſcẽtia eius: ⁊ di-
xit ad eã holofernes. Bibe nũc ⁊ accũbe in
iocũditate: qm̃ inueniſti gratiã coꝛaꝫ me. Et
dixit iudith. Bibaꝫ dñe: qm̃ magnificata eſt
anima mea hodie pꝛe oĩbus diebus meis. Et
accepit ⁊ manducauit ⁊ bibit corã ipſo: ea q̃
parauerat illi ancilla eius: ⁊ iocúndus fact'
eſt holofernes ad eam: bibitqꝫ vinum multũ
nimis: quantũ nũqꝫ biberat in vita ſua.



C Ca. Sũ. C Puella ad oſtium obſeruat:
iudith caput eius pꝛeſcidit: ciuib' ſuis caput
holofernis defert ⁊ oſtẽdit: iudith benedicit:
Achioꝛ obſtupeſcit. C XIII.

B Et autẽ ſero factũ eſt: feſtinauẽ
rũt ſerui illius ad hoſpitia ſua
⁊ concluſit vagao oſtia cubicu-
li: ⁊ abijt. Erãt aũt omnes fati-
gáti a vino. Eratqꝫ iudith ſola
in cubiculo. Poꝛꝛo holofernes
iacébat in lecto nimia ebꝛietáte ſopitus. Di-
xitqꝫ iudith puelle ſue: vt ſtaret foris ante cu-
biculum ⁊ obſeruáret. Stetitqꝫ iudith ante le
ctum oꝛans cum lachꝛymis: ⁊ labioꝛuꝫ motu
in ſilentio dicẽs. Confirma me dñe deus iſra-
él: ⁊ réſpice in hac hoꝛa ad opera manuũ mea
rũ: vt ſicut ꝓmiſiſti hieruſalém ciuitatẽ tuaꝫ
Al's + pro regas + erigas: ⁊ hoc qd credẽs per te poſſe fieri co-
gitaui perficiam. Et cũ hec dixiſſet: acceſſit ad
colúnam que erat ad caput lectuli eius: ⁊ pu
giónem eius qui in ea ligátus pẽdebat exſol
B uit. Cũqꝫ euaginaſſet illũ appꝛhẽdit cómã ca-
Al's + conforta pitis eius: ⁊ ait. + Confirma me dñe deus in
hac hoꝛa: ⁊ percúſſit bis in ceruicẽ eius: ⁊ ab-
ſcidit caput eius. Et abſtulit + conopeũ eius Al's + canopeũ
a colũnis: ⁊ euóluit coꝛpus eius truncum. Et
poſt puſillum exiuit ⁊ trádidit caput holofer
nis ancille ſue: ⁊ iuſſit vt mitteret illud in pe
ram ſuam. Et exierunt due ſecundũ conſuetu
dinẽ ſuam quaſi ad oꝛationem: ⁊ tranſierunt
caſtra. Et gyrántes vallem venérunt ad poꝛ-
tam ciuitatis. Et dixit iudith a longe cuſtódi
bus muroꝛum. Aperite poꝛtas: qm̃ nobiſcum
eſt deus: qui fecit virtutem in iſraél. Et factũ
eſt cum audiſſent viri vocem eius: vocauerũt
pꝛeſbýteros ciuitatis. Et occurrérunt ad eaꝫ
omnes a minimo vſqꝫ ad maximuꝫ: quoniaꝫ
ſperáuerant eam iam non eſſe venturam. Et
accendentes luminaria + congirauérunt cir
ca eam vniuerſi. Illa autẽ aſcẽdens in emi- Al's + congregauerunt
nentioꝛem locũ iúſſit fieri ſilentium. Cumqꝫ
E omnes tacuiſſent: dixit iudith. Laudate domi
num deum noſtrum qui non deſéruit ſperán-
tes in ſe: ⁊ in me ancillam ſuam adimpléuit
miſericoꝛdiam ſuam quam pꝛomiſit domui
iſraél: ⁊ interfecit in manu mea hoſtem po-

puli ſui in hac nocte. Et pferens de pera caput
holofernis: oñdit illis dicēs. Ecce caput holo-
a Infra eo. fernis pncipis militie aſſyrioꝝ. [a] Et ecce cono
peū illius in quo recūbebat in ebrietate ſua:
vbi ꝛ p manū femine pcuſſit illum dñs deus
noſter. Uiuit aūt ipe dñs: qm̄ cuſtodiuit me
angelus eius: ꝛ hinc euntē ꝛ ibi cōmorantē:
ꝛ inde huc reuertentē: ꝛ nō pmiſit me dñs an
cillā ſuā coinquinari: ſed ſine pollutione pecca
Al. + ad vos ti reuocauit me + vobis gaudentē in victoria
b Pſ. 105. ſua: in euaſione mea ꝛ liberatiōe veſtra. [b] Cō
106. 117. fitemini illi oēs qm̄ bonus: qm̄ in ſeculū mi-
ſericordia eius. Uniuerſi aūt adorantes dñm
dixerūt ad eā. Bñdixit te dñs in virtute ſua:
q per te ad nihilū redegit inimicos noſtros.
Porro ozias pnceps populi iſrael dixit ad eā
c Infra eo. [c] Bñdicta es tu filia a dño deo excelſo: pre oī
Luce 10. bus mulierib⁹ ſup terrā. Bñdictus dñs qui
D creauit celū ꝛ terram: q te direxit in vulnera
capitis pncipis inimicoꝝ noſtrorū: q hodie
nomen tuū ita magnificauit: vt non recedat
laus tua de ore hominū: q memores fuerint
virtutis domini in eternū: p qb⁹ nō pepciſti
anime tue ppter anguſtias ꝛ tribulationē ge-
neris tui: ſed ſubueniſti ruine añ cōſpectū dei
d Sup. 10. nři. [d] Et dixit oīs pplʼs: fiat fiat. Porro achior
b. c infra vocatus venit. Et dixit ei iudith. Deus iſrael
15. b. cui tu teſtimoniū dediſti q vlciſcat̄ ſe d inimi
cis ſuis: ipſe caput oīum increduloꝝ incidit ī
hac nocte in manu mea. Et vt probes q ita eſt
e Sup. eo. [e] ecce caput holofernis q in cōtēptu ſuperbie
f Sup. 5. d ſue deū iſrael cōtēpſit: ꝛ tibi interitū minaba
e Sup. 6. a. tur dicēs: cū captus fuerit pplʼs iſrael: [f] gladio
pforari pcipiā latera tua. Uidēs aūt achior
Al. + pau caput holofernis: anguſtiat⁹ p pauore cecidit
auit in faciē ſuā ſuper terrā: ꝛ + eſtuauit anima ei⁹.
Poſtea vo q̄ reſumpto ſpū recreat⁹ eſt: pro-
cidit ad pedes ei⁹: ꝛ adorauit eā ꝛ dixit. [g] Bñ
g Sup. eo. dicta tu a deo tuo in omni tabernaculo iacob
qm̄ in omni gente que audierit nomen tuū
magnificabitur ſuper te deus iſrael.

¶ Ca. Sū. ¶ Caput holofernis in muro ſu-
ſpenditur: achior circumcidit̄: facto armorum
ſtrepitu aſſyrij volentes holofernem excitare
inuenerunt mortuū. ¶ XIIII

A Dixit aūt iudith ad omnē pplm̄
Audite me frēs. Suſpēdite ca
put hoc ſup muros noſtros. Et
erit cū exierit ſol accipiat vnuſ
quiſq arma ſua: ꝛ exite cū im-
petu: nō vt deſcēdatis deorſū ſꝫ
quaſi impetū facientes. Tunc exploratores ne
ceſſe erit: vt fugiant ad pncipē ſuū excitandū
ad pugnam. Cūq duces eorum cōcurrerint
ad tabernaculū holofernis: ꝛ inuenerint eum
truncum in ſuo ſanguine volutatum: decidet
ſuper eos timor. Cumq cognoueritis fugere
eos: ite poſt illos ſecuri: qm̄ dñs conteret eos B
ſub pedibus veſtris. Tunc achior videns vir
tutē quā fecit deus iſrael relicto gentilitatis
ritu: credidit deo ꝛ circūcidit carnē preputij
ſui ꝛ appoſitus eſt ad populū iſrael: ꝛ omnis
ſucceſſio generis eius vſq in hodiernum diē
Mox autē vt ortus eſt dies ſuſpenderunt ſu
per muros caput holofernis: accepitq vnuſ-
quiſq vir arma ſua: ꝛ egreſſi ſunt cū grandi
ſtrepitu ꝛ vlulatu. Quod videntes explorato
res ad tabernaculum holofernis cucurrerūt
Porro hi qui in tabernaculo erant venietes:
ꝛ ante ingreſſum cubiculi perſtrepentes exci
tandi gratia: inquietudinem arte moliebant̄
vt non ab excitantibus: ſed a ſonantibus ho-
lofernes euigilaret. Nullus enim audebat
+ cubiculum virtutis aſſyriorū pulſando aut C
intrando aperire. Sed cum veniſſent eius du Al. + taber naculum
ces ac tribuni ꝛ vniuerſi maiores exercitus
aſſyriorū: dixerunt cubicularijs. Intrate ꝛ ex-
citate illum [a] qm̄ egreſſi mures de cauernis a 1. Reg. 14. b.
ſuis auſi ſunt prouocare nos ad preliū. Tunc
ingreſſus vagao cubiculū eius ſtetit ante cor
tinam. Et plauſum fecit manibus ſuis. Suſpi
cabatur enim illum cū iudith dormire. Sed
cum nullum motum iacentis ſenſu auriū ca
peret acceſſit proximans ad cortinam. Et ele-
uās eam videnſq cadauer abſq capite holo
fernis in ſuo ſanguine tabefactum iacere ſu-
per terrā: exclamauit voce magna cum fletu
ꝛ ſcidit veſtimenta ſua. Et ingreſſus taberna- D
culum iudith non inuenit eam. Et exiliuit fo
ras ad populum: ꝛ dixit. Una mulier hebrea
fecit cōfuſionē in domo regis nabuchodonoſor
Ecce enim holofernes iacet in terra ꝛ caput
eius non eſt in illo. Qd cum audiſſent princi
pes virtutis aſſyriorū ſciderunt omnes veſti-
menta ſua: ꝛ intolerabilis timor ꝛ tremor cē
cidit ſuper eos: ꝛ turbati ſunt animi eorū val
de. Et factus eſt clamor incomparabilis in
medio caſtrorum eorum:

¶ Ca. Sū. ¶ Fugerunt aſſyrij ꝛ filij iſrael
pſequūt̄ eos in ore gladij: q ditati ſunt ſpolijs
eoꝝ: per. xxx. dies vix ſpolia colligētes: venit pō
tifex cū clero ꝛ bñdixit iudith. ¶ XV

A Cumqȝ omnis exercitus decollátum holoférnem audiſſet: fugit mens τ conſilium ab eis et ſolo tremore et metu agitáti fuge preſidiuȝ ſumunt: ita vt nullus loquereť cuȝ próximo ſuo: ſed inclináto capite relictis omnibus euádere + feſtinábant hebréos quos armatos ſuper ſe venire audierant: fugientes per vias campoꝝ τ sémitas + collium. Uidentes itaqȝ filij iſraél fugientes: ſecuti ſunt illos. Deſcenderúntqȝ clangéntes túbis τ vlulantes poſt ipſos. Et quoniam aſſyrij non adunáti: in fugam ibant precipites: filij autem iſraél vno ágmine perſequéntes: debilitábant omnes

(Al's + cupiebant) (Al's + conſilium)

B quos inuenire potuiſſent. Miſitqȝ ozias nuncios per omnes ciuitates τ regiones iſraél. Omnis itaqȝ regio omniſqȝ vrbs electam iuuentútem armatam miſit poſt eos τ perſecuti ſunt eos ĩ ore gladij quouſqȝ peruenirét ad extremitatem finium ſuoꝝ. Réliqui auté qui erant in bethúlia: ingreſſi ſunt caſtra aſſyrioꝝ τ prédam quam fugiéntes aſſyrij reliquerant abſtulérunt τ onuſtati ſunt valde. Hi vero qui victóres reuerſi ſunt ad bethúliã

C omnia que erant illoꝝ abſtulérunt ſecum: ita vt non eſſet numerus in pecóribus in iuméntis τ vniuérſis + mobilib⁹ eoꝝ: vt a mínimo vſqȝ ad magnũ omnes diuites fierent de predatiónib⁹ eoꝝ. Joachim aũt ſúmus pótifex de hieruſalém venit in bethúliam cũ vniuerſis pſbyteris ſuis: vt videret iudith. Que cũ exiſſet ad illum: benedixérunt illã omnes vna voce dicentes. Tu gloria hieruſalém: tu

(Al's + mobilibus)

D leticia iſraél: tu honorificéntia populi noſtri: q: feciſti viriliter τ confortatũ eſt cor tuuȝ: eo q caſtitátem amáueris: τ poſt virum tuũ álterũ neſcieris: ideo τ manus domini cõfortáuit te: τ ideo eris benedicta in eternum. Et dixit omnis populus: fiat fiat. Per dies auté triginta vix collécta ſunt ſpolia aſſyrioꝝ a populo iſraél. Porró auté vniuerſa que holoférnis peculiária fuiſſe probata ſunt dederunt iudith in áuro τ argento τ veſtibus τ gémmis τ omni ſuppellectili: τ tradita ſunt omnia illi a populo. Et omnes populi gaudebant cum mulieribus τ virginibus τ iuuénibus: in órganis τ citharis.

(a ſup. 13. b. c 13. b.)

¶ Ca. Sum. ¶ Canticum iudith: τ quomodo bethulie iuit in hieruſalẽ adorare: de morte iudith. ¶ XVI

A Tunc cantáuit canticũ hoc dño iudith: dicens. Incipite dño in týmpanis: cantate dño in cýmbalis: modulámini illi pſalmũ nouum: exultate τ inuocate nomen eius. Dñs cónterens bella: dñs nomen eſt illi. Qui poſuit caſtra ſua in medio ppl̃i ſui: vt eriperet nos de manu oĩuȝ inimicoꝝ noſtroꝝ. Uenit aſſur in montibus ab aquilone in multitudine fortitudinis ſue. Cuius multitudo obturáuit torréntes: et equi eoꝝ cooperuerunt válles. Dixit ſe incenſúrum fines meos: τ iúuenes meos occiſúrum gladio: infantes meos dare in prédã: τ virgines in captiuitatem. Dominus autem omnipotens nocuit euȝ: τ tradidit eũ in + manus femine: τ confúdit eũ. Non eniȝ cécidit

(Al's + manu.)

B pótens eoꝝ a iuuenib⁹: nec filij + titán pcuſſérunt eũ: nec excélſi gigántes impoſuérunt ſe illi: ſed iudith filia merari in ſpecie faciéi ſue diſſoluit eum. [a] Exuit enim ſe veſtimento viduitátis: τ induit ſe + veſtimento leticie in exultatióne filioꝝ iſraél. Unxit faciem ſuam vnguénto: colligáuit cincinos ſuos mitra ad decipiendum illum. Sandalia eius rapuérunt oculos eius: pulchritudo eius captiuam fecit animam eius: amputáuit pugione ceruicem eius. Horruérunt pérſe cõſtantiam eius τ medi audáciam eius. Tunc vlulauérunt caſtra aſſyrioꝝ: quando apparuérunt húmiles mei: areſcéntes in ſiti. Filij puellárũ cõpunxérũt eos: τ ſicut púeros fugiéntes occidérũt eos: periérũt in prelio a facie dñi dei mei. Hýmnũ cantémus domino: hýmnũ nouum

(Al's + manibus) (Al's + tirãnorum) (a ſup. 10. a.) (Al's + veſtimenta) (Al. + veſtis)

tenére mánibus: quanto fortius p̄ſſeris: tanto citius elábitur. Memini me ob intelligentiam huius voluminis lyddeum quendā preceptorem: qui apud hebreos primus habéri putabat̄: nō paruis redemiſſe nūmis: cuius doctrina an aliquid profécerim: néſcio. Hoc vnū ſcio nō potuiſſe me interpretári: niſi qd̄ ante intellexerā. A principio itaq; volúminis vſq; ad verba iob apud hebréos proſa oratio eſt. Porro a verbis iob in quibus ait [a] pereat dies in qua natus ſum: ⁊ nox in qua dictum eſt cóceptus eſt hō: vſq; ad eū locum vbi ante finem volúminis ſcriptū eſt. [b] idcirco ipſe me reprehendo ⁊ ágo penitentiam in fauilla ⁊ cinere: hexametri verſus ſūt: dáctylo ſpōdéoq; curréntes: ⁊ propter lingue idióma crébro recipientes ⁊ alios pedes: non earundē ſyllabārum: ſed earúndē témporū. Interdum quoq; rýthmus ipſe dúlcis ⁊ tinnulus fertur númeris pedum ſolútis: qd̄ métrici magis q̄ ſimplex lector intélligunt. A ſupradicto autē verſu vſq; ad finem libri: páruum cóma qd̄ remanet proſa oratione cōtéxitur. Quod ſi cui videt̄ incrédulū: métra ſcilicet eſſe apud hebréos: ⁊ in morē noſtri flácci greciq; píndari et alcéi ⁊ ſaphó: vel pſaltériū vel lamentatiónes hieremie: vel omnia ferme ſcripturarum cántica cōprehendi: legat philónem: ióſephū: origénem: ceſarienſem euſébiū: ⁊ eorum teſtimonio me verum dicere cōprobabit Audiant quapropter canes mei: idcirco me in hoc volumine laboráſſe: non vt interpretatiónē antiquā reprehénderē: ſed vt ea que in illa aut obſcura ſunt: aut omiſſa: aut certe ſcriptorū vitio deprauáta: manifeſtiora noſtra interpretatióne fierent: qui ⁊ hebréū ſermonē + ex parte didícimus: ⁊ in latino pene ab ipſis cunábulis inter grāmaticos ⁊ retores ⁊ philoſophos detriti ſumus. Qd̄ ſi apud grécos poſt ſeptuaginta editiónē iam chriſti euangelio choruſcánte iudéus áquila ⁊ ſýmmachus ac theodotion iudaiçántes heretici ſunt recépti: qui multa myſteria ſaluatóris ſúbdola interpretatióne celárunt: ⁊ tamen in exemplis habent̄ apud eccleſias ⁊ explanant̄ ab eccleſiaſticis viris: quātomagis ego chriſtian⁹ ⁊ de parentib⁹ chriſtianis natus: ⁊ vexillum crucis in mea fronte portans: cuius ſtudiū fuit omiſſa repetere: deprauáta corrigere: ⁊ ſacramenta eccleſie puro ⁊ fideli aperire ſermone: vel a faſtidióſis vel a malignis lectoribus nō debeo reprobári. Habeant qui volunt veteres libros vel in membranis purpureis auro argentoq; deſcriptos: vel + vncialibus (vt vulgo áiunt) litteris onera magis exaráta q̄ códices: dúmodo mihi meiſq; permittant páuperes habere cédulas: ⁊ non tam púlcros códices q̄ emendatos. Vtraq; autem editio: ⁊ ſeptuagita iuxta grecos: ⁊ mea iuxta hebreos in latinum meo labore tranſlata eſt. Eligat vnuſquiſq; qd̄ vult: ⁊ ſtudióſum me magis q̄ maliuolum probet.

Margin: a Job.3.a. — b Job.14.a. — al. + in — al. + decre- uim — al. + inicialibus

¶ Explicit primus prologus in librum iob.

¶ Item ſecūdus plogus in iob ſm̄ hebraicū.

SI aūt fiſcéllā iunco texerem: aut palmárū fólia complicárē vt i ſudore vult⁹ mei comederem panē [a] ⁊ ventris opus ſolicita mēte pertractárē: nullus morderet [b] nemo reprehénderet. Nunc autē quia iuxta ſententiā ſaluatoris volo operári cibum qui nō perit: ⁊ antiquā diuinorū + voluminū viam ſentib⁹ virgultiſq; purgare error mihi géminus infigitur: corrector vitiorū falſarius vocor: ⁊ erróres non auferre: ſed ſerere. Tanta eſt enim vetuſtatis cōſuetúdo: vt etiā confeſſa pleriſq; vitia pláceant: dū magis púlchros habere volunt códices q̄ emendatos. Quapropter o fratres dilectiſſimi: vnicum nobilitatis ⁊ humilitatis exémplar: pro flabello cálathis ſportelliſq; munuſculis monachorū ſpiritália hec ⁊ manſura dona ſuſcipite [c] ac beatum iob q adhuc apud latinos iacébat in ſtercore: ⁊ vermibus ſcatébat errórum: integrum immaculatúmq; gaudéte. [d] Quomodo enī poſt probationem atq; victóriam duplicia ſunt ei vniuerſa rédditā: ita ego in lingua noſtra vt audácter loquar: feci eum habere que amiſerat. Igitur et vos ⁊ vnumquemq; lectorem ſolita prefatione commóneo ⁊ in principijs librorum eadē ſemp̄ annectens rogo: vt vbicūq; ſemp̄ precedéntes virgulas videritis: ſciatis ea que ſubiecta ſunt in hebraicis voluminib⁹ non haberi. Porró vbi ſtelle imágo prefúlſerit: ex hebreo in ſermone noſtro áddita ſunt. Necnon ⁊ illa que haberi videbántur ⁊ ita corrúpta erunt vt ſenſum legentibus tollerent orantibus vobis magno labore correxi: magis vtile quid ex odio meo eccleſijs chriſti venturum ratus: q̄ ex aliorū negocio.

Margin: a Gen.3.a. — b Job.6.a — c Job.2.b — d Job.42.c.

¶ Explicit prologus ſecūdus in librū iob.

¶ Incipit argumentum in libꝛum iob.

IN terra quidē habitaſſe iob vſitidi in finibꝰ idumée ꝛ arábie ꝛ erat ei ante nomē iobáb. Et accépit vxoꝛē arabiſſam: ꝛ genuit filium quē vocauit ennón. Erat aūt ipſe filius quidē zaréth de eſaú filijs filius: de matre vero boſrá: ita vt ſit quītus ab habꝛaám. Et hi ſunt reges ꝗ regnauērūt ī edóm: in qua ꝛ ipſe regnauit. Sed primus in ea regnauit balách filius beóꝛ ꝛ nomen eiuſdē ciuitatis † machabá. Poſt hūc autē barich. Poſt eum iobáb ꝗ vocatur iób. Poſt iób aūt cuſrám: ꝗ erat dux ex themanóꝝ regióne. Et poſt illū regnauit adár filius beáth: ꝗ excidit madian in cāpo moáb ꝛ nomen ciuitatis eius chethꝛauith. Not ꝛ nabo

¶ Explicit argumentū.



¶ Incipit liber iob.

¶ Ca. Sū. ¶ De ſctitate iób ꝛ filijs ꝛ ſubſtātia eius: de ꝯuiuio filioꝝ: de ſathan ꝗ expetita licētia a dño ꝑcuſſit camelos: boues ꝛ aſinos: oues ꝛ pueros: ad vltimū liberos eius: de meſticia iob ꝛ laude eius [a] ad dñm. ¶ Cap. I

A VIr erat in terra hús nomine iób. Et erat vir ille ſimplex ꝛ rectus ac timēs deum: ꝛ recédēs a malo. Natiq; ſunt ei ſeptē filij: ꝛ tres filie. [b] Et fuit poſſéſſio eius ſeptē milia ouiū: ꝛ tria milia camelóꝝ: quīgēta quoq; iuga boū: ꝛ quīgente áſine: ac familia multa nimis. Eratq; vir ille magnus inter oēs orientales. Et ibāt filij eius: ꝛ faciebāt cōuiuia ꝑ domos vnuſqſq; in die ſuo. Et mittentes vocabant tres ſoꝛores ſuas vt comēderēt ꝛ biberēt cū eis. Cūq; ī oꝛbē trāſiſſent dies cōuiuij: mittebát ad eos iób: ꝛ ſctificabat illos: [c] cōſurgēnſq; dilúculo offerebat holocháuſta per ſingulos. Dicebat enim. Ne foꝛte peccáuerint filij mei: ꝛ bñdixerint deo in coꝛdibus ſuis. [b] Sic faciebat iób cūctis diebꝰ. Quadā autē die cū veniſſent filij dei vt aſſiſterēt corā dño: áffuit inter eos etiā ſathán. Cui dixit dñs. Unde venis? Qui reſpondens ait. Circuiui terram: ꝛ perambuláui eā. Dixitq; dñs ad eū. Nunquid cōſideráſti ſeruū meum iób: ꝙ non ſit ei ſimilis in terra: homo ſimplex ꝛ rectus ac timens deū ꝛ recédēs a malo? Cui reſpōdens ſathán: ait. Nunqd fruſtra iób timet deū? Nonne tu valláſti eum ac domum eius vniuerſámq; ſubſtántiam eius per circúitum? Operibus manuum eius benedixiſti: ꝛ poſſeſſio eius créuit in terra. Sed extēnde páululum manū tuā: ꝛ tange cuncta que poſſidet: niſi in faciē benedixerit tibi. Dixit ergo dñs ad ſathán. Ecce vniuerſa que habet in manu tua ſunt: tñi in eum ne extendas manum tuā. Egreſſúſq;

C

a iſra.2.a.

b iſra.42.a.

c j.q.1. ... toꝛum ... neceſ...

b iſra...

est sathan a facie dñi. Cum autē quadam die
filij ⁊ filie eius comederent ⁊ biberent vinū
in domo fratris sui primogeniti: nuncius ve-
nit ad iob qui diceret. Boues arabant ⁊ asi-
ne pascebant̄ iuxta eos: ⁊ irruerunt sabei tu-
leruntqʒ omnia: ⁊ pueros percusserunt gladio
⁊ euasi ego solus vt nunciarem tibi. Cumqʒ
adhuc ille loqueret̄: venit alter ⁊ dixit. Ignis
Heb. ⁊ ci dei cecidit e celo: ⁊ + tactas oues: puerosqʒ cō
sumpsit: ⁊ effugi ego solus vt nunciarem tibi
Sed adhuc illo loquente: venit alius: ⁊ dixit.
D Chaldei fecerunt tres turmas: ⁊ inuaserunt
camelos ⁊ tulerunt eos: necnō ⁊ pueros per-
cusserunt gladio: ⁊ ego fugi solus vt nuncia-
rem tibi. Adhuc loquebatur ille: ⁊ ecce alius
intrauit: ⁊ dixit. Filijs tuis ⁊ filiabus vescen-
tibus ⁊ bibentibus vinū in domo fratris sui
ꝑmogeniti: repente ventus vehemens irruit
a regione deserti: ⁊ concussit quattuor angu-
los domus. Que corruens oppressit liberos tuos
⁊ mortui sunt. Et effugi ego solus vt nuntiarē
tibi. Tunc surrexit iob: ⁊ scidit vestimēta sua
⁊ tonso capite corruens in terrā: adorauit et
e Eccle. 5. dixit. [e] Nudus egressus sum de vtero matris
f Psal. 112. mee: ⁊ nudus reuertar illuc. [f] Dominus de-
infra S. c. dit: dñs abstulit: sicut dño placuit ita factū est
sit nomen domini benedictū. In omnib⁹ his
non peccauit iob labijs suis: neqʒ stultum qd
contra deum locutus est.
¶ Ca. Sū. ¶ De plaga vlceris qua percussit
eum sathan: de tentatione per vxorem facta de
amicis q venerāt ad cōsolādū eum: hi tres se
derunt in terra cū eo septē dieb⁹ ⁊ noctib⁹ nō
loquētes ꝑpter dolorē vehementē. ¶ II

Actum est aūt cum quadā die
venissent filij dei: ⁊ starēt corā
A dño: venisset quoqʒ sathan in-
ter eos: ⁊ staret in ꝯspectu eius:
vt diceret dñs ad sathan. Vñ
venis? Qui rñdens ait. Circui-
ui terrā: ⁊ perambulaui eā. Et dixit dñs ad sa
than. Nunqd ꝯsiderasti seruū meū iob qꝫ nō
a Supra I. B. sit ei similis in terra: [a] vir simplex ⁊ rectus ac
timens deū: ⁊ recedēs a malo ⁊ adhuc retinēs
innocentiā? Tu autem cōmouisti me aduer-
sus eum vt affligerem eum frustra. Cui respō
B dens sathan ait. Pellem pro pelle: ⁊ cun-
cta que habet homo dabit ꝑ anima sua. Alio
quin mitte manū tuā: ⁊ tange os eius ⁊ carnē
al. + bene dixerit ⁊ tunc videbis qꝫ in faciē + benedicat tibi: di-
xit ergo dñs ad sathan. Ecce in manu tua est:

veruntamē animā illius serua. Egressus igitur
sathan a facie dñi: percussit iob + vlcere pessi
mo a planta pedis vsqʒ ad verticē eius. Qui
testa saniē radebat: sedens in sterquilinio. Di
xit autē illi vxor sua. Adhuc tu permanes in C
simplicitate tua? Benedic deo ⁊ morere. Qui
ait ad illā. Quasi vna de stultis mulierib⁹ locuta
es. Si bona + suscepimus de manu dñi mala
quare nō + sustineamus? In omnibus his nō
peccauit iob labijs suis. Igitur audiētes tres
amici iob omne malū qd accidisset ei: venērt
singuli de loco suo: eliphaz themanites ⁊ + bal
dath suites: ⁊ sophar naamathites. Condixe
rant enim: vt pariter venientes visitarent eū D
⁊ consolarentur. Cumqʒ eleuassent procul o-
culos suos: non cognouerunt eum. Et excla-
mantes plorauerunt: scissisqʒ vestibus sparse-
runt puluerem super caput suum in celum.
Et sederunt cum eo in terra septē diebus ⁊ se
ptem noctib⁹: ⁊ nemo loquebatur ei verbū.
Videbant enim dolorem esse vehementem.
¶ Ca. Sū. ¶ Verba iob vbi ostēdit qꝫ misera
bilis est vita ꝑsens: ⁊ felix iustor̄ exitus. ¶ III

Ost hec aperuit iob os suum: ⁊ A
maledixit diei sue: ⁊ locut⁹ est.
[a] Pereat dies in qua natus sū a Dic. 10. B.
⁊ nox in qua dictum est: conce
ptus est homo: Dies illa verta-
tur in tenebras. Non requirat
eum deus desuper: ⁊ non + illustretur lumi- al. + illu stret
ne. Obscurent eum tenebre ⁊ vmbra mortis.
Occupet eum caligo ⁊ inuoluatur amaritu-
dine. Noctem illam tenebrosus turbo possi-
deat. Non computetur in diebus anni: nec B
numeretur in mensibus: Sit nox illa solita-
ria: nec laude digna. Maledicunt ei qui ma-
ledicunt diei: qui parati sunt suscitare leuia-
than. Obtenebrent̄ stelle caligine + eius. Ex- al. + noctis
pectet lucem ⁊ nō videat: nec ortum surgen-
tis aurore. Quia nō + conclusit ostia ventris al. + clausit
qui portauit me: nec abstulit mala ab oculis
meis. [b] Quare non in vulua mortuus sum: b Infra 10. D.
egressus ex vtero non statim perij. Quare ex- Dic. 20. B.
ceptus genibus: cur lactatus vberibus? Nūc
enim dormiens silerē: ⁊ somno meo requie-
scerem cum regibus ⁊ consulibus terre: qui
edificant sibi solitudines: aut cum principi-
bus qui possident aurum: ⁊ replent domos
suas argento. Aut sicut abortiuum abscondi C
tum non subsisterem: vel qui concepti nō vi-
derunt lucem. Ibi impii cessauerūt a tumul-

tur:⁊ ibi requieuerūt feſſi róbore: ⁊ quondã
vincti páriter ſine moleſtia non audiérūt vo-
cem exactoris. Páruus ⁊ magnus ibi ſunt: ⁊
ſeruus liber a dño ſuo. Quare miſero data eſt
D lux:⁊ vita his qui in amaritudine anime ſūt.
Qui expectant mortem ⁊ non venit: quaſi ef-
fodiéntes theſaurū: gaudéntq; vehementer
cum inuenerint ſepúlcrū. Uiro cuius abſcon
dita eſt via:⁊ circúndedit eum deus ténebris
al'+ inun- Anteq̃ cómedo ſuſpiro:⁊ quaſi + inundán-
dantes tes aque ſic rugitus meus: quia timor quem
timébam euenit mihi: ⁊ qđ verébar áccidit.
Nonne diſſimulaui? Nonne ſilui? Nonne qe
ui? Et venit ſuper me indignatio.
¶ Ca. Sū. ¶ Eliphaz notat iob de impatien
tia ⁊ iniuſtitia propter quã flagellat: de inani
gloria q̃ ſe iuſtum putauit. ¶ IIII
A R Eſpondens aūt eliphaz thema
nites dixit. Si cepérimus lóqui
tibi: forſitan moleſte accipies.
Sed cóceptū ſermonē tenére
qs poterit? Ecce docuiſti + mul
al'+ plu- tos:⁊ man⁹ laſſas roboráſti: va
rimos cillantes confirmauérunt ſermones tui:⁊ ge
nua trementia confortaſti. Nunc autē venit ſu
per te plága ⁊ defeciſti: tétigit te ⁊ conturbat⁹
B es. Ubi eſt timor tuus: fortitudo tua:⁊ patien
tia tua:⁊ perfectio viarū tuarū? Recordare ob
ſecro te: quis vnq̃ innocens périjt: aut quã-
do récti deléti ſunt? Quinpótius vidi eos qui
operantur iniquitatem:⁊ ſeminant dolores:⁊
al'+ me- + metuūt eos: flante deo periſſe ⁊ ſpū ire eius
tuunt eſſe cōſumptos. Rugitus léonis ⁊ vox leéne:
⁊ dentes catulórū leonū contriti ſunt. Tigris
périjt eo q̃ nō habéret prędā:⁊ cátuli leonis
diſſipáti ſunt. Porró ad me dictū eſt verbū
C abſcónditum: ⁊ quaſi furtiue ſuſcépit áuris
mea vénas ſuſúrij eius. In horróre viſionis
nocturne q̃ñ ſólet ſópor occupare homines
páuor ténuit me ⁊ trémor:⁊ omnia oſſa mea
pertérita ſunt. Et cum ſpiritus me preſente
D tranſiret: inhorruérunt pili carnis mee. Ste
tit quidam cuius non agnoſcebam vúltum:
imago coram oculis meis:⁊ vocem quaſi au
a Infra 25. b. re lénis audiui. [a] Nunquid homo dei cōpa-
ratione iuſtificábitur: aut factore ſuo purior
1.pe.2.a. erit vir? Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtábi-
b 8 peni. les ⁊ i ángelis ſuis répperit prauitatē. [b] Quã
di.2.ca. ſi tomagis hi qui hábitant domos lúteas: qui
enis añ ſi. terrenum habent fundamentū conſuméntur
c Eſa.38.c velut a tinea. [c] de mane vſq; ad veſperam ſuc-

cidéntur:⁊ quia nullus intelligit in eternum al'+ ſcru-
peribunt. Qui aūt réliqui fúerint auferéntur cat
ex eis: morientur ⁊ non in ſapientia.
¶ Ca. Sū. ¶ De exitu ſtulti: de iuſtitia dei q̃
dominus ſuos flagellat: ⁊ ſibi eos liberat: ⁊
liberatos inde dirigit. ¶ V
V Oca ergo ſi eſt qui tibi reſpón A
deat:⁊ ad áliquē ſctōꝝ cōuerte
re. + Uirū ſtultū interficit ira al'+ Stul
cundia:⁊ páruulū occidit inui al'+ Et eū
día. Ego vidi ſtultum firma ra
dice:⁊ maledixi pulchritudini
eius ſtatim. Lónge fient filij eius a ſalute: et
cōteréntur in porta:⁊ nō erit q̃ + éruat. Cui⁹ meſ al'+ eri-
ſem famélicus cómedet:⁊ ipſum rápiet ar- piat
mátus:⁊ bibent ſitiétes diuitias eius. Nihil B
in terra ſine cauſa fit:⁊ de húmo nō egrediet al'+ orit
dolor. Homo naſcitur ad laborē:⁊ auis ad + vo al'+ volá-
látū. Quãobrē ego + deprecabor dñm:⁊ deū dum
ponã elóquiū meū. Qui facit magna ⁊ iſcru- al'+ dep-
tabilia:⁊ mirabilia abſq; número. Qui dat cor
pluuiã ſup faciē terre:⁊ irrigat aquis vniuer
ſa. Qui ponit húmiles in ſublime:⁊ merén-
tes érigit ſoſpitate. Qui diſſipat cogitationes
malignorū: ne poſſint implére manus eorum
qđ céperant. [a] Qui apprehéndit ſapientes in a 1. co. 3. b.
aſtutia eorū:⁊ conſiliū prauorū diſſipat. Per C
diem incúrrent ténebras:⁊ quaſi in nocte ſic
palpabunt in meridie. Porro ſaluum faciet
egénum a gladio oris eorum:⁊ de manu vio-
lénti páuperē. Et erit egéno ſpes: iniquitas
autē contrahet os ſuū. Beatus hō qui corripi al'+ ad
tur a + dño. Increpationē ergo dñi ne répro-
bes: q̃ ipſe vulnerat ⁊ medet: pércutit ⁊ ma-
nus eius ſanábūt. In ſex tribulatiónib⁹ libe- D
rábit te:⁊ in ſéptima non tánget te malū. In
fame éruet te de morte:⁊ i béllo de manu glá
dij. A flagéllo lingue abſcódéris:⁊ nō timé-
bis calamitatē cū vénerit. In vaſtitáte ⁊ fa-
me ridébis:⁊ béſtias terre non formidabis.
Sed cum lapídibus regiónū pactum tuum:⁊
⁊ béſtie terre pacifice erunt tibi. + Et ſcies q̃ al'+ ſcié
pacem habeat tabernáculum tuum:⁊ viſitãs quoq;
ſpeciē tuam non peccabis. Et ſcies q̃ñ multi-
plex erit ſemen tuum:⁊ progénies tua quaſi
herba terre. Ingrediéris in abundántia ſepul
crum: ſicut infert acéruus + tritici in tempo- al's ſup ei
re ſuo. Ecce hoc inueſtigáuimus ita eſt: quod + tritici
auditum mente pertrácta.
¶ Ca. Sū. ¶ Reſpondet iob ⁊ dicit q̃ pena
ſua excedit culpã:⁊ tñ delectat in pena. ¶ VI

A R Eſpóndens autē iob dixit. Uti-
nam appenderéntur pctā mea
quib⁹ irā merui: ⁊ calámitas
quā patior in ſtatéra: quaſi are-
na maris hec grauior appare-
ret. Unde ⁊ verba mea dolóre
ſunt plena: qꝛ ſagitte dñi in me ſunt: quarum
a Amos 5.4. indignátio ebibit ſpiritū meum: ᵃ ⁊ terrores
dñi militant cōtra me. Nunquid rúgiet óna-
ger: cum habúerit hérbā: aut múgiet bos cū
ante preſépe plenum ſtéterit? Aut póterit có-
medi inſúlſuꝫ: qđ non eſt ſale cōditū? Aut po-
B teſt aliquis guſtáre: qđ guſtatum áffert mor-
b Puer. 27.4. tem? ᵇ Anime enim eſurienti: etiam amára
dúlcia eſſe videnť. Que prius nolebat tánge-
re anima mea: nunc pre angúſtia cibi mei ſūt
Quis det vt véniat petitio mea ⁊ qđ expécto
tribuat mihi deus: ⁊ qui cepit ipſe me cónte-
rat: ſóluat manū ſuam: ⁊ ſuccidat me: ⁊ hec
mihi ſit conſolátio vt affligens me dolóre nō
párcat: nec cōtradicam ſermonibus ſancti?
Que eſt enim fortitúdo mea vt ſuſtineaꝫ: aut
quis finis meus vt patienter ágam? Nec for-
titudo lápidū fortitúdo mea: nec caro mea
C énea eſt. Ecce non eſt auxilium mihi in me: ⁊
c 11. q. 2. c. nō eſtime mus 15. q. 1. ca. cū igitur ᶜ neceſſarij quoqꝫ mei receſſérunt a me. Qui
tóllit ab amico ſuo miſericordiam: timorem
dñi derelinquit. Fratres mei preteriérūt me:
ſicut tórrens qui ráptim tránſit in cōuallib⁹.
Qui timent pruinā írruet ſuper eos nix. Tem-
pore quo fuérint diſſipáti peribūt: ⁊ vt incalu-
erint ſolueńť de loco ſuo. Inuolute ſunt ſémi-
te greſſuū eorū: ambulabūt inuacuum ⁊ peri-
bunt. Cōſiderate ſémitas themā: itinera ſab-
bā ⁊ expectáte pauliſper. Cōfuſi ſunt: qꝛ ſperá-
ui. Uenérūt quoqꝫ vſqꝫ ad me ⁊ pudore coop-
ti ſunt. Nunc veniſtis: ⁊ modo vidéntes pla-
gā meā timetis? Nunqđ dixi afférte mihi: et
de ſubſtantia vr̃a donáte mihi: vel liberate me
de manu hóſtis ⁊ de manu robuſtoruꝫ eruite
D me? Docéte me: ⁊ ego tacébo: ⁊ ſi quid forte
ignorāui inſtruite me. Quare detraxiſtis ſmo-
nib⁹ veritatis: cū e vobis nullus ſit q poſſit ar-
gúere me. Ad increpādū tm̄ elóq̄a cōcinátis
⁊ in ventū verba pfértis. Sup pupillū irrui-
tis ⁊ ſubuertere nitimini amicū vr̃m. Uerū-
tamē qđ cepiſtis explete. Prebete áurē: ⁊ vide-
te an méntiar. Reſpōdete óbſecro abſqꝫ con-
tentióne: ⁊ loquentes id qđ iuſtuꝫ eſt iudicā-
te. Et nō inuenietis in língua mea iniqtátē:
nec in faucib⁹ meis ſtultitia perſonabit.

❡ Ca. Sū. ❡ Oſtendit qꝫ viuere labor eſt:
mors feſtinat ⁊ nō eſt reuerſio: mors feſtinat
intus penitet ⁊ clamat. ❡ VII

M Ilitia ᵃ eſt vita hominis ſuper A
terrā: ᵇ ⁊ ſicut dies mercenna- al's + ſeruus
rij dies eius. Sicut + ceruus a 32. q. 4. §. hꝰ ita ſ pina glo de pe. di. 2 ca. ſi eni aīſi.
deſiderat vmbram: ⁊ ſicut mer-
cennarius preſtolatur finē ope-
ris ſui: ſic ⁊ ego hábui ménſes
vácuos ⁊ noctes laborióſas enumeráui mihi
Si dormiero dicam. Quando conſúrgam? di. 4. ca. ſi ex bono
Et rurſum expectábo véſperam ⁊ replébor b iſra. 14. b.
doloribus vſqꝫ ad tenebras. Induta eſt caro
mea putredine ⁊ ſordibus púlueris: cutis B
mea áruit ⁊ contracta eſt. ᶜ Dies mei velo- c iſra. 9. c.
cius tranſierunt qꝫ a texénte téla ſuccíditur:
⁊ conſúmpti ſunt abſqꝫ vlla ſpe. Memento
quia ventus eſt vita mea: ⁊ non reuertétur
oculus meus vt videat bona: nec aſpiciet me
viſus hominis. Oculi tui in me: ⁊ non ſubſí-
ſtam. Sicut ꝯſumiť nubes ⁊ ptránſit: ſic q de-
ſcēdit ad ínferos non aſcéndet: nec reuerteť
vltra in domum ſuam: neqꝫ cognoſcet eum
ámplius locus eius. Quapropter ⁊ ego non
parcam ori meo: lóquar in tribulatione ſpi-
ritus mei: confabulábor cum amaritúdine
anime mee. Nunquid mare ego ſum aut cé- C
tus: quia circundediſti me cárcere. Si dixe-
ro conſolábitur me léctulus meus: ⁊ releuá-
bor loquens mecum in ſtratu meo: terrébis
me per ſómnia: ⁊ per viſiones horróre con-
cúties. Quamobrem elégit ſuſpéndium ani-
ma mea: et mortem óſſa mea. Deſperaui.
Nequaqꝫ vltra iam viuam. Parce mihi + do-
mine: nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt ho- al's ſuper + dñe
mo quia magníficas eum: ᵈ aut quid appo- D
nis erga eum cor tuum? Uiſitas eum dilúcu- d iſra. 15. b.
lo: ⁊ ſubito próbas illum. Uſqꝫquo non pár-
cis mihi: nec dimittis me vt glútiam ſali-
uam meam? Peccaui. Quid faciam tibi o
cuſtos hominum? Quare me poſuiſti con-
trárium tibi: et factus ſum mihimetipſi gra-
uis? Cur non tollis peccatum meum: ⁊ qua-
re non áuferes iniquitatem meaꝫ? Ecce nūc
in puluere dormiam: ⁊ ſi mane me queſie-
ris non ſubſiſtam.

❡ Ca. Sū. ❡ + Baldath notat iob flagella al's + baldad
meruiſſe: ⁊ pniam nō feciſſe: deſcribit quoqꝫ
hypocritā ⁊ ruinā eius: monet iob clamare
ad dñm: oſtendēs ipſum eſſe miſericordem: ⁊
rephendit hypocritas. ❡ VIII

A
Alſ+ bal dad
REſpondens autē + baldáth ſui-
tes:dixit. Uſqꝫquo lóqueris ta
lia ꝛ ſpūs multiplex ſermonis
oris tui. Nunquid deus ſupplā
tat iudíciū: aut oīpotēs ſubuer
tit qḋ iuſtū eſt. Etiam ſi filij tui
peccauerūt ei: ꝛ dimiſit eos in manu iniquita
tis ſue: vt tamē ſi diluculo ꝯſurrēxeris ad deū
B ꝛ oīpotentē fúeris deprecatus: ſi mūdus ꝛ re-
ctus incéſſeris: ſtátim euigilabit ad te: ꝛ pa-
cátū réddet habitáculū iuſticie tue: intantuꝫ
vt ſi prióra tua fuerint práua: ꝛ nouiſſima tua
a Deu. 13. a. multiplicēt nimis.[a] Intérroga enim gene-
b pſa. 143. rationē priſtinā: ꝛ diligēter iueſtiga patrum
memóriā.[b] Heſterni quippe ſum⁹: ꝛ ignora-
mus qm̄ ſicut vmbra dies nr̄i ſunt ſuper terrā
Ipſi docébūt te. Loquēt tibi: ꝛ de corde ſuo
alſ+ vire ſcere pferent eloquia. Nunqd + virere poteſt ſcir-
alſ+ cre ſcet pus abſqꝫ humore: aut + creſcere charéctuꝫ
ſine aqua? Cum adhuc ſit in flore nec cárpat
C manu: an̄ oēs hérbas aréſcit: ſic vie omniuꝫ
qui oblíuiſcūtur deū: ꝛ ſpes hypocrite peribit.
Nō ei placébit vecórdia ſua: ꝛ ſicut tela ara-
neárū fiducia eius. Innitēt ſuper domū ſuaꝫ:
ꝛ nō ſtabit: fúlciet eaꝫ ꝛ nō cōſurget. Humē-
ctus vidēt anteqꝫ véniat ſol: ꝛ in orto ſuo ger
men eius egrediétur. Super acéruū petráruꝫ
radices eius denſabunt: ꝛ inter lápides com-
D morábitur. Si abſorbúerit eum de loco ſuo
negabit eū: ꝛ dicet. Non noui te. Hec eſt eniꝫ
leticia vie eius: vt rurſum de terra alij germi
néntur. Deus non proijciet ſimplicē: nec por
riget manū malignis: donec impleátur riſu
os tuum: ꝛ labia tua iúbilo. Qui oderunt te
induéntur confuſione: ꝛ tabernaculum im-
piórum non ſubſiſtet.

ℭ Ca. Sū. ℭ Iob exponit magnalia dei cui⁹
cōparatiōe nulle ſunt hoīs iuſtitie. ℭ IX

A
ET rn̄dēs iob ait. Uere ſcio q̄
ita ſit: ꝛ q̄ nō iuſtificet hō + cō
Alſ+ cō. par. ſuo póſit⁹ deo. Si voluerit cōtende
re cum eo: non póterit rn̄dere
ei vnū p mille. Sapiens corde
alſ+ reſti eſt: ꝛ fórtis robore. Quis + reſi
ſtit ei: ꝛ pacē habuit? Qui tranſtulit montes
ꝛ neſciérunt hi quos ſubuertit in furóre ſuo.
Qui cómouet terrā de loco ſuo: ꝛ colúmne
eius ꝯcutiūt. Qui pcipit ſoli ꝛ nō orit: ꝛ ſtel
las claudit quaſi ſub ſignaculo. Qui exténdit
celos ſolus: ꝛ grádit ſup flúctus maris. Qui
facit arcturū ꝛ oriona ꝛ hýadas: ꝛ interiora

áuſtri. Qui facit magna ꝛ + incōprehēſibilia
Alſ+ in ſcrutabilia ꝛ mirabilia quorum non eſt numerus. Si vé
nerit ad me: nō videbo eū: ſi abierit nō intél-
B ligā. + Si repénte interroget: [a] quis reſpōde
Alſ+ eū bit ei? Uel quis dicere poteſt: cur ita facis?
a 8 pe. 14. 3. ca. quis Deus cuius ire nemo reſiſtere poteſt: ꝛ ſub
quo curuánt qui pórtant orbē. Quantus ergo
ſum ego vt reſpōdeā ei: ꝛ lóquar v̄bis meis
cū eo? Qui etiā ſi habúero q̄ppiā iuſtuꝫ: non
rn̄debo: ſed meū iúdicē deprecabor. Et cū in-
uocātē me exaudierit: nō credo q̄ audierit vo
cē meā. In túrbine eni ꝯteret me: ꝛ multipli
cábit vúlnera mea: etiā ſine cauſa. Nō + cōcē
Alſ+ cō cedet dit regéſcere ſpm̄ meū: ꝛ implet me amaritu
dinib⁹. Si fortitúdo quérit: robuſtiſſim⁹ eſt.
C Si equitas iudícij: nemo audet p me teſtimó
b 8 pe. 14. 2. ca. ſi cui ſi me nium dicere.[b] Si iuſtificare me volúero: os
c de pur. ga. cai. ſi meū cōdemnábit me.[c] Si innocentē oſténde
ro práuū me cōprobabit. Etiā ſi ſimplex fúe
ro: hoc ipſuꝫ ignorabit aīa mea: ꝛ tedébit me
d ſtra. 26 vite mee.[d] Unū eſt qḋ locutus ſū: ꝛ innocén
Alſ+ con ſumet tē ꝛ impiū ipſe + cōſumit. Si flagellat occidat
Alſ+ tra dua ſemel: ꝛ nō de penis innocentiū rideat. Ter-
Alſ+ ma nu ra + data eſt in + manus impij: vultū iúdicū
e ſtra 26 eius óperit. Qꝫ ſi nō ille ē quis ergo eſt?[e] Di-
es mei velociores fuérūt curſóre: fugérunt ꝛ
D non vidérūt bonū. Pertrāſiérūt q̄ſi naues po
ma portántes: ſicut aq̄la vólās ad éſcā. Cum
dixero nequáqꝫ ita loq̄r: cōmúto faciē meaꝫ:
ꝛ dolore torqueor. Uerébar oīa opera mea:
ſciens q̄ nō párceres delinquēti. Si aūt ꝛ ſic
impius ſum: quare fruſtra laboraui. Si lótus
fuero quaſi aquis niuis: ꝛ fúlſerint velut mū-
diſſime manus mee: tn̄ ſórdib⁹ intinges me:
ꝛ abominabúntur me veſtiménta mea. Neqꝫ
enim viro q̄ ſimilis mei ē rn̄debo: nec q̄ me-
cū in iudicio ex equo poſſit audiri. Non eſt q̄
vtrūqꝫ valeat argúere: ꝛ pónere manū ſuā in
ambóbus. Auferat a me virgā ſuaꝫ: ꝛ pauor
eius nō me térreat. Lóquar: ꝛ nō timebo eū.
Nec enim poſſum métuens reſpondere.

ℭ Ca. Sū. ℭ Iob penitet ꝛ cōfitet: allegat
ad iudicē qḋ opus ſuū eſt lutū fragile: ꝛ ppter
penas in ſe militātes plangit ſe natū: ꝛ petit lo
cū penitentie anteq̄ꝫ moriatur. ℭ X

TEdet animā meā vite mee: di A
mittā aduérſuꝫ me eloquium
meū. Lóquar in amaritudine
anime mee: dicā deo. Noli me
cōdémnare. Indica mihi: cur
me ita iudices. Nunqd bonuꝫ

tibi vidétur ſi calumniéris me ⁊ ópp̄mas me opus manuum tuarū: ⁊ conſiliū impióꝝ ád-
B iuues? Nunqd oculi cárnei tibi ſunt: aut ſicut videt homo: ⁊ tu vidébis? Núquid ſicut dies hois dies tui: ⁊ anni tui ſicut humána ſūt tpa: vt quéras iniquitatē meā ⁊ pctm̄ meū ſcrutē rís? Et[a] ſcias q nihil impiū fécerim: cum ſit nemo qui de manu tua poſſit erúere. Manus tue fecérunt me: ⁊ plaſmauérūt me totum in circúitu: ⁊ ſic repénte pcipitas me. Memén- to quéſo q ſicut lutū féceris me: ⁊ in púluerē redúces me. Nōne ſicut lac mulſiſti me: ⁊ ſi-
C cut cáſeum me coaguláſti?[b] Pelle ⁊ carnib9 veſtiſti me: óſſibus ⁊ néruis cōpegiſti me. Ui- tā ⁊ miſericordiā tribuiſti mihi: ⁊ viſitátio tua cuſtodiuit ſpm̄ meum. Licet hec céles in cor de tuo: tn̄ ſcio quia vniuerſorum memíneris. Si peccáui ⁊ ad horam pepercíſti mihi: cur ab iniquitate mea mundum me eſſe nō páteris? Et ſi ímpius fúero ve mihi eſt: ⁊ ſi iuſtus non leuábo caput: ſaturátus afflictióne ⁊ miſéria. Et propter ſuperbiā quaſi leénam cápies me: reuerſúſqȝ mirabiliter me crúcias. Inſtáu- ras teſtes tuos contra me: ⁊ multiplicas iraȝ tuam aduérſum me: ⁊ pene militant in me.
D [c]Quare de vúlua eduxiſti me? Qui vtinam cōſúmptus eſſem ne oculus me vidéret. Fuiſ- ſem quaſi non eſſem de útero tranſlatus ad tú mulum. Nunquid non paúcitas dieruȝ meo- rum finiétur breui? Dimítte ergo me vt plán gam páululum dolorem meum: anteqȝ vadaȝ ⁊ non reuértar ad terram tenebroſaȝ: ⁊ opér tam mórtis calígine: terram miſérie ⁊ tene- brárum: vbi vmbra mórtis ⁊ nullus órdo: ſed ſempitérnus horror + inhábitans.

[a] Deu. 32. f. ps. 118. [b] De pe. di. 2. ca. ſi ini. ſ. ve. lum enī. [c] ſupra 3. b infe. 20. b. ti. q. 3. ca. ad ergo. alś + ſp̄a nat.

C Ca. Sū. C Sophar iniuſte iob arguit: dominum incomprehenſibilem oſtendit: ⁊ penitenti miſericordem oſtendit. C XI

A REſpóndens aūt ſophár naamathites: dixit. Nunquid qui multa loqtur nō áudiet: aut vir verboſus iuſtificábiť. Tibi ſoli tacébūt homines: ⁊ cū céteros irríſeris a nullo cōfutáberis. Dixiſti enī. Púrus ē ſermo meus: ⁊ mūdus ſum in cōſpectu tuo. Atqȝ útinā deus loqueref tecū ⁊ aperiret lábia ſua tibi: vt oſténderet tibi ſecre ta ſapiētie: ⁊ q múltiplex eſſet lex eius: ⁊ intel ligeres q multo minora exigáris ab eo qȝ me reť iniquitas tua. Forſitan veſtigia dei com-
B prehéndes: ⁊ vſqȝ ad pfectum omnipotentem repéries. Excélſior celo eſt. Et quid facies? Profúndior inferno: ⁊ vnde cognóſces? Longior terra menſura eius: ⁊ látior mari. Si ſubuértit omnia vel in vnū coartáuerit: quis contradicet ei: vel + quis dicere ei poteſt: cur ita facis? Ipſe enim nouit hominum vanitátem: ⁊ vídens iniquitatē nōne conſiderat? vir vánus ī ſuperbiā erigiť: ⁊ tanqȝ púllum ónagri ſe líberū natū pútat. Tu autē firmáſti cor tuum: ⁊ expandiſti ad + eum manus tuas. Si iniquitátem que eſt in manu tua abſtúleris a te: et nō mánſerit in tabernáculo tuo iniuſtitia: tūc leuáre póteris faciem tuam abſqȝ mácula: et eris ſtábilis: ⁊ non timébis. Miſérie quoqȝ obliuiſcéris: ⁊ qſi aquarū q pterierunt nō recordáberis: ⁊ quaſi meridiánus fúlgor cōſúrget tibi ad véſperam. Et cū te cōſúmptū putáueris: oriéris vt lúcifer. ⁊ habébis fidúciā ppóſita tibi ſpe: ⁊ defóſſus ſecúrus dórmies.[a] Requiéſces: ⁊ non érit qui te extérreat. Et deprecabúnť faciem tuā plúrimi. Oculi autem impiórum deficient: ⁊ effúgiū peribit ab eis: ⁊ ſpes illorum abominátio ánime.

alś + qs contradicet ei. Ipſe enī. alś + deū. [a] Le. 26. b.

C Ca. Sū. C Job oſtendit ſuam patientiam ⁊ dei potentiam. C XII

A REſpondens autem iob: dixit. Ergo vos eſtis ſóli homines: ⁊ vobiſcū moriétur ſapiētia? Et mihi ē cor ſicut vobis: nec inférior vēſtrū ſuȝ. Quis eniȝ hec q noſtis ignorat? Qui deridéť ab amico ſuo ſicut ego: inuocábit deū: ⁊ exáudiet euȝ.[a] Deridéť enī iuſti ſimplícitas: lámpas cōtempta apud cogitatiónes diuitū: paráta ad tēp9 ſtatútū. Abúndāt tabernácula pdónum: ⁊ audácter próuocāt deū: cū ipſe dederit oia in + manus eorū. Nimirū intérroga iuménta ⁊ do-
B cébūt te: [b]⁊ volatilia celi ⁊ idicábūt tibi. Loquere terre ⁊ rñdébit tibi: ⁊ narrábūt piſces maris. Quis ignórat q oia hec manus dñi fécerit. In cuius manu aīa oīs viuéntis: ⁊ ſpūs vniuerſe carnis hoīs. Nōne auris verba diiudicat: ⁊ fáuces comedétis ſapórē? In antiquis eſt ſapiéntia: ⁊ in multo tpe prudentia. Apud ipſum eſt ſapiéntia ⁊ fortitúdo: ⁊ ipſe hȝ cōſiliū ⁊ intelligéntiā. [c]Si deſtrúxerit: nemo ē q
C edificet: ſi incluſerit hoiem: nullus eſt qui aperiat. Si cōtinuerit aq̄s: oia ſiccabúnť: ſi emiſerit eas: ſubuértēt terrā.[d] Apud ipm ē fortitúdo ⁊ ſapiéntia. Ipſe nouit ⁊ decipiéntē: ⁊ eū q decipiť. Addúcit cōſiliários in ſtultum fineȝ:

[a] Prouer. 14. a. alś + in manibus. [b] Dan. 2. ca. ſi. [c] Infra. 14. a infra 23. b. [d] Eſa. 22. f apoc. 3. b.

ꝛ iudíces in ſtupóꝛé. Balthéuꝫ regum diſſol-
uit: ꝛ pcingit fune rénes eoꝝ. Ducit ſacerdo-
alr + in glorios tes + inglóꝛios: ꝛ optimátes ſupplántat. Cō-
mútans lábiū verácium: ꝛ doctrínam ſénum
D aúferés. Effúndit deſpectióne ſuper príncipes:
alr + reuelans ꝛ eos q oppreſſi fúerant + reuelás. Qui reué
lat pfunda de ténebris: ꝛ pdúcit in lucem vm
brá moꝛtis. Qui multíplicat gentes ꝛ pérdit
eas: ꝛ ſubuérſas in integrū reſtituit. Qui im-
mútat coꝛ príncipū pópuli terre: ꝛ décipit eos
vt fruſtra incédant per inuium. Palpábunt
quaſi in ténebris ꝛ non in luce: ꝛ erráre eos
faciet quaſi ébrios.
¶ Ca. Sū. ¶ Job arguit amicos ex v̄bis ſuis:
ꝯdénat hypocriſim: ꝯditioné ſuā allegat. XIII
alr + et Ecce oīa + hec vidit ocul⁹ me⁹:
A ꝛ audiuit áuris mea: ꝛ intélle-
xi ſíngula. Scdm ſciētiā veſtrā
alr + vobis ꝛ ego noui: nec inferioꝛ + veſtri
ſum. Sed tñ ad oīpotenté loqr
ꝛ diſputáre cū deo cúpio: prius
vos oſtédés fabricatóꝛes mendácij: ꝛ cultóꝛes
peruerſoꝛum dógmatum. Atqꝫ vtinam tace-
rétis: vt putarémini eſſe ſapiéntes. Audite er
alr + correptiones go + correctiónes meas: ꝛ iudicium labioꝝ
meoꝛum atténdite. Nunquid deus índiget ve
B ſtro mendácio: vt pro illo loquamini dólos?
Nunqd facié eius accipítis: ꝛ pro deo iudica-
re nitímini? Aut placébit ei queꝫ celáre nihil
pōt: aut decipiétur vt homo veſtris fraudulen
tijs. Ipſe vos árguet: qm̄ in abſcóndito facieꝫ
eius accipítis. Statim vt ſe commóuerit, tur-
bábit vos: ꝛ terroꝛ eius írruet ſuper vos. Me-
móꝛia veſtra cōparábitur cineri: ꝛ redigéntur
in lútum ceruíces veſtre. Tacéte paulíſper: vt
lóquar qdcunqꝫ mihi mens ſuggeſſerit. Qua
re lácero carnes meas déntibus meis: ꝛ ani-
mam meam poꝛto in mánibus meis? Etiam
C ſi occiderit me: in ipſo ſperábo: Uerúntamen
vias meas in conſpectu eius árguā: ꝛ ipſe erit
ſaluátoꝛ meus. Non enim véniet in conſpectu
eius omnis hypócrita. Audite ſermóné meū:
ꝛ enígmata percípite áuribus veſtris. Si fúe-
ro iudicátus: ſcio q iuſtus inuéniar. Quis eſt
qui iudicétur mecum? Ueniat. Quare tacens
conſumoꝛ? Duo tm̄ ne fácias mihi: ꝛ tunc a
facie tua non abſcondar. Manum tuam lon-
alr + fortitudo infra 14.c ge fac a me: ꝛ + foꝛmido tua non me terreat?
Uoca me ꝛ ego reſpondébo tibi: aut certe ló
D quar: ꝛ tu reſponde mihi. Quantas habeo ini
alr nō hꝫ + mea quitátes ꝛ peccata ſcélera mea ꝛ delícta + mea

oſténde mihi. Cur faciem tuam abſcondis: ꝛ
arbitráris me inimicum tuum? Contra foliū
qd a vento rápit oſtendis potentiaꝫ tuam: ꝛ
ſtípulam ſiccam perſéqueris. Scribis eni con
tra me amaritúdines: ꝛ cōſúmere me vis pec
catis adoleſcéntie mee. Poſuiſti in neruo pe- infra 33
dem meum: ꝛ obſeruáſti oēs ſémitas meas: ꝛ
veſtígia pedum meoꝛum conſideráſti. Qui q̄-
ſi putrédo conſumendus ſum: ꝛ quaſi veſtimē
tum quod coméditur a tínea.
¶ Ca. Sū. ¶ Deſcribit vitā hoīs: pphetat re
ſurrectioné: ꝛ petit ꝓtectioné in iudicio: ꝛ po-
nit conditionem hóminis. ¶ XIIII
Homo natus de muliére bréui
viuens tépoꝛe replétur multis A
miſérijs. Qui quaſi flos egré-
ditur ꝛ conterit: ꝛ fugit velut
vmbꝛa: ꝛ nunqꝫ in eodeꝫ ſtatu
pérmanet. Et dignuꝫ ducis ſu-
per huiuſcémodi apire oculos tuos: ꝛ addú-
cere eū tecuꝫ in iudicium? Quis poteſt fácere
mūdum de immūdo cōcéptum ſémine? Nō- B
ne tu qui ſolus es? Bréues dies hóminis ſūt:
numerus ménſiū eius apud te eſt. Cōſtituiſti
términos eius: qui + ꝑteriri non póterūt. Re
céde ergo paululū ab eo vt quieſcat donec o-
ptáta véniat: ꝛ ſicut mercenárij dies eius. Li
gnū hꝫ ſpem. Si precíſum fúerit: rurſum viré
ſcit: ꝛ rami eius púllulāt. Si ſenúerit in terra
rádix eius: ꝛ í púluere emoꝛtu⁹ fúerit: trúnc⁹
illi⁹ ad odóꝛé aq̄ germinábit: ꝛ faciet cómaꝫ:
quaſi cū primū plātátū eſt. Homo vō cū moꝛ-
tuus fúerit: ꝛ nudát⁹ atqꝫ ꝯſúmpt⁹: vbi qſo é?
Quō ſi recédāt aq̄ de mari: ꝛ fluuius vacuefá C
ctus areſcat: ſic homo cuꝫ doꝛmierit nō reſúr-
get. Donec atterátur celū non euigilabit: nec
cōſúrget de ſomno ſuo. Quis mihi hoc tri-
buat vt in inférno pꝛótegas me: + ꝛ abſcōdas
me donec ptránſeat furoꝛ tuus: ꝛ cōſtituas mi
hi tēpus í quo recoꝛdéris mei? Putáſne moꝛ-
tuus hō rúrſuꝫ viuet? Cūctis diebus qb⁹ nūc
milito expécto donec véniat immutátio mea.
Uocábis me: ꝛ ego rñdebo tibi. Operi manuū D
tuarum poꝛriges déxteram. Tu quidé greſ-
ſus meos dinumeráſti: ſꝫ + párce peccatis me-
is. Signáſti quaſi in ſácculo delícta mea: ſed
curáſti iniquitátem meam. Mons cadens
+ défluit: ꝛ ſaxū transfértur de loco ſuo. Lapi-
des excauāt aq̄ ꝛ alluuióne paulátim terra cō
ſúmitur. Et hoíes ergo ſilr perdes. Roboráſti
eum paululū: vt in perpétuū tráſiret. Immu

tâbis faciē eius: ⁊ emittes eúm. Siue nobiles ſúerint filij eius ſiue ignóbiles: nō intélliget. Attamen caro eius duꝫ + viuet dolébit: ⁊ aní ma illius ſuper ſemetipſo lugébit.



¶ Ca. Sū. ¶ Eliphaȝ arguit iob de arrogantia ſapientie ⁊ mundicie: agit quoqꝫ de impio ſuperbo ⁊ hypocrita. ¶ XV

A R Eſpóndēs autē eliphāȝ themanites dixit. Nunqd ſápiēs rñdébit quaſi in ventuꝫ loquens: ⁊ implebit ardore ſtómachum ſuū? Arguis verbis eū q nō eſt equalis + tibi: ⁊ lóqueris qđ tibi non éxpedit. Quantū in te eſt euacuáſti timórē: ⁊ tuliſti préces corā + deo. Dócuit enim íniqtas tua os tuū: ⁊ imitáris liguā blaſphemántiū. Cōdēnábit te os tuū ⁊ non ego: ⁊ lábia tua rñdébūt tibi. Nunqd prim⁹ hō tu nat⁹ es: ⁊ añ oēs cólles format⁹? Nunqd ꝯſiliū dei

B audíſti: ⁊ īfério: te erit ei⁹ ſapīa. Quid noſti qđ ignorám⁹: qd ītélligis qđ neſciam⁹? Et ſenes ⁊ antiq ſunt in nob: multo vetuſtiores qꝫ patres tui. Nunqd grande ē vt ꝯſolēt te de⁹? Sed vba tua práua hoc prohibet. Quid te éleuat cor tuū: ⁊ quaſi magna cógitans: attónitos habes oculos. Quid túmet ꝯtra deū ſpūs tuus: vt próferas de ore tuo huiuſcémodi ſmones. Quid eſt hō vt ímmaculátus ſit: ⁊ vt iuſtus appáreat natus de muliere? Ecce inter ſanctos eius nemo īmutábilis: ⁊ celi nō ſunt mundi in ꝯſpectu eius. Quātomagis abominabilis ⁊ inutilis homo: q bibit quaſi aquā iniquitatē? Oſtendā tibi áudi me: qd vidi narrábo tibi. Sapientes cōfitēnť: ⁊ non abſcondūt

C patres ſuos. Quib⁹ ſolis data eſt terra: ⁊ non tranſíbit aliénus per eos. Cūctis diebus ſuis impius ſupérbit: ⁊ numerus annoꝝ incértus eſt tyránnidis eius. Sónitus terroris ſemper in áuribus illius. Et cū pax ſit ille ſemp inſidias ſuſpicáť. Non crédit qꝫ reuérti poſſit de ténebris + ad lucē: circūſpectans vndiqꝫ gladiū. Cum ſe móuerit ad queréndū panem: nóuit qꝫ parátus ſit in manu eius tenebrárū dies. Terrébit euꝫ tribulátio: ⁊ angúſtia vallábit eum ſicut regem qui preparátur ad prelíū. Teténdit enim aduerſus deuꝫ manū ſuā: ⁊ cōtra omnipotentē roborátus eſt. Cucúrrit D aduerſus eum erecto collo: ⁊ pingui ceruice armatus eſt. Opéruit faciem eius craſſitúdo: ⁊ de latéribus eius aruina dependet. Habitáuit in ciuitatibus deſolátis: ⁊ in domibus deſertis que in cúmulos ſunt redácte. Non ditábitur nec perſeuerábit ſubſtantia eius: nec mittet in terra radicē ſuam. Non recédet de ténebris. Ramos ei⁹ arefáciet flámma: ⁊ auferétur + ſpū oris ei⁹. Non + credat frúſtra errore decéptus qꝫ aliquo précio rediméndus ſit. Anteqꝫ dies eius impleántur peribit: et manus eius aréſcent. Ledétur quaſi vinea in primo flore bótrus eius: ⁊ quaſi oliua pꝫciēs florē ſuū. [b] Cōgregatio eni hypócrite ſterilis ⁊ ignis deuorábit tabernácula eoꝝ qui munera

Marginal notes: + tui; + deo; ſup. 7. ; ec. vi. ; are nō hꝫ + ad lucē; ois + ſpū; al + credat; b. p. Guid. 11. q. 3. ca. ab. ... verbo

ra libẽter accipiũt [c]. Concepit dolorẽ: ⁊ pe‹pe›rit iniqtatẽ: ⁊ vterus eius preparat dolos.

¶ Ca. Sũ. ¶ Job dolorẽ ſuum diſſimulat ⁊ crudelitatem hoſtiũ ſuorũ. ⁊ dicit ſe pati hec abſq; iniquitate manus ſue cum habuit ad dominum mundas preces. ¶ XVI

A Reſpondens aũt iob: dixit. Audiui frequenter talia. Conſolatores oneroſi oẽs vos eſtis. Nunquid habebũt finem verba ventoſa? Aut aliqd tibi moleſtum eſt ſi loquaris. Poterã ⁊ ego ſimilia veſtri loqui. Atq; vtinã eſſet aĩa veſtra pro anima mea. Conſolarer ⁊ ego vos ſermonibus: ⁊ mouerem caput meũ ſuper vos. Roborarem vos ore meo: ⁊ mouerem labia mea
B quaſi parcens vobis. Sed quid agã? Si locutus fuero: non quieſcit dolor meus: ⁊ ſi tacuero non recedet a me. Nunc autem oppreſſit me dolor meus: ⁊ in nihilum redacti ſunt oẽs artus mei. Ruge mee teſtimonium dicũt cõtra me: ⁊ ſuſcitatur falſiloquus aduerſus + faciem meam contradicens mihi. Collegit furorem ſuum in me: ⁊ cominãs mihi ĩfremuit cõtra me dentib[9] ſuis. Hoſtis meus terribilib[9] oculis me intuitus eſt. Aperuerũt ſup me ora ſua: ⁊ exprobrãtes pcuſſerũt maxillã meã: + ſatiati ſũt penis meis.
C Cõcluſit me deus apud iniquum: ⁊ manibus impiorũ me tradidit: Ego ille quondam opulentus repente contritus ſum: tenuit ceruicem meam. Confregit me: ⁊ poſuit me ſibi quaſi in ſignum. Circundedit me lanceis ſuis: cõuulnerauit lumbos meos. Non pepercit ⁊ effudit in terra viſcera mea. Concidit me vulnere ſup vulnus: irruit in me quaſi gigas: Saccum + cõſui ſup cutẽ meã: ⁊ + operui cinere carnem meã. Facies mea intumuit a fletu: ⁊ palpebre mee caligauerunt. Nec paſſus ſum abſq; iniquitate manus mee: cũ haberem mundas ad deum preces. Terra ne operias ſanguinem meũ: neq; inueniat in te locũ latendi clamor meus. Ecce enim in celo teſtis meus: ⁊ conſcius meus in excelſis. Verboſi amici mei: ad deum ſtillat oculus meus. Atq; vtinam ſic iudicaretur
D vir cũ deo: quomodo iudicat filius hoĩs cum collega ſuo. Ecce enim breues anni tranſeũt: ⁊ ſemitam per quam non reuertar ambulo.

¶ Ca. Sũ. ¶ In breuitate dierũ ⁊ caligatione oculorum ⁊ putrefactione carnis dicit ſe patienter preſtolari. ¶ XVII

A Spiritus meus attenuabit: dies mei breuiabuntur: ⁊ ſolum mihi ſupeſt ſepulcrum. Non peccaui: ⁊ ĩ amaritudinib[9] morat oculus me[9]. Libera me + ⁊ pone me iuxta te: ⁊ cuiuſuis manus pugnet contra me. Cor eorũ longe feciſti a diſciplina: ꝓpterea non exaltabunt. Predã
B pollicet ſocijs: ⁊ oculi filiorũ eius deficient. Poſuit me quaſi in prouerbiũ vulgi: ⁊ exẽplũ + ſum corã eis. Caligauit ad indignationẽ oculus meus: ⁊ membra mea qſi in nihilũ redacta ſunt. Stupebant iuſti ſuper hoc: ⁊ innocens cõtra hypocritã ſuſcitabit. Et tenebit iuſtus viam ſuam: ⁊ mundis manib[9] addet fortitudinẽ. Igitur omnes vos cõuertimini ⁊
C venite: ⁊ nõ inueniã in vobis vllũ ſapientem. Dies mei tranſierũt: cogitationes mee diſſipate ſunt: torquẽtes cor meũ. [a] Noctẽ verterunt in diem: ⁊ rurſus poſt tenebras ſpero lucem. Si ſuſtinuero: infernus domus mea eſt: ⁊ in tenebris ſtraui lectulũ meum. Putre
D dini dixi: pater meus es: mater mea ⁊ ſoror mea vermib[9]. Ubi eſt ergo nunc preſtolatio mea: ⁊ patientiam meã quis conſiderat? In pfundiſſimum infernũ deſcendent oĩa mea. Putas ne ſaltem ibi erit requies mihi?

¶ Ca. Sũ. ¶ De luce: de captione ⁊ introitu impij baldath dicit. ¶ XVIII

A Reſpondens aũt + baldath ſuites: dixit. Uſq; ad quem finem verba iactabis. Intellige prius ⁊ ſic loquamur. Quare reputati ſumus vt iumenta: ⁊ ſorduimus coram + te. Quid + perdis animam tuam in furore tuo. Nunquid propter te derelinquetur terra: ⁊ transferentur + rupes de loco ſuo. Nonne lux impij extinguetur: nec ſplendebit flãma ignis eius.
B Lux obtenebreſcet in tabernaculo illius: ⁊ lucerna que ſup eum eſt extinguetur. Artabũtur greſſus virtutis eius: ⁊ precipitabit eum conſilium ſuum. Immiſit enim in rhete pedes ſuos: ⁊ in maculis eius ambulat. Tenebitur planta illius laqueo: ⁊ exardeſcet contra eum ſitis. Abſcondita eſt in terra pedica
C eius: ⁊ decipula illius ſuper ſemitã. Undiq; terrebũt eum formidines: ⁊ inuoluent pedes eius. Attenuetur fame robur eius: ⁊ + inedia inuadat cõſtas illius. Deuoret pulchritudinẽ cutis eius: ⁊ cõſumat brachia illius primoge

nita mors. Auellátur de tabernáculo ſuo fi-
dúcia eius: ⁊ calcet ſuper eum quaſi rex inté-
ritus. Habitent in tabernáculo illius ſócij eiꝰ
D qui non eſt: aſpergátur in tabernaculo eius
ſúlphur. Deorſuz radices eius ſiccéntur: ſúr
ſum aūt atterátur méſſis eius. Memoria il-
lius péreat de terra: ⁊ non celebretur nomen
eius in platéis. Expellet eum de luce in téne-
bras: ⁊ de vrbe tránſferet eum. Non erit ſemē
eius neq; progenies in populo ſuo: nec vlle re
liquie in regiónibus eius. In die eius ſtupé-
būt nouiſſimi: ⁊ primos inuadet hórror. Hec
ſunt ergo tabernácula iniqui: ⁊ iſte locus eiꝰ
qui ignorat deum.

¶ Ca. Sū. ¶ Job flagella ſua deſcribit: pro-
phetat de paſſione chriſti ⁊ reſurrectiōe gene-
rali ⁊ monet fugere a facie gladij. ¶ XIX

A Reſpondēs aūt iob: dixit. Uſq;
quo affligítis aīam meā: ⁊ atte
rítis me ſmonibꝰ? En decies cō
funditis me: ⁊ nō erubeſcitis
opprīmētes me. Némpe ⁊ ſi igno
ráui: mecū erit ignorātia mea
at vos cōtra me erigimini: ⁊ argúitis me op-
próbrijs meis. Saltē nūc ītelligite q; deus nō
equo iudicio afflixerit me: ⁊ flagellis ſuis me
a ab. x. i. c cinxerit. ᵃ Ecce clamábo vim pátiēs ⁊ nemo
al. + exau diet + áudiet. Uociferábor: ⁊ non eſt qui iúdicet.
Sémitam meam circūſépſit ⁊ tranſire non
poſſum: ⁊ in cálle meo ténebras póſuit. Spo-
B liáuit me gloria mea: ⁊ ábſtulit coronam de
capite meo. Deſtruxit me vndiq; ⁊ péreo: et
quaſi euulſe árbori ábſtulit ſpeciem meam.
Irátus eſt contra me furor eius: ⁊ ſic me há-
buit quaſi hoſtem ſuum. Simul venerunt la-
trónes eius: ⁊ fecérunt ſibi viam per me: ⁊ ob
ſedérūt in gýro tabernaculum meū. Fratres
meos longe fecit a me: ⁊ nóti mei quaſi alie-
C ni receſſérunt a me. Dereliquérunt me pro-
pinqui mei: ⁊ q̄ me nóuerant obliti ſunt mei
Inquilini domꝰ mee ⁊ ancille mee ſicut alié-
al. + mihi nū habuerūt me: ⁊ q̄ſi peregrínꝰ fui in oculis
b iſa. 30. c eorū. Seruū meū vocáui ⁊ nō rñdit + ore pro
prio deprecábar illū. ᵇ Hálitū meuz exhórruit
vxor mea: ⁊ orabā filios vteri mei. Stulti quo
q; deſpiciébāt me: ⁊ cū ab eis receſſiſſem de-
trahébant mihi. Abominati ſunt me quon-
dā conſiliárij mei: ⁊ quē maxime diligébam
al. + ad. + auerſátus ē me. Pelli mee ɔſúmptis cárni
uerſatus bus adheſit os meū: ⁊ derelicta ſunt tm̄mō lá
eſt mihi bia circa dētes meos. Miſerémini mei miſe

rémini mei ſaltē vos amici mei: q; manꝰ dñi D
tetigit me. Quare perſequimini me ſicut deus: ⁊
carnibus meis ſaturamini? Quis mihi tri-
buat vt ſcribāt ſmones mei? Quis mihi det
vt exarēt in libro ſtilo férreo ⁊ plūbi lámi-
na: vt + célte ſculpānt in ſilice. Scio eniz q; re al. + certe
démptor meꝰ viuit: ⁊ ī nouiſſimo + die de ter al. ſurget + die
ra ſurrectúrus ſum. Et rúrſuz circūdabor pel-
le mea: ⁊ in carne mea vidébo deū. Quē viſu-
rus ſuz egoipſe ⁊ oculi mei cōſpectúri ſunt: ⁊
non alius. Repóſita eſt hec ſpes mea in ſinu
meo. Quare ergo nūc dicitis: perſequamur eū
⁊ radicem verbi inueniámus contra euz. Fu-
gite ergo a facie gládij: quoniā vltor iniqui-
tátum gládius eſt. Et ſcitote eſſe iudicium.

¶ Ca. Sū. ¶ Sophar de impio ⁊ hypocrita
auaro calūniatore paupere dicit. ¶ XX

Reſpondens aūt ſophár naama A
thites dixit. Idcirco cogitatió-
nes mee várie ſuccedūt ſibi: ⁊
mens in diuerſa rápit. Doctri-
nā q̄ me árguis áudiā: ⁊ ſpūs
intelligéntie mee rñdebit mi-
hi. Hoc ſcio a principio ex quo póſitus eſt hō
ſup terrā: q; laus impiorū breuis ſit: ⁊ gaudiū
hypócrite adinſtar puncti. Si aſcénderit + vſ al. + in ce lo
q; ad celū ſuperbia ⁊ caput eius nubes tetigerit
quaſi ſterquilíniū in fine pdétur: ⁊ qui eū vi-
derāt dicent. Ubi eſt? Uelut ſómniū áuolās
non inuenietur: tránſiet ſicut viſio noctúrna.
Oculus qui eū víderat non videbit: neq; vl- B
tra intuébit eū locus ſuus. Filij eius atterēt
egeſtáte: ⁊ manus illius réddent ei dolorem
ſuū. Oſſa eius implebūt vicijs adoleſcentie
eius: ⁊ cū eo in púluere dórmiét. Cū eniz dul
ce fuerit ī ore eius malū: abſcóndit illud ſub
lingua ſua. Párcet illi ⁊ non derelinquet illō
⁊ celábit in gútture ſuo. Panis eius in vtero
illius vertet in fel áſpidū intrinſecus. Diui-
tias quas deuoráuit euomet: ⁊ de ventre illius
éxtrahet eas deus. Caput áſpidum ſúget: ⁊ oc
cidet eum lingua vípere. Non videat riuulos
flúminis torrentis méllis ⁊ butýri. Luet q̄ fe C
cit oīa: nec tñ conſumet. Iuxta multitudinez
adinuentionū ſuarū ſic ⁊ ſuſtinébit: q̄ſi con-
fringens nudáuit páuperis domum: rapuit ⁊ al. + pauperis. Domum rapuit
nō edificáuit eā nec eſt ſatiátus venter eius.
Et cū habúerit + que + cōcupierat: poſſidére al. + q̄
non poterit. Non remánſit de cibo eius: ⁊ p- al. + cu. pierat
pterea nihil pmanébit de bonis eius. ᵃ Cum a Eccl. 5. c
ſatiátus fúerit artábit: eſtuábit: ⁊ omnis do-

D lor irruet ſuper eum. Utinam impleátur vénter eius: vt emittat in eum iram furóris ſui: ⁊ pluat ſuper illum bellum ſuum. Fúgiet arma férrea: ⁊ irruet in arcū éreum. Gládius+ deductus ⁊ egrédiens de vagina ſua: ⁊ fúlgurās in amaritudine ſua. + Uádent ⁊ vénient ſuper eum horríbiles: omnes ténebre abſcóndite ſunt i occúltis eius. Deuorábit eū ignis qui non ſuccénditur: affligétur relictus in tabernáculo ſuo. Reuelábunt celi iniquitátē eius: ⁊ térra conſúrget aduérſus eum. Apertum erit gérmen domus illius: detrahétur in die furóris dei. Hec eſt pars hominis impij a deo: ⁊ hereditas verborum eius a domino.

¶ Ca. Sū. ¶ De pſperitate ⁊ gaudio ⁊ retributione impij: ⁊ paupere qui ſimul perijt cum ipſo ⁊ diuite loquitur. ¶ XXI

A Reſpondens autē iob dixit. Audite queſo ſermónes meos: et +ágite penitētiā. Suſtinéte me vt ego loquar: ⁊ poſt mea ſi vidébiť verba ridéte. Nunqd cōtra hominē diſputátio mea eſt vt mérito nō debeā ꝯtriſtari. Attēdite me et obſtupéſcite: ⁊ ſuppónite digitū ori veſtro. Et ego qn̄ recordátus fúero ptiméſco: ⁊ cóncutit carnē meam trémor. b Quare ergo impij viuūt: ſubleuáti ſunt ꝯfortatiq; diuitijs. // Semē eorū pérmanet corā eis: ꝓpinquórū turba ⁊ nepótū in cōſpectu eorū.

B Domus eorum ſecúre ſunt ⁊ pacáte: ⁊ nō eſt virga dei ſup illos. Bos eorū cōcépit ⁊ non abortiuit: vácca péperit ⁊ nō eſt priuáta fétu ſuo. Egrediūť quaſi gréges páruuli eoꝝ: ⁊ infántes eoꝝ exultant lúſibus. Ténent týmpanū ⁊ cítharā: ⁊ + gáudent ad ſónitū organi. Dúcunt in bonis dies ſuos: ⁊ in pūcto ad inférna deſcēdūt. c Qui dixérūt deo recéde a nobis: ⁊ ſcientiā viarū tuarū nólumus. Quis eſt oṗs vt ſeruiámus ei? Et quid nobis pródeſt: ſi + oráuérimus illū? Uerūtn̄ qꝛ non ſunt in manu eorū bona ſua: cōſilium impiórum longe ſit a me. b Quótiens lucérna impiorū extinguetť: ⁊ ſuperuéniet eis inundátio: ⁊ dolores diuidet furóris ſui.

C Erunt ſicut pálee ante faciē venti: et ſicut fauilla quā túrbo diſpérgit. Deus ſeruabit filijs illius dolorē patris: ⁊ cum reddiderit tunc ſciet. Uidebunt oculi eius interfectionem ſuā: ⁊ de furóre oīpotentis bibet. Quid enim ad eū pértinet de domo ſua poſt ſe? Et ſi númerus ménſiū eius dimidiétť? Nunquid deū docébit +quiſpiam: qui excélſos iúdicat. Iſte moritť robúſtus ⁊ ſanus: diues ⁊ felix: viſcera eius plena ſunt ádipe: ⁊ medúllis oſſa illius irrigánť. Alius vero móritur in amaritúdine aīe ſue abſq; vllis opibꝰ: + ⁊ tamē ſimul in púluere dórmiet: ⁊ vermes opérient eos.

D Certe noui cogitationes veſtras ⁊ ſententias contra me íniquas. Dicitis enim. Ubi eſt domus príncipis: ⁊ vbi tabernaculū impiorū? Interrogáte quélibet de viatoribus: ⁊ hec eadem illum intellígere cognoſcétis. Quia in diem perditiónis,+ ſeruatur malus: ⁊ ad diē furóris ducétť. Quis arguet corā eo+vias eiꝰ ⁊ que fecit quis réddet illi? Ipſe ad ſepulcra ducétť: ⁊ in congérie mortuoꝝ vigilabit. Dulcis fuit glareis cocciti: ⁊ poſt ſe omnē hominē trahet: ⁊ ante ſe innumerábiles. Quomō igitur conſolámini me fruſtra: cū reſponſio veſtra repugnare oſtenſa ſit veritati?

¶ Ca. Sū. ¶ Eliphaz arguit iob de oppreſſione pauperū ⁊ imiſericordia ⁊ de ꝯtēptu iudicis ⁊ penitēti multa bona ꝓmittit. ¶ XXII

A Reſpóndens aūt eliphaź themanites dixit. Núquid deo poteſt cōparari homo: etiā cū pfecte fúerit ſciētie? Quid ꝓdeſt deo ſi iuſtus fúeris: aut qd ei cónfers ſi immaculáta fúerit vita tua? Nunqd timens árguet te: ⁊ véniet tecū in iudiciū: ⁊ nō ꝓpter maliciā tuā plúrimā ⁊ infinitas iniqtates tuas? Abſtuliſti enim pignus fratrū tuoꝝ ſine cauſa: ⁊ núdos+ ſpoliaſti veſtibꝰ. Aquā láſſo non dediſti: ⁊ eſuriénti ſubtraxiſti panem.

oibus letus fúerit: meminiſſe debet tenebꝛóſi
tpis ꝛ diēꝝ + multoꝝ: q cū vénerint: vanitá-
tis arguēꝛ pterita. Letáre ergo iuuenis in
adoleſcéntia tua: ꝛ in bono ſit coꝛ tuū in die-
bus iuuētútis tue: ꝛ ámbula in vijs coꝛdis tui:
ꝛ in ītuitu oculoꝝ tuoꝝ: ꝛ ſcito ꝙ p oībus his
addúcet te deus in iudiciū. Aufer iram a coꝛ-
de tuo: ꝛ ammoue maliciā a carne tua. Ado-
leſcentia eniʒ ꝛ voluptas: vane ſunt.

¶ Ca. Sū. ¶ De auferēda ira a coꝛde: ꝛ me moꝛia creatoꝛis in iuuētute: q̄liter rō ꝛ ſenſus ꝛ oīa hoīs mutanꝛ: loquēs ſub diuerſis ſimilitudinibꝰ: concludit ꝙ hō factus eſt vt ſeruiat deo: ꝛ iō p omni errato ducēꝛ in iudiciū hō: ſiue bonū ſiue malū ſit. ¶ XII.

A Meménto creatoꝛis tui in diebꝰ
iuuētútis tue: anteq̄ʒ véniat tē-
pus afflictiónis tue: ꝛ appꝛopin
quēt anni de qbus dicas nō mi-
hi placent. Anteq̄ʒ tenebꝛēſcát
ſol ꝛ lumen ꝛ ſtelle ꝛ luna: ꝛ re-

B uertántur núbes poſt plúuiam. Qñ cómoue
búnt cuſtódes domus: ⁊ nutabūt viri fortiſſi
mi ⁊ ocioſe erūt moléntes in minúto núme-
ro: ⁊ tenebréſcēt vidéntes p forámina: ⁊ cláu
dent óſtia in platéa in humilitáte vocis mo-
léntis: ⁊ conſúrgēt ad vocē volucris ⁊ obſur-
déſcent oēs filie cárminis. Excélſa quoq; ti-
mébūt ⁊ formidábūt in via: florébit amigda
lus: impinguábit locúſta: ⁊ diſſipábit cáppa-
C ris. Qm̄ ibit hō in domū eternitátis ſue: ⁊ cir
cuíbunt in platea plāgētes. Anteq̄ rūpat fu-
níeulus argénteus ⁊ recúrrat vita áurea ⁊ cō
terat hýdria ſup fontē: ⁊ cōfringat róta ſup
ciſtérnam: ⁊ reuertat púluis in terrā ſuā vn̄
erat: ⁊ ſpūs rédeat ad deū q dedit illū. // Uá-
nitas vanitátum dixit eccleſiaſtés: ⁊ oīa vani-
tas. Cumq; eēt ſapiētiſſim⁹ eccleſiaſtés dócuit
populū ⁊ enarráuit q̄ fécerat: ⁊ inueſtigās cō-
póſuit parábolas multas. Queſíuit vba vti-
lia ⁊ cōſcripſit ſermones rectiſſimos ac veritáte
plénos. Uerba ſapiéntiū ſicut ſtímuli ⁊ quaſi
cláui in altū defixi: q̄ p magiſtrorū cōſiliū data
ſunt a paſtóre vno. His ampli⁹ fili mi ne req- a p̄ Iob. an.i. phe. clemen.i glo.
ras.[a] Faciéndi plúres líbros nullus eſt finis:
frequénſq; meditátio: carnis afflictio ē. Finē
loquédi páriter oēs audiámus.[b] Deū time b di.i. in pri.xii. di.
⁊ mádata + ei⁹ obſérua. Hoc eſt oīs homo. ca.oia al. + illi⁹
+ Cuncta q̄ fiunt addúcet deus in iudiciū pro glo. + Et cuncta
omni erráto: ſiue bonū ſiue malum ſit.

Explicit liber Eccleſiaſtes.



+ Incipiūt cantica cāticorū. Cap. I. + incipit cant.

Vox optantis chriſti aduentum.

A Oſculet me oſculo óris ſui: q2 melió
ra ſunt úbera tua vino
fragrántia vnguéntis
optimis.[a] Oleū effúſū
nomen tuū: ideo adole
ſcéntule dilexerunt te.
+ Vox eccleſie ad xpm.
Trahe me poſt te. Cur-
remus in odore vnguētorū tuorū. Vox ſponſi
ad adoleſcentulas. Introdúxit me rex in cel-
lária ſua. Exultábim⁹ ⁊ letabimur in te: mé-
B mores úberū tuorū ſup vinum. Recti diligūt
te. Vox eccleſie in preſſuris ſuis. Nigra ſum
ſed formóſa filie hieruſalém ſicut tabernác-
cula cedár: ſicut pélles ſalomónis. Nolite me
conſiderare q̄ fuſca ſim: quia decolorauit me
ſol. Vox ſynagoge. Filij matris mee pugna-
uérunt cōtra me: poſuérunt me cuſtódem in
víneis. Uíneā meā non cuſtodíui. Vox eccle
ſie ad chriſtum. Indica mihi quē díligit ani-
ma mea: vbi páſcas: vbi cúbes in merídie: ne
vagári incípiam: poſt gréges ſodáliū tuorū.
Vox chriſti ad eccleſiā. Si ignóras te o + pul glo + pulchra
cherrima inter mulieres: egrédere ⁊ ábi poſt
veſtigia gregū tuorū: ⁊ paſce hédos tuos iu-
xta tabernácula paſtórum. Equitátui meo in
cúrrib⁹ pharaonis aſſimiláui te amica mea. b di.4. ga.
[b] Púlchre ſunt géne tue ſicut túrturis: collū

Margin: le ſacra. ctio. k.o + ni. — fra.2.a.

tuum ſicut monília. Uox amicorum. Murénulas áureas faciémus tibi: vermiculátas argénto.

D Uox eccleſie. Dum eſſet rex in accúbitu ſuo: nardus mea dedit odórē ſuū. Faſciculus mýrrhe dilectus meus mihi: inter úbera mea cōmorabit. Bótrus cýpri dilect⁹ meus mihi: in vineis engaddi. Uox chriſti ad eccleſiam. Ecce tu pulchra es amica mea ecce tu pulchra oculi tui columbárū. Uox eccleſie ad chriſtū. Ecce tu pulcher es dilecte mi et decórus. Léctulus noſter flóridus: tigna domorum noſtrarum cedrína: laqueária noſtra cypreſſína.

C II. Uox chriſti.

A Ego flos campi et lílium cōuállium. Sicut líliū inter ſpínas: ſic amica mea iter filias. Uox eccleſie. Sicut málus inter ligna ſiluárū: ſic diléctus meus inter filios. Sub vmbra illíus quē + deſideráueram ſédi: et fructus eius dulcis gútturi meo. [a] Introdúxit me + rex in cellam vinariam: ordináuit in me charitátem. Fulcíte me flóribus: ſtipáte me malis: quia amore lángueo. // Leua eius ſub cápite meo: et déxtera illius amplexábit me. Uox chriſti.

B Adiúro vos filie hieruſalém per cápreas ceruóſq; campórū: ne ſuſcitétis neq; euigiláre faciátis diléctā + donec ipa velit. Uox eccleſie. Uox dilécti mei. Ecce iſte venit ſáliēs ī móntibus: tranſíliens cólles. Símilis eſt diléctus meus cápree: hinnulóq; ceruórū. En ipſe ſtat poſt parietē noſtrū: + reſpíciēs per feneſtras: pſpíciens per cācellos. En dilectus meus lóquitur mihi. Uox chriſti. Súrge própera amíca mea: colūba mea: formoſa mea: et véni. Iā enim hyems tránſijt: imber ábijt et receſſit. Flores apparuérunt in terra noſtra: tēpus putatiónis aduénit. Uox túrturis audita eſt in terra noſtra. Ficus prótulit groſſos ſuos. Uinee floréntes dedérunt odórem + ſuum.

D Súrge própera amica mea: ſpecioſa mea et veni: colúmba mea in foramínibus petre in cauérna macérie. Oſténde mihi fáciē tuam: ſonet vox tua in auribus meis. Uox enim tua dulcis: et facies tua decóra. Uox aduerſus hereſes. Cápite nobis vúlpes párulas: que demoliūt vineas. Nam vínea noſtra flóruit. Uox eccleſie. Dilectus meus mihi et ego illi: q paſcitur inter lília donec aſpíret dies: et iclinēt vmbre. Reuértere: ſimilis eſto dilecte mi cápree hinnulóq; ceruórū ſup mótes + bethél.

C III. Uox eccleſie electe de gētibus.

A In léctulo meo per noctem quéſiui quem diligit anima mea. Queſiui illū: et nō inuéni. Súrgam et circúmibo ciuitatē per vicos et platéas: querā quē díligit anima mea. Queſiui illū: et non inuéni. Inuenérunt me vigiles: qui cuſtodiunt ciuitatem. Eccleſia de chriſto dicit. Num quē diligit ánima mea vidiſtis? Páululum cum pertranſiſſem eos inuéni quē díligit anima mea. Ténui eum: nec dimittā donec introdúcā illum in domum matris mee: et in cubiculum genitrícis mee. Uox chriſti.

B Adiúro vos filie hieruſalém per cápreas ceruóſq; campórū: ne ſuſcitétis neq; euigiláre faciátis dilectā donec ipſa vélit. Synagoga de eccleſia.

C // Que eſt iſta que aſcéndit p deſertū: ſicut vírgula fumi ex aromátibus mýrrhe et thúris et vniuerſi puluéris pigmentárij. Uox eccleſie. En léctulū ſalomónis ſexaginta fortes ambiūt ex fortiſſimis iſrl: omnes tenētes gládios et ad bella doctiſſimi. Uniuſcuiúſq; enſis ſuper fémur ſuum: propter timóres noctúrnos. Férculum fecit ſibi rex ſálomon de lignis líbani. Colúmnas ei⁹ fecit argénteas: reclinatóriū áureum: aſcénſum purpúreum média charitáte conſtráuit propter filias hieruſalém. Uox eccleſie de chriſto. Egredímini filie ſyón et vidéte regē ſalomónē in dyadémate quo coronáuit illū mater ſua: in die + deſponſatiónis illius: et in die letície cordis eius.

C IIII. Uox chriſti.

A Uam pulchra es amica mea: q̄ pulchra es [a] Oculi tui colúbárum: abſq; eo q intrinſec⁹ látet. // Capilli tui ſicut gréges caprárū: que aſcēdérunt de mōte galaád. Dētes tui ſicut gréges tonſárum: que aſcendérunt de láuacro. Omnes gemellis fétibus: et ſterilis non eſt inter eas. Sicut vitta coccínea lábia tua: et elóquium tuū dulce. Sicut frágmen malipúníci: ita gene tue abſq; eo q intrīſecus látet.

B Sicut túrris dauid collum tuū: que edificáta eſt cum propugnáculis. Mille clýpei péndent ex ea: omnis armatúra fortiū. Duo úbera tua ſicut duo hínnuli cápree gemélli: qui paſcúntur in lilijs donec aſpiret dies et iclinēt úmbre. Sponſus ad ſemetipſm. Uadā ad montem mýrrhe: et ad collem thúris. Uox chriſti

al.+ deſi. derabam ſup.i.a. a di.10.c. i.i glo.di. 11.ca.quie ſcamus

al. non hēt + rex infra.8.a. infra.3.b. 5.a. 8.a. al.+ quo adusq;

al.+ deſ. piciens

al. nō hēt + ſuum

ſup.i.b. infra.5.i. 8.a.

C infra.5.b.

al.+ deſponſa

a 33.q. nō ē in glo. infra.

ad eccleſiam. Tota pulchra es amica mea: ⁊ macula non eſt in te. Ueni de libano ſponſa mea: veni de libano: veni coronaberis: de capite amana: de vertice ſanyr ⁊ hermon: de cu-
C bilibus leonuꝫ de montibus pardorum. Uulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa: vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum: ⁊ in vno crine colli tui. Quã pulchre ſunt mamme tue ſoror mea ſponſa. Pulchriora + ſunt vbera tua vino: ⁊ odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata. Fauus diſtillans labia tua ſponſa: mel ⁊ lac ſub lingua tua: ⁊ odor ve-
D ſtimentorum tuorum ſicut odor thuris. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa: hortus concluſus fons ſignatus. Emiſſiones tue paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo: nardus ⁊ crocus fiſtula ⁊ cinamomum cum vniuerſis lignis libani myrrha ⁊ aloe cum omnibus primis vnguentis.[b] Fons hortorum puteus aquaruꝫ viuentium que fluunt impetu de libano. Chriſtus gentes conuocat. Surge aquilo ⁊ veni auſter perfla hortum meum ⁊ fluent aromata illius.

al's nõ hꝫ + ſunt

b 24. q. 1. ca. oibus

CV. Eccleſia de xpo dicit.

A VEniat dilectus meus in hortuꝫ ſuum: + vt comedat fructũ pomorum ſuorum. Chriſtus ad eccleſiam dicit. Ueni in hortũ meum ſoror mea ſponſa: meſſui myrrham meam cum aromatibus meis. Comedi fauum cum melle meo: ⁊ bibi vinum meum cum lacte meo. Chriſtus ad apoſtolos dicit. Comedite amici. ⁊ bibite ⁊ inebriamini chariſſimi. Uox eccleſie.[a] Ego dormio: ⁊ cor meum vigilat. Uox dilecti mei pulſantis. Aperi mihi ſoror mea: amica mea columba mea: immaculata mea: quia caput meum plenum eſt rore: ⁊ cincin-
B ni mei guttis noctium. Uox ſponſe. Expoliaui me tunica mea: quomodo induar illa? Laui pedes meos quomodo inquinabo illos. Uox eccleſie de chriſto. Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen: ⁊ venter meus intumuit ad tactum eius. Surrexi + vt aperireꝫ dilecto meo.[b] Manus mee ſtillauerunt myrrham: + ⁊ digiti mei pleni myrrha probatiſſima. Peſſuluꝫ oſtii mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat atqꝫ tranſierat. Aia mea liquefacta eſt: vt dilectus locutus eſt. Queſiui ⁊ non inueni illum: vocaui ⁊ nõ reſpondit mihi. Inuenerunt me cuſtodes qui circuierunt

al's + ea

prouer. 25. c

a di. 6. ca. in ſũma

al. + aperire

b de ſacro vnctio ca. vnico

al's nõ hꝫ + ea

ciuitatem. Percuſſerunt me ⁊ vulnerauerũt C
me: tulerunt pallium meum cuſtodes murorum. Adiuro vos filie hieruſaleꝫ ſi inueneritis dilectum meum: vt nuncietis ei qꝛ amore langueo. Uox ſynagoge. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto: o pulcherrima mulierum? Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto: qꝛ ſic adiuraſti nos. Uox eccleſie de chriſto. Dilectus meus candidus ⁊ rubicundus: electus ex milibus. Caput eius aurum optimuꝫ. Come eius ſicut elate + palmarum: nigre quaſi coruus.[c] Oculi eius ſicut columbe ſuper riuulos aquaruꝫ que lacte ſunt lote: ⁊ reſident iuxta fluenta pleniſſima. Gene illius ſicut areole aromatũ conſite a pigmentariis. Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam. Manus illius tornatiles auree: plene hyacinthis. Uenter eius eburneus: diſtinctus ſaphiris. Crura illius columne marmoree: que fundate ſunt ſuper baſes aureas. Species eius vt libani: electus vt cedri. Guttur illius ſuauiſſimum: ⁊ totus deſiderabilis. Talis eſt dilectus meus: ⁊ ipſe eſt amicus meus filie hieruſalem. CVI.

a. 2. b. c. 3. b. infra 8. a.

al. nõ hꝫ + palmarum

c 16. di. c. ecce

Uox ſynagoge ad eccleſiam.

QVo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierum: quo declinauit dilectus tuus. Et queremus eum tecum. Uox eccleſie. Dilectus meus deſcendit ĩ hortum ſuum ad areolã + aromatum: vt ibi paſcatur in hortis ⁊ lilia colligat. Ego dilecto meo ⁊ dilectus meus mihi: qui paſcitur inter lilia. Uox chriſti ad eccleſiã. Pulchra es amica mea: ſuauis ⁊ decora ſicut hieruſalem: terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Auerte oculos tuos a me: qꝛ ipſi me auolare fecerunt. Capilli tui ſicut + grex caprarum que apparuerunt de galaad. Dentes tui ſicut greges ouium que aſcenderunt de lauacro. Omnes gemellis fetibus: ⁊ ſterilis nõ eſt ĩ eis. Sicut cortex mali punici: ſic gene tue abſqꝫ occultis tuis. Sexaginta ſunt regine ⁊ octoginta concubine: ⁊ adoleſcentularum nõ eſt numerus.[a] Una eſt columba mea perfecta mea: vna ẽ matri ſue: electa genitrici ſue. Uiderunt eam filie ſyon ⁊ beatiſſimam predicauerunt: regine ⁊ concubine laudauerunt eaꝫ. Que eſt iſta que progreditur quaſi aurora cõſurgens: pulchra vt luna electa vt ſol terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Uox eccleſie ad ſynagogam. Deſcendi in hortum nucum

A

al. + aromatis

B

ſup. 4. a.

al. + greges

3. reg. 11. a.

C

a 34. q. 1. ca. loquitur ca. omnes c. pudenda de conſe. di. 4. ca. illude

D

infra 8. a.

vt vidérem poma conuallium: ⁊ inſpicerē ſi floruiſſet vinea ⁊ germináſſent malapúnica. Uox ſynagoge. Neſciui. Anima mea conturbáuit me propter quadrigas aminadáb. Uox eccleſie ad ſynagogam. Reuértere reuértere ſunamítis: reuértere reuértere vt intueámur te. ℭVII. Uox xpi de ſynagoga.

A Uid vidébis in ſunamite: niſi choros caſtrórum? Uox chriſti ad eccleſiam. Quã pulchri ſunt greſſus tui in calciaméntis: filia principis. Junctúre féminum tuorū ſicut monília: que fabricáta ſunt manu artificis. Umbilicus tuus crater tornátilis: nunq̃ȝ indigens póculis.

B Uenter tuus ſicut acéruus tritici: vallátus líliis. Duo úbera tua ſicut duo hínnuli geméllí cápree. Cóllum tuum ſicut túrris ebúrnea. Oculi tui ſicut piſcine in eſébon que ſunt in porta filie multitúdinis.[a] Naſus tu[us] ſicut túrris libani que réſpicit contra damáſcum.

C Caput tuum vt carmélus: ⁊ cóme cápitis tui ſicut púrpura regis + iúncta canálib[us]. Quã pulchra es ⁊ q̃ȝ decora chariſſima in delícijs. Statúra tua aſſimiláta eſt palme: ⁊ úbera tua bótris. Uox ſponſi de ſancta cruce. Dixi. Aſcéndam in pálmam ⁊ apprehéndam fructus ei[us]. Uox ſponſi de ſponſa. Et erūt úbera tua ſicut bótri vinee: ⁊ odor oris tui ſicut odor malórum. Gúttur tuum ſicut vínum óptimum. Eccleſia de chriſto dicit. Dignū dilecto meo

D ad potandum: labijſq̃ȝ ⁊ dentibus illius ad ruminándum. Sponſa de ſponſo. Ego dilecto meo: ⁊ ad me conuérſio eius. Eccleſia ad chriſtum. Ueni dilecte mi egrediámur in agrū: commoremur in villis. Mane ſurgámus ad víneas: videámus ſi flóruit vinea: ſi flores fructus partúriunt: ſi floruérūt malapúnica. Ibi dabo tibi úbera mea. Mandrágore dedérunt odórem in portis noſtris. Omnia poma noua ⁊ vétera dilécte mi ſeruáui tibi. ℭVIII. Uox patriarcharum de chriſto.

A Uis mihi det te fratrem meū ſugéntem úbera matris mee vt inuéniam te ſolū fóris: ⁊ deóſculer: ⁊ iam me némo deſpíciat. Apprehéndam te ⁊ dúcam in domū matris mee: ⁊ in + cubículū genitricis mee. Ibi me docébis ⁊ dabo tibi póculum ex vino condito: ⁊ múſtum malorum granatórum meorum. Léua eius ſub cápite meo: ⁊ dextera illius amplexábitur me. Uox chriſti. Adiúro vos filie hieruſalém: ne ſuſcitétis neq̃ȝ euigiláre faciátis diléctam donec ipſa vélit. Uox ſynagoge de eccleſia.

B Que eſt iſta que aſcéndit de deſérto: delícijs áffluens innixa ſuper dilectum + ſuum. Uox ſponſi pro ſponſa. Sub árbore malo ſuſcitául te. Ibi corrúpta eſt mater tua: ibi violáta eſt génitrix tua. Eccleſia ad chriſtum dicit. Pone me vt ſignáculum ſuper cor tuum: vt ſignáculum ſuper bráchium tuum: quia [a] fortis eſt vt mors diléctio: dura ſicut inférnus emulátio.

C Lámpades eius vt lámpades ignis atq̃ȝ flammárum. Aque multe non potuérunt extínguere charitatem: nec flumina óbruent illam. Si déderit homo omnē ſubſtantiā domus ſue pro dilectione: quaſi nihil deſpiciet eam. Chriſtus ad ſynagogā de eccleſia dicit. Sóror noſtra párua: ⁊ úbera nō habet. Quid faciém[us] ſorori noſtre in die quādo alloquénda eſt. Chriſtus de eccleſia reſpondet. Si murus eſt: edificémus ſuper eum propugnácula argéntea. Si óſtium eſt: compingámus illud tábulis cedrinis. Eccleſia reſpōdet chriſto. Ego murus ⁊ úbera mea ſicut túrris: ex quo facta ſum corā eo quaſi pacem repériés. Synagoga eccleſie dicit. Uinea fuit pacifico: in ea que habet populos. Trádidit eam cu

D ſtódibus: vir áffert pro fructu eius mille argénteos. Chriſtus dicit. Uinea mea corā me eſt. Mille tui pacifici ⁊ ducénti his qui cuſtódiunt fructus eius. Uox chriſti. Que hábitas in hórtis: amici auſcúltant: fac me audire vocem tuam. Uox eccleſie ad chriſtum. Fúge dilécte mi ⁊ aſſimiláre cápree hynnulóq̃ȝ ceruórum ſuper montes aromatum.

ℭ Expliciunt cantica canticorum.

ℭ Incipit prologus in libꝛ Sapientie.

Iber ſapientie apud hebréos núſq̃ȝ eſt. Unde ⁊ ipſe ſtilus grécam magis eloquéntiā rédolet. Hunc iudéi Philónis eſſe affirmant. Qui proinde ſapiétie nominatur: quia in eo xpi aduentus qui eſt ſapientia patris: ⁊ paſſio ei[us] euidénter exprimitur.

ℭ Explicit prologus.

Marginalia: a vi. 40. c. pulc. &c. — al's + vincta. — al's ſi hy + ⁊ i cubiculū genitricis mee. ſup. 2. b. — ſup. 2. b. b. c. 5. c. ſupra. 3. c. 6. a. — al's + ſuū — a de. ped. 2. ca. vi. da.

¶ Incipit liber Sapientie.

¶ Capituli Summarium. ¶ De diligenda iustitia: de bonitate ꝛ simplicitate querendi deuz: de spūsctō: de fugienda detractione ꝛ murmuratiōe: de morte nō zelāda. ¶ Ca. I.



A Diligite iustitiā qui iudicátis terram. Sētite de domino in bonitáte: ꝛ i simplicitate cordis quérite illum: quoniaz inuenit̄ ab his qui non téntant illuz: appáret autē eis qui fidem habent in illum. [a] Peruérse.n. cogitatiōes sēparant a deo: probáta autez virtus córripit insipientes. Quoniam in maliuolaz animā nō itroibit sapiētia: nec habitabit in corpore súbdito peccatis. [b] Spiritus eniz sanctus disciplíne effúgiet fictum: ꝛ áuferet se a cogitationibus que sunt sine intellectu: ꝛ corripiétur a superueniente iniquitáte. B Benignus est eniz spíritus sapientie ꝛ nō liberábit maledictuz a lábijs suis: qm̄ rénū illi⁹ téstis est de⁹ ꝛ cordis illius scrutátor ē vérus: ꝛ lingue eius auditor. Qm̄ spūs dn̄i repléuit orbē terraꝝ: ꝛ hoc qđ cóntinet oīa sciaz hȝ vocis. Propter hoc q lóquit̄ iníqua non pōt latére: nec preteriet illū córripiēs iudiciū. C In cogitationibus eniz ímpij interrogátio erit: sermonū aūt illius tradítio ad deum véniet: ꝛ ad correptiōnē íniquitatū illi⁹. Qm̄ áuris zeli áudit omnia: ꝛ tumúltus murmurationū non abscondétur. Custodíte ergo vos a murmuratióne que nihil pródest: ꝛ a detractióne párcite lingue. Qm̄ sermo obscúrus in vácuum nō ibit: [c] os aūt qđ mentitur occidit animā. Nolite zeláre mortē in erróre vite vestre: neqȝ acquirátis perditiónē in opéribus mánuum vestraruz. D Qm̄ deus mortē nō fecit: nec letátur in perditióne viuorū. Creáuit eniz vt essent óia ꝛ sanábiles fecit natiónes órbis terrarū: ꝛ non est in illis medicaméntum extermínij: nec inferórū regnū in terra. Iustítia enim perpétua est ꝛ immortális: iniustitia autē mortis acquisítio. Impij aūt mánibus ꝛ verbis accersiérunt illā: ꝛ estimántes illaz amicā defluxérunt: ꝛ sponsiónes posuérunt ad illam: qm̄ morte digni sunt qui sunt ex parte illius.

bar.4.d. 1 d pe.di. .ca.super ribus.

b 1.q.1.ca. p esai. q.3.ca sal uator. 24.q.3.ca. de illis. de pe.di.3 ca.quō. d ꝯse.di.4 ca.offēdit 1 ca. qño.

c 22.q.5.c nec artifi cabiter. ca.si quo ad se. q.5 c.iura mēta.

Infra.15.b

¶ Capituli Summarium. ¶ De impiorum cogitationibus: de consilio iudeorum aduersus christum. ¶ II

A Dixérunt eni impij cogitantes apud se nō recte. Exiguū ꝛ cuz tédio est tēpus vite nostre ꝛ nō est refrigériū in fine hominis ꝛ nō est qui ágnitus sit reuérsus ab ínferis. Quia ex nihilo nati sumus: ꝛ post hoc érimus tanqȝ nō fuérimus. Qm̄ fumus afflátus est in náribus nostris: ꝛ sermo scintille ad commouénduȝ cor nr̄m. Quia extínctus cinis erit corp⁹ nr̄m: ꝛ spūs diffundét̄ táqȝ móllis áer. Et trāsibit vita nr̄a tanqȝ vestigiū núbis: ꝛ sicut nébula dissoluét̄ que fugáta est a rádijs solis: ꝛ a calóre illius aggrauáta. Et nomē nr̄m obliuiónē accipiet p tps: ꝛ nemo memoriā habēbit óperū nostrorū. B Umbre eni tránsitus est tps nr̄m: ꝛ nō ē reuérsio finis nr̄i: qm̄ ꝯsignáta ē ꝛ nemo reuértit̄. [a] Venite ergo ꝛ fruámur bonis que sunt: ꝛ vtámur creatura táqȝ in iuuētute celériter. Vino pcióso ꝛ vnguētis nos ipleámus: ꝛ nō ptéreat nos flos tpis. Coronēm⁹ nos rosis anteqȝ marcescát: nullū prátū sit qđ nō ptráseat luxúria nr̄a. Nemo+ nr̄m exórs sit luxúrie nr̄e. Ubi relinqm⁹ signa letitie: qm̄ hec ē ps nr̄a ꝛ hec est sors nr̄a. Opprimám⁹ páuperē iustū: ꝛ nō parcám⁹ vidue nec + veteráno: nec reuereámur cános mlti tpis. Sit aūt fortitúdo nr̄a lex iniustitie. Qđ eni ifirmū ē: inútile inuenit̄. C Circūueniám⁹ ergo iustū: qm̄ inútilis ē nobis ꝛ cōtrárius est opib⁹ nr̄is ꝛ ipróperat nobis pctā legis: ꝛ diffámat in nos pctā disciplíne nr̄e. Promíttit se sciētiā dei habére: ꝛ filiū dei se noīat. Factus est nobis in traductiónē cogitatiónū nr̄arū. Grauis ē nobis etiā ad vidéndū: quóniā dissímilis ē alijs vita illi⁹: ꝛ+ imutáte sūt vie ei⁹. Táqȝ nugáces estimáti sum⁹ ab illo: ꝛ ábstinet se a vijs nr̄is táqȝ ab imūdicijs: ꝛ pfert nouíssima iustóꝝ: ꝛ gloriát̄ patrē se habere deū. D Videámus ergo si sermones illius veri sint: ꝛ tentēm⁹ q̄ vétura sūt illi: ꝛ sciémus q̄ erūt nouíssima illius. Si eni ē ver⁹ fili⁹ dei suscipiet illū: ꝛ liberábit illū

a d pe.di. 2.ca.si enī di.3.ca.in lantium Esa.56.d.

al.+ nr̄m

al.+ vete rani reue reamur

al.+ i ve niate

Math.27.e

de mánibus contrarióꝛum. Contumélia ⁊ toꝛ
ménto íterrogémus eū: vt ſciámus reuerén
tiam eius: ⁊ probémus patiéntiā illius. Moꝛ
te turpiſſima cōdemnémus eum. Erit enim
al. nō hēt + ei reſpéctus ex ſermónib⁹ illius. Hec cogi
+ ei tauérunt ⁊ errauérūt: excecáuit eniȝ illos ma
lícia eoꝝ. Et neſciérunt ſacraménta dei: neqȝ
Ge.i.d.⁊ mercédem ſperauérunt iuſticie nec iudicaue
5.a. runt honóꝛem animaꝝ ſanctaꝝ. // Quoniā de
Ecc.17.a. us creáuit hómineȝ inexterminábilem: ⁊ ad
imáginem ſimilitúdinis ſue fecit illum. Inuídia
aūt dyáboli moꝛs introiuit in oꝛbē terráruȝ.
Imitántur autem illuȝ qui ſunt ex parte illi⁹.

¶ Ca. Sū. ¶ De ſctis martyribus: de pmijs
impioꝝ: de felicitate virgínum. ¶ III.

A Iuſtóꝝ aūt anime in manu dei
ſunt: ⁊ non tánget illos toꝛmén
tum moꝛtis. Uiſi ſunt oculis in
ſipiéntium moꝛi: ⁊ eſtimáta eſt
afflictio éxitus illoꝝ. Et ab iti
nere iuſto abiérunt in extermí
nium: ⁊ qd̄ a nobis eſt íter extermínij: illi au
tem ſunt in pace. Et ſi coꝛam hominibus toꝛ
menta paſſi ſunt: ſpes illoꝝ immoꝛtalitate ple
na eſt. In páucis vexáti: i multis bn̄ diſponén
B tur: qm̄ deus temptáuit eos ⁊ inuénit illos di
al. + ho gnos ſe. Tanq̄ȝ áurum in foꝛnáce pbáuit il
locauſta los: ⁊ quaſi + holocáuſti hóſtiaȝ accépit illos:
hoſtie ⁊ in tpe erit reſpéctus illoꝝ // Fulgébunt iu
Mat.13.f. ſti ⁊ tanq̄ȝ ſcintille in arūdinéto diſcúrrent.
Judicábunt natiónes ⁊ dominabúntur pópu
lis: ⁊ regnábit dn̄s illoꝝ imppétuū. Qui con
al. + illuȝ fidunt in + illo intélligent veritatem: ⁊ fidé
les in dilectione acquiéſcent illi: quoniam do
num ⁊ pax eſt eléctis eius. Impij aūt ſm̄ que
cogitauérunt coꝛreptiónem habebunt: qui ne
glexérūt iuſtum ⁊ a dn̄o receſſérunt. Sapien
tiam enim ⁊ diſciplinam qui ábijcit infélix ē:
⁊ vácua eſt ſpes illoꝝ: ⁊ labóꝛes ſine fructu: ⁊
C inutília ópa eoꝝ. Mulíeres eoꝝ íſenſáte ſūt:
Ia.54. ⁊ nequíſſimi filij eoꝝ. // Maledicta creatura
Luc.23.d. eoꝝ: quoniaȝ félix eſt ſtérilis ⁊ in coinquináta:
Gal.4.d. que neſciuit thoꝛum in delicto. Habebit fru
ctum in reſpectióne animarum ſanctaruȝ. Et
ſpādo qui non operat⁹ eſt per manus ſuas ini
quitatem: nec cogitáuit aduerſus deū: nequiſ
Eſa.59.b. ſima. // Dábitur enim illi fidei donū eléctuȝ:
⁊ ſoꝛs in templo dei acceptíſſima. Bonoꝝ eni
laboꝛum glorioſus eſt frúctus: ⁊ que non cón
D cidat rádix ſapientie. Filij aūt adulteróꝛuȝ in
Ro.14.c.d. cōſūmatióne erunt: ⁊ ab iníquo thóꝛo ſemen
exterminábit. Et ſi quídem longe vite erunt: ⁊ ex aliis
in nihilum cōputabúntur. ⁊ ſine honóꝛe erit du.56.c.
nouiſſima ſenéctus illoꝛum. Et ſi celérius de
fúncti fúerint non habébunt ſpem: nec in die al's + na
agnitiónis allocutiónem. + Natiónes enim tionis
iníque dire ſunt + cōſummatiónis. al. + con
ſummatiōis

¶ Capituli Summarium. ¶ De caſta ge
neratione fidelium: de felicitate iuſtoꝛum: de
obitu a moꝛte pꝛeoccupati: de condēnatione i
pioꝛum ⁊ moꝛte iuſtoꝛum. ¶ IIII.

O q̄ pulchꝛa eſt cáſta generátio A
cum claritate. Immoꝛtális eſt
enim memóꝛia illius: quoniaȝ
⁊ apud deuȝ nota eſt ⁊ apud ho
mines. Cum pꝛeſens eſt imitan
tur illam: ⁊ deſiderant eam cuȝ
ſe edúxerit: ⁊ imperpétuum coꝛonáta triúm
phat: incoinquinatoꝛum certáminuȝ prémiū
víncens. Multigena autem impióꝛum multi
túdo non erit útilis: ⁊ + ſpúria vitulámina nō al. + adul
dabunt radices áltas: nec ſtábile firmamen terine pla
tum collocábunt. Et ſi in ramis in tēpoꝛe ger tationes
mináuerint infirmiter + póſita a vento com
mouebúntur: ⁊ a nimietáte ventóꝛum eradi al. + p[illegible]
cabúntur. Confringéntur enim rami incon te
ſūmáti: ⁊ fructus illoꝛuȝ inútiles ⁊ acérbi ad B
manducandum ⁊ ad nihilum ápti. Ex iníquis
enim omnes filij qui naſcuntur: teſtes ſunt ne
quítie aduerſus paréntes in interrogatióne
ſua. Juſtus auteȝ ſi moꝛte pꝛeoccupátus fúerit:
in refrigerio erit. Senéctus enim venerábilis
eſt: non diutúrna: neqȝ annoꝛum número cō
putáta.[a] Cáni autem ſunt ſénſus hóminis. et a diſt.54.
etas ſenectútis vita immaculáta. // Plácens ca. pꝛeſ[illegible]
deo factus dilectus ⁊ víuens ínter peccatoꝛes C
tranſlátus eſt.[b] Ráptus eſt ne malícia mutá Heb.11.d.
ret intelléctuȝ eius: aut ne fíctio decíperet ání li. de pe.
mam illius. Faſcinátio enim nugacitátis ob di.4. ca. i
ſcúrat bona: ⁊ inconſtántia cōcupiſcéntie trāſ ex bono
uértit ſénſum ſine malicia. Conſummátus in & ca.ſeq.
bꝛéui expléuit tempoꝛa multa. Plácita enim
erat deo anima illius: pꝛopter hoc pꝛoperáuit
edúcere illum de medio iniquitatum. Popu
li autem videntes ⁊ non intelligéntes nec po
nentes in pꝛecóꝛdijs talia: quoniam gratia dei
⁊ miſericoꝛdia eſt in ſanctos eius ⁊ reſpectus
ſuper eléctos illius. Condémnat autem iuſt⁹
moꝛtuus víuos impios: ⁊ iuuéntus celérius
conſummáta longam vitaȝ iniuſti. Uidébūt
enim finem ſapiéntis: ⁊ non intélligent quid
cogitáuerit de illo de⁹: ⁊ quare minúerit illuȝ

dominus. Videbũt eniꝫ ꝛ cõtẽnnẽt eũ: illos
aũt deus irridebit. Et erũt poſt hec decidẽ-
tes ſine honóre ꝛ ꝯtumélia inter mortuos im
perpétuum. Qm̃ dirúmpet illos inflátos ſi-
ne voce: ꝛ cõmouébit illos a fundaméntis: ꝛ
vſq; ad ſuprémũ deſolabũt. Et erũt gemén-
al. ꝛ bis tes: ꝛ memoria illoꝝ ✝ períet. Veniẽt in cogi
tatiõe peccatoꝝ ſuoꝝ tímidi: ꝛ tradúcẽt illos
ex aduerſo iniquitátes ipſorum.

¶ Ca. Sũ. ¶ De conſtãtia iuſtorum contra perſecutores ſuos: de pnĩa ꝛ gemitu perſecutoꝝ: de ſpe impij tranſitoria: de beatitudine ꝛ gloria ſanctorum: de armatura Chriſti ad iudicium.

CV.

A Tunc ſtábunt iuſti in magna cõ
ſtántia aduerſus eos qui ſe an-
guſtiauérũt: ꝛ qui abſtulérunt
labóres eoꝝ. Videntes turba-
bũt timóre horríbili: ꝛ mira-
bũt in ſubitatióne iſperáte ſa
al. ✝ dicẽtes. lútis geméntes pre angúſtia ſpũs ✝ dicẽt ✝ in-
al. ✝ inter tra ſe: penitẽtiã agẽtes ꝛ pre angúſtia ſpũs ge
al. ✝ deriſum ꝛ ſimilitudinẽ. méntes. Hi ſunt quos habúimus aliquando
in ✝ deriſum ꝛ in ſimilitúdinẽ impropérij:
nos inſenſáti vitã illoꝝ eſtimabámus inſáni
al. ✝ quo ergo. am: ꝛ finẽ illoꝝ ſine honóre. ✝ Ecce quó com
putáti ſunt inter filios dei: ꝛ inter ſcõs ſors il-
loꝝ eſt. Ergo erráuimus a via veritátis: ꝛ iu-
ſtítie lúmen non lúxit nobis: ꝛ ſol intelligẽ
tie non eſt ortus nobis. Laſſáti ſúmus in via
iniquitátis ꝛ perditiónis: ꝛ ambuláuimus vi
as difficiles: viã aũt dñi ignoráuimus. Quid
B nobis prófuit ſupérbia: aut diuitiáꝝ iactántia
quid cóntulit nobis? Tráſiérũt oĩa illa tanq̃
úmbra: ꝛ tãq̃ núncius ꝑcurrẽs. Et tanq̃ na-
uis que ptránſit fluctuántẽ aquã: cuiꝰ cũ pre
terierit nõ eſt veſtigiũ inuenire: neq; ſémitã
carine illius in fluctibꝰ. Aut auis que tránſuo
lat in áere: cuius nullũ inuenitur argumentũ
itineris illius: ſed tm̃ ſónitus alaꝝ vérberãs
al. ✝ aera. leuẽ vẽtũ: ꝛ ſcindẽs per vim itineris ✝ áerẽ
cómotis ális tráſuoláuit: ꝛ poſt hoc nullũ ſi-
C gnũ inuenitur itineris illius. Aut tãq̃ ſagitta
emiſſa in locũ deſtinátũ: diuiſus áer cõtinuo
in ſe reclúſus eſt vt ignoreẽt tránſitus illius.
Sic ꝛ nos nati cõtinuo deſinimus eẽ: ꝛ ṽtutis
quidẽ nullũ ſignũ valúimus oſténdere: in ma
lignitáte aũt nr̃a ꝯſumpti ſumus. Talia dixé-
rũt in inferno hi qui peccauérũt: quóniã ſpes
Prouer. 11. a impij tãq̃ lanúgo eſt que a vẽto tollit: ꝛ tãq̃
ſpúma grácilis que a ꝓcélla diſpérgit: ꝛ tãq̃
fúmus qui a vento diffúſus eſt: ꝛ tanq̃ me-
mória hoſpitis vnius diei ꝑtereuntis. Iuſti
aũt imperpetuũ viuent: ꝛ apud dñm eſt mer
ces eoꝝ: ꝛ cogitátio illoꝝ apud altiſſimũ. Jõ
accipiẽt regnũ decóris ꝛ dyadéma ✝ ſpẽi de al. ✝ ſpẽi. al. ✝ dei.
manu ✝ dñi: qm̃ dextera ſua téget eos: ꝛ i brá al. nõ est
chio ✝ ſancto ſuo defendet illos. Et accipiet ✝ ſctõ.
armatúrã zélus illius: ꝛ armábit creatúram D
ad vltionẽ inimicoꝝ. Induet pro thoráce iu-
ſtitiã: ꝛ accipiet pro gálea iudiciũ ✝ certum. al. ✝ rectũ
Súmet ſcutũ inexpugnabile equitátẽ: ácuet
aũt dirã irã in lánceã: ꝛ pugnábit cũ illo or-
bis terrarum contra inſenſátos. Ibũt dirécte
emiſſiones fulguꝛ ꝛ tanq̃ ✝ a bene curuáto al. ✝ habe na.
árcu núbiũ exterminabũt: ꝛ ad certũ locũ al. ✝ habene
inſiliẽt. Et a petróſa ira plene mittẽt grándi
nes: ꝛ ✝ ſcandéſcet in illos aqua máris: ꝛ flu- al. ✝ candeſcẽt.
mina concúrrẽt dúriter. Cõtra illos ſtábit ſpi
ritus virtutis: ꝛ tãq̃ turbo vẽti diuidet illos:
ꝛ ad erémũ ꝑdúcet oẽm terram iniqtátis il- al. ✝ iniq tas.
lóꝝ: ꝛ malígnitas euertet ſedes poténtium.

¶ Ca. Sũ. ¶ De iudicibus iudicãdis a dño ꝛ tormentãdis potẽtibus: reges hortat ad concupiſcẽdã ſapientiã que ſe offert feliciter querentibus eam.

CVI.

Melior eſt ſapiẽ q̃ vires: ꝛ vir A
prudẽs q̃ fortis. Audite ergo Eccle. 9. d
reges ꝛ intelligite: diſcite iudi
ces finiũ terre. Prebéte áures
vos qui cõtinetis multitudĩes
ꝛ placẽtis vobis in túrbis na-
tiónũ: qm̃ data eſt a dño ptãs vobis: ꝛ virtus Ro. 13. a
ab altíſſimo: qui interrogábit opa veſtra ꝛ co
gitatiónes ſcrutabit: qm̃ cũ eſſẽtis miniſtri re
gni illius: nõ recte iudicáſtis: nec cuſtodiſtis
legem iuſtitie: neq; ſꝫ voluntatẽ dei ambulá-
ſtis. Horrẽnde ꝛ cito apparébit vobis: qm̃ iu-
dicium duriſſimũ in his qui preſunt: fiet. a Exi- a Sap. i. c. precipue.
guo eni cõcẽdit miſericordia: poténtes auteꝫ al. nõ hꝫ ✝ q ẽ oium dñator.
potẽnter tormẽta patient. Nõ enim ſubtra-
het pſonã cuiuſq̃ deus qui eſt oium dñator:
nec verébit magnitudinẽ cuiuſq̃: qm̃ puſillũ
ꝛ magnum ipſe fecit: ꝛ equaliter eſt illi cura
de oibus. Fortióribus auteꝫ fortior inſtat cru- B
ciátio. Ad vos ergo reges ſunt hi ſermónes
mei: vt diſcátis ſapientiã ꝛ ne excidátis. Qui
enim cuſtodierint iuſtitiam iuſte iudicabún-
tur: ꝛ qui didicerint iuſta: inuénient quid re-
ſpondeant. Concupiſcite ergo ſermones me-
os ꝛ diligite illos: ꝛ habébitis diſciplinã. Cla
ra eſt ꝛ que nunq̃ marceſcit ſapiẽtia: ꝛ fácile

videtur ab his qui diligunt eam: ⁊ inuenitur
ab his qui querunt illam. Preoccupat qui ſe
C concupiſcunt: vt illis ſe prior oſtendat. Qui de
luce vigilauerit ad illam non laborabit: aſſi-
dentem enim illam foribus ſuis inueniet. Co-
gitare ergo de illa ſenſus eſt conſumatus: ⁊ q
vigilauerit propter illam: cito erit ſecurus.
Quoniam dignos ſe circuit ipſa querens: ⁊
in vijs ſuis oſtẽdet ſe illis hilariter ⁊ in omni
al' + pru-dentia. +prouidentia occurret illis. Initium enim il-
lius veriſſime eſt diſcipline cõcupiſcentia. Cu-
ra ergo diſcipline dilectio eſt: ⁊ dilectio cu-
ſtodia legum illius eſt. Cuſtoditio autẽ legũ
cõſumatio incorruptionis eſt: incorruptio au-
tem facit eſſe proximum deo. Concupiſcentia
itaq; ſapientie deducit ad regnum perpetuũ.
D Si ergo delectamini+ſedibus ⁊ ſceptris o re-
al'+ſenſi-bus ⁊ ſte-matibus. ges populi: diligite ſapientiam vt imperpetuũ
regnetis. Diligite lumen ſapiẽtie omnes qui
preeſtis populis. Quid eſt autem ſapientia: ⁊
quemadmodum facta ſit referam ⁊ non ab-
ſcondam vobis ſacramẽta dei: ſed ab initio na-
tiuitatis inueſtigabo: ⁊ ponam in lucem ſcien-
tiam illius: ⁊ non preteribo veritatem: neq;
cum inuidia tabeſcente iter habebo: quoniã
talis homo non erit particeps ſapientie. Mul-
titudo autem ſapientium: ſanitas eſt orbis ter-
rarum. Et rex ſapiens: populi ſtabilimẽtũ eſt.
¶ Ca. Sũ. ¶ Hortando alios ad diſciplinã:
ſe ponit in exemplum dicens. Optaui ⁊ datus
eſt mihi ſenſus: ⁊ laudat ſapientiam homini-
bus preferendam: q̈ ſpiritus ſapiẽtie ſit mul-
tiplex ⁊ vnicus: ⁊ q̈ ſapientia ſit candor lucis
eterne: ⁊ imago dei patris. ¶ VII

A Ergo accipite diſciplinã p̄ ſer-
mones meos: ⁊ proderit vobis.
al' + hol-bus. Sum quidem ego mortalis ho-
al'+terre-ni. mo ſimilis+omnibus: ⁊ ex ge-
al'+terre. nere+terreno illius q prior fa-
ctus eſt: ⁊ in ventre matris figu-
al'+ ſõnij ratus ſum caro: decẽ menſiũ tempore coagu-
latus ſum in ſanguine: ex ſemine hominis ⁊
delectamento ſomni conueniente. Et ego na-
tus accepi cõmunem aerem: ⁊ in ſimiliter fa-
ctam decidi terrã: ⁊ p̄mam vocem ſimilem
oĩbus emiſi plorans. In inuolumentis nutri-
tus ſum: ⁊ magnis curis. Nemo enim ex regi-
bus aliud habuit natiuitatis initiũ. Unus er-
go introitus eſt omnibus ad vitam: ⁊ ſimilis
exitus. Propter hoc optaui ⁊ datus eſt mihi
ſenſus: ⁊ inuocaui: ⁊ venit in me ſpiritus ſapi-
entie. Et prepoſui illã regnis ⁊ ſedibus: ⁊ di-
uitias nihil eſſe dixi in comparatione illius.
Nec comparaui illi lapidem precioſũ: quo- Job. 28
niam omne aurum in[a] comparatione illius I. gal.
arena eſt exigua: ⁊ tanquam lutum eſtimabi- a dicitur ecce.
tur argentum in conſpectu illius. Super ſalu- B
tem ⁊ ſpeciem dilexi illam: ⁊ propoſui pro lu- 26. q. 2. c. q ſunt
ce habere illam: quoniã inextinguibile eſt lu-
men illius. Uenerunt autem mihi omnia bo-
na pariter cum illa: ⁊ innumerabilis hone-
ſtas per manus illius: ⁊ letatus ſum in omni-
bus quoniam antecedebat me iſta ſapientia:
⁊ ignorabam quoniam bonorum omniũ ma-
ter eſt. Quam ſine fictione didici: ⁊ ſine inui-
dia communico: ⁊ honeſtatem illius non ab-
ſcondo. Infinitus enim theſaurus eſt homin i-
bus: quo qui vſi ſunt participes facti ſunt am i-
cicie dei: propter diſcipline dona commendã-
ti. Mihi autem dedit deus dicere ex ſenten-
tia ⁊ preſumere digna horum que mihi dan-
tur: quoniam ipſe ſapientie dux eſt: ⁊ ſapiẽti-
um emendator. In manu enim illius ⁊ nos ⁊
ſermones noſtri: ⁊ omnis ſapientia: ⁊ operũ
ſcientie diſciplina. Ipſe enim dedit mihi ho- C
rum que ſunt ſcientiam veram: vt ſciam di-
ſpoſitionem orbis terrarum ⁊ virtutes elemẽ-
torum: initium ⁊ conſumationem ⁊ medietã-
tem temporum viciſſitudinũ permutationes:
⁊ conſumationes temporum: ⁊ morum muta-
tiones: diuiſiones temporum: anni curſus ⁊
ſtellarum diſpoſitiones: naturas animaliũ:
⁊ iras beſtiarum: vim ventorum: ⁊ cogitatio-
nes hominum: differentias+virgultorum: ⁊ al'+arbo-rum.
virtutes radicum: ⁊ quecunq; ſunt+abſcon- al'+ab-dita.
ſa ⁊ improuiſa didici. Omnium enim artifex
docuit me ſapientia. Eſt enim in illa ſpiritus
intelligentie ſanctus: vnicus: multiplex: ſub- al'+ac...
tilis: diſertus: mobilis incoinquinatus: certus: al'+a...
ſuauis: amans bonum: acutus: qui+nihil ve-
tat benefacere: humanus: benignus: ſtabilis: al'+nolũ
certus: ſecurus: omnem habens virtutem:
omnia proſpiciens: ⁊ qui capiat omnes ſpiri-
tus intelligibiles+mundus+ſubtiis. Omni- al'+mun-dos.
bus enim mobilibus mobilior eſt ſapientia. al'+ſubti-les.
Attingit autem vbiq; propter ſuam mundi-
ciam. Uapor eſt enim virtutis dei: ⁊ emanã- D
tio quedã eſt claritatis omnipotentis dei ſin-
cera: ⁊ ideo nihil inquinatum in eam incur- b decli-natur ſi-ne.
rit[b]. Candor eſt enim lucis eterne: ⁊ ſpecu-
lum ſine macula dei maieſtatis: ⁊ imago bo- de pen. di. i. c. qm
nitatis illius. Et cum ſit vna: omnia poteſt: aurum.

τ in ſe permanens:omnia innouat: τ per na-
tiones in animas ſanctas ſe trāſfert. Amicos
dei τ prophetas conſtituit. Neminem enim di
ligit deus:niſi eum qui cum ſapiētia inhabi-
tat.Eſt enim hec ſpecioſior ſole:τ ſup omnem
diſpoſitionem ſtellarū:luci comparata inueni
al+ pu-rior. tur + prior.Illi+ſuccedit nox.
al+enim. ¶ Capituli Summarium. ¶ De ſapientia
que fortiter τ ſuauiter diſponit omnia: de ipſa
quoqꝫ concupiſcenda:q2 per ipſam habentur
omnia bona. ¶ VIII

A Sapientiam aūt non vincit ma-
litia. Attingit ergo a fine vſqꝫ
ad finē fortiter: τ diſponit oīa
ſuauiter.Hanc amaui τ exquiſi
ui eā a iuuentute mea:τ queſi
ui ſponſam mihi eam aſſume-
re:τ amator factus ſum forme illius. Gene-
roſitatem illius glorificat contubernium ha-
bens dei; ſed τ omnium dominus dilexit il-
lam. Doctrix enim eſt diſcipline dei: τ ele-
ctrix operum illius. Et ſi diuitie appetuntur
in vita:quid ſapientia locupletius que opera
tur omnia.Si autē ſenſus operatur: quis ho-
rum que ſunt magis ꝙ̄ illa eſt artifex. Et ſi iu
ſtitiā quis diligit:labores huius magnas ha-
B bent vꝛtutes. Sobrietatem enim τ+prudentiā
al+ſapiā docet τ iuſtitiā τ vꝛtutem:qbus vtilius nihil
al+ſimilitudinem eſt in vita hominibus.Et+ſi multitudinē ſcie-
tie deſiderat quis:ſcit ꝑterita τ de futuris eſti
al+diſponentes. mat.ſcit vꝛſutias ſermonum τ +diſſolutiones
argumentorum: ſigna τ monſtra ſcit ante-
quam fiant: τ euentus temporum τ ſeculo-
rum. Propoſui ergo hanc adducere mihi ad
conuiuandum ſciens quoniam mecum com
municabit de bonis: τ erit allocutio cogi-
tationis τ tedij mei. Habebo propter hanc
claritatem ad turbas: τ honorem apud ſe-
niores. Iuuenis et acutus inueniar in iudi-
al+ amabilis cio: τ in conſpectu potentium+ammirabilis
ero:τ facies principū mirabunt me.Tacen-
tem me ſuſtinebunt:loquentē me reſpiciēt: τ
ſermocinante me plura:manus ori ſuo ſpo-
al+ggea. nent+Preterea habebo p hanc īmortalitatē:
τ memoriam eternam his qui poſt me futuri
ſunt relinquā.Diſponā populos: τ nationes
al+ſubiecte. mihi erunt+ſubdite.Timebunt me audien-
tes reges horrendi: τ in multitudine videbor
bonus τ in bello fortis.Intrans in domū meā
conquieſcam cum illa.Non enim hꝫ amari-
tudinem conuerſatio illius:nec tedium con-
uictus illius:ſed leticiam τ gaudium.Hec co D
gitans apud me:τ commemorans in corde meo al+ immortalitas.
qm̄+immortalis eſt in cogitatione+ſapiētia τ al+ſapiē
amicitia illius delectatio bona:τ in operibus
manuū illius honeſtas ſine defectione: τ in cer
tamine loquele illius ſapiā: τ preclaritas in
cōicatione ſermonum ipſius.circuibā q̄rens
vt mihi illā aſſumerē.Puer autem eram in-
genioſus:τ ſortitus ſum animā bonā.Et cum
eſſem magis bonus:veni ad corpus in coinq-
natum.Et vt ſciui.qm̄ aliter non poſſem eſſe
continēs niſi deus det: τ hoc ipſum+erat ſum al+ erat ſapientie.
ma ſapientia.ſcire cuius eſſet hoc donum adij
dominū τ deprecatus ſum illum:τ dixi ex to-
tis precordijs meis.
¶ Ca.Sū.¶ Oratio ſalomonis pro habenda
ſapientia quam dicit impoſſibile haberi niſi
per deum. ¶ IX A

Deus patrum meorū τ dn̄e mi-
ſericordie q feciſti omnia ver-
bo tuo.τ ſapientia tua cōſtitui-
ſti hominem vt dominaretur
creature que a te facta eſt:vt di
ſponat orbem terrarum in equi
tate τ iuſtitia.τ in directione cordis iudiciū
iudicet:da mihi ſedium tuarum aſſiſtricē ſa
pientiam:τ noli me reprobare a pueris tuis.
qm̄ ſeruus tuus ſum ego. τ filius ancille tue: pā.11ꝫ.
homo infirmus τ exigui temporis τ minor ad B
intellectum iudicij τ legum.Et ſi quis erit cō
ſumatus inter filios hominum:ſi+fugerit ab al+ auſugerit
illo ſapientia tua.in nihilum computabitur. al+abfuerit.
Tu autem elegiſti me regē populo tuo.τ iu-
dicem filiorum tuorum τ filiarum. Et dixiſti 1.par.18.c 2.par.1.b
me edificare templum in monte ſancto tuo: als nō hꝫ +me
τ in ciuitate habitationis tue altare:ſimilitu als nō hꝫ +tua
dinem tabernaculi ſancti tui quod preparaſti
ab initio:τ tecū ſapientia+tua que nouit ope puer.3.c.
ra tua:que τ affuit tunc cum orbem terrarū
faceres:τ ſciebat quid eſſet placitum oculis
tuis:τ quid directum in preceptis tuis.Mit-
te illam de celis ſanctis tuis:τ a ſede+magni- C
tudinis tue:vt mecum ſit τ mecum laboret. al+maieſtatis.
vt ſciam quid acceptum ſit apud te. Sicut enī
illa omnia τ intelligit:τ deducet me in operi-
bus meis ſobrie:τ cuſtodiet me in ſua poten-
tia. Et erunt accepta opera mea: τ diſpo-
nam populum tuum iuſte: τ ero dignus ſe-
dium patris mei.Quis enim hominum po- Eſa.40.d.
terit ſcire conſilium dei? Aut quis pote- Ro.11.d.
rit cogitare quid velit deus? Cogitationes

enĩ mortáliũ tímide: ⁊ incérte ꝓuidéntie no
ſtre. Corpus enĩ qḋ corrúmpitur ággrauat aní
mam: ⁊ terréna inhabitátio déprimit ſenſũ
D multa cogitánté. Et difficile eſtimámus que
in terra ſunt: ⁊ que in conſpéctu ſunt inueni
mus cũ labore. Que in celis ſunt aũt: quis in
ueſtigabit? Senſũ aũt tuũ: quis ſciet niſi tu dé
als + ani deris ſapiám: + ⁊ miſeris ſpũm ſanctũ tuũ
de altiſſimis: ⁊ ſi corrécte ſint ſémite eoꝝ qui
ſunt in térris: ⁊ que tibi placét didicerint ho
mines. Nam per ſapientiam ſanati ſunt quí
cúnqꝫ placuérũt tibi dómine a princípio.

¶ Ca. Sũ. ¶ Cõmendatur ſapiá a ſeruatione iuſtorũ: videlicet Adam Noe Abraã Jacob ⁊ Joſeph: a liberatione filiorũ iſrael: ab egyptijs: ⁊ ſanctoꝝ a perſecutoribꝰ ſuis. ¶ X.

A Hec illũ qui primus formátus
eſt a deo pater orbis terrarũ cũ
ſolus éſſet creatus cuſtodiuit:
⁊ edúxit illũ a delicto ſuo. Et
Ge.1.f. edúxit illum de limo terre: ⁊
dedit illi virtútem continéndi
oĩa. Ab hac vt recéſſit iniúſtus in ira ſua: per
Ge.2.b. irã homicidij fratérnitas deperijt. Propter
Ge.4.b. Ge.7.d. qḋ cum aqua deléret terrã: ſanáuit iteꝝ ſapiá
Ge.11.d. per cõtéptibile lignũ iuſtũ gubérnãs. Hec ⁊
als + nequitie in ꝯſenſu + ſupérbie cũ ſe natiões extuliſſent
Ge.19.c. ſciuit iuſtũ: ⁊ cõſeruáuit ſine queréla deo: ⁊ in
B filijs miam forté cuſtodiuit. Hec iuſtũ a pere
úntibus ímpijs liberáuit fugiéntẽ: deſcẽdénte
igne in pentápolim: quibus in teſtimóniũ neq
tie fumigabúnda cónſtat deſérta terra: ⁊ ĩ cer
to tpe frúctus hñtes árbores: ⁊ incredíbilis
ánime memória ſtãs figméntũ ſalis. Sapien
tiam enim pretereúntes non tñ in hoc lapſi
ſunt vt ignorárent bona: ſed ⁊ inſipiéntie ſue
reliquérunt homínibus memóriam: vt in his
que peccauérunt: nec latére potuiſſent. Sapi
entia aũt hos qui ſe obſéruant a dolóribus li
Ge.28.b. berábit. Hec aũt prófugũ ire fratris iuſtũ de
dúxit per vias rectas: ⁊ oſténdit illi regnum
dei: ⁊ dedit illi ſcientiã ſanctoꝝ: honeſtauit il
lum in labóribus ⁊ compleuit labóres illius.
In fráude circũuenientiũ illũ áffuit illi: ⁊ ho
néſtum fecit illũ. Cuſtodiuit illũ ab inimicis
⁊ a ſeductóribus tutáuit illũ. Et certámen for
te dédit illi vt vínceret: ⁊ ſciret qm̃ ómnipo
téntior eſt ſapientia. Hec vénditũ iuſtũ non de
reliquit: ſed a peccatoribus liberáuit eũ. De
ſcenditqꝫ cum illo in fóueã: ⁊ in vinculis nõ
dereliquit illum: dónec afférret illi ſceptrum
regni: ⁊ poténtiam aduérſus eos qui eum de
primebant: ⁊ mendáces oſténdit qui macula
uérunt illum. Et dedit illi claritátẽ etérnam.
Hec populũ iuſtum ⁊ ſemen ſine queréla libe Exo.1.c.
ráuit a natiónibus que illum + deprimébãt. al. + cõprimebant.
Intráuit in animam ſerui + dei: ⁊ ſtetit cõtra als + op primebat
réges horréndos in porténtis ⁊ ſignis. Et réd D
didit iúſtis mercédem labórum ſuorum: ⁊ de als + tui.
dúxit illos in via mirábili: ⁊ fuit illis in vela Exo.14.d.
ménto diei: ⁊ in luce ſtellarum per noctem. Et de renũ. ca. nũ.
tránſtulit illos per mare rubrum: ⁊ tranſuéxit
illos per aquam nímiam. Inimícos autem il
lorum demérſit in mare: ⁊ ab altitúdine infe
rórũ edúxit illos[a]. Ideo iuſti tulérunt ſpolia a 23. q.2. ca. 1. § c. quẽadmodũ ſi. nec de.
ĩpioꝝ: ⁊ decãtauérũt dómine nomen ſanctum
tuum: ⁊ victrícem manum tuam laudaué vel vo. relarum.
runt páriter. Quoniã ſapiẽtia apéruit os mu al. + laudauerunt.
tórum: ⁊ línguas infántium + fecit diſértas.

¶ Ca. Sũ. ¶ De miraculis factis pro iſrael: de penis vltricibus in delinquentes: de multa potentia dei: ⁊ de miſericordia dei. ¶ XI

Direxit ópera eorum in manibꝰ A
prophete ſancti. Iter fecérunt p
deſérta que nõ habitabántur:
⁊ in locis deſértis fecérunt cá
ſas. Stetérunt cõtra hóſtes: ⁊ Exo.17.c.
de inimícis ſe vindicauérunt.
Sitiérunt ⁊ inuocauérunt te: ⁊ data eſt illis
aqua de petra altiſſima: ⁊ réquies ſitis de lápi
de dúro. Per que enĩ pénas paſſi ſunt inimi
ci illorum: a defectióne potus ſui in + eis cum als + eis.
abundárent filij iſraél letati ſunt. Per hec cũ
illis déeſſent bene cum illis actum eſt. Naꝫ p
fonte quidem ſempitérni flúminis humanũ B
ſanguiné dediſti iniúſtis. Qui cũ minuerén
tur in traductióne infántiũ occiſorũ dediſti
illis abundántem áquam inſperáte: oſtẽdẽs
per ſitim que tunc fuit quemadmodum tuos
exaltares: ⁊ aduerſarios illorũ necáres. Cum
enim tentáti ſunt: ⁊ quidem cum miſericor
dia diſciplínam accipiéntes ſciérunt: quem
ádmodum cum ira iudicáti ímpij torménta
paterẽntur. Hos quidem tanqꝫ pater mónẽs
probáſti: illos autem tanqꝫ durus rex interró
gans ꝯdemnáſti. Abſéntes enim ⁊ preſentes
ſimr torquebãtur. Dúplex enim illos accéperat
tédium: ⁊ gémitus cum memoria pteritoꝝ.
Cum enim audírent per ſua torménta bene ſe
cum ági cõmemoráti ſunt dñm admirántes C
in finẽ éxitus. Quẽ enĩ in expoſitióne práua
proiéctũ deriſérunt: in finem euéntus miráti

ſunt. Non ſiſi iuſtis faciens: pro cogitationi-
bus aũt inſenſatis iniquitates illoꝝ. Qđ qui-
dam errantes colebant+ mutos ſerpentes ⁊
beſtias ſuperuacuas: imiſiſti illis multitudi-
nem multoꝝ animaliũ in vindictã: vt ſcirẽt:
q: per que peccat quis: per hec ⁊ torquet. Non
enim impoſſibilis erat omnipo manus tua que
creauit orbẽ terraꝝ ex materia inuiſa immitte
re illis multitudinem vrſoꝝ aut audaces leo
nes aut noui generis ira plenas ⁊ ignotas be
ſtias: aut vaporem +igneũ ſpirantes: aut fumi
odorem proferentes: aut horrendas ab oculis
ſcintillas emittentes: quarũ non ſolũ leſura
poterat illos exterminare: ſed ⁊ aſpectus per
timorẽ occidere[a]. Nã ⁊ ſine his vno ſpũ pote
rant occidi perſecutionẽ paſſi ab ipſis factis
ſuis ⁊+diſperſi per ſpm̃ virtutis tue. Sed oĩa
in menſura ⁊ numero ⁊ pondere diſpoſuiſti.
Multũ enim valere tibi ſoli ſuperat ſemp: ⁊
virtuti brachij tui qs reſiſtet? Qm̃ tanq̃ mo-
mentũ ſtatere: ſic eſt ante te orbis terrarũ: ⁊
tanq̃ gutta roris antelucani qui deſcendit in
terrã.+ Et miſereris oĩum+ q: oĩa potes: ⁊
diſſimulas pctã hoĩum ppter pnĩaz.[b] Diligis
enim oĩa q̃ ſunt: ⁊ nihil odiſti eoꝝ q̃ feciſti.
Nec eni odiens aliquid ↄſtituiſti: aut feciſti.
Quõ aũt poſſet aliquid permanere niſi tu vo
luiſſes? Aut qđ a te vocatum non eſſet conſer-
uaretur? Parcis autem omnibus: quoniam
tua ſunt domine qui amas animas.

¶ Ca. Sũ. ¶ De ſuauitate dei: q: corripit et
monet peccantes: de tranquillitate domini in
iudicio ⁊ q dat locũ penitentie: ⁊ q ad diſci-
plinam boni flagellantur. ¶ XII

A
O q̃ bonus ⁊ ſuauis eſt dñe ſpũs
tuus in+ omnibus. Ideoq: hos
q exerrant + partib⁹ corripis:
⁊ de qbus peccant ammones ⁊
alloqueris: vt relicta malicia
credãt in te dñe. Illos eniz an-
tiquos ĩhabitatores terre ſancte tue quos ex
horruiſti: qm̃ odibilia opera tibi faciebãt per
medicamina ⁊ ſacrificia iniuſta: ⁊ filioꝝ ſuo-
rũ necatores ſine miſericordia: ⁊ comeſtores
viſceꝝ hoĩuz: et deuoratores ſanguinis: ⁊ au
ctores parentes aĩaꝝ inauxiliatarũ perdere
voluiſti a medio ſacro tuo: per manus parẽ
tum noſtroꝝ: vt+ dignã pciperẽt peregrinatio
nem pueroꝝ dei: q̃ tibi oĩum carior eſt terra.
Sed ⁊ his tanquã hoĩbus pepercisti: ⁊ miſiſti
anteceſſores exercitus tui veſpas: vt illos pau

al.+ multos. — al.+ ignis — a 23.q.4. c. q peccat. — al.+ diſperſi. — al.+ Sed — al.+ qm̃ — b 24.q.3. ca. fi. in gl. de ↄſe. di. 4c. ⁊ dilit ⁊ ca. iteratur. in fi. — al.+ nob — al.+ p̃ſio — a p 30s. en. de reliquijs. ca. vnico. — al.+ digne

latim exterminarent. Non q: impotens eras B
in bello ſubijcere impios iuſtis: aut beſtijs ſe
uis: aut verbo duro ſimul exterminare: ſʒ par
tibus iudicãs dabas locum pnĩe: nõ ignorãs
qm̃ nequã eſt natio eoꝝ: ⁊ naturalis malicia
ipſoꝝ: ⁊ qm̃ nõ poterat mutari cogitatio illo
rũ imppetuũ. Semẽ enim erat maledictũ ab
initio. Nec timens aliquẽ: veniã dabo pctis
illoꝝ. Quis eniz dicet tibi: qđ feciſti? Aut qs
ſtabit cõtra iudiciũ tuũ? Aut quis in ↄſpectu
tuo veniet+ vindex iniquoꝝ hoĩuz? Aut quis
tibi imputabit: ſi perierint natiões quas tu fe
ciſti. Non eſt eni alius deus q̃ tu: cui cura eſt
de oĩbus vt oñdas quoniã nõ iniuſte iudicas
iudiciũ. Neq: rex neq: tyrãnus ĩ cõſpectu tuo
inquirent de his quos perdidiſti. Cuz ergo ſis C
iuſtus: iuſte oĩa diſponis: ipm̃ quoq: q nõ dz
puniri ↄdemnas: ⁊ exterũ eſtimas a tua ṽtu-
te. Virtus eniz tua iuſtitie initiũ eſt: ⁊ ob hoc
q oĩuz dñs es: oĩbus te parcere facis. Virtu
tem eni oſtẽdis tu: qui nõ crederis eſſe in vir
tute+ cõfirmatus: ⁊ hos qui te neſciunt in au
dacia traducis. Tu autẽ dominator virtutis:
cũ trãquillitate iudicas: ⁊ cũ magna reuerẽ-
tia diſponis nos. Subeſt enim tibi cum vo-
lueris poſſe. Docuiſti enim populum tuũ p
talia opa: qm̃ oportet iuſtum eſſe ⁊ humanũ:
⁊ bone ſpei feciſti filios tuos: + qm̃ iudicans
dans locũ in peccatis pnĩe. Si enim inimicos
ſeruoꝝ tuoꝝ ⁊ debitos morti cũ tanta cruciã
ſti attẽtione ⁊ liberaſti: dans tps ⁊ locum per
quẽ+ poſſent mutari a malicia: cũ quãta dili
gentia+ iudicaſti filios tuos: quoꝝ parentib⁹
iuramenta ⁊+ ↄuentiões dediſti bonaꝝ pmiſ-
ſionum. Cũ ergo das nobis diſciplinã inimi
cos noſtros multipliciter flagellas: vt bonita-
tem tuam cogitemus iudicantes: ⁊ cuz de bo-
nis iudicatur: ſperemus miſericordiã tuam.
Unde ⁊ illis qui in vita ſua inſenſate ⁊ iniu-
ſte vixerũt: p hec que coluerunt dediſti ſũma
tormenta. Etenim in erroris via diutius er-
rauerunt: deos eſtimantes hec que in + aĩab⁹
ſunt ſupuacua: infantiũ inſenſatoꝝ more vi-
uentes. Propter hoc tanq̃ pueris inſenſatis
iudiciũ in deriſum dediſti. Qui aũt ludibrijs
⁊ increpationibus nõ ſunt+ correcti: dignũ
dei iudicium experti ſunt. In his enim q̃ pa-
tiebant moleſte ferebant: in qbus impatien
tes indignabant. Per hec quos putabãt deos
in ipſis cum exterminarentur videntes illũ
quem olim negabant ſe noſſe verũ deũ agno-

al.+ index. — al.+ cõſumatus. — al.+ qm̃. — al.+ piſſ. — al.+ iudicas. — al.+ ↄuenſationes. — al.+ mãibus. — al.+ correpti. — al.+ que

uérunt. Propter quod ⁊ finis condẽnatiõis
eorum véniet ſuper illos.

¶ Ca. Sũ. ¶ De idolatris: q̄ agnoſcẽdo crea
torẽ: p creatúras: q̄ ſbſánatõe idólor. ¶ XIII

A Vani ſunt autem omnes hómi-
nes in quibus non ſúbeſt ſcien
tia dei: ⁊ de his que non vidẽt
bona non potuérunt intellige-
re eũ q eſt: neq; operibus + attẽ al. + eius
déntes agnouérunt quis eſſet
ártifex: ſed aut ignem: aut ſpíritum: aut citá-
tum áerem: aut gyrum ſtellárum: aut nimiã
aquam: aut ſolem ⁊ lunam rectóres orbis ter
rarum deos putauérunt. Quorũ ⁊ ſi ſpẽ dele-
ctáti deos putauérunt: ſciant quãto his domi-
minuit in cõſummatiõe. Menſis ſm nomen
eius eſt: creſcẽs+ mirabiliter in ꝯſummationẽ. B
Uas+ caſtrorꝫ in excelſis: in firmamento celi al.+ admirabiliter.
rñdens glorioſe. Spẽs celi gloria ſtellarꝫ: mũ- al.+ caſtrorum
dũ illuminans in excelſis dñs. In verbis+ ſan al.+ ſcõs
cti ſtabunt ad iudicium: ⁊ non deficient in vi
gilijs ſuis. Uide arcum: ⁊ benedic+ eum q fe al. non hʒ
cit illum. Ualde ſpecioſus eſt in ſplẽdore ſuo. +eum
Gyrauit celum in circuitu glorie: manus ex-
celſi aperuerunt illum. Imperio ſuo accelerã-
uit niuem: ⁊ accelerat choruſcationes emitte
re iudicij ſui. Propterea aperti ſunt theſauri:
⁊ euolauerunt nebule ſicut aues. In magnitu
dine ſua poſuit nubes: ⁊ cõfracti ſunt lapides
grandinis. In conſpectu eius cõmouebuntur
mõtes: ⁊ in voluntate eius aſpirauit notus.
Uox tonitrui eius+ verberauit terrã: tẽpeſtas al.+ verberabit
aquilonis ⁊ cõgregatio ſpũs: ⁊ ſicut auis depo-
nens ad ſedendũ aſpergit niuẽ: ⁊ ſicut locuſta
demergens deſcenſus eius. Pulchritudinem
+candoris eius ammirabit oculus: ⁊ ſup im C
bre eius expaueſcit cor. Gelu ſicut ſalem effũn al.+ coloris
det ſuper terrã: ⁊ dũ+ gelauerit fiet tanq̃ ca- al.+ hanc erit
cumina tribuli. Frigidus ventus aqlo flauit

ꝛ gelauit criſtallus ab aqua. Super oēm con-
gregationē aquaruȝ requieſcet: ꝛ ſicut lorica
īduet ſe aquis. Et deuorauit montes ꝛ exuret
deſertū: ꝛ extinguet viride ſicut ignem. Me-
dicina oīum in feſtinatione nebule: ꝛ ros ob
uians ab ardore venienti humileȝ efficiet eū.
In ſermone eius ſiluit ventus: ꝛ cogitatione
ſua placauit abyſſum: ꝛ plantauit illum dn̄s
al+ naui-gant | ieſus. Qui + nauigat mare + enarrat pericula
al+ enar-rant | eius: ꝛ audientes auribus nr̄is + ammirabi-
mur. Illic preclara opa ꝛ mirabilia: varia be-
al+ non | ſtiarū genera ꝛ oīuȝ pecoꝝ: ꝛ creatura + beluā-
D al+ beſtia-rum | rū. Propter ipm̄ cōfirmatus ē itineris finis:
ꝛ in ſermone eius cōpoſita ſūt oīa. Multa di
al+ cōſu-matus | cimus ꝛ deficimus verbis: cōſūmatio aūt ſer
monū: ipſe eſt. In oībus glorīantes: ad quid
valebimus? Ipſe eniȝ opꝰ ſuper oīa opa ſua.
ſ.95. | Terribilis dn̄s ꝛ magnus vehementer: ꝛ mi-
rabilis potentia ipſius. Glorificātes dominū
q̄ntumcūq; potueritis ſupualebit adhuc: ꝛ
ammirabilis magnificentia eius. Benedicē-
tes dn̄m exaltate illum quantū poteſtis: ma-
ior enim eſt omni laude. Exaltantes eum: re-
al+ perue-nietis | plemini virtute. Ne laboretis: non enim + cō
prehendetis. Quis videbit eum ꝛ enarrabit:
al+ a pri-mo | ꝛ quis magnificabit eum ſicut eſt + ab initio?
Multa abſcondita ſunt maiora his. Pauca
enim vidimus operū eus. Oīa autem dn̄s fe-
cit: ꝛ pie agentibus dedit ſapientiam.

C Ca. Sū. C Laudat generaliter viros glo-
rioſos: de laudibus enoch: noe abraam: iſaac
ꝛ iacob. C XLIIII

A LAudemus viros glorioſos: ꝛ pa
rentes noſtros in generatione
ſua. Multā gloriā fecit domi-
nus magnificentia ſua a ſecu-
lo. Dominantes in poteſtatibꝰ
ſuis: homines magni virtute ꝛ
prudentia ſua prediti: nunciantes in prophe-
tis dignitatem pphetarū: ꝛ imperantes in p̄-
ſenti populo: ꝛ virtute prudentie populis ſan
+ pitia | ctiſſima verba. In + pueritia ſua requirentes
modos muſicos: ꝛ narrātes carmine ſcriptu
rarū. Homines diuites in virtute pulchritu-
dinis ſtudiū habentes: pacificantes in domi-
B bus ſuis. Omnes iſti in generationibus gen-
tis ſue gloriam adepti ſunt: ꝛ in diebus ſuis
habentur in laudibus. Qui de illis nati ſunt:
reliquerunt nomen narrandi laudes eorum.
Et ſunt quoruȝ non eſt memoria. Perierunt
quaſi qui non fuerint: ꝛ nati ſunt quaſi non
nati: ꝛ filij eorū cū ipſis. Sȝ illi viri miſericor-
die ſunt: quoꝝ pietates nō defuerunt. + Cū ſe | al+ Et eo
mine eoꝝ + pmanēt bona: hereditas ſancta ne | al+ pſeue-rat bona hereditas
potes eoꝝ. Et inteſtamentis ſtetit ſemē eoꝝ: | ꝛ nepotes.
ꝛ filij eoꝝ ppter illos vſq; in eternuȝ + manēt.
Semen eoꝝ ꝛ gloria eoꝝ non derelinquetur. | C
Corpora eoꝝ in pace ſepulta ſunt: ꝛ nomen eo | al+ ma-net.
rum viuet in + generationem ꝛ generationeȝ. | al+ gene-rationes ꝛ generatio-nes.
Sapientiā ipſoꝝ narrent populi: ꝛ laudē ipſo-
rum nūciet eccleſia. Enoch placuit deo ꝛ trāſ
latus eſt in paradiſuȝ: vt det gentibus ſapiaȝ.
Noe inuentus eſt perfectus iuſtus: ꝛ in tpe ira
cundie factus eſt recōciliatio. Ideo dimiſſum
eſt reliquū terre: cū factum eſt diluuiū. Teſta | E.19.b. Ge.5.c.
menta ſeculi poſita ſunt apud illuȝ: ne deleri | heb.11.b
poſſit diluuio omnis caro. Abrahaȝ magnus | Ge.6.b.
pater multitudinis gentiū: ꝛ nō eſt inuentus | heb.11.a Ge.17.a.
ſimilis illi in gloria. Qui ꝯſeruauit legem ex- | D
celſi: ꝛ fuit in teſtamento cū illo. In carne eiꝰ | Ge.22.c
ſtare fecit + teſtamētum ꝛ in tentatione inuen | heb.11.d. al+ firma-mentum.
tus eſt fidelis. Ideo iureiurādo dedit illi glo | al+ ſicut.
riam in gente ſua: creſcere illum + quaſi terre
cumulum: ꝛ vt ſtellas exaltare ſemen eius: ꝛ
hereditare illos a mari vſq; ad mare: ꝛ a flu-
mine vſq; ad terminos + terre. Et iſaac eodē | al+ terra-rum.
modo fecit ppter habraā patrem eius. Be
nedictionem omnium gentium dedit illi do-
minus: ꝛ teſtamentum ſuum confirmauit ſup
caput iacob. Agnouit eum in benedictionibꝰ
ſuis: ꝛ dedit illi hereditatem: ꝛ diuiſit illi par
tem in tribubus duodecim. Et cōſeruauit illi
homines miſericordie: inuenientes gratiam | al+ cōſpe-ctu.
in + oculis omnis carnis.

C Ca. Sū. C De laudibus moyſi ꝛ aaron ꝛ
phinees. C XLV

DIlectus deo ꝛ hominibus moy | A
ſes: cuius memoria in benedi-
ctione eſt. Similem illum fecit
in gloria ſanctorum: ꝛ magnifi | Exo.11.a.
cauit eum in timore inimicoꝝ:
ꝛ in verbis ſuis monſtra pla-
cauit. Glorificauit illum in conſpectu regum:
ꝛ iuſſit illi corā populo ſuo: ꝛ oſtēdit illi gl̄iam
ſuaȝ. In fide ꝛ lenitate ipſius ſanctum fecit il-
lum: ꝛ elegit eum ex omni carne. Audiuit enī
euȝ ꝛ vocē ipſius: ꝛ induxit illuȝ in + nubē. Et | al+ nube
dedit illi cor ad p̄cepta: ꝛ legeȝ vite ꝛ diſcipli-
ne: docere iacob teſtm̄ ſuū: ꝛ iudicia ſua iſrl̄. | al+ eius
Excelſum fecit aaron fratrē + ſuuȝ et ſil'em ſibi
de tribu leui. Statuit ei teſtm̄ eternum ꝛ de-
dit illi ſacerdotium gentis ꝛ beatificauit illuȝ

in gloria. Et circumcinxit eum zona iuſtitie: ⁊
induit eum + ſtola glorie: ⁊ coronauit eum in
B vaſis virtutis. + Circum pedes ⁊ femoralia ⁊
al' + ſtolá Exo.28.f. humerale poſuit ei: ⁊ + cinxit illum tintinabu
al' + circú pediles. lis aureis plurimis in gyro: dare ſonitum in
inceſſu ſuo: auditum facere ſonitum in téplo
al' + circú dauit. in memoriam filijs gentis ſue. Stolam ſan-
ctam auro ⁊ hyacintho ⁊ purpura: opus texti-
le: viri ſapientis iudicio ⁊ veritatem prediti.
Torto cocco opus artificis gemmis precioſis
figuratis in ligatura auri ⁊ + ope lapidarij ſcul
al' + ope ptis in memoriam ſm numeꝝ tribuuꝫ iſrael.
Corona aurea ſupꝛ mitram eius expꝛeſſa ſigno
ſanctitatis: gloria honoris ⁊ opus virtutis: deſi
derio oculorum ornata. Sic pulchra ante ipm
al' + origi nem. non fuerunt talia vſqꝫ ad + orientez. Non eſt
indutus illa alienigena aliquis: ſed tantuz fi-
lij ipſius ſoli ⁊ nepotes eius per omne tépus.
C Sacrificia ipſius + cõſummata ſunt igni quo-
al' + con ſumpta. Le.8.b. tidie. Compleuit moyſes manus eius: ⁊ vnxit
illum oleo ſancto. Factum eſt illi in teſtamen
tum eternum ⁊ ſemini eius ſicut dies celi: fun
gi ſacerdotio ⁊ habere laudem ⁊ + glorificare
al' + glori ficauit. populum ſuum in nomine ſuo. Ipſum elegit
ab omni viuente: offerre ſacrificium deo incé-
ſum ⁊ bonum odorem: in memoriam placá-
re p populo ſuo. Et dedit illi in preceptis ſuis
poteſtatem: in teſtamentis iudiciorum: docere
iacob teſtimonia: ⁊ in lege ſua lucé dare iſrael
Quia contra illum ſteterunt alieni: ⁊ propter
Nu.16.a. inuidiam circundederunt illum homines in
deſerto qui erant cum dathan ⁊ abyron ⁊ con
gregatio chore in iracundia. Uidit dominus
deus ⁊ non placuit illi: ⁊ cõſumpti ſunt in im
petu iracundie. Fecit illis monſtra: ⁊ conſum-
pſit illos in flãma ignis. Et addidit aaron glo
al' + fru ctuum. riam ⁊ dedit illi hereditatem: ⁊ primitias + fru
gum terre diuiſit illi. Panez ipſius in primis
D parauit in ſatietatem: nam ⁊ ſacrificia domi-
ni edent que dedit illi ⁊ ſemini eius. Ceterum
al' + in ter ra gens. + inter gentes non hereditabit: ⁊ pars non eſt
illi in gente. Ipſe eſt enim pars eius ⁊ heredi-
tas. Phinees filius eleazari tertius in gloria
imitando eum in timore + domini: ⁊ ſtare in
al' + dei. reuerentia gentis: in bonitate ⁊ alacritate ani
me ſue placuit deo iſrael. Ideo ſtatuit + illi te-
ſtamentum pacis ⁊ principem ſanctorum ⁊ gé
tis ſue: vt ſit illi ⁊ ſemini eius ſacerdotij digni
Nu.25.c. al' + ad il lum. tas in eternum. Et teſtamentuz + dauid regis
filij ieſſe de tribu iuda: hereditas ipſi ⁊ ſemini
al' + regi ſilio. eius vt daret ſapientiam in cor noſtrum iudi-
care gentem ſuam in iuſtitia: ne abolerentur
bona ipſorum ⁊ gloriam ipſorum in genté eo-
rum eternam fecit.

¶ Ca. Sú. ¶ De laudibus ioſue: caleph ⁊ ſa-
muelis. ¶ XLVI

Fortis in bello ieſus naue ſuc-
ceſſor moyſi in prophetis: qui
fuit magnus ſm nomen ſuum:
maximus in ſalutem electoruz
dei: expugnare inſurgentes ho-
ſtes: vt ſequeretur hereditatem
iſrael. Quam gloriam adeptus eſt + in tollen-
do manus ſuas: ⁊ iactãdo ↄtra ciuitates róm- al' + euel lendo.
pheas. Quis ante illum ſic reſtitit. Nam ho-
ſtes ipſe dominus percuſſit. Aut non in iracú-
dia eius impeditus eſt ſol: ⁊ vna dies facta eſt Ioſu.10.
quaſi duo? Inuocauit altiſſimum potentem in
oppugnando inimicos vndiqꝫ: ⁊ audiuit illuz
magnus ⁊ ſanctus deus in ſaxis grandinis vir
tutis valde fortis. Impetum fecit contra gen-
tem hoſtilem: ⁊ in deſcenſu perdidit cõtrarios
vt cognoſcant gentes potentiam eius: quia cõ B
tra + deum pugnare non eſt facile: ⁊ ſecutus eſt
a tergo potentes. Et in diebus moyſi miſeri-
cordiam fecit ipſe ⁊ caleph filius iephone: ſta al' + dn̄m.
re contra hoſtem ⁊ prohibere gentem a pecca- Nu.14.
tis: ⁊ + pfringere murmur malicie. Et ipſi duo
conſtituti a periculo liberati ſunt a numero ſex al' + per ſi ingere.
centorum milium peditum: inducere illos in
hereditatem in terram que manat lac ⁊ mel.
Et dedit dominus ipſi caleph fortitudinem: ⁊
vſqꝫ in ſenectuté permanſit illi virtus vt aſcen-
deret in excelſum terre locum: ⁊ ſemen ipſius Ioſ.14.
obtinuit hereditatem. Et viderunt omnes fi-
lij iſrael: quia bonum eſt obſequi ſancto deo.
Et iudices ſinguli ſuo nomine quorum nõ eſt C
corruptum cor: qui non auerſi ſunt a domino
vt ſit memoria illoruz in benedictione. Et oſſa
eorum pullulant de loco ſuo: ⁊ nomen eorum
permanet in eternum: + permanente ad fili- al' + per manens.
os illorum ſanctorum virorum gloria. Dilectus al' nõ + deo.
a domino + deo ſuo ſamuel ppheta domini: re
nouauit imperium: ⁊ vnxit principes in gen- 1.Re.
te ſua. In lege domini congregationez iudicá-
uit: ⁊ vidit deum iacob ⁊ in fide ſua probatus
eſt ppheta. Et cognitus eſt in verbis ſuis fidelis D
quia vidit + deum lucis. Et inuocauit dñm om-
potentem in oppugnando hoſtes circunſtãtes
vndiqꝫ: in oblatione viri + inuiolati. Et intó- al' + im maculati.
nuit de celo dominus: ⁊ in ſonitu magno au-
ditam fecit vocem ſuam: ⁊ contriuit principes
tyriorũ

1.reg.12.c. tyriorum ⁊ oēs duces philiſtijm. Et ante tp̄s
finis vite ⁊ ſeculi teſtimonium prebuit in con
ſpectu domini ⁊ xp̄i. Pecūias ⁊ vſq; ad calcia
menta ab omni carne non accepit: ⁊ non ac
als + obdormiuit cuſauit illum homo. Et poſt hec + dormiuit ⁊ +
al + votum notum fecit regi: ⁊ oſtendit illi finez vite ſue:
⁊ exaltauit vocem eius de terra in ꝓphetia de
lére impietatem gentis.

¶ Ca. Sū. ¶ De nathan ⁊ laudibus dauid ⁊
ſalomonis: ⁊ interfectione golie: de robwā im
prudentia ⁊ hierobwaz idolatria qui fecit pec
care iſrael. ¶ XLVII

A P Oſt hec ſurrexit nathán ꝓphe
ta in dieb⁹ dauid. Et q̄ſi ádeps
als habet rect. ſeparatus + a carne ſic dauid a
filijs iſraél. Cum leonibus lú
ſit quaſi qui cum agnis: ⁊ in vr
ſis ſimiliter fecit ſicut in agnis
1.reg.17.f. ouium. In iuuentute ſua nunquid nō occidit
gigántem: ⁊ ábſtulit obprobriuz de gente. In
tollendo manum in ſáxo funde deiecit exulta
als + deū. tionem golie: vbi inuocauit + dominuz omni
potentem. Et dedit in dextera eius tóllere ho
minez fortem in bello: ⁊ exaltare cornu gentis
1.reg.18.b. ſue. Sic in decem milibus glorificauit eum: ⁊
laudauit eū in benedictionibus domini in of
ferendo illi coronā glorie. Contriuit enim ini
micos úndiq;: ⁊ extirpáuit philiſtiim contra
rios vſq; in hodiernum diem. Contriuit cor
B nu ipſorum vſq; in eternum. In omni opere
dedit confeſſionem ſancto: ⁊ excelſo in verbo
glorie. De omni corde ſuo laudauit dominuz:
⁊ dilexit eum qui fecit illum: ⁊ dedit illi cōtra
inimicos potentiam. Et ſtare fecit cantores cō
als + modulos. tra altare: ⁊ in ſono eorum dulces fecit + mo
dos: ⁊ dedit in celebrationibus décus: ⁊ orna
uit tempora vſq; in conſummationem vite: vt
laudarent nomen ſanctum domini: ⁊ amplifi
als + ſpiritu. cárent mane dei ſanctitatem + Chriſtus purga
3.re.12 d. uit peccata ipſius: ⁊ exaltauit in eternum cor
als + regnū. nu eius. Et dedit illi teſtamentum + regni: ⁊ ſe
dem glorie in iſraél. Poſt ipſum ſurrexit fili
us ſenſátus: ⁊ ꝓpter illum + deiecit omnez po
al + regentiam in latitudine. tentiam inimicorum. Sálomon imperauit in
diebus pacis: cui ſubiécit deus omnes hoſtes
C vt conderet domum in nomine ſuo: ⁊ pararet
ſanctitatem in ſempiternum quemadmoduz
eruditus eſt in iuuentute ſua. Et impletus eſt
quaſi flumen ſapientia: ⁊ terram retérit ani
ma ſua. Et repleſti in cōparationibus enigma
ta: ad inſulas longe diuulgatū eſt nomen tuū:
⁊ dilectus es in pace tua. In cantilénis ⁊ pro
uerbijs ⁊ comparationibus ⁊ interpretationi
bus mirate ſunt terre: ⁊ in nomine domini + als nō hȝ + dei
dei cui eſt cognómen deus iſraél. Collegiſti q̄ſi
auricálchum áurum: ⁊ vt plumbum comple
ſti argentum. Et inclináſti fémora tua mulie 3.reg.11.a.
ribus. Poteſtatez habuiſti in corpore tuo. De
diſti máculam in gloria tua: ⁊ prophanáſti
ſemen tuū indúcere iracundiaz ad liberos tu
os: ⁊ in ceteris ſtultitiam tuam: vt fáceres im
perium bipartitū: ⁊ ex + ephraim imperáre im al + ephrē
perium durum. Deus autem non derelinquet
miſericordiam ſuaz ⁊ non corrúmpet nec de
lébit opa ſua: neq; perdet a ſtirpe nepotes ele
cti ſui: ⁊ ſemen eius qui diligit dn̄m non cor
rúmpet. Dedit autem reliquum iacób ⁊ da D
uid de ipſa ſtirpe. Et finē habuit ſálomon cuȝ
patribus ſuis. Et dereliquit poſt ſe de ſemine
ſuo gentis ſtulticiam: ⁊ imminútum a prudē
tia robwám qui auértit gentem conſilio ſuo: 3.reg.12.a.
⁊ hierobwám filium nabáth qui peccare fecit
iſraél: ⁊ dedit viam peccandi effraim: ⁊ pluri
ma redundauerunt peccata ipſorum. Ualde
enim auertérunt illos a terra ſua. Et queſiuit
omnes neqtias vſq; dum preueniret ad illos
defenſio: ⁊ ab omnibus pctīs liberauit eos.

¶ Capituli Summariuz. ¶ De laudibus he
lye: heliſei: ezechie: ⁊ eſaie. ¶ XLVIII

E T ſurrexit Helýas ꝓpheta q̄ſi A
ignis: ⁊ v̄bum ipſius quaſi fácu
la ardebat. Qui indúxit in illos 3.re.17.b.
famē: ⁊ imitantes illū inuidia
ſua pauci + facti ſunt. Non eniȝ als + tube facti.
poterant ſuſtinére precepta do
mini. Uerbo domini continuit celum: ⁊ deié
cit a ſe ignē terre. Sic amplificatus eſt helýas
in mirabilibus ſuis. Et qs poteſt ſimiliter glo
riari tibi? Qui + ſuſtuliſti mortuum ab inferis al + ſuſcitaſti.
de ſorte mortis in v̄bo domini dei: qui deiecí
ſti reges ad perniciem: ⁊ confregiſti facile po
tentiam ipſoruȝ ⁊ glorioſus de lecto ſuo. Qui
audis in ſyná iudicium: ⁊ in + oreb iudícia de als + choreb.
fenſionis. Qui vngis reges ad + pniam: ⁊ pro als + potētiam.
phetas facis ſucceſſores poſt te. Qui receptus
eſt in turbine ignis in curru equorum igneoȝ 3.reg.19.c.
qui inſcriptus es in iudicijs temporum lenire 4.reg.2.b.
iracundiam domini: conciliáre cor patris ad B
filiū: ⁊ reſtituere tribus iacób. Beati ſunt qui
te + vidérunt: ⁊ in amicitia tua decorati ſunt. al + audierunt.
Nam nos vita viuimus tm̄: poſt mortez autez
non erit tale nomen noſtrum. Helýas qui in

turbine+tectus eſt ꝛ in heliſeo cōpletus ē ſpi/
ritus eius. In diebus ſuis nō ptimuit princi
pem: ꝛ potentia nemo vicit illum: nec ſupera/
uit illū verbū aliqđ: ꝛ mortuū ꝓphetauit cor
pus eius. In vita ſua fecit monſtra: ꝛ in mor/
4.re.13.d. te+mirabilia opatus eſt. In oībus iſtis nō pe
als+ſua nituit pplus: ꝛ non receſſerunt a peccatis ſuis
E vſq3 dū abiecti ſunt de terra ſua: ꝛ diſperſi ſūt
in oēm terrā ꝛ relicta eſt gens ppauca: ꝛ prin
ceps in domo dauid. Quidam ipſoꝝ fecerunt
qđ placeret deo: alij aūt multa cōmiſerūt pec/
cata. Ezechias muniuit ciuitatem ſuā: ꝛ idu/
xit in mediū eius aquā: ꝛ fodit ferro rupē: ꝛ
4.re.18.c. edificauit ad aquam puteū. In diebus ipſius
aſcendit ſennacherib ꝛ miſit rapſacē: ꝛ ſuſtu/
lit manū ſuā cōtra illos: ꝛ extulit manū ſuam
in ſyon: ꝛ ſuperbus factus eſt potētia ſua. Tūc
mota ſunt corda ꝛ manus ipſoꝝ: ꝛ doluerunt
quaſi parturientes mulieres. Et inuocauerūt
D dn̄m miſericordē: ꝛ expādentes manus ſuas
extulerunt ad celū: ꝛ ſanctus dn̄s deus audi/
uit cito vocem ipſoꝝ. Nō eſt cōmemorat⁹ pec/
catoꝝ ipſoꝝ: neq3 dedit illos inimicis ſuis: ſed
purgauit illos in manu eſaie ſancti prophete.
4.re.19.g. als+ſubiecit +Deiecit caſtra aſſyrioꝝ: ꝛ ꝯtriuit illos ange
lus+dn̄i. Nam fecit ezechias qđ placuit deo:
als+dei ꝛ fortiter fuit in via dauid patris ſui quā mā
dauit illi eſaias propheta magnus ꝛ fidelis in
als+dn̄i conſpectu+dei. In diebus ipſius retro redijt
4.re.20.b. ſol: ꝛ addidit regi vitā. Spiritu magno vidit
vltima ꝛ conſolatus eſt lugentes in ſyon vſq3
in ſempiternum. Oſtendit futura ꝛ abſcondi/
ta anteq3 euenirent.

¶ Ca. Sū. ¶ De laudibus ioſie: de immuni
tate trium regum a peccato ceteroꝝ regū: de
pſecutiōe hieremie: de laude ezechiel ꝛ duo/
decim ꝓphetaꝝ: de laudibus zorobabel: nee/
mie: enoch: ioſeph: ſeth: ꝛ ſem: q glīaꝫ adepti
ſunt ſup oēs in origine adā. ¶ XLIX

A MEmorie ioſie in cōpoſitiōe odo
ris facta opus pigmentarij. In
oī ore quaſi mel indulcabitur
eius memoria: ꝛ vt muſica i cō
uiuio vini. Ipſe eſt directus di/
uinitus in penitentia gentis: ꝛ
tulit abominationes impietatis. Et guberna/
uit ad dn̄m cor ipſius: ꝛ in diebus peccatorū
B corroborauit pietatē. Preter dauid ꝛ ezechiā
ꝛ ioſiam oēs+reges peccatū cōmiſerunt: nā
als nō hȝ +reges reliquerunt legem+altiſſimi reges iudā: ꝛ cō
al+potentes tempſerunt timorē dei. Dederunt eniꝫ regnū

ſuum alijs: ꝛ gloriam ſuā alienigene genti.
Incenderunt+electā ſanctitatis ciuitatem: ꝛ
deſertas fecerunt vias+ipſius in manu hiere
mie. Nā male tractauerunt illum qui a ven/
tre matris conſecratus eſt propheta: euertere
ꝛ eruere ꝛ perdere ꝛ iterum edificare ꝛ reno
uare. Ezechiel qui vidit conſpectum glo/ C
rie: quā oſtendit illi in curru cherubin. Nam
cōmemoratus eſt inimicoꝝ in imbre: benefa/
cere illis rectas vias. Et duodecim propheta
rū oſſa pullulant de loco ſuo. Nam corrobora
uerunt iacob: ꝛ redemerunt ſe in+fide virtu
tis ſue. Quō amplificemus zorobabel. Nam
ꝛ ipſe quaſi ſignū in dextera manu iſrael. Et
ieſum filiū ioſedech. Qui in diebus ſuis edi/ D
ficauerunt domū ꝛ exaltauerunt templū ſan/
ctum dn̄o: paratum in gloriā ſempiternā. Et
neemias in memoria multi temporis: qui ere
xit nobis muros euerſos: ꝛ ſtare fecit portas ꝛ
ſeras: qui erexit domos noſtras. Nemo natus
eſt in terra qualis enoch: nam ꝛ ipſe receptus
eſt a terra. Et ioſeph qui natus eſt homo prin/
ceps fratrū: firmamētū gentis: rector fratrū:
ſtabilimentum ppli: ꝛ oſſa ipſius viſitata ſūt:
ꝛ poſt mortem prophetauerunt. Seth ꝛ Sem
+apud homines gloriam adepti ſunt: ꝛ ſuper
omnem aiam in origine adam.

¶ Ca. Sum. ¶ Laus ſymonis onie filij: de
duabus gentibus quas odit: de tertia que nō
eſt gens de nomine ſcriptoris: ꝛ de laude hu/
ius operis. ¶ L

SImon onie filius ſacerdos ma A
gnus qui in vita ſua ſuffulſit do
mum: ꝛ in diebus ſuis corrobo
rauit templum. Templi etiam
altitudo ab ipſo fundata ē: du/
plex edificatio ꝛ excelſi parie/
tes templi. In diebus ipſius emanauerūt pu
tei aquarū: ꝛ quaſi mare adimpleti ſūt ſupra
modum. Qui curauit gentē ſuam: ꝛ liberauit
eā a perditiōe. Qui preualuit amplificare ci/
uitatē: qui adeptus eſt gloriā in cōuerſatione
gentis: ꝛ+ingreſſum domus ꝛ atrij+amplifi/
cauit. Quaſi ſtella matutina in medio nebu/
le: ꝛ quaſi luna plena in diebus ſuis lucet. Et
quaſi ſol refulgens: ſic ille+effulſit in templo
dei. Quaſi arcus refulgens inter nebulas glo
rie: ꝛ quaſi flos roſarum in diebus vernis: ꝛ
quaſi lilia que ſunt in tranſitu aque: ꝛ quaſi
thus redolens in diebus eſtatis. Quaſi ignis
effulgens: ꝛ thus ardens in igne. Quaſi vas B

auri ſolidum: oꝛnatuꝫ omni lapide precioſo.
Quaſi oliua pullulans: ꝛ + cypreſſus in + alti- al' + cuʃſ ſuo al' + altitudinem
tudine ſe extollens. In accipiendo ipſum ſto
la glorie ꝛ veſtiri eum in cōſummatione vir-
tutis in aſcenſu altaris ſancti gloꝛiam dedit
ſanctitatis amictum. In accipiendo autē par-
tes de manu ſacerdotum: ꝛ ipſe ſtans iuxta
aram. Circa illum coꝛona fratrū: ꝛ quaſi plā-
tatio cedri in monte libano ſic circa illuꝫ ſte-
terunt quaſi rami palme ꝛ omnes filij aaron
in gloꝛia ſua. Oblatio autem domini in mani
bus ipſoꝝ coꝛam omni ſynagoga iſrael: ꝛ cō-
ſummatione fungēs in aram: amplificare ob
lationem excelſi regis poꝛrerit manum ſuam
in libatione: ꝛ libauit + de ſanguine vue. Effū- al's + in
dit in fundamento altaris odoꝛem diuinum
excelſo pꝛincipi. Tūc exclamauerūt filij aarō: E
in tubis + ductilibus ſonuerūt: ꝛ auditā fece- al' + pducentibus
rūt vocē magnā in memoꝛiā coꝛā + dn̄o. Tūc al's + deo
oīs ppl's ſimul ꝑperauerūt ꝛ ceciderūt in fa-
ciem ſup terrā adoꝛare dn̄m deū ſuū: ꝛ dare
preces oīpotenti deo excelſo. Et amplificaue-
runt pſallētes in vocibus ſuis: ꝛ in magna do
mo + factus ē ſonus ſuauitatis plenus. Et ro- al' + auct'
gauit ppl's dn̄m excelſum in pce vſqꝫ dū pfe-
ctus ē honoꝛ dn̄i: ꝛ munus ſuū pfecerūt. Tūc
deſcendēs manus ſuas extulit in oēm ꝯgrega
tionem filioꝝ iſrael: dare gl'iam deo a labijs
ſuis: ꝛ in noīe ipſius gloꝛiari. Et iterauit oꝛo-
nem ſuā: volens oſtēdere virtuteꝫ dei. Et + poſt
rurſum plus oꝛauit deū oīuꝫ: qui magna fe- al's nō hꝫ + p' rurſum
cit in oī terra: qui auxit dies nr̄os a vētre ma
tris nr̄e ꝛ fecit nobiſcū ſm̄ ſuā miſericoꝛdiā. D
Det nobis iocunditatē coꝛdis: ꝛ fieri pacē in
diebus nr̄is in iſrael p dies ſempiternos: cre
dere iſrael nobiſcum eē dei miām: vt liberet
+ nos in diebꝰ ſuis. Duas gētes odit anima al's + eos
mea: tertia aūt nō eſt gens quā oderim. Qui
ſedent in mōte ſeyr ꝛ philiſthijm: ꝛ ſtultꝰ ppl's
q habitat in ſychimis. Doctrinā ſapiē ꝛ diſci
pline ſcripſit in codice iſto: ieſus filiꝰ ſyrach
hieroſolimita: q renouauit ſapiam de coꝛde
ſuo. Btūs q i iſtis vſaf bōis. Qui ponit illa in
coꝛde ſuo ſapiēs erit ſemp. Si enī hec fecerit
ad oia valebit: qꝛ lux dei veſtigium eius eſt.

C Oꝛo ieſu filij ſyrach. C LI

Confitēboꝛ tibi dn̄e rex ꝛ col-
laudabo te deū ſaluatoꝛē me-
um. Cōfiteboꝛ nomini tuo qm̄
adiutoꝛ ꝛ ꝓtectoꝛ factus es mi
hi: ꝛ liberaſti coꝛpus meum a
perditione: a laqueo lingue inique: ꝛ a labijs
operantium mendacium: ꝛ in conſpectu aſtā-
tium factus eſt mihi adiutoꝛ. Et liberaſti me
ſm̄ multitudinem miſericoꝛdie nominis tui
a rugientibus pꝛeparatis ad eſcam: de mani-
bus querentium animam meam: ꝛ de + poꝛ- a' + multis tribulationibꝰ
tis tribulationum que circundederunt me: a
pꝛeſſura flamme que circūdedit me: ꝛ in me-
dio ignis non ſum eſtuatus. De altitudine vē
tris inferi: ꝛ a lingua coinquinata: ꝛ a verbo
mendacij: a rege iniquo: ꝛ + a lingua iniuſta. al's nō hꝫ + a
Laudabit vſqꝫ ad moꝛtem anima mea domi
num: ꝛ vita mea appꝛopinquans erat in infer
no deoꝛſuꝫ. Circundederunt me vndiqꝫ: ꝛ nō B
erat qui adiuuaret. Reſpiciens eram ad adiu
toꝛium hominum ꝛ non erat. Memoꝛatus
ſum miſericoꝛdie tue domine: ꝛ cooperatio-
nis tue que a ſeculo ſunt: quoniam eruis ſuſti
nētes te + domine: ꝛ liberas eos de + manibꝰ al's nō hꝫ + dn̄e.
gentium. Exaltaſti ſuper terram habitationē al's + manu.
meaꝫ: ꝛ pꝛo moꝛte defluente depꝛecatus ſum.
Inuocaui + dominum patrem domini mei vt al's habet + deum.
non derelinquat me in die tribulatiōis mee:
ꝛ in tempoꝛe ſupboꝛum ſine adiutoꝛio. Lau-
dabo nomen tuum aſſidue: ꝛ collaudabo illō
in confeſſione: ꝛ exaudita eſt oꝛatio mea. Et li
beraſti me de perditione: ꝛ + eruiſti me de tpe al's + eripuiſti.
iniquo. Pꝛopterea confiteboꝛ ꝛ laudem dicā
tibi: ꝛ benedicam nomini domini. Cū adhuc
iunioꝛ ſum priuſqꝫ + oberrarem qſiui ſapien- al' + oberrem.
tiaꝫ palam in oꝛatione mea. Ante tempus po
ſtulabam pꝛo illa: ꝛ vſqꝫ in nouiſſimis inqui-
ram eam: ꝛ floꝛebit tanqꝫ + pꝛequox vua. Le- al's + pꝛecoqua.
tatū eſt coꝛ meū in ea: ābulauit pes meus iter
rectum: in iuuentute mea inueſtigabam eaꝫ. C
Inclinaui modice aurem meaꝫ ꝛ excepi illā.
Multam inueni in meipſo ſapientiaꝫ: ꝛ mul-
tum pꝛofeci in ea. Danti mihi ſapientiam da
bo gloꝛiam. Conſiliatus ſum enim vt facerem
illam. Zelatus ſum bonum: ꝛ non cōfundar.
Colluctata eſt anima mea in illa: ꝛ in facien-
do eam confirmatus ſum. Manus meas ex-
tendi in altū: ꝛ in ſapientia eius luxit anima
mea: ꝛ ignoꝛantias meas illuminauit. Animā
meam direxi ad illam: ꝛ in + agnitione inue- al' + agnitionem.
ni eam. Poſſedi cum + ipſa coꝛ ab initio: pꝛo- al' + ipſis
pter hoc non derelinquar. Venter meus con
turbatus eſt querēdo illā: ꝑpterea bonā poſ-
ſidebo poſſeſſionē. Dedit eniꝫ mihi dominus
linguā + mercedē meā: ꝛ in ipſa laudabo eū. al's + eruditā.
Appꝛopiate ad me indocti: ꝛ cōgregate vos in

D domum diſcipline. Quid adhuc retardatis:
⁊ quid dicitis in his. Anime vr̄e ſitiunt vehe-
mēter. Aperui os meū ⁊ locutus ſum. Cōpara-
eſa.55.a. te vobis ſine argento ſapiam: ⁊ collum veſtrū
ſubijcite iugo eius: ⁊ ſuſcipiat aīa veſtra diſci
plinam. In proximo eſt enim inuenire eam.
Uide te oculis veſtris: qꝛ modicū laboraui: ⁊
u.3.2.d. inueni mihi multam requiem. Aſſumite di-
ſciplinam in multo numero argenti: ⁊ copio-
ſum aurū poſſidete i ea. Letetur anima veſtra
in miſericordia eius: ⁊ non confundemini in
al + ipſius laude + eius. Operamini opus veſtruꝫ añ tp̄s: ⁊
dabit vobis mercedē veſtram in tpe ſuo.
¶ Explicit liber Eccleſiaſtic⁹. ¶ Incipit ora
tio Salomonis.

ET inclinauit ſalomon
genua ſua in conſpectu
totius eccleſie iſrael: ⁊
aperuit manus ſuas ad
3. re. 8.c. celum ⁊ dixit. Domine
deus iſrael non eſt ſimi-
lis deus in celo ſurſum:
neqꝫ in terra deorſuꝫ: q
cuſtodis teſtm̄ tuū ⁊ mi
ſericordiam pueris tuis
euntibus in ꝯſpectu tuo
in toto corde: ſeruās puero tuo dauid qua lo
cutus es illi ⁊ locutus es in ore tuo ⁊ in manu
tua impleſti quaſi dies iſte. Et nunc dn̄e deus
iſrael cuſtodi puero tuo dauid patri meo que
locutus es illi dicens. Non deerit tibi vir a fa
cie mea ſedens in throno iſrael. Uerūtñ ſi cu
ſtodierint filij tui legē meā ⁊ in p̄ceptis meis
ambulāt: ſicut ambulauerūt in cōſpectu meo
fideles. Et nunc dn̄e deus iſrael: creditum eſt
v̄bū qd̄ locutus es puero tuo dauid: qm̄ ſi ve-
re habitauit deus cuꝫ hominibus in terra. Si
celū ⁊ celi celoꝝ nō ſufficiant tibi: quātoma-
gis dom⁹ hec quā edificaui. Sed reſpicias ad
orōnem ſerui tui ⁊ deprecationē eius vt exau-
dias dn̄e placationem orōnis quam puer tu-
us orat corā te hodie: vt ſint oculi tui ſuper do-
mum hanc die ac nocte: in locum quē dixiſti
inuocare nomen tuuꝫ: ⁊ exaudias orationem
quā puer tuus orat in hoc loco: ⁊ exaudias p̄-
cationem pueri tui ⁊ populi tui iſrael: ſi ora-
uerint in loco iſto: ⁊ exaudias in loco habita-
tionis de celo: ⁊ exaudias ⁊ propitius ſis ſi pec
cauerit vir in te.
¶ Explicit oratio Salomonis. ¶ Incipit ꝓ-
logus in Eſaiam prophetam.

NEmo cum ꝓphetas ver
ſibus viderit eē deſcri-
ptos: metro eos eſtimet
apud hebreos ligari: ⁊
aliquid ſimile habeꝛ d
pſalmis + vel operib⁹ ſa al + ⁊
lomonis. Sed qd̄ in de
moſthene ⁊ tullio ſolet
fieri: vt per cola ſcribā
tur ⁊ comata: qui vtiqꝫ
proſa ⁊ nō verſibus + cō
ſcripſerūt. Nos quoqꝫ vtilitati legentiū proui al + ſcripſerunt.
dētes: interpretationem nouaꝫ nouo ſcribēdi
genere diſtinximus. Ac primum de eſaia ſciē
dum: qꝛ in ſermone ſuo diſertus ſit: quippe vt
vir nobilis ⁊ vrbane + elegantie: nec hn̄s + qc al + eloquentie
qꝫ in eloquio ruſticitatis admixtum. + Unde al + quod
accidit vt pre ceteris florē ſermōis eius: trāſ al + Et ide
latio non potuerit + cōſeruare. Deinde ēt hoc al + obſeruare
adijciendūꝫ: qꝛ non tam ꝓpheta dicendus ſit
qꝫ euangeliſta. Ita enim vniuerſa xp̄i eccleſie
qꝫ myſteria ad liquidū proſecutus eſt: vt non
putes eū de futuro vaticinari: ſed de preteritis
hiſtoriā texere +. Unde conijcio noluiſſe tūc al + ſidei
tp̄is ſeptuaginta interpretes fidei ſue ſacramē
ta perſpicue ethnicis prodere ne ſanctū cani- mat. 7.a.
bus: ⁊ margaritas porcis darent: q̄ cuꝫ hanc
editionem legeritis ab illis animaduertētis
abſcondita. Nec ignoro quāti laboris ſit pro-
phetas intelligere: nec facile quēpiaꝫ poſſe iu-
dicare de interpretatiōe: niſi intellexerit ante
que legerit. Nos quoqꝫ patere morſibus plu-
rimoꝝ: que ſtimulante inuidia: qd̄ cōſeq non
valent deſpiciunt. Sciens ergo ⁊ prudens i flā
mas mitto manū: ⁊ nihilominus hoc a + faſti al + faſtuoſis
dioſis lectoribus precor: vt quō greci poſt ſe-
ptuaginta trāſlatores aquilam ⁊ ſymmachū
⁊ theodotionem legunt: vel ob ſtudiuꝫ doctri-
ne ſue: vel vt ſeptuaginta magis ex collatione
eoꝝ intelligant: ſic ⁊ iſti ſaltem vnū poſt prio-
res habere dignenꝛ interpretem. Legant pri⁹
⁊ poſtea deſpiciant: ne videanꝛ non ex iudicio
ſed ex odij preſumptione ignorata damnare.
Prophetauit aūt eſaias in hierlm ⁊ in iudea: al + iſrael
necdum decē tribubus in captiuitatē ductis:
ac de vtroqꝫ regno nunc cōmixtim: nūc ſepa-
ratim texit oraculum. Et cum interdum ad p̄
ſentem reſpiciat hiſtoriam ⁊ poſt babylonie
captiuitatē reditū populi ſignificet in iudeā:
tñ oīs eius cura de vocatione gentiū ⁊ de ad-
uentu xp̄i eſt. Quē tanto plus amatis o paula

⁊ euſtóchium tanto magis ab eo pétite: vt ꝓ
obtrectatióne preſenti qua me indeſinenter
émuli lániant: ipſe mihi mercedem reſtitu-
at in futuro: qui ſcit me ob hoc in peregrine
língue eruditióne ſudáſſe: ne iudei de falſita
te ſcripturaꝝ eccleſijs eius diútius iſultárét.

¶ Explicit plogus. ¶ Incipit argumentū.

E Saias in hieruſalem nobili gé
nere ortus eſt: ibiq; prophetá-
uit. Sub manaſſé rege ſectus
in duas partes: occúbuit. Se-
pultúſq; eſt ſub quércu rógel
iurta tranſitum aquarū: quas
olim ezechias rex iacto obſtrúxerat púluere.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit Eſaias propheta.

¶ Ca. Sū. ¶ Viſio eſaie: ſermo de ira domi-
ni contra iudeam ⁊ hieruſalem propter pecca
ta ſua: de ceſſantibus ⁊ reprobatis ſolennita-
tibus: de futuro lauacro quo peccata lauátur:
de increpatione hieruſalem propter ſpiritua-
le meretricium. ¶ Ca. I.



A V Iſio eſa
ie filij
amos quam
vidit+ ſup iú al.+cōtra
dam ⁊ hieru-
ſalém: in die
bus ozie ioa-
thán achaz:
⁊ ezechie re-
gū iudá. Au
dite celi ⁊ áu
ribus pércipe
terra: quoniá
dominus locu
tus eſt. Filios
enutriui ⁊ ex-
altaui: ipſi au
tē ſpreuérūt
me. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum: ⁊ áſinus
preſépe domini ſui: iſrael autem me non co-
gnouit ⁊ populus meus non intellexit. Ve gē
ti peccatrici: populo graui iniquitate: ſemini
neq;: filijs ſceleratis. Dereliquérūt dominū:
B blaſphemauerunt ſanctum iſrael: abalienati
ſunt retrórſum. Super quo percútiam vos vl-
tra addentes preuaricationem[a]. Omne caput
languidū: ⁊ omne cor merens. A planta pe-
[illegible] verticem: non eſt in eo ſanitas. a vl. qd. i... ve. us.
uſq; ad ver[illegible]
Vúlnus ⁊ liuor ⁊ plaga túmens [illegible] non eſt cir-

cumligata nec curata medicámine: neq; fóta
óleo. Terra veſtra deſerta: ciuitates veſtre ſuc-
cénſe igni. Regionem veſtram coram vobis
aliéni deuorant: ⁊ deſolábitur ſicut in vaſtita- C
te hoſtili. Et derelinquétur filia ſyón vt vmbrá
culum in vínea: ⁊ ſicut tugúrium in cucume-
rário: +ſicut ciuitas que vaſtatur. Niſi domi- al's hʒ +et
nus exercituum reliquiſſet nobis ſemen: qua No.g.f.
ſi ſódoma fuiſſemus: ⁊ quaſi gomorra ſimiles
eſſemus. Audite verbum domini principes ſo
domorum: percipite auribus legem dei veſtri
populus gomorre. Quo mihi multitudinem
victimarum veſtrarum dicit dominus? Ple-
nus ſum. Holocáuſta arietum: ⁊ ádipem pin
guium: ⁊ ſanguinē vitulorū ⁊ agnorū ⁊ hyr-
corum nólui. Cum+ veneritis ante conſpectū D
meum: quis queſiuit hec de manibus veſtris al's + ve- nirctis.
vt ambularetis in atrijs meis. Ne+ offeratis al's+ aſ- ferratis
vltra ſacrificium frúſtra. Incenſum abomi-
natio eſt mihi. Neoméniam ⁊ ſábbatum ⁊ fe hier.6.c.
ſtiuitates alias non feram. Iniqui ſunt cetus Amos.5.f
veſtri. Calendas veſtras ⁊ ſolénitates veſtras
odiuit anima mea. Facta ſunt mihi moleſta. hier.6.c.
Laboraui ſuſtinentes. Et cum extéderitis ma
nus veſtras: auertam oculos meos a vobis: ⁊
cum multiplicauéritis orationem: non exáu- infra.59.c
diam. Manus enī veſtre ſanguine plene ſūt. al's nō eſt +enim
[b] Lauámini: mundi eſtote: auferte malū co- E
gitationum veſtrarum ab oculis meis. Quié- b De re. vi.3.ca.la- uamini.
ſcite ágere peruérſe: diſcite benefacere. [c] Que c vi.37.c. defenſio- nis.
rite iudiciū: ſubuenite oppreſſo: iudicate pu
pillo: defendite viduā: ⁊ venite ⁊ argúite me
dicit dominus. Si fuerint peccata veſtra vt cóc
cinum: quaſi nix dealbabuntur: ⁊ ſi fuerint rú
bra quaſi vermículus: velut lana alba erūt. Si
voluéritis ⁊ audiéritis+ me bona terre come al's nō hʒ +me
detis. Q; ſi noluéritis ⁊ me ad iracundiam ꝓ
uocauéritis: gladius deuorabit vos: q2 os do-
mini locutum eſt. Quomodo facta eſt mere-
trix ciuitas fidelis plena iudicij? Iuſtitia ha- F
bitauit in ea: nunc autem homicide. Argen-
tum tuum verſum eſt in ſcoriam: [d] vinum tu- d vi.53.c.
um mixtum eſt aqua. Principes tui infideles
ſocij furum. Omnes diligunt munera: ſequū
tur retributiones. Pupillo nō iudicant: ⁊ cá
vidue non ingreditur ad illos. Propter hoc hier.5.g.
ait dominus deus exercituū fortis iſraél. Heu
ego conſolabor ſuper hoſtibus meis: ⁊ vindi- al's nō hʒ +ego
cabor de inimicis meis. Et conuértam manū
meam ad te: ⁊ excóquam ad purum ſcoriam
tuam: ⁊ áuferam omne ſtánnum tuum: ⁊ re-

ſtituam iudices tuos vt fuerunt prius: ⁊ conſi
B liarios tuos: ſicut antiquitus. Poſt hec vocabe
ris ciuitas iuſti: vrbs fidelis. Syon in iudicio
al's + iuſtitiam redimetur: ⁊ reducent eam in+iuſtitia. Et cõ
al's + ſceleratos teret+ſceleſtos ⁊ peccatores ſimul: ⁊ qui dere-
liquerunt dñm conſumentur. Confundentur
enim ab idolis quibus ſacrificauerunt. Et
erubeſcetis ſuper hortis quos elegeratis cum
al's + paradiſus fueritis velut quercus defluentibus folijs: ⁊ ve
lut+hortus abſq; aqua. Et erit fortitudo veſtra
vt fauilla ſtuppe: ⁊ opus veſtrum quaſi ſcintil
la: ⁊ accendetur vtrumq; ſimul ⁊ nõ erit qui
extinguat.

¶ Ca. Sũ. ¶ De morte chriſti ⁊ eius paſſio-
ne: de aduentu eius: ⁊ reprobatione iudeorũ
⁊ exaltatione chriſti. ¶ II

A Micheę 4. a. VErbum quod vidit eſaias fili-
us amos ſuper iudam ⁊ hieru-
ſalem. Et erit in nouiſſimis die
bus preparatus mons domus
al's + verticem domini in+vertice montium:
⁊ eleuabitur ſup colles. Et flu-
ent ad eum oẽs gentes: ⁊ ibunt populi multi
al's + ⁊ ⁊ dicent. Venite+aſcendamus ad montẽ do-
mini: ⁊ ad domum dei iacob: ⁊ docebit nos vi
as ſuas ⁊ ambulabimus in ſemitis eius: quia
de ſyon exibit lex ⁊ verbum domini de hieru-
ſalem. Et iudicabit gentes: ⁊ arguet populos
multos. Et conflabunt gladios ſuos in vome-
B Micheę 4. b. res: ⁊ lanceas ſuas in falces. Nõ leuabit gẽs
cõtra gentem gladium: nec exercebuntur vl-
ra ad prelium. Domus iacob venite ⁊ ambu-
al's + dñi al's nõ hʒ + noſtri lemus in lumine+dei+noſtri. Proiecisti eñi
populum tuum domũ iacob: q2 repleti ſunt vt
olim: ⁊ augures habuerũt vt philiſtijm ⁊ pue
ris alienis adheſerunt. Repleta eſt terra argẽ
to ⁊ auro: ⁊ non eſt finis theſaurorũ eius. Et
repleta eſt terra eius equis: ⁊ innumerabiles
quadrige eius. Et repleta eſt terra eius ido-
C lis. Opus manuum ſuarũ adorauerunt: quod
fecerunt digiti eorum. Et incuruauit ſe homo
al's + non al's + dimittam ⁊ humiliatus eſt vir. +Ne ergo dimittas eis.
Ingredere in petrã ⁊ abſcondere in foſſa hũ
mo a facie timoris dñi: ⁊ glĩa maieſtatis ei⁹.
Oculi ſublimis hominis humiliati ſunt: ⁊ in-
curuabitur altitudo virorum. Exaltabit autẽ
dominus ſolus in die illa: q2 dies domini exer
al's nõ hʒ + ⁊ excelſum cituum ſuper omnem ſuperbum+⁊ excelſum:
⁊ ſuper omnem arrogantẽ: ⁊ humiliabitur:
⁊ ſuper omnes cedros libani ſublimes ⁊ ere-
ctas: ⁊ ſuper omnes quercus baſan ⁊ ſup oẽs

montes excelſos: ⁊ ſuper omnes colles eleua-
tos: ⁊ ſuper omnem turrem excelſam: ⁊ ſuper
omnem murum munitum ⁊ ſuper oẽs naues
tharſis: ⁊ ſuper omne qđ viſu pulcrum ẽ. Et D
incuruabitur+omnis ſublimitas hominum: al's nõ hʒ + omnis
⁊ humiliabitur altitudo virorum. Et eleuabi
tur dñs ſolus in die illa: ⁊ ydola penitus con
terentur. Et introibunt in ſpeluncas petrarũ:
⁊ in voragines terre a facie formidinis dñi: ⁊
a gloria maieſtatis eius: cum ſurrexerit percu
tere terram. In die illa proijciet homo+ydo- infra 31. A al's + idola
la argẽti ſui: ⁊ ſimulacra auri ſui que fecerat
ſibi: vt adoraret talpas ⁊ veſpertiliones. Et in-
gredietur+ſciſſuras petrarum ⁊ in cauernas Luce 23. f
ſaxorum a facie formidinis domini: ⁊ a gloria
maieſtatis eius cũ ſurrexerit percutere terrã.
Quieſcite ergo ab hoĩe cuius ſpũs in narib⁹
eius eſt: q2 excelſus reputatus eſt ipſe.

¶ Ca. Sum. ¶ De homine xp̃o q̃ auferet a
iuda oẽm potentiam qua preualebant in pec-
catis: ⁊ omnem ornatum ſuperbie. ¶ III

ECce enim dominator dñs exer- A
cituum auferet ab hieruſalem
⁊ ab iuda validũ ⁊ fortẽ: omne
robur panis ⁊ omne robur aq̃:
⁊ fortem ⁊ virũ bellatorem ⁊ iu
dicem ⁊ prophetam ⁊ ariolum
⁊ ſenem principem ſuper quinquaginta: ⁊ ho-
norabilem vultu: ⁊ conſiliarium: ⁊ ſapientem
de architectis: ⁊ prudentẽ eloquij miſtici. Et
dabo pueros principes eorũ: ⁊ effeminati do-
minabuntur eis. Et+corruet populus vir ad vi al's + irruet
rum: ⁊ vnuſquiſq; ad proximum ſuũ. Tumul al's nõ hʒ + ⁊
tuabitur puer cõtra ſenem: ⁊ ignobilis cõtra
nobilem. Apprehendet enim vir fratrẽ ſuũ
domeſticum patris ſui: ⁊ dicet. Veſtimentum
tibi eſt: princeps eſto noſter: ruina autem hec
ſub manu tua. Reſpõdebitq; ĩ die illa dicẽs.
Non ſum medicus: in domo mea non eſt pa
nis neq; veſtimentum. Nolite cõſtituere me
principem populi. Ruit+ enim hieruſalem ⁊ B
iudas concidit: q2 lingua eorum ⁊ ad inuen- al's nõ hʒ + enim
tiones eorũ cõtra dominum: vt prouocarent
oculos maieſtatis eius. Agnitio vultus eorũ
reſpõdebit eis: ⁊ peccatum ſuum quaſi ſodo-
ma predicauerunt: nec abſconderunt. Ve aĩe
eorũ: quoniam reddita ſunt eis mala. Dicite
iuſto quoniam bene: quoniam fructum adin-
uentionum ſuarũ comedet. Ve impio ĩ ma
lum. Retributio enim manuum eius fiet ei.
Populum meũ exactores ſui ſpoliauerunt ⁊

mulieres dominate ſunt eis. Popule meus qui te beatum dicunt ipſi te decipiunt: ⁊ viam greſſuum tuoꝝ diſſipant. Stat ad iudicanduꝫ
C dñs: ⁊ ſtat ad iudicandos populos. Dominus
Am.ii.c ad iudicium veniet: cum ſenibus populi ſui ⁊ principibus eius. Uos enim depaſti eſtis vineam meam: +⁊ rapina pauperis in domo veſtra. Quare +atteritis populum meuꝫ: ⁊ facies pauperū +cōmolitis dicit dominus exercituū? Et dicit dominus deus. Pro eo q eleuate ſunt filie ſyon ⁊ ambulauerunt extento collo: ⁊ nutibus oculorum ibant: ⁊ plaudebāt ⁊ ambulabant ⁊ +pedibus ſuis compoſito gradu incedebant: decaluabit dominus verticē
D filiarum ſyon: ⁊ dominus crinem earū nudabit. In die illa auferet dominus ornamentū calciamentorū ⁊ lunulas ⁊ torques ⁊ monilia ⁊ armillas ⁊ mitras +⁊ diſcriminalia ⁊ periſchelides ⁊ murenulas ⁊ olfactoriola ⁊ inaures ⁊ anulos ⁊ gemmas in fronte pendētes: ⁊ mutatoria ⁊ palliola ⁊ linthamina ⁊ acus ⁊ ſpecula ⁊ ſyndōes ⁊ vittas ⁊ theriſtra. Et erit pro ſuaui odore fetor: ⁊ pro zona funiculus ⁊ pro criſpanti crine caluitium: ⁊ pro faſcia pectorali cilicium. Pulcherrimi quoqꝫ viri tui gladio cadent ⁊ fortes tui in prelio. Et merebunt atqꝫ lugebunt porte eius: ⁊ deſolata i terra ſedebit.

(Margin: al's nō hꝫ +⁊ · al's + attriti · al's + cōſū ditis · al's + in · al's nō hꝫ + ⁊ · al's + periſchelidas. al's + palliia)

C Ca. Sū. C De ſeptem eccleſijs: de magnificentia domini: ⁊ lauacro ſpirituali: ⁊ protectione eccleſie. C IIII

A Et apprehendent ſeptem mulieres virum vnum in die illa dicentes. Panem noſtrum comedemus et veſtimentis nr̄is operiemur: tantūmodo inuocetur nomen tuuꝫ ſuper nos aufer obprobrium noſtrum. In die illa erit germē domini in magnificentia ⁊ gloria: ⁊ fructus terre ſublimis ⁊ exultatio his qui ſaluati fuerint de iſrael. Et erit omnis qui relictus fuerit i ſyon ⁊ reſiduus in hierl'm ſanctus vocabit: oīs
B qui ſcriptus eſt in vita in hierl'm. Si abluerit dominus +ſordeo filiarum ſyon: ⁊ ſanguineꝫ hieruſaleꝫ lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij ⁊ ſpiritu ardoris. Et +creabit dominus ſuper omnem locum montis ſyon ⁊ vbi inuocatus eſt nubem per diem: ⁊ fumum ⁊ ſplendorem ignis flāmantis in nocte. Sup omneꝫ enim gloriam ptectio: ⁊ tabernaculum erit in +vmbraculo diei ab eſtu: ⁊ in ſecuritatem ⁊

(Margin: al's + ſordē · al's + creauit · al's + vmbraculuꝫ)

abſconſioneꝫ a turbine ⁊ a pluuia.

C Ca. Sum. C De Chriſto ⁊ vinea eius: predicatur reprobatio ipſius vinee propter diuerſas iniquitates dānatur ebrietas cuꝫ voluptate: ⁊ vocatione gentium ad ſalutem. C V

A Cantabo dilecto meo canticuꝫ patruelis mei: +vinee ſue. Uinea facta ē dilecto meo: in cornu filio olei. Et +ſepiuit eam ⁊ lapides elegit ex ea: ⁊ plātauit vineaꝫ electā. Et edificauit turrim in medio ei⁹ ⁊ torcular extruxit in ea. Et expectauit vt faceret vuas: ⁊ fecit labruſcas. Nunc ergo habitatores hierl'm ⁊ viri iudā iudicate inter me ⁊ inter vineā meā. Quid eſt qd debui vltra facere vinee mee ⁊ nō feci ei? An q expectaui vt faceret vuas ⁊ fecit +labruſcas. Et nūc oſtēdā vobis qd ego faciam vinee mee. Auferā ſepē eius: ⁊ erit in direptiōeꝫ. Di
B ruā maceriā ei⁹: ⁊ erit in conculcationē: ⁊ ponā eā deſertā. Non putabit ⁊ nō fodiet: ⁊ aſcendent +ſup eā vepres ⁊ ſpine: ⁊ nubib⁹ mādabo ne pluuāt ſup eā imbrē. Uinea aūt dñi +exercituū domus iſrael eſt: ⁊ +viri iudā germē eius delectabile. Et expectaui vt faceret iudiciū ⁊ ecce iniqtas: ⁊ iuſtitiam: ⁊ ecce clamor. Ue qui coniungitis domū ad domū: ⁊ agruꝫ agro copulatis vſqꝫ ad terminuꝫ loci. Nūqd habitabitis vos ſoli in medio terre? In auribus meis ſunt hec +dicit dñs exercituū. Niſi domus multe deſerte fuerint grandes ⁊ pulchre ⁊ abſqꝫ habitatore. Deceꝫ eniꝫ iugera vinearuꝫ facient laguncula vnā: ⁊ triginta modij ſementis faciunt modios tres. Ue qui cō
C ſurgitis mane ad ebrietatē ſectādā: ⁊ potandum vſqꝫ ad veſperā vt vino eſtuetis. Cythara ⁊ lyra ⁊ tympanū ⁊ tibia ⁊ vinū in conuiuijs veſtris: ⁊ opus dñi non reſpicitis: nec opa manuū eius cōſideratis. Propterea captiuus ductus eſt populus meus: q2 non habuit ſcientiaꝫ. ⁊ nobiles eius interierunt fame: ⁊ multitudo eius ſiti exaruit. Propterea dilatauit in
D fernus animam ſuā: ⁊ aperuit os ſuum abſqꝫ vllo termino. Et deſcendēt fortes eius ⁊ ppls eius: ⁊ ſublimes glorioſiqꝫ eius ad eū. Et incuruabitur hō ⁊ humiliabit vir. ⁊ oculi ſublimiū deprimēt. Et exultabit dñs exercituū in iudicio: ⁊ deus ſctūs ſanctificabitur in iuſtitia. Et paſcentur agni iuxta ordinem ſuum: ⁊ deſerta in vbertatem verſa aduene comedēt. + Ue q trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis:

(Margin: al's + de vinea ſua. · al's + ſepſit Dic. 2. d. Mat. 21. d · al's + labruſcas. · al's nō hꝫ + ſup eā. al's + ſabaoth. al's + vir. · al's + habitantes al's + dñi exercituū. · ſi. q. 4. ca. ve q trahitis · al's + ve)

ꝛ q̄ſi vinculū plauſtri pctm̄. Qui dicitis. Feſti
net: et cito veniet opus eius vt videamus: et
appropiet ꝛ veniat conſilium ſancti iſraël: et
ſciemus illud.[b] Ue qui dicitis malum bonū:
ꝛ bonum malum: ponentes tenebras lucem
ꝛ lucem tenebras: ponentes amarum in dul-
ce ꝛ dulce in amarum. Ue qui ſapientes eſtis
in oculis veſtris: ꝛ coram vobiſmetipſis pru-
F dentes. Ue qui potentes eſtis ad bibendū vi-
num: ꝛ viri fortes ad miſcendam ebrietatē.
Qui iuſtificatis impiū pro muneribus: ꝛ iu-
ſtitiam iuſti aufertis ab eo. Propter hoc ſicut
deuorat ſtipulam lingua ignis ꝛ calor flām̄e
exurit: ſic radix eorum ſicut fauilla erit ꝛ ger
men eorum vt puluis aſcendet. Abiecerunt
enim legem domini exercituum: ꝛ eloquiū
ſancti iſraël blaſphemauerunt. Ideo iratus
eſt furor domini in + populū ſuum: ꝛ exten-
dit manū ſuam ſuper eum: ꝛ percuſſit eū. Et
conturbati ſunt montes ꝛ facta ſunt mortici-
na eorum quaſi ſtercus in medio platearum.
In his omnib⁹ nō eſt auerſus furor eius: ſed
adhuc manus eius extēta. Et eleuabit ſignū
in nationib⁹ ꝓcul: ꝛ ſibilabit ad eum de fini
bus terre: ꝛ ecce feſtin⁹ velociter veniet. Nō
eſt deficiēs neq̧ laborās in eo: non dormitā
bit neq̧ dormiet: neq̧ ſoluet cingulum renū
G eius: nec rumpetur corrigia calciamēti eius.
Sagitte eius acute: ꝛ oēs arcus eius extenti.
Ungule equoꝝ ei⁹ vt ſilex: ꝛ rote ei⁹ quaſi im
petus tēpeſtatis. Rugit⁹ ei⁹ vt leonis: rugiet
vt catuli leonū. Et frendet ꝛ tenebit predā et
amplexabit: ꝛ nō erit qui eruat: ꝛ ſonabit ſu-
per eum in die illa ſicut ſonitus maris. Aſpi-
ciemus in terrā: ꝛ ecce tenebre tribulationis
ꝛ lux obtenebrata eſt in caligine eius.



Ca. Sū. Uidit eſaias dominum in thro
no: purgatur: mittitur: prophetat iudeā deſo
landam ꝛ populū decimandū. CVI

A IN anno quo mortuus eſt rex
ozias vidi dominū ſedentē ſu
per ſolium excelſum: ꝛ eleuā-
tū: + ꝛ plena erat domus a ma
ieſtate ei⁹: ꝛ que ſub ipſo erāt
replebāt templū. + Seraphin
ſtabāt ſuper illud: ſex ale vni ꝛ ſex ale alteri.
Duabus velabāt faciem eius: ꝛ duabus velā
bāt pedes eius: ꝛ duabus volabāt. Et clama
B bant alter ad alterū ꝛ dicebāt. Sanctus ſctūs
ſanctus dn̄s + deus exercituū: plena eſt oīs
terra gl̄ia eius. Et cōmota ſūt ſuperliminaria
cardinū a voce clamantis: ꝛ domus repleta
eſt fumo. Et dixi. Ue mihi quia tacui: q̄ꝛ vir
pollutus labijs ego ſum: ꝛ in medio populi
polluta labia habentis ego habito: ꝛ regem
dominū exercituū vidi oculis meis. Et vola
uit ad me vnus de ſeraphim et in manu eius
E calculus quem forcipe tulerat de altari ꝛ teti
git os meum ꝛ dixit. Ecce + tetigi hoc labia
tua: ꝛ auferetur iniquitas tua: ꝛ peccatū tuū
mundabitur. Et audiui vocem domini dicen
tis.[b] Quem mittam ꝛ quis ibit nobis? Et di

alias habet +ſum xi.Ecce ego+mitte me.Et dixit. Uade: ⁊ di-
mat.13.b ces populo huic.Audite audiétes ⁊ nolite in
mar.4.d telligere:⁊ videte viſionem ⁊ nolite cognoſce
luc.8.b re.Excéca cor populi huius ⁊ aures eius ág
act.28.f graua ⁊ oculos eiꝰ cláude:ne forte videat ocu
Ro.11.b D lis ſuis ⁊ áuribus ſuis áudiat:⁊ corde ſuo in
telligat ⁊ conuertátur ⁊ ſánem eum. Et dixi.
Uſqꝫquo domine?Et dixit.Donec deſolétur
ciuitates abſqꝫ habitatore:⁊ domus ſine homi
ne:⁊ terra relinquetur deſerta:⁊ longe faciet
dominus homines. Et multiplicabit quedre
lícta fuerat in medio terre ⁊ adhuc in ea deci
mátio.Et conuertetur ⁊ erit in oſtenſionem
ſicut terebínthus: ⁊ ſicut quercus que expá-
Luc.1.e dit ramos ſuos.Semen ſanctuꝫ erit id quod
ſtéterit in ea.

¶ Ca.Sum. ¶ De his qui voluerunt expu-
gnare hieruſalem: de conceptione virginis: ⁊
liberatione hieruſalem. ¶ VII

A 4.reg.16.e Et factum eſt in diebus acház
filij ioathám filij ozíe regis iu
dá: aſcendit raſin rex ſýrie: ⁊
facee filius romélie rex iſraél
in hieruſalém ad preliandum
contra eá:⁊ non potuerunt de-
bellare eam.Et nunciauerũt domui dauid di
centes.Requieuit ſýria ſuper effraim : ⁊ cõ-
motuꝫ eſt cor eius ⁊ cor populi eius ſicut mo-
uentur ligna ſiluaruꝫ a facie venti. Et dixit do
minus ad eſaiá.Egredere in occurſuꝫ acház
tu ⁊ qui derelictus eſt iaſúb filius tuus: ad ex
tremuꝫ aqueductus piſcine ſuperióris in via
agri fullónis:⁊ dices ad euꝫ. Uide+⁊ ſileas.
alias+vt Noli timere ⁊ cor tuum ne formidet a duabꝰ
cáudis titiónum fumigántium iſtoruꝫ in ira
furoris raſin regis ſýrie ⁊ filij romelie:eo ꝙ
conſilium inierit contra te ſýria in malum ⁊
effraim ⁊ filius romelie dicentes. Aſcenda-
B mus ad iudam ⁊ ſuſcitemus eum ⁊+auellá-
alias+euella mus eum ad nos:⁊ ponamus regem in me-
mus dio eius filiuꝫ tabeél.Hec dicit dominus de-
us.Non ſtabit ⁊ nõ erit iſtud:ſed caput ſýrie
damaſcus ⁊ caput damaſci raſin. Et adhuc
ſexaginta ⁊ quinqꝫ anni.⁊ déſinet effraim eẽ
populus ⁊ caput effraím ſamária:⁊ caput ſa-
marie filius romelie.Si non crediderítis nõ
permanebítis . Et adiécit dominus loqui ad
alias+ intel acház dicens. Pete tibi ſignũ a domino deo
ligens tuo in profundum inferni:ſiue in excelſuꝫ ſu

pra.Et dixit achás. Non petam:⁊ non tenta-
bo dominuꝫ.Et dixit.Audite ergo domus da
uid.Nunquid parum vobis eſt moleſtos eſſe
hominibus:qꝛ moleſti eſtis ⁊ deo meo? Pro C
pter hoc dabit dominus ipſe vobis ſignũ.Ec- alias+voca
ce virgo concipiet ⁊ páriet filium:⁊+vocabi- bit
tur nomen eius emanuél.Butýrũ ⁊ mel cõ- alias+voca bis.
medet:vt ſciat reprobáre maluꝫ ⁊ eligere bo- Mat.1.d.
num.Quia antequã ſciat puer reprobare ma Luc.1.c
lum ⁊ eligere bonum: derelinquet terra quã
tu deteſtáris a facie duorum regum ſuorum.
Addúcet dominus ſuper te ⁊ ſuper populum
tuum ⁊ ſuper domũ patris tui dies qui nõ ve-
nerunt a diebus ſeparationis effraim a iúdá
cum rege aſſyriórum.Et erit in die illa:ſibila
bit dominus múſce que eſt in extremo flumi
num egýpti:⁊ ápi que eſt in terra aſſúr:⁊ ve
nient ⁊ requieſcent omnes in torrentibus vál
lium:⁊ in cauernis petrarũ ⁊ in omnibus fru
técti ⁊ in vniuerſis foraminibus. In die illa D
radet dominus in nouácula+cõducta in his alias+conducta
qui trans flumen ſunt in rege aſſyriorum ca-
put:⁊ pilos pedum ⁊ barbam vniuerſam. Et
erit in die illa.Nutriet homo vaccam boum
⁊ duas oues:⁊ ꝑ vbertáte lactis cómedet bu-
týrum. Butýrum enim ⁊ mel manducabit alias nõ hꝫ
omnis homo qui relictus fuerit in medio ter +homo
re?Et erit in die illa.Omnis locus vbi fuerit
mille vites:mille argenteis ⁊ in ſpinas ⁊ in
vépres erunt.Cum ſagittis ⁊ arcu ingredien
tur illuc.Uepres enim ⁊ ſpine erũt in vniuer
ſa terra.Et omnes montes qui in ſárculo ſar
tiéntur non veniet illuc terror ſpinarum ⁊ ve
prium:⁊ erit in+paſcua bouis ⁊ in conculca- alias+paſcuam.
tionem pécoris.

¶ Ca.Sum. ¶ De modo liberationis terre
ꝑ emanuelem:⁊ hoc eſt querendum in lege:
de natiuitate chriſti. ¶ VIII

A Et dixit dominus ad me.Sume
tibi librum grándem ⁊ ſcribe
i eo ſtilo hominis:velóciter ſpo
lia détrahe cito predáre.Et ad-
hibui mihi teſtes fideles vriaꝫ
ſacerdotem:⁊ zachariam filiũ
barachíe.Et acceſſi ad ꝓphetiſſam ⁊ cõcépit
⁊ péperit filiuꝫ.Et dixit dominus ad me.Uo-
ca nomen eius: accélera:ſpólia+détrahe:fe- alias+detra
ſtina predari.Quia antequam ſciat puer vo- here
care patrem ſuum ⁊ matrem ſuaꝫ: auferetur

B fortitudo damáſci ⁊ ſpolia ſamárie coram re
ge aſſyriorum. Et adiecit dominus loqui ad
me adhuc dicens. Pro eo ꝙ adiecit populus
iſte aquas ſyloé que vadúnt cum ſilentio ⁊
aſſumpſit magis raſin ⁊ filium romelie: pro-
pter hoc ecce dñs addúcet ſuper eos aquas flu
minis fortes ⁊ multas: regem aſſyriorum ⁊
oẽm gloriaꝫ eius. Et aſcendet ſuper oẽs riuos
eius ⁊ fluet ſuper + vniuerſas ripas eius: ⁊ ibit
per iúdam mundans ⁊ tranſiens vſqꝫ ad col-
lum veniet. Et erit extenſio alarum eius iplẽs
latitudinem terre tue o emanuél. Congrega-
mini populi ⁊ vincémini ⁊ audite vniuerſe ꝓ
cul terre. Confortamini ⁊ + vincémini accin-
gite vos ⁊ + vincémini: inite conſilium ⁊ diſſi-
pábitur: loquimini verbum ⁊ non fiet qr no-
biſcum deus. Hec enim ait dominus ad me.
C Sicut in manu forti erudiuit me + ne irẽ i via
populi huius dicens. Non dicatis cõiuratio.
Omnia enim que loquitur ꝑplus iſte: conura-
tio eſt: ⁊ timore eius ne timeatis neqꝫ pauea-
tis. Dñm exercituum ipſum ſanctificate: ipſe
pauor veſter ⁊ ipſe terror veſter: ⁊ erit vobis in
ſanctificationem: in lapidem aũt offenſionis
⁊ petraꝫ ſcandali duabus domibus iſrael: ⁊ in
láqueum ⁊ in ruinam habitantibus hieruſa-
lem. Et offendent ex eis plurimi: ⁊ cadẽt ⁊ cõ
terentur ⁊ irretientur ⁊ capientur. Liga teſtimo
nium: ſigna legem in diſcipulis meis: + expe-
D ctabo dñm qui abſcondit faciem ſuã a domo
iacób ⁊ preſtolabor euꝫ. Ecce ego ⁊ pueri mei
quos dedit mihi dominus in ſignum ⁊ in por-
tentum + iſraél a dño exercituum qui habitat
in monte ſyón. Et cum dixerint ad vos: queri
te a phitónibus ⁊ a diuinis qui ſtrident incan
tationibus ſuis: nunqd non populus a deo ſuo
requiret viſionem pro viuis + ac mortuis. Ad
legem magis ⁊ ad teſtimonium. Quod ſi non di-
xerint iuxta verbuꝫ hoc: non erit eis matutina
lux. Et tranſibit per eam ⁊ corruet ⁊ eſúriet: ⁊
cum eſurierit iraſcetur: ⁊ maledicit regi ſuo
⁊ deo ſuo. Et ſuſpiciet ſurſum: ⁊ ad terram in-
tuébitur ⁊ ecce tribulatio ⁊ tenebre ⁊ diſſolú
tio ⁊ anguſtia ⁊ caligo perſequens: ⁊ non pó-
terit auoláre de anguſtia ſua.

¶ Ca. Sum. ¶ De chriſti natiuitate ⁊ impe-
rio eius: de euerſione iude iſrael: prophetat cõ
tra hieruſalem. CIX

PRimo tempore alleuiáta eſt A
terra zabulón ⁊ terra neptaliꝫ:
⁊ nouiſſimo aggrauata é via ma
ris trans iordanem galilée gen
tium.[b] Populus qui ambulá
bat in ténebris vidit luceꝫ ma-
gnam: habitantibus in regione vmbre mortis:
lux orta eſt eis. Multiplicaſti gentem: nõ ma
gnificaſti leticiam. Letabuntur coram te ſicut
qui letantur in méſſe: ſicut exultant + victores
capta preda quãdo diuidunt ſpolia. Iugũ eni
óneris eius ⁊ virgam húmeri eius: ⁊ ſcéptrũ B
exactóris eius ſupaſti ſicut in die madián. Qr
oĩs violenta predátio cum tumultu: ⁊ veſtimẽ
tum mixtum ſanguine erit in combuſtioné ⁊
cibus ⁊ ignis.[c] Páruulus enim natus eſt no-
bis + ⁊ filius datus eſt nobis[d]: ⁊ factus eſt prin
cipatus ſuper húmerũ eius: ⁊ vocabitur nomẽ
eius admirabilis conſiliarius: deus fortis: pa-
ter futuri ſeculi: princeps pacis. Multiplica-
bitur eius impériũ: ⁊ pacis non erit finis. Su
per ſólium dauid ⁊ ſuper regnum eius + ſede-
bit vt confirmet illud ⁊ corroboret in iudicio
⁊ iuſtitia: ámmodo ⁊ vſqꝫ in ſempiternũ. Zé-
lus dñi exercituum faciet hoc. Verbuꝫ miſit
dñs iacób ⁊ cécidit i iſraél. Et ſciet oĩs popu-
lus effraim ⁊ habitantes ſamariam in ſupbia
⁊ magnitudine cordis dicentes. Láteres ceci C
dérunt: ſed quadris lapidibus edificabimus
ſycomóros ſuccidérunt ſed cédros imutabi-
mus. Et eleuabit dñs hoſtes raſin ſuper eum:
⁊ inimicos eius in tumultum vértet ſýriaꝫ ab
oriente ⁊ philiſtijꝫ ab occidente: ⁊ deuorabũt
iſraél toto ore. In omnibus his nõ é auerſus
furor eius: ſed adhuc manus eius extẽta: ⁊ po
pulus nõ eſt reuerſus ad percutienteꝫ ſe: ⁊ dñꝫ
exercituũ non + inquiſiérunt. Et diſperdet dñs
ab iſraél caput ⁊ cáudam incuruantem ⁊ + de
prauantem die vna. Longéuus ⁊ honorabilis
ipſe eſt caput: ⁊ propheta docens mendaciuꝫ
ipſe eſt cáuda. Et erunt qui beatificãt populũ
iſtũ ſeducentes: ⁊ qui beatificantur precipitati.
Propter hoc ſuper adoleſcentulis eius nõ + le
tábitur dñs: ⁊ pupillorum eius ⁊ viduarum non
miſerebitur. Quia oĩs hypócrita eſt ⁊ néquaꝫ: D
⁊ vniuerſum os locutum eſt ſtulticiam. In oĩ
bus his non eſt auerſus furor eius: ſed adhuc
manus eius extenta. Succenſa eſt enim quaſi
ignis impietas: véprem ⁊ ſpinam vorabit. Et

ſuccendet in denſitate ſaltus: ⁊ conuoluet+ in
ſuperbia fumi. In ira dñi exercituum contur-
bata eſt terra: ⁊ erit populus quaſi eſca ignis.
Uir fratri ſuo non pcet: ⁊ declinabit ad dexte-
ram ⁊ eſuriet: ⁊ comedet ad ſiniſtram ⁊ non
ſaturabitur. Unuſquiſq; carnē brachij ſui vo-
rabit: manaſſes effraim: ⁊ effraim manaſſen:
⁊ ſil ipſi ꝯtra iudā. In oībus his nō ē auerſus
furor eius: ſed adhuc manus eius extenta.

C Ca. X. C Cominatur oppreſſoribus pau
perū ⁊ viduarum: prophetat contra ſennache-
rib: ⁊ deſcribit ſuperbiam eius: interferens de
conuerſione reliquiarum iſrael: de abbreuia-
to: ⁊ de paſſione chriſti. C X

A Ue qui condūt leges iniquas:
⁊ ſcribentes iniuſtitiam ſcripſe
runt vt opprimerent in iudicio
pauperes: ⁊ vim facerent cauſe
humilium populi mei: vt eſſent
vidue prēda eorū ⁊ pupillos di
riperent. Quid facietis in die viſitationis ⁊ ca
lamitatis de longe venientis. Ad cuius cōfu
gietis auxilium: ⁊ vbi derelinquetis gloriā ve-
ſtram: ne incuruemini ſub vinculo: ⁊ cū inter
fectis cadatis. Super omnibus his non ē auer
ſus furor eius: ſed adhuc manus eius extēta.
B Ue aſſur. Uirga furoris mei ⁊ baculus ipſe ē.
In manu+ eius indignatio mea. Ad gentē fal
lacem mittā eū: ⁊ contra populū furoris mei
mādabo illi: vt auferat ſpolia ⁊+ diripiat prē
dam ⁊ ponat illum in cōculcationē quaſi lutū
plateaꝝ. Ipſe aūt non ſic arbitrabitur: ⁊ cor
eius non ita eſtimabit: ſed ad conterendum
erit cor eius ⁊ ad internitionē gentiū nō pau-
carū. Dicet enim. Nunquid nō principes mei
ſimul reges ſunt? Nunquid nō vt carchamis:
ſic calanno: ⁊ vt arphad: ſic emath? Nunqd
C non vt damaſchus: ſic ſamaria? Quō inuenit
manus mea regna idoli: ſic ⁊ ſimulachra eo-
rū de hieruſalem ⁊ de ſamaria. Nunquid nō
ſicut feci ſamarie ⁊ idolis eius: ſic faciā hieru
ſalem ⁊ ſimulachris eius? Et erit cum imple-
uerit dñs cuncta opera ſua in monte ſyon ⁊ in
hieruſalē: viſitabo ſuper fructū magnifici cor
dis regis aſſur: ⁊ ſuper gloriaꝝ altitudinis ocu
lorū eius. Dixit enim. In fortitudine manus
mee feci: ⁊ in ſapiētia mea intellexi. Et abſtu
li terminos populoꝝ ⁊ principes eoꝝ deprедā
D tus ſum: ⁊ detraxi quaſi potens in ſublimi reſi
dentes. Et inuenit quaſi nidum manus mea
fortitudinem populorū: ⁊ ſicut colligūt oua
que derelicta ſunt ſic vniuerſam terram ego
cōgregaui: ⁊ non fuit qui moueret pennam ⁊
aperiret os ⁊+ gāniret. Nūquid gloriabit ſe-
curis cōtra eū qui ſecat in ea: aut exaltabitur
ſerra ꝯtra eū a quo trahitur? Quō ſi eleuetur
virga cōtra eleuantem ſe: ⁊ exaltet baculus q
vtiq; lignū eſt. Propter hoc mittet domina-
E tor dñs exercituū in pinguibus eius tenuita-
tem: ⁊ ſubtus gloriam eius ſuccenſa ardebit
quaſi combuſtio ignis: et erit lumen iſrael in
igne ⁊ ſanctus eius in flamma: ⁊ ſuccēdetur
⁊ deuorabitur ſpina eius: ⁊ vepres in die vna
⁊ gloria ſaltus eius et carmeli eius ab anima
vſq; ad carnem conſumetur. Et erit terrore
profugus: ⁊ reliquie ligni ſaltus eius pre pau-
citate numerabuntur: ⁊ puer ſcribet eos. Et
erit in die illa: non adijciet reſiduum iſrael:
⁊ hi qui fugerint de domo iacob inniti ſuper
eo qui percutit eos: ſed innitētur ſuper domi
num ſanctum iſrael. In veritate reliquie con
F uertentur reliquie inquam iacob ad deuꝫ for
tem. Si enim fuerit populus tuus iſrael qua-
ſi arena maris: reliquie conuertentur ex eo.
Conſummatio abbreuiata inundabit iuſtiti-
am. Conſummationem enim ⁊ abbreuiatio-
nem dominus deus exercituum faciet in me-
dio omnis terre. Propter hoc hec dicit domi
nus exercituum. Noli timere populus meus
habitator ſion ab aſſur. In virga enim percu-
tiet te: ⁊ baculum ſuuꝫ leuabit ſuper te in via
egypti. Adhuc enim paululum modicūq;
⁊ cōſummabitur indignatio mea ⁊ furor me
us ſuper ſcelus eorum. Et ſuſcitabit ſuper euꝫ
dominus exercituum flagellum iuxta plagaꝫ
madian in petra oreb: ⁊ virgam ſuam ſuper
mare: ⁊ leuabit eam in via egypti. Et erit in
die illa: auferētur onus eius de humero tuo:
⁊ iugum eius de collo tuo: ⁊ computreſcet iu
gum a facie olei. Ueniet in+ aioth: trāſibit in
magron apud magmas commendabit vaſa
ſua. Tranſierunt currum: + gabaa ſedes no-
G ſtra. Obſtupuit ramā: gabaa ſaulis fugit. Hin
ni voce tua filia gallim: attende layſa pauper-
cula anathot. Migrauit medemenā: habita-
tores+ gabin confortamini. Adhuc dies eſt vt
in+ nobe ſtetur. Agitabit manum ſuam ſuper
H montem filie ſion+ ⁊ collem hieruſalem. Ec
ce dominator dominus exercituum confrin-
get lagunculaꝫ in terrore: ⁊ excelſi ſtatura ſuc
ciden: ⁊ ſublimes humiliabunt. Et ſubuertet
ꝯdēſa ſaltus eius ferro: ⁊ libanus cū excelſis cadet.

¶ Ca.Sum. ¶ De natiuitate xp̄i: ⁊ populo
xp̄iano: ⁊ cruce ⁊ ſepulchro xp̄i: ⁊ ꝯuerſione
reliquiaꝝ iſrael ⁊ fide gentium. ¶ XI

ET egredietur virga de radice
A ieſſé: ⁊ flos de radice eius aſcē
det: ⁊ requieſcet ſuper eū ſpūs
a ve.q.i. ca.i. dn̄i: ſpiritus ſapientie ⁊ intelle
ctus: ſpiritus conſilij ⁊ fortitu
dinis: ſpiritus ſcientie ⁊ pieta
tis: ⁊ replébit eum ſpūs timoris dn̄i. Nō ſm
viſionem oculoꝝ iudicabit: neq̄ ſm auditū
áurium árguet. Sed iudicabit in iuſtitia pau
peres: ⁊ árguet in equitate pro manſuetis ter
2.theſ.2.b. re. Et percútiet terram virga oris ſui: ⁊ ſpiritu
B labioꝝ ſuoꝝ interficiet impium. Et erit iuſti
tia cingulum lumboꝝ eius: ⁊ fides cinctóriū
rénum eius. Habitabit lupus cū agno ⁊ pár
Ure.65.d. dus cū hédo accubábit. Uitulus ⁊ leo ⁊ ouis
ſimul morabuntur: ⁊ puer paruulus minábit
eos. Uitulus ⁊ vrſus paſcentur: ſimul requie
ſcent catuli eoꝝ: ⁊ leo quaſi bos cómedet pa
al+ ablactabitur leas. Et+ delectabitur īfans ab+ vbere ſuper
forámina áſpidis: ⁊ in+ cauerna réguli q ab
al+ vberibus lactatus fuerit manum ſuam mittet. Non no
al+ cauernis cebunt ⁊ non occident in vniuerſo mōte ſan
cto meo: q2 repleta eſt terra ſcientia dn̄i ſicut
C aqua maris+ operiētis. In die illa radix ieſſé
al+ operientes qui ſtat in ſignum populoꝝ: ipſum gentes de
Ro.15.c. precabuntur: ⁊ erit ſepúlchrū eius glorioſū.
Et erit in die illa: adyciat dn̄s ſecūdo manū
ſuam ad poſſidendum reſiduū populi ſui: qđ
relinquetur ab aſſyrijs ⁊ ab egypto ⁊ a phe
trós ⁊ ab ethiópia ⁊ ab elán ⁊ a ſennaár ⁊ ab
emáth ⁊ ab ínſulis maris. Et leuabit ſignum
in nationes: ⁊ cōgregabit prófugos iſraél. Et
diſp̄ſos iudá cólliget a quattuor plagis terre:
⁊ auferetur zelus effraim ⁊ hoſtes iudá per
D ibunt. Effraím non emulábitur iudam: ⁊ iu
das non pugnabit cōtra effraím. Et volabunt
in humeros philiſtijm per mare ſimul preda
buntur filios orientis. Iduméa ⁊ moáb pre
al+ eius ceptum manus+ eorum: ⁊ filij ammón obe
Exo.14.b. dientes erunt. Et deſolabit dominus linguā
maris egýpti: ⁊ leuabit manum ſuā ſuper flu
men in fortitudine ſpiritus ſui: ⁊ percútiet eū
in ſeptem riuis: ita vt tránſeat per eum calcia
ti. Et erit via reſiduo populo meo q relinque
al+ iſrael tur ab aſſyrijs: ſicut fuit+ iſraéli ī die illa qua
aſcendit de terra egýpti.

¶ Ca.Sum. ¶ Pro deſtructo regno mundi
cantat eccleſia. ¶ XII

ET dices in die illa. Confitébor A
tibi domine quoniā iratus es
mihi: conuerſus eſt furor tuus
⁊ conſolatus es me. Ecce+ deus al+ deus
ſaluator meus: fiduciáliter ágā
⁊ non timebo. Quia fortitudo Exo.15.a.
mea ⁊ laus mea dominus: + ⁊ factus es mihi ps.117.
in ſalutem. Hauriétis aquas in gaudio de fon al.+ deus
tibus ſaluatoris: ⁊ dicétis in die illa. Confité B
mini domino: ⁊ inuocate nomen eius. Notas ps.104. i.pa.16.b.
fácite in populis adinuētiónes eius memēto
te quoniā excelſum eſt nomen eius. Cantate
domino quoniā magnifice fecit: annunciate
hoc ī vniuerſa terra. Exulta ⁊ lauda habitatio
ſyón: q2 magnus in medio tui ſctūs iſraél.

¶ Ca.Sū. ¶ De euerſione babylonis ⁊ eius
vaſtitate interſeritur: ⁊ captiuitate ⁊ reditu
populi. ¶ XIII

ONus babylónis: qđ vidit eſaías A
filius amós. Super montem ca
liginóſum leuáte ſignum+ exal al+ hi +1
tate vocem leuate manum: ⁊ in
grediantur portas duces. Ego
mandaui ſanctificatis meis: ⁊
vocaui fortes meos in ira mea exultantes in
gloria mea. Uox multitudinis in montibus q̄
ſi populorū frequentium: vox ſónitus regum
gentium congregatarū. Dominus exercituū
precépit militie belli: venientibus de terra pro
cul. A ſūmitate celi dn̄s ⁊ vaſa furoris eius:
vt diſperdat oēm terram. Ululáte q2 prope eſt B
dies dn̄i: quia váſtitas a dn̄o véniet. Propter
hoc oēs manus diſſoluentur: ⁊ omne cor hoīs
tabéſcet ⁊ conterétur. Torſiónes ⁊ dolores te
nebunt: quaſi+ partúriens dolebunt. Unuſq̄ſ Na3.2.c.
q3 ad proximum ſuū ſtupébit: facies cōbuſte al+ parturientes
vultus eoꝝ. Ecce dies dn̄i veniet crudelis ⁊ in
dignationis plenus ⁊ ire furoriſq3: ad ponen
dam terram in ſolitudinē: ⁊ peccatores eius
cōterēdos de ea: q̄m ſtelle celi ⁊ ſplendor eaꝝ
non expandent lumen ſuū. Obtenebratus eſt Eze.32.b.
in ortu ſuo: ⁊ luna non ſplendébit in lúmine
ſuo. Et viſitabo ſuper orbis mala: ⁊ cōtra im
pios+ iniquitatem eoꝝ. Et requieſcere faciā
ſuperbiam infidéliū: ⁊ arrogantiā fortiū hu al+ impietatem
miliabo. Precioſior erit vir auro: ⁊ homo mū
do obrizo. Super hoc celū turbabo: ⁊ mouebit C
terra de loco ſuo: ꝓpter indignationem domi
ni exercituū: ⁊ ꝓpter diem ire furoris eius. Et
erit quaſi dámula fugiens: ⁊ quaſi ouis: ⁊ nō
erit qui cóngreget. Unuſquiſq3 ad populum

ſuum conuertetur: ⁊ ſinguli ad terraȝ ſuaȝ fu
gient: oīs qui inuentus fuerit occidet ⁊ oīs
qui ſuperuenerit cadet in gladio. Infantes eo
rum allidentur in oculis eoꝝ: diripientur do
D mus eorum: ⁊ vxores eorum violabuntur. Ec
ce ego ſuſcitabo ſuper eos medos qui argen
tum non querant nec aurum velint: ſed ſagit
al' + lactentib⁹ vteri. tis paruulos interficient: ⁊ + lactantibus vte
al' + parcet ris non miſerebuntur: ⁊ ſuper filios nō + par
al's nō dȝ + ciuitas cat oculos eoꝝ. Et erit babylon illa ciuitas
Ge. 19. c. glorioſa in regnis: inclyta in ſuperbia caldeo
rum: ſicut ſubuertit dn̄s ſodomam ⁊ gomo
ram. Non habitabitur vſqȝ in finem: ⁊ non
fundabitur vſqȝ ad generationem ⁊ genera
tionem. Nec ponat ibi tentoria arabs: nec pa
ſtores requieſcent ibi: ſed requieſcent ibi be
ſtie: ⁊ replebuntur domus eoꝝ draconibus.
Et habitabunt ibi ſtrutiones: ⁊ piloſi + ſalta
al' + ſtabūt būt ibi: ⁊ reſpōdebūt ibi ulule in edibus ei⁹
et ſyrene in delubris voluptatis.

¶ Ca. Sum. ¶ De caſu luciferi: ⁊ verbis do
mini contra philiſteos. ¶ XIIII

A PRope eſt vt veniat tempus ei⁹:
⁊ dies eius non elongabuntur.
Miſerebitur eniȝ dominus ia
cob ⁊ eliget adhuc de iſrael: ⁊
al's + faciā requieſcere eos + faciet ſup hu
mum ſuam. Adiungetur adue
na ad eos: ⁊ adherebit domui iacob. Et tene
bunt eos populi: ⁊ adducent eos in locū ſuū.
Et poſſidebit eos domus iſrael ſuper terram
domini in ſeruos ⁊ ancillas: ⁊ erunt capien
tes eos qui ſe ceperant: ⁊ ſubijcient exactores
B ſuos. Et erit in die illa cum requiem dederit
tibi deus a labore tuo ⁊ a concuſſione tua ⁊ a
ſeruitute dura qua ante ſeruiſti: ſumes para
bolam iſtam contra regem babylonis ⁊ di
ces. Quomodo ceſſauit exactor: quieuit tribu
tum. Contriuit dominus baculum impioꝝ
virgam dominantium cedentem populos in
indignatione plaga inſanabili: ſubijcientem
in furore gentes: perſequenteȝ crudeliter. Cō
al' + exultabit. quieuit ⁊ ſiluit omnis terra: gauiſa ē ⁊ + exul
tauit: abietes quoqȝ letate ſunt ſuper te: ⁊ ce
De pe. di. 2. c. pncipium. dri libani. Ex quo dormiſti: non aſcendit qui
ſuccidat nos. Infernus + ſubter te conturba
C tus eſt in occurſum aduentus tui: + ſuſcitauit
al' + ſ'bt⁹ al' + ſuſcitabit tibi gygantes. Omnes principes terre ſurrexe
runt de ſolus ſuis: omnes principes nationū
vniuerſi reſpondebunt ⁊ dicent tibi. Et tu vul
neratus es ſicut et nos: noſtri ſimilis effectus
es. + Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua: cō al's nō hȝ + ⁊ ꝯ. luci ſerani
cidit cadauer tuū. Subter te ſternetur tinea:
⁊ operimentum tuum erunt vermes. Quomo al' + deiecta
do cecidiſti de celo lucifer qui mane oriebā 14. q. 5. c. quidam
ris. Corruiſti in terram qui vulnerabas gen
tes: qui dicebas in corde tuo. In celum con D
ſcendaȝ ſupra aſtra + dei exaltabo ſoliuȝ meū: al's + cel.
ſedebo in mōte teſtamēti in lateribꝰ aqlonis
aſcendam ſuper altitudinem nubium: ſimilis
ero altiſſimo. Uerūtamen ad infernū detra
heris in profundum laci. Qui te viderint ad
te inclinabuntur: teqȝ proſpicient. Nunquid
iſte eſt vir qui turbauit terrā: qui concuſſit re
gna: qui poſuit orbem deſertum ⁊ vrbes eius
deſtruxit: victis eius non aperuit carcerem.
Omnes reges gentium vniuerſi dormierunt E
in gloria + vir in domo ſua: tu autem proiectꝰ al' + muſ ſiqȝ.
es de ſepulchro tuo quaſi ſtirps inutilis + pol al's habet
lutus ⁊ obuolutus + cū his qui interfecti ſunt + ſicut ſo me.
gladio: ⁊ deſcenderunt ad fundamenta laci.
Quaſi cadauer putridum non habebis con al's nō hȝ + cū his.
ſortium: neqȝ cum eis in ſepultura. Tu enim
terram tuam diſpdidiſti: tu populum tuuȝ oc
cidiſti. Non vocabitur ineternuȝ ſemen peſ
ſimoꝝ. Preparate filios eius occiſioni: in ini
quitate patrum eorum. Non conſurgent nec
hereditabunt terram: neqȝ implebunt facieȝ
orbis + ciuitatum. Et conſurgam ſuper eos di al' + ciuitatis.
cit dominus exercituum: ⁊ perdaȝ babylonis
nomen. ⁊ reliquias: ⁊ germē: ⁊ progeniem: di F
cit dominus. Et ponam eaȝ in poſſeſſionē eri
cij: ⁊ in paludes aquarum: ⁊ ſcopabo eam in
ſcopa terens dicit dominus exercituū. Jura
uit dominus exercituum dicens. Si nō vt pu
taui ita erit: ⁊ quomodo mente tractaui ſic
eueniet: vt conteram aſſyrium in terra mea:
⁊ in montibus meis conculcem eum: ⁊ auſe
retur ab eis iugum eius: ⁊ onus illius ab hu
mero eoꝝ tolletur. Hoc ꝯſilium qd̄ cogitaui
ſuper oēm terram: ⁊ hec eſt manus extenta ſu
per vniuerſas gentes. Dominus exercituū de
creuit: ⁊ quis poterit īfirmare? Et manus eiꝰ
extenta: ⁊ quis auertet eaȝ. In anno quo mor G
tuus eſt rex achaȝ: factuȝ eſt onus iſtud. Ne le
teris philiſtea oīs tu quoniam cōminuta eſt
vga percuſſoris tui. De radice enim colubri
egredietur regulus: ⁊ ſemen eius abſorbens
volucrem. Et paſcentur primogeniti paupeꝝ:
⁊ pauperes fiducialiter requieſcēt: ⁊ interire
faciam in fame radiceȝ tuā: ⁊ reliquias tuas
interficiā. Ulula porta: clama ciuitas: pſtra

ta eſt philiſtea omnis. Ab aquilone enim fumꝰ
veniet: ⁊ non eſt qui effugiat agmen eius. Et
quid reſpondebitur nuncijs gentis. Quia do-
minus fundauit ſion: ⁊ in ipſo ſperabunt pau-
peres populi eius.

¶ Ca. Sũ. ¶ De onere moab. ¶ XV

A Onus moab. Quia nocte vaſta-
ta eſt ar: moab conticuit: qꝛ no
cte vaſtatus eſt murꝰ: moab cõ-
ticuit. Aſcẽdit domus ⁊ dybon
ad excelſa in planctũ ſup nabó
⁊ ſup medabá moab vlulábit.
hie.48.f. Eze.7.e In cunctis capitibus eius caluiciũ: ⁊ omnis
B barba radétur. In triuijs eius accincti ſũt ſac
co: ſuper tecta eius: ⁊ in plateis eius oĩs vlula
tus deſcẽdet in fletũ. Clamabit eſebón ⁊ elea-
lé: vſq₃ iaſá audita eſt vox eoꝝ. Super hoc ex-
pediti moáb vlulábũt: anima eius vlulabit ſi-
C bi. Cor meum ad moáb clamabit: vectes eius
al's +conſternantẽ vſq₃ ſegór vitulum + cõternãtẽ. Per aſcẽſũ
al's +oronaim eniꝫ luith flens aſcẽdit: ⁊ in via + oronaim cla
morẽ contritionis leuabunt. Aque eni nem-
rím deſerte erũt: quia áruit herba: defecit grá
men: viror omnis intérijt. Secunduꝫ magni-
tudinem operis: ⁊ viſitatio eorum. Ad torrẽn-
al's +eum tem ſálicum ducent + eos: quoniam circuí-
D bit clamor terminum moáb. Uſq₃ ad gallím
vlulátus eius: ⁊ vſq₃ ad puteũ helim clamor
eius: quia aque dybón replete ſunt ſanguine.
al's +relli. quie. Ponam enim ſuper dybon additamenta his
qui fugerint de moáb leonem: ⁊ + reliquijs
terre.

¶ Ca. Sum. ¶ Prophetat ⁊ petit ruth moa-
bitidem venire in genealogiam Chriſti: ⁊ ſic
chriſtum de ipſa petit. ¶ XVI

A Emitte agnum + domine domi-
al's nõ hꝫ +dñe natorem terre: de petra deſerti
ad montem filie ſión. Et erit ſi
cut auis fugiens: ⁊ pupilli de ní
do auolantes: ſic erũt filie mo-
áb in tranſcenſu arnón. Ini cõ-
ſilium: cóge concilium: pone quaſi noctẽ vm
bram tuam in meridie. Abſconde fugientes:
⁊ vágos ne pródas. Habitabunt apud te pró-
fugi mei. Moáb eſto latibulum eoꝝ a facie
vaſtatoris. Finitus eſt enim puluis: cõſumma
tus eſt miſer: defecit qui conculcabat terram.
Et preparabitur in miſericordia ſólium: ⁊ ſe-
debit ſuper eum in veritate in tabernaculo da
B uid: iudicans ⁊ querens iudicium ⁊ velóciter
hie.48.c. reddens qđ iuſtum eſt. Audiuimus ſuperbiá
moáb: ſuperbus eſt valde. Supbia eius ⁊ ar-
rogántia eius ⁊ indignatio eius: plus q̃ forti-
tudo eius. Idcirco vlulabit moáb ad moáb:
vniuerſus vlulabit. His qui + letantur ſup mu al's +letaꝰ tur.
ros cócti láteris loquimini plagas ſuas: quo-
niaꝫ ſuburbana eſebón deſerta ſunt. Et vineã
ſabamá domini gentium excidérunt. Flagel-
la eius vſq₃ ad iaʒér peruenerunt: errauerunt
in deſerto: propágines eius relicte ſunt tranſie
runt mare. Super hoc plorabis in fletu iaʒér:
⁊ vineã ſabamá. Inebriabo te láchryma mea C
eſebón ⁊ elealé: quoniam ſuper vindemiam
tuam ⁊ ſuper méſſem tuam vox calcantiũ ir
ruit. Et auferetur letitia ⁊ exultatio de carmé
lo: ⁊ in vineis nõ exultabit neq₃ iubilábit. Ui hie.48.e
num in torculári non calcabit qui calcare cõ-
ſueuerat: vocem calcantiũ abſtuli. Super hoc
vẽter meus ad moáb quaſi cýthara ſonabit:
⁊ viſcera mea ad murum cocti láteris. Et erit D
cum appáruerit qđ laborauit moáb ſuper ex-
celſis ſuis: ingredietur ad ſancta ſua vt obſe-
cret: ⁊ non valebit. Hoc verbum qđ locutus
eſt dominus ad moáb extunc: ⁊ nunc locutus
eſt dicens. In tribus annis quaſi anni mercẽ-
narij auferetur gloria moáb ſuper omni popu
lo multo: ⁊ relinquetur in eo ſicut racemus par
uus ⁊ módicus nequaquã multus.

¶ Ca. Sũ. ¶ De onere damaſci: ⁊ indigna-
tur dominus contra iacob ⁊ iſrael: quia oblí-
tus eſt ſaluatoris ſui: ⁊ contra perſequẽtes po-
pulum domini. ¶ XVII

Onus damáſci. Ecce damáſcus A
déſinet eſſe ciuitas: ⁊ erit ſicut
acéruus lapidum in ruina. De
relicte ciuitates aroér gregibꝰ
erunt ⁊ requieſcẽt ibi ⁊ nõ erit
qui extérreat. Et ceſſabit adiu-
tórium ab effraim ⁊ regnum a damaſco: ⁊ re
liquie ſýrie ſicut gloria filioꝝ iſraél erunt di
cit dominus exercituum. Et erit in die illa at al's + ⁊ pinguedo carnes eius marceſcet
tenuabitur gloria iacób: ⁊ pinguédo carnis
eius emarceſcet. Et erit ſicut congregans in
meſſe quod reſtiterit: ⁊ bráchium eius ſpicas
léget. Et erit ſicut querens ſpicas in valle ra- B
phaím: ⁊ relinquetur in eo + ſicut racemus: ⁊ al's + quaſi
ſicut excuſſio ólee duarum vel trium oliuaꝝ
in ſummitate rami: ſiue quattuor aut quinq₃.
in cacuminibus eius fructus eius: dicit domi
nus deus iſraél. In die illa inclinabitur homo
ad factorẽ ſuum ⁊ oculi eius ad ſanctũ iſraél C
reſpicient: ⁊ non inclinabitur ad altaria que

fecerunt manus eius: ⁊ que operati ſunt digi-
ti eius: non reſpicient lucos ⁊ delubra. In die
illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelicte
ſicut aratra: ⁊ ſegetes que derelicte ſunt a fa-
al's + erit. cie filiorum iſrael. Et +eris deſerta: quia obli
ta es dei ſaluatoris tui ⁊ fortis adiutoris tui nõ
es recordata. Propterea plantabis plantatio-
al's + infidelem. nem +fidelem: ⁊ +germen alienum ſemina-
al's + ſemẽ. bis. In die plantationis tue + labruſca: ⁊ ma-
al's + labruſcas ⁊ eſt ne ſemen tuum florebit. Ablata eſt meſſis in
verbum. die hereditatis: ⁊ +dolebit grauiter. Ve +mul
D titudini populorum multorum vt multitudo
al's + dolebis maris ſonantis: ⁊ tumultus turbarum ſicut
al's + multitudo. ſonitus aquarum multarum. Sonabunt popu
li ſicut ſonitus aquarum inundantium: ⁊ in-
crepabit eum ⁊ fugiet procul. Et rapietur ſi-
cut puluis montium a facie venti: ⁊ ſicut tur-
bo coram tempeſtate. In tempore veſperi ⁊ ec-
ce turbatio: in matutino ⁊ non ſubſiſtet. Hec
eſt pars eorum qui vaſtauerunt nos: ⁊ ſors di-
ripientium nos.

¶ Capituli Sũmarium. ¶ Sermo alius cõ-
tra egyptum. ¶ XVIII

A Ve terre cymbalo alarum que
al's + trans flumina. eſt +trans flumen ethiopie: qui
al's + mari. mittit in +mare legatos ⁊ in va
al's + papireis. ſis +papiri ſuper aquas. Ite an-
geli veloces ad gentem conuul
ſam ⁊ dilaceratam: ad populũ
terribilem poſt quem non eſt alius: ad gentẽ
expectantem ⁊ conculcatam cuius diripuerũt
B flumina terram eius. Ad montem nominis
al's non h̃z + ad montẽ nõis dñi exercituũ montem ſion. domini exercituum montem ſion. Omnes ha
bitatores orbis qui moramini in terra: cum
eleuatum fuerit ſignum in +montibus videbi
tis: ⁊ clangorem tube audietis: quia hec dicit
al's + nationibus. dominus ad me. Ego quieſcam ⁊ conſiderabo
in loco meo ſicut meridiana lux clara eſt: ⁊ ſi
C cut nubes roris in die meſſis. Ante meſſem eni
al's + germinabu. totus effloruit: ⁊ immatura perfectio +germi
nauit ⁊ +preſcindentur ramuſculi eius falci-
al's + precidentur. bus: ⁊ que derelicta fuerint abſcindentur. Ex
cutientur: ⁊ relinquentur ſimul auibus mon
tium ⁊ beſtijs terre: ⁊ eſtate perpetua erunt ſu-
per eum volucres ⁊ omnes beſtie terre ſuper +
al's + eum illum hyemabunt. In tempore illo deferetur
D munus domino exercituum a populo diuul-
ſo ⁊ dilacerato: a populo terribili poſt quem
non fuit alius: a gente expectante ⁊ conculca-
ta: cuius diripuerunt flumina terram eius ad
locum nominis domini exercituum mon-
tem ſion.

¶ Capituli Summarium. ¶ De onere egy
pti: poſtea de auerſione eius: ſecundo de paci
ficatione eius: de quinque ciuitatibus in egypto
loquentibus linguam chanaan. ¶ XIX

Onus egypti. Ecce dominus aſce- A
det ſuper nubem leuem: ⁊ ingre
dietur egyptum: ⁊ commoue-
buntur ſimulacra egypti a fa-
cie eius: ⁊ cor egypti tabeſcet
in medio eius. Et concurrere
faciam egyptios aduerſus egyptios: ⁊ pugna
bit vir contra fratrem ſuum: ⁊ vir cõtra ami-
cum ſuum: ciuitas aduerſus ciuitatem: regnũ
aduerſus regnũ: ⁊ dirumpetur ſpiritus egy-
pti in viſceribus eius: ⁊ conſilium eius preci-
pitabo. Et interrogabũt ſimulacra ſua ⁊ di-
uinos ſuos: ⁊ phitones ⁊ ariolos: ⁊ tradã egy
ptum in manu dominorum crudelium: ⁊ for
tis rex dominabitur eorum: ait dominus exer
cituum. Et areſcet aqua de mari: ⁊ fluuius de-
ſolabitur atque ſiccabitur: ⁊ deficient flumina.
Attenuabuntur ⁊ ſiccabuntur riui aggerum.
Calamus ⁊ iuncus marceſcet: nudabitur al-
ueus riui a fonte ſuo. Et omnis ſementis irri B
gua ſiccabuntur: areſcet ⁊ non erit. Et mere-
bunt piſcatores: ⁊ lugebunt omnes mittẽtes
in flumen hamum: ⁊ expandentes rhete ſu-
per faciẽ +aquarum emarceſcent. Confundẽ al's + aque.
tur qui operabuntur linum: +plectentes ⁊ te- al's + pectalies.
xentes ſubtilia. Et erũt irrigua eius ſlacentia:
omnes qui faciebant lacunas ad capiendos
piſces. Stulti principes thaneos: ſapientes cõ
ſiliarij pharaonis dederunt conſilium inſipi-
ens. Quomodo dicetis pharaoni? Filius ſa-
pientium ego: filius regum antiquorũ. Ubi
nunc ſunt ſapientes tui? Annuncient tibi ⁊ in
dicent quid cogitauerit dominus exercituũ
ſuper egyptum. Stulti facti ſunt principes
thaneos: emarcuerũt principes mempheos:
deceperunt egyptum: angulum populorum
eius. Dominus miſcuit in medio eius ſpiri- C
tum vertiginis. Et errare fecerunt egyptum
in omni tempore ſuo: ſicut errat ebrius ⁊ vo-
mens. Et non erit egypto opus qd faciat: ca-
put ⁊ caudam incuruantem ⁊ +refrenantem. al's + deprauantem.
In die illa erit egyptus quaſi mulieres: ⁊ ſtu-
pebunt ⁊ timebunt a facie commotionis ma
nus dñi exercituum quam ipſe mouebit ſup
eam ⁊ erit terra iuda egypto in + pauorem. al's + feſtinantem.
Oĩs qui illius fuerit recordatus: pauebit a fa-

cie conſilij domini exercituum: qd ipſe cogi-
tauit ſuper eam. In die illa erunt quinqz ciui-
tates in terra egypti loquentes lingua+cha-
al's+chana nea. naán: ⁊ iurantes per dominum exercituum.
Ciuitas ſolis vocabitur vna. In die illa erit al
tare domini in medio terre egypti ⁊ titulus
al's nō hȝ +dñi vel domino +domini iuxta terminuz eius: ⁊ erit in ſignū
⁊ in teſtímonium domino exercituum in ter
D ra egypti. Clamabunt enim ad dominuz a fa
cie tribulantis: ⁊ mittet eis ſaluatorem ⁊ pro-
pugnatorem qui liberet eos. Et cognoſcetur
dominus ab egypto: ⁊ cognoſcent egypty do
minum in die illa: ⁊ cólent euz in hóſtys ⁊ ín
muneribus: ⁊ vota vouébunt domino ⁊ ſól-
uent. Et percútiet dominus egyptum plaga ⁊
ſanabit eam: ⁊ reuertentur ad dominum: et
placabit eis ⁊ ſanabit eos. In die illa erit via
de egypto in aſſyrios: ⁊ intrabit aſſyrius egy-
ptum ⁊ egyptius in aſſyrios ⁊ ſéruient egy-
pty aſſúr. In die illa erit iſraél terti° egyptio
⁊ aſſyrio: benedictio in medio terre cui bene-
dixit dominus exercituum dicens. Benedi-
ctus pplſ meus egypti: ⁊ opus manuū mearz
al's+aſſyrio. +aſſyrius: hereditas autem mea iſraél.

¶Ca.Sum. ¶De captiuatióe egypti: ⁊ tráſ
migratione ethiopie: ⁊ nuditate. ¶XX

A In anno quo ingreſſus eſt thar
tán in azótum cum miſiſſet eū
ſargón rex aſſyriórum ⁊ pugnaſ
ſet contra azotum ⁊ cepiſſet eá
in tempore illo locutus eſt do-
min° in manu eſaie filij amos
dicens. Uade ⁊ ſolue ſaccum de lumbis tuis:
⁊ calciamenta tua tolle de pedibus tuis. Et fe-
cit ſic: vadens nudus ⁊ diſcalciatus. Et dixit
B dominus. Sicut ambulauit ſeruus meus eſa-
ías nudus ⁊ diſcalciatus: trium annorum ſi-
gnum ⁊ portentum erit ſuper egyptum ⁊ ſu-
per ethiópiam: ſic minabit rex aſſyriórum ca-
ptiuitatem egypti ⁊ transmigrationem ethió
al's+iuuenū ⁊ ſenū al's nō hȝ +ad pie: +iuuenem ⁊ ſenem: nudam ⁊ diſcalcia-
tam diſcoópertis nátibus+ ad ignominiam
egypti. Et timebunt ⁊ cōfundentur ab ethió-
pia ſpe ſua: ⁊ ab egypto gloria ſua. Et dicet ha
al's + hec ẜ heccine. bitator inſule hui° in die illa.+ Heccine erat
ſpes noſtra: ad quos confugimus in auxilium
vt liberarent nos a facie regis aſſyriórum? Et
quomodo effugere poterimus nos?

¶Ca.Sum. ¶De ruina babylonie per me-
dos ⁊ perſas: interpoſito de onere idumee: et
de onere arabie. ¶XXI

Nus deſerti maris. Sicut túr- A
bines ab áfrico veniūt: de deſer
to venit: de terra horribili. Ui- abac.1.a Jo.3.d
ſio dura núciata eſt mihi. Qui
incredulus eſt infideliter ágit:
⁊ qui depopulator é vaſtat. Aſcē
de elám: óbſide+medé oēm gemitū ei° ceſſa al's+mede ba.
re feci. Propterea repleti ſūt lūbi mei dolore
⁊ anguſtia poſſédit me ſicut anguſtia partu-
riéntis. Córrui cum audírem:+ conturbatus al's+turba tus
ſum cum vidérem. Emárcuit cor meum: té-
nebre ſtupefecerūt me. Babylon dilecta mea
poſita eſt mihi in miraculū. Pone méſaz: cō- B
téplare in ſpecula. Comedétes ⁊ bibētes: ſur-
gite pncipes arripite clýpeū. Hec enī dicit mí
hi dñs. Uade ⁊ pone ſpeculatorē: ⁊ qdcūqz ví
derit annūciet. Et vidit currū duoꝝ équituz:
aſcéſorē aſini ⁊ aſcéſorez caméli: ⁊ ɔtēplatus é C
diligéter multo intúitu. Et clamauit+ vt leo. al's nō hȝ +vt
Sup+ſpéculā dñi ego ſuz ſtans iugiter p die: abac.2.a
⁊ ſup cuſtodiā meā ego ſum ſtans totis nocti al's+ ſpecula
bus. Ecce iſte venit aſcéſor vir bige ēqtū ⁊ rñ
dit ⁊ dixit. Cécidit cécidit bábylon: ⁊ oīa ſcul hie.5.1 apo.4.b
ptilia deoꝝ ei° ɔtrita ſūt in terra. Tritura mea
⁊ filij área mee: q audiui a dño exercituū de
iſrl' annūciaui vobis. On° dumá. Ad me cla-
mat ex ſeýr. Cuſtos+qd de nocte: cuſtos qd de al's+qui
nocte. Dixit cuſtos. Uenit mane ⁊ nox. Si q̄ri
tis q̄rite: ɔuertimini ⁊ venite. On° in arábia.
In ſaltu ad veſperā dormiétis: in ſémitis do-
danim. Occurrētes ſitiēti ferte aquā: q habí D
tatis terrá áuſtri cū panib° occúrrite fugiéti.
A facie.n.gladioꝝ fugérūt a facie gladij imi-
nentis: a facie arc° extenti: a facie grauis plij
qm̄ hec dicit dñs ad me. Adhuc in vno áno
q̄ſi in áno mercēnarij: ⁊ auferet oīs+glia ce- al's nō hȝ +⁊
dár: ⁊ reliq̄ nūeri ſagittarioꝝ fortiū de filijs al's+ glia
cedár iminuet. Dñs enī deus iſrl' locutus é.

¶Ca.Sū. ¶Sermo dñi ɔtra hierlm̄ de ido
lis eius predicat deſtructio facta p nabucho-
donoſor: item ſmo dñi ad ſobnā prepoſitum
templi vbi ſub nomine eliachim agit de xpo
qui portat clauem dauid ſuper humeros: ⁊ eſt
paxillus in eccleſia. ¶XXII

Nus vallis viſiōis. Quidnā ē ɔ̄ A
tibi eſt: q: aſcédiſti ⁊ tu+oís in
tecta clamoris plena: vrbs fre- al's nō hȝ +omnia
quēs ciuitas exultās? Interfecti
tui nō iterfecti gladio: nec mor
tui + tui mortui in bello. Cuncti pncipes tui al's nō hȝ tui mortuus.
fugérunt ſimul: dureqz ligati ſunt. Omnes q

Inuenti ſunt vincti pariter:procul fugerunt.
Propterea dixi. Recedite a me: amare fle-
bo. Nolite incumbere vt conſolemini me ſu-
B per vaſtitate filie populi mei. Dies enim inter
al's habet + a fectionis ⁊ conculcationis ⁊ fletuum + domi-
no deo exercituuꝫ in valle viſionis. Scrutans
murum: ⁊ magnificus ſuper monte. Et elam
ſumpſit pharetram: + ⁊ curruꝫ hominis equi
al's nō hꝫ + et tis: ⁊ parietem nudauit clypeus. Et erunt ele-
cte valles tue plene quadrigarum: ⁊ equites
ponent pedes ſuas in porta: ⁊ reuelabitur ope-
rimentum iude. Et videbitis in die illa arma
mentariū domus ſaltus ⁊ ſciſſuras ciuitatis da
C uid videbitis: quia multiplicate ſunt. Et con-
gregaſtis aquas piſcine inferioris: ⁊ domos
hieruſalem numeraſtis: ⁊ deſtruxiſtis domos
ad muniendum murum. Et lacum feciſtis in
ter duos muros: ⁊ aquaꝫ piſcine veteris: ⁊ nō
ſuſpexiſtis ad eum qui fecerat eaꝫ: ⁊ operato
D rem eius delonge non vidiſtis. Et + vocabit do
al's + vocauit minus deus exercituum in die illa ad fletuꝫ:
⁊ ad planctum ad caluicium: ⁊ ad cingulum
ſacci: ⁊ ecce gaudium ⁊ letitia: occidere vitu-
los ⁊ iugulare arietes: comedere carnes ⁊
a de pe.vl. bibere vinuꝫ.[a] Comedamus ⁊ bibamus: cras
& caſi enim eni moriemur. Et reuelata eſt in auribus me
1.cor.15.d is vox domini exercituum. Si dimittetur ini-
quitas hec vobis: donec moriamini: dicit do-
minus exercituum. Hec dicit dominus deus
E exercituum. Vade ingredere ad eum qui ha-
bitat in tabernaculo ad ſobnam prepoſitum
al's + ei templi: ⁊ dices + ad euꝫ. Quid tu hic: aut qua
ſi quis hic? Quia excidiſti tibi hic ſepulchruꝫ:
excidiſti in + excelſo memoriale: diligenter in
al's + excel- petra tabernaculum tibi. Ecce dominus aſpor
ſum me- tari te faciet: ſicut aſportatur gallus gallina-
moriam. tius: ⁊ quaſi amictum ſic ſubleuabit te. Coro-
nans coronabit te tribulatione: quaſi pilam
mittet te in terram latā ⁊ ſpacioſam. Ibi mo
F rieris: ⁊ ibi erit currus glorie tue: ⁊ ignomi-
nia domus domini tui. Et expellam te de ſta-
tione tua: ⁊ de miniſterio tuo deponam te. Et
erit in die illa: vocabo ſeruuꝫ meuꝫ eliachim
filium helchie: ⁊ induam illum tunica tua: ⁊
cingulo tuo confortabo eum: ⁊ poteſtatem tu
am dabo in manu eius: ⁊ erit quaſi pater ha-
Job.12.c. bitantibus hieruſalem ⁊ domui iuda. Et da-
apoc.3.b. bo clauem domus dauid ſuper humerū eius:
G ⁊ aperiet ⁊ non erit qui claudat: ⁊ claudet: ⁊
non erit qui aperiat. Et figam illum paxilluꝫ

in loco + fideli: ⁊ erit in ſolium glorie + domui al's + fide-
patris ſui: ⁊ ſuſpendam ſuper omnem gloriaꝫ lium.
domus patris eius. Vaſorum diuerſa genera al's + do-
mus.
omne vas paruulum a vaſis crateraruꝫ vſqꝫ
ad omne vas muſicorum. In die illa dicit do-
minus exercituum: auferetur paxillus qui fi-
xus fuerat in loco fideli: ⁊ frangetur ⁊ cadet:
⁊ peribit quod pependerat in eo: quia dominus
locutus eſt.

Capituli Summarium. Sermo domi-
ni contra tyrum: ꝙ futura ſit ſuper eam deſtru
ctio per nabuchodonoſor poſt .lxx. annos: ⁊ po
ſtea reparabitur. CXXIII

Onus tyri. Vlulate naues + ma- A
ris: quia vaſtata eſt domus vn- al's + cartha-
de venire conſueuerant: de ter- ginis.
ra cethim reuelatuꝫ eſt eis. Ta
cete qui habitatis in inſula: ne
gociatio ſydonis. Transfretan
tes mare repleuerunt te in aquis multis: ſe-
men nili meſſis fluminis fruges eius: ⁊ facta
eſt negociatio gentium. Erubeſce ſydon ait + al's + enſis.
mare: fortitudo maris dicens. Non parturi-
ui ⁊ non peperi: ⁊ non enutriui iuuenes: nec
ad incrementum perduxi virgines. Cum au- B
ditum fuerit in egypto: dolebunt cum audie-
rint de tyro. Tranſite maria: vlulate qui habi
tatis in inſula. Nunqd non hec veſtra eſt que
gloriabatur a diebus priſtinis in antiquitate
ſua. Ducent eam pedes ſui longe ad peregri-
nandum. Quis cogitauit hoc ſup tyruꝫ quon
dam coronatam? Cuius negociatores princi-
pes: inſtitores eius inclyti terre. Dominus exer
cituum cogitauit hoc: vt detraheret ſuperbiaꝫ
omnis glorie: ⁊ ad ignominiā deduceret vni-
uerſos inclytos terre. Tranſi terrā tuā quaſi
fluuium filia maris: non eſt cingulum vltra ti
bi. Manum ſuam extendit ſuper mare: con- C
turbauit regna. Dominus mandauit aduer-
ſus chanaan: vt contereret fortes eius ⁊ dixit.
Non adijcies vltra vt glorieris calumniaꝫ ſu
ſtinens virgo filia ſydonis. In cethim conſur
gens transfreta: ibi quoqꝫ non erit requies ti
bi. Ecce terra chaldeorum talis populus non
fuit: aſſur fundauit eam. In captiuitatem tra-
duxerunt robuſtos eius: ſuffoderunt domos
eius: poſuerunt eam in ruinam. Vlulate na-
ues maris: quia deuaſtata eſt fortitudo veſtra.
Et erit in die illa: in obliuione eris o tyre ſe-
ptuaginta annis: ſicut dies regis vnius. Poſt

D ſeptuaginta annos erit tyro quaſi cánticum
meretricis. Sume tibi cýtharam: circui ciui-
tatem méretrix obliuioni tradita. Bene ca-
ne: frequenta canticū: vt memoria tui ſit. Et
erit poſt ſeptuaginta annos viſitabit dominus
tyrum ⁊ redúcet eam ad+merces ſuas: ⁊ rur
ſum+fornicábitur cum vniuerſis regnis+ſu-
per faciem terre: ⁊ erunt negociationes eius:
⁊+merces eius ſanctificare domino. Non có-
dentur neqꝫ reponentur: quia his qui habita-
uerunt coram dño erit negociatio eius: vt mã
ducẽt in ſaturitatẽ ⁊ veſtiãtur vſqꝫ ad vetuſtatẽ.

als+ mercedes. als + erit cuꝫ. als habet + terre. als+ mercedes.

¶ Capituli Summarium. ¶ Sermo malo-
rum que dominus facturus eſt terre vniuer-
ſaliter pro peccato habitatorum eius de die iu
dicij. ¶ XXIIII

A als+ mutabit. als+ diſperdet. Oſee. 4.b.

Ecce dominus diſſipabit terram
⁊+nudabit eam: ⁊ affliget faci-
em eius ⁊+diſperget habitato-
res eius. Et erit ſicut populus:
ſic ſacerdos: ⁊ ſicut ſeruus ſic do-
minus eius: ⁊ ſicut ãcilla ſic do
mina eius. Sicut emens: ſic ille qui vendit. Si
cut fenerator: ſic is qui mútuū accipit. Sicut
qui répetit: ſic qui debet. Diſſipatione diſſipa
bitur terra: ⁊ direptione predábitur. Domi-
nus enim locutus eſt verbum hoc. Lúxit ⁊ de-
flúxit terra ⁊ infirmata eſt altitudo populi ter
re: ⁊ terra+infecta eſt ab habitatoribus ſuis:
quia tranſgreſſi ſunt leges mutauerũt ius: diſ
ſipauerunt fedus ſempiternum. Propter hoc
maledictio vorabit terram ⁊ peccabunt habi-
tatores eius: ideoqꝫ inſánient cultores eius: ⁊
relinquẽtur homines pauci. Lúxit vindémia
infirmata eſt vitis: ingemuerunt omnes qui
letabantur corde. + Ceſſauit gaudium tympa
norum: quiéuit ſónitus letantium: conticuit
dulcedo cýthare. Cum+cantico non bibent
vinum: amara erit potio bibentibus illaꝫ. At-
trita eſt ciuitas vanitatis: clauſa eſt omnis do
mus nullo introeunte. Clamor erit ſuper vi-
no in platéis: deſerta eſt omnis letitia: tranſla
tum eſt gaudium terre. Relicta eſt in vrbe ſo-
litúdo: ⁊ calamitas ópprimet portas. Quia
hec erunt in medio terre in medio populorũ.
Quomodo ſi pauce oliue que remanſerũt ex
cutiantur ex olea: ⁊ racémi cum fuerit finita
vindémia. Hi leuabunt vocem ſuam atqꝫ lau
dabunt: cum glorificatus fuerit dominus hin
nient de mari. Propter hoc in doctrinis glori

14 q.4. ca. miniſtri. q.3.c. plerīqꝫ. ⁊ ca. putant.
als+ interfecta.
B
als+ ceſſabit.
als+ gaudio.
C

ficate dñm: in inſulis maris nomen dñi dei
iſraẽl. A finibus terre laudes audiuim⁹ gl'iã
iuſti. Et dixi. Secretũ meũ mihi: ſecretũ meũ
mihi. Ue mihi. Preuaricãtes p̄uaricati ſunt:
⁊ preuaricatiõe tranſgreſſorꝫ preuaricati ſunt.
Formido ⁊ fouea ⁊ láqueus ſuper te: qui ha-
bitatores terre. Et erit qui fúgerit+a facie for
midinis cádet in foueam: ⁊ qui ſe+explicáue
rit de fouea tenebitur láqueo: quia cataráctę
de excelſis aperte ſunt ⁊ concutientur funda-
menta terre. Confractione confringẽtur ter-
ra: contritione conterẽtur terra. Commotio-
ne commouebitur terra: agitatione agitabi-
tur terra ſicut ébrius: ⁊ auferẽtur quaſi taber
naculum vnius noctis. Et grauabit eam iniq
tas ſua ⁊ córruet: ⁊ nõ adijciet vt reſurgat. Et
erit in die illa. Uiſitabit dominus ſuper mili-
tiam celi in excelſo: ⁊ ſuper reges terre qui ſũt
ſuper terram. Et congregabuntur in congre-
gatione vnius fáſcis in lacum ⁊ claudentur
ibi in cárcere: ⁊ poſt multos dies viſitabũtur.
Et erubeſcet luna ⁊ confundetur ſol: cum re-
gnauerit dominus exercituum in monte ſion
⁊ in hieruſalem: ⁊ in conſpectu ſenum ſuorꝫ
fuerit glorificatus.

Iere. 48.d. als+ a voce. als+ explicuerit.
D

¶ Ca. Sũ. ¶ Propheta agit gratias deo pro
ſuis opibus: de ſocietate celeſti: de íteritu mor
tis: ⁊ cõfractu potentie dyaboli. ¶ XXV

Domine deus meus+es tu ⁊ ex
altabo te: cõfitebor nomini tuo:
Quoniam feciſti mirabilia:
cogitationes antiquas fideles
amen. Que poſuiſti ciuitatem
in+tumúltum: vrbem forteꝫ in
ruinam: domum alienorum vt non ſit ciui-
tas: ⁊ in ſempiternum non edificetur. Super
hoc laudabit te populus fortis: ciuitas genti-
um robuſtaruꝫ timebit te. Quia factus eſt for
titudo+pauperi: fortitudo egeno in tribulatio
ne ſua: ſpes a túrbine vmbraculum ab eſtu.
Spiritus enim robuſtorum: quaſi turbo im-
pellens parietem. Sicut eſtus in ſiti: tumúl-
tum alienoruꝫ humiliabis: ⁊ quaſi calore ſub
nube torrẽte propáginem fortiuꝫ marceſce-
re fácies. Et faciet dominus exercituuꝫ omni
bus populis in monte iſto hoc conuiuiuꝫ pin
guium: conuiuium vindémie: conuiuiuꝫ pin-
guium medullatóruꝫ: vindémie defecate. Et
precipitabit in monte iſto faciem vinculi col-
ligati ſuper omnes populos: ⁊ telam quam or

A als no[n] es + cõ
als+ in tumulum.
B
als+ pauperis.
C

Apoc. 7.d. & 21.a. al's habet + oem.
ditus eſt ſuper omnes nationes. Precipitabit
mortem in ſempiternum. Et áuferet domi-
nus deus + láchrimaz ab omni facie: et obpro
al's + expe-
brium populi ſui áuferet de vniuerſa terra: qꝛ
ctauimus. al's + ſaluauit.
dominus locutus eſt. Et dicent in die illa. Ec-
ce deus noſter iſte: + expectábimus euz: et + ſal
D
uabit nos. Iſte dominus ſuſtinúimus eum: et
exultabimus et letabimur in ſalutari eius: qa
requieſcet manus domini in monte iſto. Et
triturabitur moáb ſub eo: ſicuti teruntur pá-
lee in pláuſtro. Et extendet manus ſuas ſub
eo: ſicut extendit natans ad natandum: et hu-
miliabit gloriam eius cum alliſione manuuz
eius: et munimenta ſublimium murorũ tuo-
rum concident: et humiliabuntur et detrahen
tur in terram vſqꝫ ad puluerem.

C Ca. Sum. C Canticum iuſtorum: de ſemi-
ta iuſti: de duricia impij: et de reſurrectóe mor
tuorum. C XXVI

A
IN die illa cantabitur canticuz
iſtud in terra iudá. Urbs forti-
al's nõ hꝫ + ſyon.
tudinis noſtre + ſión ſaluator:
ponetur in ea murus et ántemu
rale. Aperite portas et ígredie
tur gens iuſta: cuſtodiens veri-
tatem. Uetus error abijt ſeruabis pacem: pa
cem quia in te ſperauimus. Speraſtis in do-
mino in ſeculis eternis: in domino deo forti in
perpetuum. Quia incuruabit habitátes in ex-
celſo: ciuitatem ſublimen humiliabit: humi-
al's + conculcauit. al's + pedes
miliabit eam vſqꝫ ad terram: detrahet eam
vſqꝫ ad puluerem. + Conculcabit eam pes: +
pes pauperis greſſus egenóꝝ. Sémita iuſti re-
cta eſt: rectus callis iuſti ad ambulandum: et
in ſemita iudiciorum tuorum domine ſuſti-
al's + deſiderabit.
nuímus te: nomen tuum et memoriále tuum
in deſiderio anime. Anima mea deſiderauit
te in nocte: ſed in ſpiritu meo in precórdijs
meis de mane vigilabo ad te. Cum féce-
ris iudicia tua in terra: iuſtitiam diſcent ha-
al's + inique.
bitatores orbis. Miſereámur impio: et nõ di-
C
ſcet iuſtitiam facere. In terra ſanctorum + iní
qua géſſit: et non videbit gloriaz domini. Do-
mine exaltetur manus tua vt non videant: vi
deant et confundantur zelátes populi: et ignis
hoſtes tuos déuoret. Domine dabis pacez no
al's + in
bis: omnia enim opera noſtra operatus es +
nobis. Domine deus noſter poſſedérunt nos
domini abſqꝫ te: tantuz in te recordémur no-
minis tui. Morientes non viuant: gygántes
non reſurgant. Propterea viſitaſti et contriui

ſti eos: et perdidiſti omnem memoriam eo-
rum. Induſiſti genti domine: induſiſti gen-
ti. Nunquid glorificatus es? Elõgaſti omnes
terminos terre. Domine in anguſtia requiſie
runt te: in tribulatione múrmuris doctrina
tua eis. Sicut que concépit euz appropinquá D
uerit ad partum: dolens clamat in doloribus
ſuis: ſic facti ſumus. A facie tua domine con- al's + ſalute.
cepimus: et quaſi parturiuimus et peperimus
ſpiritum + ſalutis. + Iuſticiam non fecimus in al's nõ hꝫ + iuſticiam
terra: ideo non cecidérunt habitatores terre.
Uiuent mortui tui: interfecti mei reſurgent.
Expergiſcimini et laudate qui habitabitis in
puluere: quia ros lucis ros tuus et terram gy
gantium détrahes in ruinam. Uade popu-
lus meus intra in cubicula tua: claude oſtia al's nõ hꝫ + mea.
tua ſuper te: abſcóndere módicum ad monu Mat. 6. a.
mentum donec pertráſeat indignatio + mea. al's habet + ſancto.
Ecce enim dominus egredietur de loco + ſuo:
vt viſitet iniquitatem habitatoris terre con-
tra eum: et reuelabit terra ſanguinem ſuum:
et nõ opériet vltra interfectos ſuos.

C Capituli Summarium. C De iudicio et
interitu dyaboli: de ſpina domus et vinea ſua
de pdicatióe apłoꝝ de fide gétiũ. C XXVII

IN die illa viſitabit dominus in A
gladio ſuo duro et grandi et for-
ti: ſuper leuiathán ſerpentem
véctem: et ſuper leuiathán ſer-
pentem tortuoſum: et occidet
cétum qui in mari ẽ. In die il-
la vinea meri cantabit ei. Ego dominus qui al's obſeruo.
+ ſeruo eam: repénte propinábo ei: ne forte vi
B
ſitetur contra eam. Nocte et die ſeruo eam: in
dignatio non eſt mihi. Quis dabit me ſpinaz
et veprem? In prelio grádiar ſuper eam: ſuc-
cendam eam páriter. An potius + tenebo for- al's + tenebit.
titudinem meam? Faciet pacem mihi: pacez
faciet mihi. Qui egredientur ímpetu + a ia- al's + ad
cob: florebit et germinabit iſraél: et implebũt
faciem orbis ſémine. Nunquid iuxta plagam
percutientis ſe percuſſit eum? Aut ſicut occi-
dit interfectos eius: ſic occiſus eſt? In menſu al's + iudicabis.
ra contra menſuram cum abiecta fuerit + iu-
dicabit eam. Meditatus eſt in ſpiritu ſuo du
ro per diem eſtus. Idcirco ſuper hoc dimitte
tur iniquitas domui iacob: et iſte omnis fru-
ctus vt auferat pctĩ eius. Cũ poſúerit oẽs lá
pides altaris ſicut lápides cineris alliſos: nõ
ſtabũt luci et delubra. Ciuitas enĩ munita + dſo al's + deſolabitur.
lata erit: ſpecioſa relinqꝫ: et dimitteť qſi deſer

tum. Ibi paſcetur vitulus ⁊ ibi accubabit:
⁊ conſumet ſummitates eius. In ſiccitate
meſſis illius conterentur mulieres venientes
⁊ docentes eam. Non eſt enim populus ſapi-
D ens: propterea non miſerebitur eius qui fecit
eum: ⁊ qui formauit eũ non parcet ei. Et erit
in die illa percutiet dominus ab alueo flumi-
nis vſqʒ ad torrentem egypti: ⁊ vos congrega
bimini vnus ⁊ vnus filij iſrael. Et erit in die
illa: clangetur in tuba magna: ⁊ venient qui
perditi fuerant de terra aſſyriorum: ⁊ qui eie-
cti erant de terra egypti: ⁊ adorabunt dominũ
in monte ſancto in hieruſalem.

¶ Capituli Summarium. ¶ Indignatio do
mini contra ſuperbiam effraim: ⁊ ebrietatẽ
ſacerdotũ: ⁊ cõtra principes illuſores: de Chri
ſto quoqʒ naſcituro: ⁊ pena illuſor. ¶ XXVIII

A Ve corone ſuperbie ebrijs effra-
im: ⁊ flori decidenti glorie exul
tationis eius qui erant in ver-
tice vallis pinguiſſime errãtes
a vino. Ecce validus ⁊ fortis do
minus ſicut impetus grandi-
nis turbo confringens: ſicut impetus aquarũ
multarum inundantium ⁊ emiſſarum ſuper
terram ſpacioſam. Pedibus cõculcabitur co
rona ſuperbie ebriorum effraim: ⁊ erit flos de
cidens glorie exultationis eius qui eſt ſuper
verticem vallis pinguium: quaſi temporane-
B um ante maturitatem autumni. Quod cum
aſpexerit videns ſtatim vt manu tenuerit de-
uorabit illud. In die illa erit dominus exerci
tuum corona glorie: ⁊ ſertum exultationis re-
ſiduo populi ſui: ⁊ ſpiritus iudicij + ſedenti ſu- (al+ ſedẽtis.)
per + iudicium ⁊ fortitudo reuertẽtibus de bel- (al+ ibi eorum.)
lo ad portam. Uerum hi quoqʒ pre vino neſci
erunt: ⁊ pre ebrietate errauerunt. Sacerdos ⁊
propheta neſcierũt pre ebrietate: abſorti ſunt
a vino: errauerunt in ebrietate: neſcierunt vi
C dentem. ignorauerunt iudicium. Omnes eni
menſe replete ſunt vomitu: ſordiumqʒ ita vt
non eſſet vltra locus. Quẽ docebit ſcientiam:
⁊ quem intelligere faciet auditum. Ablacta-
tos a lacte: + auulſos ab vberibus: quia man- (al+a pul. ſos.)
da remanda: manda remanda: expecta reex-
pecta: expecta reexpecta: modicum ibi modi-
cum ibi. In loquela enim labij ⁊ lingua alte- (1. Co.14. d.)
ra loquetur ad populum iſtum: cui dixit. Hec
eſt requies mea: reficite laſſum ⁊ hoc eſt me-
um refrigerium: ⁊ noluerunt audire. Et erit
eis verbum domini manda remãda: manda
remãda: expecta reexpecta: expecta reexpecta:
modicum ibi: modicum ibi: vt vadant ⁊ ca-
dant retrorſum: ⁊ conterantur ⁊ illaqueent
⁊ capiantur. Propter hoc audite verbum do- D
mini viri illuſores qui dominamini ſuper po-
pulum meum qui eſt in iſrael. Dixiſtis enim.
Percuſſimus fedus cum morte: ⁊ cum infer-
no fecimus pactum. Flagellum inundans cũ (Amos.9.c)
tranſierit non veniet ſuper nos: quia poſui-
mus mendacium ſpem noſtram: ⁊ mendacio
protecti ſumus. Idcirco hec dicit dominus de
us. Ecce ego mittam in fundamentis ſion la- (Ro.9.g)
pidem: lapidem probatum: angularẽ precio (1 pet.2.a)
ſum: in fundamento fundatum. Qui credide (al's + lapidẽ angularẽ pbatum pcioſum.)
rit non feſtinet. Et ponam in pondere iudi-
cium: ⁊ iuſtitiam in menſura. Et ſubuertet grã
do ſpem mendacij ⁊ protectionem. Aque in- (Ro.10.b)
undabunt ⁊ delebitur fedus veſtrum cũ mor- E
te: ⁊ pactum veſtrum cum inferno non ſtabit.
Flagellum inundans cum tranſierit: eritis ei
in conculcationem. Quandocunqʒ pertran-
ſierit: tollet vos: + quoniam mane diluculo p- (al's + quando.)
tranſibit in die ⁊ in nocte: ⁊ tantũmodo ſola
vexatio intellectum dabit auditui. Coanguſta (27.q.1.c.ſi cuius. di.15.c.ca.)
tum eſt enim ſtratum: ita vt alter decidat: ⁊
pallium breue vtrunqʒ operire nõ poteſt. Si-
cut enim in monte diuiſionum ſtabit domi- F
nus: ſic in valle que eſt in gabaon iraſcetur vt
faciat opus ſuum: alienũ eſt opus eius vt o-
perarẽtur opus ſuum. Peregrinum eſt opus (al's nõ ⁊ eius.)
+ eius ab eo. Et nunc nolite illudere: ne forte
conſtringantur vincula veſtra. Conſumma- (ſup.10.d)
tionem enim ⁊ abbreuiationem audiui a do-
mino deo exercituum: ſuper vniuerſam ter-
ram. Auribus percipite ⁊ audite vocem me-
am: attendite ⁊ audite eloquium meum. Nũ
quid tota die arabit arans vt ſerat: pſcindet G
⁊ ſartiet humum ſuam? Nonne cum adequa
uerit faciem eius: ſeret gith ⁊ ciminum ſpar
get: ⁊ ponet triticum per ordinem ⁊ hordeum
⁊ milium ⁊ viciam in finibus ſuis? Et erudi-
et illum iudicio: deus ſuus docebit illũ. Nõ
enĩ in ſerris triturabitur gith: nec rota plau
ſtri ſuper ciminum circuibit: ſed in virga ex-
cutietur gith: ⁊ ciminum in baculo: panis au
tem comminuetur. Uerum non imperpetu-
um triturans triturabit illum: neqʒ vexabit
eum rota plauſtri nec vngulis ſuis cõminuet
eum. Et hoc a domino deo exercituum exiuit
vt mirabile faceret conſilium: ⁊ magnifica-
ret iuſtitiam.

¶ Ca. Sũ. ¶ Prophetatur deſtructio iſraél ꝑ
nabuchodonoſor ⁊ per romanos: de ciuitate ꝓ
phetarum ⁊ libro ſignato propter peccata po-
puli: de celantibus peccata ſua: de fide genti-
um ⁊ reuerſione iudeorum ad fidem: ⁊ pena
illuſorum. ¶ XXIX
A Ve ariél Ariél ciuitas quã expu
gnauit dauid. Additus eſt an-
nus ad annum: ſolénitates euo
lute ſunt. Et circũuallabo ariél: (al' + cris.)
⁊ erit triſtis ⁊ merẽs: ⁊ erit mi-
hi quaſi ariél. Et circũdabo q̃ſi
ſperam in circuitu tuo: ⁊ iáciam cõtra te ágge
rem: ⁊ munimenta ponam in obſidiónẽ tuã?
Humiliáberis. ò terra loquéris: ⁊ de humo au
B dietur elóquium tuum. Et erit quaſi phitónis
de terra vox tua. ⁊ de humo eloquiũ tuũ mu
ſitábit: ⁊ erit ſicut puluis ténuis: multitudo vẽ
tilántium te: ⁊ ſicut fauilla pertranſiens multi
tudo eorum qui contra te preualuerũt. Eritq̃
repente: confeſtim a domino exercituũ viſita-
bitur in tonitruo ⁊ commotione terre: ⁊ voce
magna túrbinis ⁊ tempeſtatis: ⁊ flãma ignis
deuorantis. Et erit ſicut ſómnium viſionis no-
cturne multitudo oĩum gentium que dimica
uerunt cõtra ariél: ⁊ oẽs qui militauerũt ⁊ ob
C ſedérunt ⁊ ꝓualuerunt aduerſus eã. Et ſicut
ſómniat eſuriens ⁊ cómedit: cũ autẽ fuerit ex
pergefactus vacua eſt anima eius. Et ſicut ſó-
mniat ſitiens ⁊ bibit: ⁊ poſtq̃ fuerit expgefa-
ctus adhuc ſitit: ⁊ anima eiꝰ vacua eſt: ſic erit
multitudo oĩum gentium que dimicauerunt
contra montem ſyón[a]. Obſtupéſcite ⁊ ammi-
ramini fluctuáte ⁊ vacillate: inebriamini ⁊ nõ
a vino: mouémini ⁊ nõ + ab ebrietáte: q̃m mi-
ſcuit vobis dñs ſpm̃ ſoporis. Claudet ocl'os ve-
ſtros: prophetas ⁊ principes veſtros: qui vidẽt
D viſiones opériet. Et erit vobis viſio oĩũ ſicut
verba libri ſignati: quẽ cũ dederint ſcienti lit-
teras: dicẽt: lege iſtũ: ⁊ rñdebit non poſſum: ſi
gnatus eſt enim. Et dabitur liber neſcienti lit-
teras. diceturq̃ ei. lege. ⁊ reſpõdebit neſcio lit
teras? Et dixit dñs. Eo ꝙ appropinquat popu-
lus iſte ore ſuo: ⁊ labijs ſuis glorificat me: cor
aũt eius longe eſt a me: ⁊ timuerunt me man
E dato hominum ⁊ doctrinis: ideo ecce ego ád-
dam vt ammirationẽ faciam populo huic mi
raculo grandi ⁊ ſtupendo[b]. Peribit eniʒ ſapiẽ
tia a ſapientibus eius: ⁊ intellectus prudentiũ
eius abſcõdétur. Ve qui profundi eſtis corde
vt a domino abſcondatis conſilium quorum

ſunt in tenebris opera: Et dicunt. Quis videt
nos: ⁊ quis nouit nos? Peruerſa eſt hec veſtra (Ec. 13. c.)
cogitatio: quaſi ſi lutum contra figulum cógi
F tet: ⁊ dicat opus factori ſuo: non feciſti me: ⁊
figmentum dicat fictori ſuo: non intélligis.
Nonne adhuc in modico ⁊ in breui conuertẽ (Ier. 31. c.)
tur libanus in chermél: ⁊ chermél in ſaltum
reputabitur? Et audiẽt in die illa ſurdi vba li-
bri: ⁊ de ténebris ⁊ caligine oculi cecorum vi-
debunt. Et áddent mites in domino leticiã:
⁊ pauperes homines in ſancto iſraél exultabũt
q̃m defecit qui ꝓualébat: conſummatus eſt il-
luſor. Et + ſucciſi ſunt omnes qui + vigilabant (al' + ſuc. ceſſi.)
ſuper iniquitatem: qui peccare faciebant ho-
mines in verbo: ⁊ arguentem in porta ſupplá (al' + feſti nabant.)
tabant: ⁊ declinauerunt fruſtra + a iuſto. Pro (al' + ad iu ſtum.)
pter hoc hec dicit dñs ad domum iacób q re-
G démit habraám. Non modo confundetur ia-
cób: nec modo vultus eius erubéſcet: ſed cũ
viderit filios ſuos opera manuum mearũ: in
medio ſui ſanctificantes nomen meum: ⁊ ſan
ctificabunt + ſanctum Jacob ⁊ deuʒ iſraél pre (al' habet + ſemen.)
dicabunt: ⁊ ſcient errantes ſpiritu intellectũ:
⁊ muſitatores diſcent legem.
¶ Ca. Sũ. ¶ Comminatio domini cõtra re-
liquias populi: qui poſt deſtructionẽ hieruſa-
lem in egyptum deſcenderunt. ¶ XXX
A Ve filij deſertores dicit dominꝰ
vt faceretis conſilium ⁊ non ex
me: ⁊ ordirémini télam ⁊ non
per ſpiritum meum: vt + adde-
rétis peccm̃ ſuper peccatum: qui (al' + adde. retur.)
ãbulatis vt deſcendatis in egý
ptum: ⁊ os meũ non interrogaſtis: ſperantes
auxilium in fortitudine pharaónis: ⁊ haben-
tes fiduciam in vmbra egýpti: ⁊ erit vobis for
titudo + pharaónis in confuſionem: ⁊ fidúcia
vmbre egýpti in ignominiam. + Erant enim (al' + pha rao.)
in táphnis ꝓncipes tui: ⁊ nũcij tui vſq̃ ad thá- (al' + erant.)
B nes peruenérunt. Omnes confuſi ſunt ſup po-
pulo qui eis prodéſſe non potuit. Non fuerũt
in auxilium ⁊ in aliquã vtilitátem: ſed in con
fuſionem ⁊ in opprobrium. Onus iumentorũ
áuſtri. In terra tribulatiõis ⁊ anguſtie: leéna
⁊ leo ex eis vipera: ⁊ régulus volans: portãtes
ſuper humeros iumentorũ diuitias ſuas ⁊ ſu-
per gýbbum camelorum theſauros ſuos ad
populum qui eis prodeſſe nõ poterit. Egý- (al' nõ hʒ + ei.)
ptus eniʒ fruſtra ⁊ vane auxiliabitur. Ideo cla
maui ſuper hoc ſuperbia tantum eſt: quieſce.
Nunc ingreſſus ſcribe ei ſuper buxum: ⁊ in li

bro diligenter exára illud ⁊ erit in die nouiſ-
ſimo in teſtimonium vſqꝫ ineternum. Popu-
lus enim ad iracundiam prouocans eſt: ⁊ filij
mendaces: filij nolentes audire legē dei. Qui
dicunt videntibus nolite videre: ⁊ aſpicienti-
C bus nolite aſpicere nobis ea que recta ſūt. Lo
quimini nobis placētia: videte nobis errores
auferte a me viaꝫ: declināte a me ſemitā: ceſ
ſet a facie noſtra ſanctꝰ iſraél. Propterea hec
dicit dominus noſter ſanctus iſraél. Pro eo
al+exprobraſtis. q̄ reprobaſtis verbum hoc ⁊ ſperaſtis in ca-
lúnia ⁊ in tumultu: ⁊ inniri eſtis ſuper eo: pro-
pterea erit vobis iniquitas hec ſicut iterruptio
cadens ⁊ requiſita in muro excelſo. Quoniaꝫ
ſubito dum nō ſperatur veniet contritio eius:
⁊ cōminuetur ſicut cōteritur lagéna figuli cō
tritione perualida: ⁊ nō inuenietur de fragmē
tis eius téſta in qua portetur igniculus de in-
cendio: aut hauriatur parum aque de fouea?
Quia hec dicit dominus deus ſanctus iſraél.
Si reuertámini ⁊ quieſcatis: ſalui eritis. In
D ſilentio ⁊ in ſpe erit fortitudo veſtra. Et nolui-
ſtis: ⁊ dixiſtis. Nequaquam: ſed ad equos fu-
giemus. Ideo fugietis. Et ſuper veloces aſcen
demus. Ideo velociores erunt qui perſequen
tur vos. Mille homines a facie terroris vniꝰ:
⁊ a facie terroris quinqꝫ fugiétis: donec relin
quamini quaſi malus nauis in vertice mōtis
⁊ quaſi ſignum ſuper collem. Propterea expe-
ctat dominus vt miſereatur veſtri: ⁊ ideo exal
tabitur parcens vobis: quia deus iudicij do-
minus. Beati omnes qui expectant eum. Po
pulus enim ſyon habitabit in iſraél. Plorans
nequaquam plorabis: miſerans miſerébi-
tur tui. Ad vocem clamoris tui: ſtatim vt au-
E dierit reſpondebit tibi. Et dabit+dominus pa
al+tibi. nem artum ⁊ aquam breueꝫ: ⁊ non faciet auo
al+vobis lare a te vltra doctorem tuū: ⁊ erunt oculi tui
videntes preceptorem tuum: ⁊ aures tue audi
ent verbum poſt tergum monentes. Hec eſt
via: ambulate in ea: ⁊ non declinétis neqꝫ ad
al+ cōtaminabit. dextram neqꝫ ad ſiniſtram. Et+contaminabis
láminas ſculptilium argenti tui: ⁊ veſtimen-
tum cōflátilis auri tui: ⁊ diſperges ea ſicut im
mundiciam menſtruáte. Egrédere dices ei.
Et dabitur pluuia ſemini tuo vbicunqꝫ ſemi-
naueris in terra: ⁊ panis frugū terre erit vber
rimus ⁊ pinguis. Paſcetur in poſſeſſione tua
in die illo agnus ſpacioſe: ⁊ thauri tui ⁊ pulli
aſinorum qui operantur terram: commixtum
migma cōmedent ſicut in área ventilatū eſt.

Et erunt ſuper omnem montē excelſum: ⁊ ſu- F
per omnem collem eleuatum riui currentiuꝫ
aquarum in die interfectionis multorum: cuꝫ
ceciderint turres. Et erit lux lune ſicut lux ſo-
lis: ⁊ lux ſolis erit ſeptépliciter: ſicut lux ſeptē
dierum in die qua alligáuerit dn̄s vulnus po-
puli ſui: ⁊ percuſſuraꝫ plage eius ſanáuerit. Ec
ce nomen domini venit de longinquo: ardens
furor eius ⁊ grauis ad portandum. Labia eiꝰ
repleta ſunt indignatione: ⁊ lingua eius quaſi
ignis deuorās. Spiritus eius velut torrens in
undans vſqꝫ ad medium colli: ad perdendas
gentes in nihilum: ⁊ frenuꝫ erroris quod erat
in maxillis populorum. Canticuꝫ erit vobis ſi G
cut+vox ſanctificate ſolēnitatis: ⁊ letitia cor- al+in...
dis ſicut qui pergit cuꝫ tybia vt intret in mon
tem domini ad fontem iſraél. Et auditam fa-
ciet dominus gloriam vocis ſue: ⁊ terrorē bra
chij ſui oſtendet in comminatione furoris: ⁊+ al+flam...
+flāma ignis deuorantis. Allidet in turbine
⁊ in lapide grandinis. A voce eniꝫ domini pa-
uebit aſſúr virga percuſſus: ⁊ erit tranſitus vir
ge fundatus quam requieſcere faciet domi-
nus ſuper eū in tympanis ⁊ cytharis: ⁊ in bel-
lis precipuis+expugnabit eos. Preparata eſt al+ expugnauit.
enim ab heri tophét a rege preparata: profun
da ⁊ dilatata. Nutrimenta eius ignis ⁊ ligna
multa: flatus domini ſicut torrens ſulphuris
ſuccendens eam.

¶ Capituli Summarium. ¶ Arguit confu-
gientes ad huius ſeculi auxilium plus q̄ꝫ ad
diuinum: penitentibus promittit miſericor-
diam dei: de die iudicij redit ad tempora eze
chielis. ¶ XXXI

Ve qui deſcendunt in egyptum A
ad auxiliuꝫ in equis ſperantes:
⁊ habentes fiduciaꝫ+ſuper qua al+in
drigis: quia multe ſunt ⁊ ſuper
equitibus qꝛ preualidi nimis:
⁊ non ſunt confiſi ſuper ſanctuꝫ
iſraél: ⁊ dominuꝫ non+requiſierunt. Ipſe au-
tem ſapiens adduxit malum: ⁊ verba ſua non
abſtulit. Et conſurget contra domuꝫ peſſimo-
rum: ⁊ contra auxilium operantium iniquita B
tem. Egyptus homo ⁊ non deus: ⁊ equi eoruꝫ
caro ⁊ non ſpiritus. Et dominus inclinabit
manum ſuam ⁊ corruet auxiliator: ⁊ cadet cui
preſtatur auxilium: ſimulqꝫ omnes conſumē-
tur: quia hec dicit dominus ad me. Quomo- C
do ſi rúgiet leo ⁊ cátulus leonis ſuper predaꝫ
ſuam cum occurrerit ei multitudo paſtoruꝫ:

a voce eorum non formidabit: τ a multitudine eorum non pauebit: ſic deſcẽdet dominus exercituum vt prelietur ſuper montem ſyon τ ſuper collem eius. Sicut aues volãtes ſic ꝓteget dominus exercituum hieruſalém: prote
D gens τ liberans: tranſiens τ ſaluans. Conuertimini ſicut in ꝓfundũ receſſeratis filij iſraél.
5.2.d. In die enim illa abiiciet vir idola argenti ſui τ idola auri ſui que fecerunt vobis manus veſtre in peccatum: τ cadet aſſúr in gladio non viri: τ gladius non hominis vorabit eum: τ fu
ſe nõ hȝ ꝑ non giet+non a facie gladij: τ iuuenes eius vectigáles erunt: τ fortitudo eius a terrore tranſibit τ pauebunt fugiẽtes principes eius. Dixit dñs: cuius ignis eſt in ſión τ caminus eius in hieruſalém.

ꝑe pe. vi. z charitas nunquã. glo.

¶ Capituli Summarium. ¶ De aduentu Chriſti τ apoſtolorum eius interponitur: de multis opulentis mulieribus captiuandis vt conterantur τ confundantur: de gaudio celeſtis patrie. ¶ XXXII

B Ecce in iuſtitia regnabit rex: τ principes in iudicio preerũt. Et erit vir ſicut qui abſconditur a vento τ celat ſe a tempeſtate: ſicut riui aquarum in ſiti: τ vmbra petre prominẽtis in terra deſerta. Non caligábunt oculi videntium: τ aures audientium diligenter auſcultabunt: τ cor ſtultorum intelliget ſcientiã: τ lingua balborum velóciter loquetur τ plane. Non vocabitur vltra is qui inſipiens eſt princeps: neqȝ
B fraudulẽtus appellabitur maior. Stultus enĩ
ſ.93.c.leſinus. fátua loquetur: τ cor eius faciet iniqtatem: vt perficiat ſimulationem τ loquatur ad dominum fraudulenter τ+vacuam faciat animam
†vacue faciat. eſurientis: τ potum ſitienti auferat. Fraudulenti vaſa peſſima ſunt. Ipſe enim cogitatiões concinnábit ad perdendos mites in ſermone mendacij: cum loqueretur pauper iudicium. Princeps vero ea que digna ſunt principi cogitabit: τ ipſe ſuper duces ſtabit. Mulieres opulẽte ſurgite: τ audite vocem meam: filie
C confidentes ꝑcipite auribus eloquium me-
†habet annum um. Poſt dies+τ annos: τ vos cõturbabimini confidentes. Conſummata eſt enim vindemia: collectio vltra non veniet. Obſtupeſcite opulente. conturbamini confidentes: exuite
†confundemini vos τ+confundemini: accingite lumbos veſtros. Super úbera plangite: ſuper regione deſiderabili: ſuper vinea fertili. Super humum

populi mei ſpine τ vepres aſcendent: quanto magis ſuper omnes domos gaudij ciuitatis exultantis. Domus enim dimiſſa eſt: multitudo vrbis relicta eſt: tenebre τ palpatio facte 33.q.5.ca.
ſunt ſuper ſpeluncas vſqȝ ineternum. Gaudium onagrorum páſcua gregum: donec effun D
datur ſuper+nos ſpiritus de excelſo. Et erit deſertum in chermél τ chermél in ſaltum re al's+vos. 8.29.e.
putabitur: τ habitabit in ſolitudine iudiciũ: τ iuſtitia in chermél ſedebit. Et erit opus iuſtitie pax: τ cultus iuſtitie ſilentium: τ ſecuritas vſqȝ in ſempiternum. Et ſedebit populus meus in pulcritudine pacis: τ in tabernaculis ſ.q.4.c.iſt loco. ar.d.q.1.c. et merito
fiducie: τ in requie opulenta. Grando autem in defenſione ſaltus: τ humilitate humiliabitur ciuitas. Beati qui ſeminatis ſuper omnes aquas: +immittentes pedem bouis τ aſini. 8 aſ.miſ. c.cũ mar. the. al's+immittentes.

¶ Ca. Sum. ¶ Loquitur cõtra ſennacherib: τ ad vltimam captiuitatem reuertitur: de his qui videbunt dominum τ de ſcribis nõ cognoſcentibus chriſtum. ¶ XXXIII

Ve qui predaris: nonne τ ipſe predáberis? Et qui ſpérnis: nõne τ ipſe ſpernéris. Cum conſummaueris depredationeȝ depredáberis. Cum fatigatus deſieris contẽnere: contemneris. A
Domine miſerere noſtri: te enim expectamus: eſto brachium+noſtrum+in mane: τ ſalus noſtra in tempore tribulationis. A voce angeli fugerunt populi: τ ab exaltatione tua diſperſe ſunt gentes. Et congregabuntur ſpolia veſtra ſicut colligitur brúchus: velut cum foſſe plene fuerint de eo. Magnificatus eſt dominus quoniam+habitauit in excelſo: impleuit ſyon iudicio τ iuſtitia: τ erit fides in temporibus+ſuis. Diuitie ſalutis ſapientia τ ſcientia: timor domini ipſe eſt theſaurus eius. Ecce videntes clamabũt foris: angeli pacis amare flebunt. Diſſipate ſunt vie: ceſſauit tranſiens per ſemitam: irritum factum eſt pactũ: proiecit ciuitates: non reputauit homines. Luxit τ elánguit terra: confuſus eſt libanus τ+obſurduit. Et factus eſt ſarón ſicut deſertũ: τ concuſſa eſt baſán τ carmelus. Nunc cõſurgam dicit dominus nunc exaltabor: τ nũc ſublimabo. Concipietis ardorem τ parietis ſtipulam: ſpiritus veſter vt ignis vorabit vos: τ erunt populi quaſi de incendio+cinis: ſpine congregate igni comburẽtur. Audite qui

al's+noſtr. al's+in mane. al's+habitabit. al's+ſuis B al's+obſorduit. al's+ignis.

longe eſtis que fecerim: ꝛ cognoſcite vicini
fortitudinem meaȝ.+Conterriti ſunt in ſion
peccatores: poſſedit timor hipócritas. Quis po
terit habitare de vobis cuȝ igne deuorante:+
aut quis habitabit ex vobis cũ ardoribus ſem
C piternis? Qui ambulat in iuſticijs ꝛ loquitur
veritatem: qui proijcit auariciam ꝛ calũniam
ꝛ éxcutit manus ſuas ab omni múnere. Qui
obtúrat aures ſuas ne audiat ſanguinẽ: ꝛ clau
dit oculos ſuos ne videat maluȝ. Iſte in excel
ſis habitabit: munimenta ſaxoruȝ ſublimitas
eius. Panis ei datus ẽ: aque eius fideles ſunt.
Regem in decóre ſuo videbũt: oculi eius cér
nent terram de longe. Cor tuum meditabitur
timoreȝ. Ubi eſt litteratus: vbi legis vͣba pón
derans: vbi eſt doctor paruulorum? Populuȝ
+imprudentem non videbis populuȝ alti ſer
monis: ita vt non poſſis intelligere diſertudi
D nem lingue eius in quo eſt ſapientia. Reſpice
ſión ciuitatem ſolẽnitatis noſtre. Oculi tui vi
debunt hieruſalém+habitationem opulẽtã
tabernaculum qđ nequaq̃ transferri póterit:
nec auferentur claui eius in ſempiternum ꝛ
omnes funiculi eius non rumpentur: quia ſo
lũmodo ibi magnificus eſt dominus noſter.
Locus fluuiorum riui latiſſimi ꝛ patẽtes: nõ
tranſibit ſuper eum nauis rémigum: neq; trié
ris magna tranſgredietur euȝ. Dominus eniȝ
iudex noſter: dominus légifer noſter: dominꝰ
rex noſter. Ipſe+ſaluabit nos. Laxati ſunt fu
nículi tui: ſed non preualébunt. Sic erit ma
lus tuus: vt dilatare ſignum non queas. Tũc
diuidentur ſpólia predárum multarum: cláu
di diripient rapinam: nec dicet vicinus: elán
gui. Populus qui habitat in ea: auferetur ab
eo iniquitas.

¶ Ca. Sũ. ¶ De die iudicij ꝛ de vaſtatione
iudee. ¶ XXXIIII

A Accédite gentes ꝛ audite: ꝛ po
puli attẽdite: audiat terra ꝛ ple
nitudo eius: orbis ꝛ omne gér
men eius: quia indignatio do
mini ſuper omnes gentes: ꝛ fu
ror ſuper+vniuerſam+malici
am eorum. Interfecit eos: ꝛ dedit eos in occi
ſionem. Interfecti eorum proijcientur: ꝛ de ca
dauéribus eorum aſcẽndet fetor. Tabéſcent
montes a ſanguine eorũ: ꝛ tabéſcet omnis mi
lítia celorum: ꝛ complicabuntur ſicut liber ce
li: ꝛ omnis milítia eoruȝ défluet ſicut défluit
folium de vinea ꝛ de ficu: quoniaȝ inebriatus
eſt in celo gladius meus. Ecce ſup ydumeam B
deſcendet: ꝛ ſup populum interfectionis mee
ad iudicium. Gladius+domini repletus eſt
ſanguĩe: incraſſatꝰ eſt ádipe de ſanguine agno
rum ꝛ hyrcorum ꝛ de ſanguine medullatorũ
arietum. Uictima enim domini in boſra: ꝛ in
terfectio magna in terra edóm. Et deſcendẽt
vnicórnes cum eis: ꝛ tauri cum potentibus.
inebriabitur terra eorum ſanguine: ꝛ humus
eorum ádipe pinguium: quia dies vltionis do
mini annus+retributiõis iudicij ſión. Et cõ
uertentur torrentes eius in picem: ꝛ humus
eius in ſúlphur: ꝛ erit terra eius in picem ar
dentem nocte ꝛ die: non extinguẽtur in ſem
piternum. Aſcendet fumus eius a generatio C
ne in generationem: deſolábitur+in ſecula ſe
culorum. Non erit tránſiens per eam: ꝛ poſſi
debunt illam onocrótalus ꝛ ericius ꝛ ibis ꝛ
coruus habitabunt in ea. Et extendẽtur ſu
per eum menſura vt redigatur ad nihilum:
ꝛ perpendiculum in deſolationem. Nobiles
eius non erunt ibi: regem potius inuocabunt
ꝛ omnes principes eius erunt in nihilum. Et
orientur in domibus eius ſpine ꝛ vrtice ꝛ pa
liúrus in munitiõibus eius: ꝛ erit cubile dra
cónum ꝛ páſcua ſtrutiónum: ꝛ occúrrent de
monia+onocentáurus: ꝛ pilóſus clamabit al
ter ad alterum. Ibi cubáuit lámia: ꝛ inuenit D
ſibi requiem. Ibi habuit foueã ericius: ꝛ enu
triuit cátulos: ꝛ circunfodit ꝛ fouit in vmbra
eius. Illuc congregati ſunt milui alter ad alte
rum. Requirite diligenter in libro domini ꝛ
légite: vnum ex eis non defuit: alter alterum
non queſiuit: quia quod ex ore meo procédit
ille mandauit: ꝛ ſpiritus eius ipſe congrega
uit ea: ꝛ ipſe miſit eis ſorteȝ: ꝛ manus eius di
uiſit eam illis in menſuram. Uſq; in eternuȝ
poſſidebunt eam: in generatione ꝛ generatio
nem habitabunt in ea.

¶ Capituli Summarium. ¶ Continet con
ſolationem ꝛ ſigna Chriſti tempore perfe
cto. ¶ XXXV

A Letabitur deſerta ꝛ inuia: ꝛ exul
tabit ſolitudo ꝛ florebit quaſi
lilium. Gérminans germina
bit: ꝛ exultabit letabunda ꝛ lau
dans. Gloria libani data eſt ei:
decor carméli ꝛ ſarón. Ipſi vi
debunt gloriam domini ꝛ decoreȝ dei noſtri.
Confortate manus diſſolútas: ꝛ génua debi
lia roborate. Dicite. +Puſillanimes confor
tamini:

vos nō byṫ + et taminini: + ⁊ nolite timere. Ecce deus noſter vl
B tionem addúcet retributionis: deus ipſe veni
et ⁊ ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi ceco
mat.11.c rū: ⁊ aures ſurdoꝝ patebunt. Tūc ſaliet ſicut
ceruus cláudus: ⁊ aperta erit lingua mutoꝝ:
qꝛ ſciſſe ſunt in deſerto aque ⁊ torrentes in ſo
C litudine: ⁊ que erat árida in ſtagnū: ⁊ ſitiens
in fontes aquarū. In cubilibus in quibus pri
us dracónes habitabant: orieƚ viror cálami ⁊
iúnci: ⁊ erit tibi ſémita: ⁊ via ſancta vocabiƚ.
+ nobis Non tranſibit per eā pollútus: ⁊ hec erit + vo
bis directa via: ita vt ſtulti non érrent per eā.
D Non erit ibi leo: ⁊ mala beſtia non aſcendet
Iſa.51.d. per eam: nec inuenieƚ ibi. Et ambulabūt q li
berati fuerint ⁊ redēpti a dño: cōuertentur ⁊
vénient in ſyon cū laude ⁊ letitia ſempiterna
ſuper caput eoꝝ. Gaudiū ⁊ leticiā obtinebūt:
⁊ fugiet dolor ⁊ gémitus.


¶ Ca. Sū. ¶ Sennacherib aſcendit contra
hieruſalem: ⁊ mittit rapſacem nunciuz ad re
gem ezechiam. ¶ XXXVI

A ET factū é in quartodecimo an
no regis ezechie: aſcēdit ſenna
cherib rex aſſyrioꝝ ſuper oēs ci
4.re.18.c. 2.pa.32.a uitates iudá munitas ⁊ cepit
eas. Et miſit rex aſſyriorū rá
pſacen de lachis i hieruſalé ad
regez ezechia in manu graui: ⁊ ſtetit in aque
ductu piſcine ſuperioris in via agri fullónis.
Et egreſſus eſt ad eū elyachim filius helchye
qui erat ſuper domū: ⁊ ſobna ſcriba: ⁊ ioahé
filius aſáph a cōmētarijs. Et dixit ad eos rá
pſaces. Dicite ezechie. Hec dicit rex magnus
rex aſſyriorum. Que eſt iſta fidúcia qua confi
dis: aut quo conſilio vel fortitudine rebellare
B diſpónis? Super quem habes fiduciam: quia
receſſiſti a me. Ecce confidis ſuper baculum
3.q.3.c.i. harundineum cōfractū iſtum ſuper egyptuz:
ſo + innisus cui ſi + inniſus fuerit homo: intrabit in manū
eius ⁊ perforabit eam: ſic phárao rex egypti
omnibus qui confidūt in eo. Qđ ſi reſponde
ris mihi: in dño deo noſtro confidimus: nōne
ipſe eſt cuius ábſtulit ezechias excelſa ⁊ alta
ria: ⁊ dixit iude ⁊ hieruſalém corā altari iſto
adorábitis: Et nūc tráde te dño meo regi aſſy
riorū: dabo tibi duo milia equórum: nec póte
ris ex te prebére aſcenſóres eorū: ⁊ quomodo
ſuſtinébis faciem iudicis vniu[illegible]ci ex ſeruis
dñi mei minoribus? Qđ ſi confidis in egypto
in quadriga ⁊ in equitibus: ⁊ nunc numquid
ſine dño aſcēdi ad terrā iſtaz vt diſperderē eā.
Dñs dixit ad me. Aſcēde ſup terrā iſtā ⁊ diſp C
de eam. Et dixit eliachiz ⁊ ſobná ⁊ ioahé ad
rápſacen. Lóquere ad ſeruos tuos ſyra ligua:
intelligimus enim: ne loquáris ad nos iudái
ce in auribus populi qui eſt ſuper murū. Et di
xit ad eos rápſaces. Nunquid ad dñm tuuz ⁊
ad te miſit me dñs meus: vt lóquerer oīa ver
ba iſta: ⁊ non pótius: ad viros qui ſedent + in al + ſuper murum
muro: vt cómedant ſtércora ſua ⁊ bibant vri
nam pedum ſuoꝝ vobiſcuz? Et ſtetit rápſaces
⁊ clamauit voce magna iudáice: ⁊ dixit. Audi
te verba regis magni regis aſſyrioꝝ. Hec di
cit rex. Non vos ſedúcat ezechias: qꝛ non pote
rit eruere vos: ⁊ non vobis tribuat fiduciam
ezechias ſuper dño dicens. Eruens liberabit D
nos dñs: non dabitur ciuitas iſta in manu re
gis aſſyriorum. Nolite audire ezechiaz. Hec
enim dicit rex aſſyriorum. Facite mecum be
nedictioné ⁊ egredímini ad me: ⁊ comedite
vnuſquiſqꝫ vineaz ſuā: ⁊ vnuſquiſqꝫ ficū ſuā:
⁊ bibite vnuſquiſqꝫ aquaz ciſterne ſue: donec
veniā ⁊ tollam vos ad terrā que eſt vt terra ve
ſtra: terrā frumenti ⁊ vini: terrā panum ⁊ vi
neárum. Nec conturbet vos ezechias: dicés:
dñs liberabit nos. Nunqđ liberauerunt dij gé
tium vnuſquiſqꝫ terrā ſuā de manu regis aſſy
riorum? Ubi eſt deus emáth ⁊ arphát. Ubi ē
deus ſepharuaim? Nunquid liberauerunt ſa
máriam de manu mea? Quis eſt ex oībꝰ dijs
terrarū iſtarum qui erúerit terram ſuā đ ma
nu mea: vt éruat dñs hieruſalé de manu mea?
Et ſiluérunt: ⁊ non rńderunt ei verbum. Mā
dauerat enim rex dicens. Ne reſpondeatis ei.
Et ingreſſus eſt elyachim filius helchie qui
erat ſuper domum: ⁊ ſobná ſcriba: ⁊ ioahé fili
us aſáph a cōmētarijs ad ezechiam ſciſſis ve
ſtibus: ⁊ nunciauerunt ei verbum rápſacis.

¶ Ca. Sū. ¶ De triſticia ezechie ⁊ cōſolatio
ne eius: de prophetia eſaie: de interfectiōe exer
citus ab angelo. clxxxv. milia. ⁊ de morte ſenna
cherib facta p filios ſuos. ¶ XXXVII

ET factū eſt cū audiſſet rex eze A
chias ſcidit veſtimenta ſua: et 4.re.19.a
obuolutus eſt ſacco: ⁊ intrauit
in domū domini. Et miſit elya
chim qui erat ſuper domum: ⁊
ſobnám ſcribam: ⁊ ſeniores đ
ſacerdotibus opertos ſaccis ad eſaiam filium
amos + prophetam: ⁊ dixerunt ad euz. Hec di al + prophete

cit eʒechias. Dies tribulationis + ⁊ + corre-
ptionis ⁊ blaſphemie dies hec: quia venerunt
filij vſq; ad partum: ⁊ virtus non eſt pariẽdi.
Si quo modo audiat dñs deus tuus verba rá-
pſacis quẽ miſit rex aſſyrioꝝ dñs ſuus ad blaſ
phemandum dñm deum viuẽtem: ⁊ exprobrã
dum ſermonibus quos audiuit dñs deus tu°.
Leua ergo ad orationẽ pro reliquijs que rep-
te ſunt. Et venerunt ſerui regis eʒechie ad eſai
am: ⁊ dixit ad eos eſaias. Hec dicetis domino
veſtro. Hec dicit dñs. Ne timeas a facie ver-
B boꝝ que audiſti: quibus blaſphemauerunt
pueri regis aſſyrioꝝ me. Ecce dabo ei ſpiritũ
⁊ audiet nuncium: ⁊ reuertetur ad terrã ſuã
⁊ corruere eum faciã gladio in terra ſua. Re
uerſus eſt aũt rápſaces: ⁊ inuenit regem aſſy-
riorum preliantem aduerſus lobnã. Audie-
rat enim q; profectus eſſet de lachis: ⁊ audiuit
de tarachã rege ethyopie dicentes: egreſſus ẽ
vt pugnet + contra te. Quod cum audiſſet mi-
ſit nuncios ad eʒechiam: dicens. Hec dicetis
eʒechie regi iude + loquentes. Non te decipi
at deus tuus in quo tu confidis: dicens. nõ da
bitur hieruſalẽm in manu regis aſſyriorum.
C Ecce tu audiſti oĩa que fecerũt reges aſſyrio-
rum oĩbus terris quas ſubuerterunt: ⁊ tu po-
teris liberari. Nunquid eruerunt eos dij gen
tium quos ſubuerterunt patres mei goʒan ⁊
arán ⁊ reſeph ⁊ filios eden qui erãt in thalaſ-
ſar. Ubi ẽ rex amath ⁊ rex arfath ⁊ rex vrbis
ſepharuaim ana ⁊ aua? Et tulit eʒechias libros
de manu nuncioꝝ: ⁊ legit eos ⁊ aſcendit in do-
mum dñi: ⁊ expandit + eos coram domino. Et
orauit + ad dñm dicens. Dñe exercituum deus
iſrael qui ſedes ſuper + cherubin tu es deus ſo-
lus oĩum regnoꝝ terre: tu feciſti celum ⁊ ter-
ram. Inclina dñe aurem tuam ⁊ audi: aperi
+ oculos tuos ⁊ vide: ⁊ audi oĩa verba ſenna-
cherib que miſit ad blaſphemandũ deum vi-
D uentem. Uere enim dñe deſertas fecerunt re-
ges aſſyrioꝝ terras ⁊ regiones earũ: ⁊ dedé-
runt deos earũ igni non enim erant dij: ſʒ ope
ra manuum hoĩum: lignum ⁊ + lapis ⁊ cõmi-
nuerunt eos. Et nunc dñe de° noſter ſalua nos
de manu eius: ⁊ cognoſcant oĩa regna terre:
q; tu es dñs ſolus. Et miſit eſaias filius amos
ad eʒechiam dicens. Hec dicit dominus deus
iſrael. Pro quibus rogaſti me de ſennacherib
rege aſſyrioꝝ: hoc eſt verbum quod locutus ẽ
dñs ſuper eũ. Deſpexit te ⁊ ſubſannauit te vir-
go filia ſyon: poſt te caput + mouit filia hieru-
ſalem. Cui exprobraſti: ⁊ quem blaſphemaſti:
⁊ ſuper quẽ exaltaſti vocem tuam: ⁊ + leuaſti al
titudinem oculoꝝ tuoꝝ? Ad ſanctum iſrael.
In manu ſeruoꝝ tuoꝝ exprobraſti domino: E
⁊ dixiſti. In multitudine quadrigarum mea-
rũ ego aſcendi in multitudinem montiũ: iu-
ga libani ⁊ ſuccidã excelſa cedroꝝ eius: ⁊ ele
ctas abietes illius: ⁊ introibo altitudinẽ ſum-
mitatis eius: ſaltũ carmeli eius: ego fodi ⁊ bi-
bi aquam: ⁊ ſiccaui veſtigio pedis mei omnes
riuos aggerũ. Nũquid non + audiſti que olim
fecerim ei? Et diebus antiquis ego + plaſmá-
ui illud: ⁊ nunc adduxi: ⁊ factum eſt in eradi-
cationem collium compugnantiũ ⁊ ciuitatum
munitarũ. Habitatores earum breuiata ma-
nu contremuerunt ⁊ confuſi ſunt: facti ſunt ſi
cut fenum agri ⁊ gramen paſcue ⁊ herba te-
ctorum que exaruit antequam matureſceret.
Habitationem tuam ⁊ egreſſum tuũ ⁊ introi-
tum: tuũ + ego cognoui ⁊ inſaniam tuam con F
tra me. Cum fureres aduerſum me ſuperbia
tua aſcendit in aures meas. Ponam ergo cir-
culum in auribus tuis ⁊ frenum in labijs tu-
is: ⁊ reducam te in via per quam veniſti. Tibi
autem hoc erit ſignum. Comede hoc anno que
ſponte naſcuntur: ⁊ in anno ſecundo pomis
veſcere. In anno autem tertio ſeminate ⁊ me-
tite: ⁊ plantate vineas: ⁊ comedite fructũ ea-
rum. Et emittet id quod ſaluatũ fuerit de do-
mo iuda: ⁊ quod + reliquũ eſt + radicem deor-
ſum: ⁊ faciet fructũ ſurſum: quia de hieruſalẽ
exibunt reliquie: ⁊ ſaluatio de mõte ſyon. Ze
lus domini exercituũ faciet iſtud. Propterea G
hec dicit dominus de rege aſſyriorum. Non
+ intrabit ciuitatem hanc ⁊ non iaciet ibi ſa-
gittam: ⁊ non occupabit eam clypeus: et non
mittet in circuitu eius aggerem. In via qua
venit: per eam reuertetur: ⁊ ciuitatem hãc nõ
ingredietur dicit dñs. Et protegã ciuitatẽ iſtam vt
ſaluẽ eã: pp me ⁊ pp dauid ſeruũ meũ. Egreſ
ſus eſt aũt angelus dñi ⁊ percuſſit in caſtris aſſy
rioꝝ centũ octogintaquinq; milia. Et + ſurrexe-
rũt mane: ⁊ ecce + oẽs cadauera mortuoꝝ. Et
egreſſus eſt: ⁊ abijt. Et reuerſus eſt ſennache-
rib rex aſſyriorũ ⁊ habitauit in niniue. Et fa-
ctum eſt cũ adoraret in templo neſrach deum
ſuũ: adramelech ⁊ ſaraſar filij eius percuſſe-
runt eũ gladio: fugeruntq; in terrã ararath: ⁊
regnauit aſaraddon filius eius pro eo.



¶ Capituli Sum. ¶ Ezechias egrotauit ⁊
orauit ad dominum: qui addidit ei quinde-
cim annos: et ſcripſit canticum gratiarum a-
ctionum. ¶ XXXVIII

A In diebus illis egrotauit ezechi
4. re. 20. a as vſqꝫ ad mortem. Et introiuit
2. pa. 32. f ad eum eſaias filius amos + pro
aſs + pro- pheta et dixit ei. Hec dicit domi
phete nus. Diſpone domui tue qꝛ mo-
de pe. di. i. rieris tu: et non viues. Et cõuer
ca. qʒ obit. tit ezechias faciem ſuã ad parietem et orauit
ad dñz ⁊ dixit. Obſecro dñe memento queſo
quõ ambulauerim coram te in veritate ⁊ in
corde perfecto: ⁊ quod bonum eſt in oculis tu
is fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Et
factũ eſt verbum domini ad eſaiam: dicens.
Uade ⁊ dic ezechie. Hec dicit dominus deus
dauid patris tui. Audiui oratione tuam + ⁊ vi
aſs nõ hʒ + et di + lachrymas tuas. Ecce ego adijciaz ſup di
aſs + la- es tuos quindecim annos: ⁊ de manu regis aſ
chrymã ſyriorum eruam te: ⁊ ciuitatẽ iſtam ⁊ ꝓtegaz
eam. Hoc aũt tibi erit ſignuz a domino: quia
B faciet dñs verbum hoc quod locutus eſt. Ecce
4. reg. 20 ego reuerti faciam vmbram linearuz p quas
Ecc. 48. d deſcenderat in horologio achaz in ſole retror-
ſum decem lineis. Et reuerſus eſt ſol decem
lineis per gradus quos deſcenderat. Scriptu-
ra ezechie regis iudã cum egrotaſſet ⁊ con-
ualuiſſet de infirmitate ſua. Ego dixi: in di-
midio dierum meorum vadam ad portas in-
feri. Queſiui reſiduum annorum meorum.
Dixi: non videbo + dominum deum in ter- aſs nõ hʒ + dñm
ra viuentium. Non aſpiciam hominez vltra:
⁊ habitatorem quietis. Generatio mea abla- C
ta eſt: ⁊ conuoluta eſt a me quaſi + tabernacu- aſs + taber
lum paſtorum. Preciſa eſt velut a texẽte vita nacula.
mea: dum adhuc ordirer ſuccidit me. De ma 11. q. 3. c. qʒ
ne vſqꝫ ad veſperam finies me: ſperabam vſqꝫ ergo
mane. Quaſi leo ſic cõtriuit omnia oſſa mea. Job. 4. d.
De mane vſqꝫ ad veſperam finies me. Sicut
pullus hyrundinis ſic clamabo: ⁊ meditabor
vt columba. Attenuati ſunt oculi mei: ſuſpici
entes in excelſum. Domine vim patior +: re- aſs + ſpõde
ſponde pro me. Quid dicam aut quid reſpon
debit mihi: cum ipſe + fecerit? Recogitabo + ti aſs + fece
bi omnes ãnos meos: in amaritudine anime rim.
mee. Domine + ſi ſic viuitur: ⁊ in talibus vita aſs nõ hʒ + tibi.
ſpiritus mei: corripies me ⁊ viuificabis me: aſs nõ hʒ + ſi.
ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Tu D
autem eruiſti animam meam vt non periret:
proieciſti poſt tergum tuum omnia peccata
mea. Quia non infernus confitebitur tibi ne
qꝫ mors laudabit te: non expectabunt qui de-
ſcendunt in lacum veritatem tuam. Uiuens
viuens ipſe confitebitur tibi ſicut ⁊ ego hodie
pater filijs notam faciet veritatem tuam. Do
mine ſaluum me fac: ⁊ pſalmos noſtros can
tabimus cunctis diebus vite noſtre in domo
domini. Et iuſſit eſaias vt tollerent maſſaz de
ficis: ⁊ cataplaſmarent ſuper vulnus ⁊ ſanare
tur. Et dixit ezechias. Quod erit ſignuz: quia
aſcendam + in domum domini. aſs + dõ.

x ij

¶Ca.Sū.¶De nuncijs merodach ad eze-
chiam: ⁊ de coneptiōe ezechie ab eſaia ꝑ oſtē-
tatione domus ſue. ¶XXXIX

A 4.re.20.c In tpe illo miſit merodách ba-
ladán filius baladán rex baby-
lónis libros ⁊ mūera ad ezechi
am. Audierat eni ꝙ egrotaſſet
⁊ cōualuiſſet. Letatus eſt autē
ſup eis ezechias: ⁊ oſdit eis cel
lam arómatū: ⁊ argenti ⁊ auri ⁊ odoramēto-
rum ⁊ vnguenti óptimi: ⁊ omnes apothécas
al+ cla. ſuppelléctilis ſue: ⁊ + vniuerſa que inuēta ſūt
B in theſauris eius. Non fuit verbum quod nō
oſtēderet eis ezechias in domo ſua ⁊ in omni
poteſtate ſua. Introiuit autem eſaias pro-
pheta ad ezechiā regem: ⁊ dixit ei. Quid di
xerunt viri iſti: ⁊ vnde venerunt ad te? Et di-
xit ezechias. De terra longinqua venerūt ad
me de babylóne. Et dixit. Quid viderunt in
C domo tua? Et dixit ezechias. Omnia que in
domo mea ſunt viderunt. Non fuit res quā
non oſtenderim eis in theſauris meis. Et di-
xit eſaias ad ezechíam. Audi verbum domi-
ni exercituum. Ecce dies venient ⁊ auferén-
tur omnia que in domo tua ſunt: ⁊ que the-
ſaurizauérunt patres tui vſqȝ ad diem hanc
in babylónem. Non relinquétur quicqȝ dicit
D dominus. Et de filiis tuis qui exibunt de te
quos genúeris tóllent: ⁊ erunt eunúchi in pa
latio regis babylónis. Et dixit ezechias ad
35.q.x.c.i. eſaiam. Bonū verbum dñi qd̄ locutus eſt: ⁊
dixit. Fiat tm̄ pax ⁊ veritas in diebus meis.
¶Capituli Summarium. ¶De aduētu Jo
annis baptiſte: de predicatione apoſtolorum:
de vocatione gentium: ⁊ magnitudine vocan
tis: ⁊ de idolis. ¶XL

A Di.15.c.R. Conſolámini conſolámini po-
Di.3.a. pule me᷒: dicit deus veſter. Lo
Di.ar.1.a. quimini ad cor hieruſalē ⁊+ ad-
uocáte eā: qm̄ cōpleta eſt ma
licia eius: dimiſſa eſt iniquitas
al+ auo illius. Suſcépit de manu dñi
cate.
Di.40.c.i. duplicia: ꝑ omnib᷒ peccatis ſuis. Uox clamā-
Luce.3.c. tis in deſerto. Parate viam domini: rectas fa-
Jo.1.c. cite in ſolitudine ſémitas dei noſtri. Oīs val-
lis exaltabitur: ⁊ omnis mons ⁊ collis humi-
liabitur: ⁊ erunt práua in diréćta: ⁊ áſpera in
vias planas. Et reuelabitur gloria domini: ⁊
B videbit omnis caro páriter quod os domini
Eccli.14.c locutū eſt. Uox dicentis. Clama: ⁊ dixi. Quid
Jaco.1.b. clamabo? Omnis caro fenū: ⁊ omnis gloria
1.Pe.1.d.

eius quaſi flos agri. Exiccátum eſt fenū ⁊ cé-
cidit flos: quia ſpiritus domini ſufflauit in eo.
Uere fenum eſt populus. Exiccátum eſt fenū
⁊ cécidit flos: verbum autē domini+ manet al+ dei noſtri ſtabit.
ineternum. Super montem excelſum aſcende
tu+ qui euangelizas ſión: exalta in fortitudi- al+ que
ne vocem tuam+ qui euangelizas hieruſalē. al+ que
Exalta: noli timere. Dic ciuitatibus iúde. Ec
ce deus veſter. Ecce dominus deus in fortitu C
dine veniet: ⁊ brachiū eius dominabitur. Ec- Infra 62.d.
ce merces eius cum eo: ⁊ opus illius corā il-
lo. Sicut paſtor gregē ſuū páſcet: in brachio
ſuo congregabit agnos: ⁊ in ſinu ſuo leuabit:
fetas ipſe portabit. Quis menſus eſt pugillo
aquas: ⁊ celos palmo ponderauit? Quis ap- Di.xi.c.eccleſiaſticarum.p archi.
pendit tribus digitis molē terre: ⁊ librauit in
pondere montes ⁊ colles in ſtatéra? Quis au
diuit ſpiritum domini: aut quis conſiliarius Sapi.9.c.
eius fuit ⁊ oſtendit illi? Cum quo inijt conſili Ro.11.d
um: ⁊ inſtruxit eum ⁊ docuit eum ſémitam
iuſtitie: ⁊ erudiuit eum ſcientia: ⁊ viā prudē
tie oſtendit illi? Ecce gētes quaſi ſtilla ſitule: ⁊ D
quaſi momentum ſtatere reputate ſunt. Ecce
inſule quaſi púluis exiguus: ⁊ líbanus nō ſuf-
ficiet ad ſuccedendum: ⁊ animalia eius non
ſufficient ad holocáuſtū. Omnes gētes quaſi
non ſint: ſic ſunt coram eo: ⁊ quaſi nihilum ⁊
inane reputate ſunt ei. Cui ergo ſimilem feci-
ſtis deum aut quā imáginem ponetis ei? Nū E
quid ſcúlptile+ conflábit faber: aut aurifex al+ conflauit.
auro+ figurabit illud: ⁊ láminis argenteis ar- al+ figurauit.
gentarius? Forte lignū ⁊ imputribile elégit
ártifex ſapiens: querit quomodo ſtátuit ſimu
lacrū quod non moueatur. Nunqd non ſcie
tis? Nunquid non+ audiſtis? Nunqd non an al+ audiſtis.
nunciatum eſt vobis ab initio? Nunquid non
intellexiſtis fundamenta terre? Qui ſedet ſu-
per gýrum terre ⁊ habitatores eius ſunt quaſi
locúſte. Qui extendit velut+ nihili celos: ⁊ ex
pandit eos ſicut tabernaculum ad inhabitan al+ nihilum
dum. Qui dat ſecretorū ſcrutatores quaſi nō F
ſint: iudices terre velut+ inanes fecit. + Et q- al+ inane
dē neqȝ plantato neqȝ ſato: neqȝ radicáto in al+ Eqdē neqȝ plantatus neqȝ ſat᷒ neqȝ radicatus in terra trūcus
terra trunco eorum. Repente flauit in eos ⁊
aruérunt: ⁊ turbo quaſi ſtipulam áuferet eos.
Et cui aſſimilaſtis me ⁊ adequaſtis: dicit ſan-
ctus? Leuate in excelſum oculos veſtros: ⁊ vi Infra 40.b.
dete quis creauit hec. Qui edúcit in numero Ma.41.17.b.
militiam eorum: ⁊ omnes ex nomine vocat.
Pre multitudine fortitudinis ⁊ róboris vir-
tutiſqȝ eius: neqȝ vnum reliquum fuit. Qua-

B re dicis iacob ⁊ loqueris iſraël: abſcódita eſt
vita mea a domino: ⁊ a deo meo iudiciū me-
al⁊+tranſiuit um + tranſibit? Nunquid neſcis: aut non audi
ſti? Deus ſempiternus dominus q creauit tér
minos terre: ⁊ non deficiet neq; laborauit: nec
eſt inueſtigátio ſapientie eius. Qui dat laſſo
virtutem: ⁊ his qui non ſunt fortitudiné ⁊ ró-
bur multiplicat. Deficiēt púeri ⁊ laborabūt:
⁊ iuuenes infirmitate cadent. Qui autem ſpe-
rant in domino mutabunt fortitudinem: aſſu-
ment pennas ſicut áquile: current ⁊ non labo-
rabunt: ambulabunt ⁊ non deficient.

¶ Ca. Sum. ¶ De reſurrectione ⁊ aſcenſio-
ne chriſti: verba chriſti ad apoſtolos: de conuer-
ſione gentiū: de ꝯfutatione idoloꝝ. ¶ XLI

A T Aceant ad me inſule: ⁊ gentes
mutent fortitudinem. Accédát
⁊ tunc loquentur: ſimul ad iudi-
cium propinquémus. Quis ſu-
ſcitáuit ab oriente iuſtum: voca-
uit eū ut ſequeretur ſe? Dabit
in conſpectu eius gētes: ⁊ reges obtinebit. Da-
bit quaſi púluerem gladio eius: ſicut ſtípulā
vento ráptā árcui eius. Perſequetur eos: trā-
ſibit in pace: ſémita in pedibus eius nó appa-
rebit. Quis hec operatus eſt ⁊ fecit: vocans ge
nerationes ab exordio. Ego dominus: primus
B ⁊ nouiſſimus ego ſum. Uiderunt inſule ⁊ ti-
iſa. 44. a 48. b muerunt: extréma terre obſtupuérunt: appro
pinquauerunt ⁊ acceſſerunt. Unuſquiſq; pro-
ximo ſuo auxiliatur: ⁊ fratri ſuo dicet confor-
al⁊+ꝯfortauit tare. + Confortauit faber erárius percutiens
málleo eū qui cudébat tunc temporis: dicés
al⁊+in glútino bonum eſt: ⁊ confortauit eū + clauis
al⁊+mo. uebitur vt nó + moueatur. Et tu iſraël + ſerue meus ia-
al⁊+ſeru⁹ cób quem elégi: ſemen habraáā amici mei in
quo apprehendi te: ab extremis terre ⁊ a lon-
C ginquis eius vocaui te ⁊ dixi tibi. Seruus me-
iſa. 43. c us es tu: elegi te ⁊ nó abiéci te. Ne timeas q;
ego tecum ſum: ne declines quia ego deus tu-
al⁊+tui us. Confortaui te ⁊ auxiliatus ſum + tibi: ⁊ ſu-
ſcépit te dextera iuſti mei. Ecce confundent ⁊
erubéſcent omnes qui pugnant aduerſum te.
al⁊+ois Erunt quaſi non ſint: ⁊ peribunt + viri qui có-
tradicunt tibi. Queres eos ⁊ non inuenies vi-
ros rebélles tuos: ⁊ erunt quaſi non ſint: ⁊ ve-
luti conſumptio hominis bellantis aduerſum
te: quia ego dominus deus tuus apprehéndés
manum tuam dicénſq; tibi. Ne timeas: ego
D adiuui te. Noli timere vérmis iacob: q mor-
tui eſtis ex iſraël. Ego auxiliatus ſum tui di-
cit dominus: ⁊ redemptor tuus ſanctus iſraël.
Ego poſui te quaſi plauſtrū triturans nouū:
habens roſtra ſerrántia. Triturábis montes
⁊ comminues: ⁊ cólles quaſi púluerē pones. al⁊+eos
Uentilabis eos ⁊ ventus tollet + ⁊ turbo diſp-
get eos: ⁊ tu exultabis in domino i ſancto iſra-
ël letáberis. Egéni ⁊ pauperes querunt aquas
⁊ non ſunt: lingua eorum ſiti áruit. Ego do-
minus exaudiam eos: deus iſraël non derelin- E
quam eos. Apériam in + ſupinis cóllibus flú- al+ſupremis
mina: ⁊ in medio camporum fontes. Ponam
deſertum in ſtagna aquarum: ⁊ terram inuiā
in riuos aquarū. Dabo in ſolitudinē cedrū:
⁊ ſpinam: ⁊ myrtum: ⁊ lignum oliue. Ponā
in deſertum abíetem vlmum ⁊ búxum ſimul.
vt videant ⁊ ſcient ⁊ recógitent ⁊ intelligant
páriter: q; manus domini fecit hec ⁊ ſanct⁹ iſ-
raél creauit illud. Prope facite iudícium ve-
ſtrum: dicit dominus. afférte ſi quid forte ha-
betis: dixit rex iacob. Accédant ⁊ nuncient vo-
bis quecunq; ventura ſunt. Priora q̄ fuerunt F
nunciate: ⁊ ponemus cor noſtrum: ⁊ ſciemus
nouiſſima eorum: ⁊ que ventura ſunt índicate
nobis. Annunciate que ventura ſunt in futuꝝ: 25. q. 5. c. l.
⁊ ſciémus quia dij eſtis vos. Bene quoq; aut
male ſi poteſtis fácite: ⁊ loq̄mur ⁊ videamus
ſimul. Ecce vos eſtis ex nihilo: ⁊ opus veſtrū
ex eo quod non eſt. Abominatio eſt qui elegit
vos. Suſcitaui ab aquilóne: ⁊ veniet ab ortu ſo- G
lis. + Uocabit nomen meum: ⁊ adducet ma- al⁊+vocabit
giſtratus quaſi lutum: ⁊ velut pláſtes concul-
cans humum. Quis annunciauit ab exordio
vt ſciamus: ⁊ a pricipio vt dicamus iuſtus es?
Non eſt + annuncians: neq; p̄dicens: neq; au- al+neq;
diens ſermones veſtros. Primus ad ſyón di-
cet: ecce + ádſum ⁊ hieruſalém euangeliſtam al+adſūt
dabo. Et vidi ⁊ non erat ex iſtis quiſq̄ qui in-
iret conſiliū: ⁊ interrogatus reſpondéret ver-
bum. Ecce omnes iniuſti ⁊ vana opera eorū:
ventus ⁊ inane ſimulachra eorum.

¶ Ca. Sum. ¶ De xp̄o ex baptiſmo eius: de
verbis patris ad filium ⁊ ad apoſtolos: de ad-
uentu chriſti ⁊ peruerſione iudeorum propter
idola. ¶ XLII

E Cce ſeruus meus ſuſcípiā eū: A
electus meus complácuit ſibi i 2. q. i. c. ile cū bala. 3. mat. 12. d.
illo anima mea. Dedi ſpíritū
meum ſuper eum: iudiciū gen-
tibus próferet. Nó clamabit ne- 2. q. 7. c. nos ſi. iſ.

q̄ accipiet perſonam: nec audietur vox eius foris. Calamum quaſſatum non conteret: ⁊ linum fumigans non extinguet. In veritate educet iudicium: non erit triſtis neq̄ turbulentus donec ponat in terra iudicium: ⁊ legem eius inſule expectabunt. Hec dicit dominus deus creans celos ⁊ extendens eos: firmans terram ⁊ que germinat ex ea: dans flatum populo qui eſt ſuper terram: ⁊ ſpiritū cal-

B cantibus eam. Ego dominus vocaui te in iuſtitia: ⁊ apprehendi manum tuā ⁊ ſeruaui te.

Infra 49. b Et dedi te in fedus populi in lucem gentiū: vt aperires oculos cecorum: ⁊ educeres de cõcluſione vinctum: de domo carceris ſedentes in tenebris. Ego dominus: hoc eſt nomē meum.

Infra 48. b diſt. 93. c. nullus Ps. 148. Gloriam meam alteri non dabo: ⁊ laudē meam ſculptilibus: que prima fuerūt ecce venerunt: noua quoq̄ ego annuncio antequam oriantur audita vobis faciam. Cantate domino canticum nouum: laus eius ab extremis terre. Qui deſcenditis in mare ⁊ plenitudo

al+ ſublevetur al+ ſicut eius: inſule ⁊ habitatores earum. + Leuet deſertum ⁊ ciuitates eius: in domibus habitabit cedar. Laudate habitatores petre: de vertice montium clamabunt. Ponēt domino gloriam: ⁊ laudem eius in inſulis nunciabunt.

al+ bellator Dominus ſicut fortis egredietur: ſicut vir + p

C liator ſuſcitabit zelum. Vociferabitur ⁊ clamabit: ſuper inimicos ſuos cõfortabitur. Tacui: ſemper ſilui: patiens fui: ſicut + parturiens

al+ pariens al+ excelſos al+ gramina al+ durā al+ via loquar. Diſſipabo ⁊ abſorbebo ſimul: deſertos faciam montes + ⁊ colles: ⁊ omne + germen eorum exiccabo. Ponam flumina in inſulas: ⁊ ſtagna arefaciam. Et educam cecos in + viam quam neſciunt: ⁊ in ſemitis quas ignorauerunt ambulare eos faciam. Ponam tene-

al+ corā al+ directa bras + corā eis in lucē: ⁊ praua in + recta. Hec verba feci eis: ⁊ non dereliqui eos. Conuerſi ſunt retrorſum. Confundantur cõfuſione qui confidunt in ſculptili: q̄ dicunt conflatili vos dij noſtri. Surdi audite ⁊ ceci intuemini ad videndum: quis cecus niſi ſeruus meus: ⁊ ſur-

D dus niſi ad quē nuncios meos miſi? Quis cecus niſi qui venundatus eſt? Et quis cecus niſi ſeruus domini? Qui vides multa nonne cuſtodies? Qui apertas habes aures: nonne audies? Et dominus voluit vt ſanctificaret eum: magnificaret legem ⁊ extolleret: ipſe autem

2. q. 7. ca. paulus populus direptus ⁊ vaſtatus. Laqueus iuuenum omnes: ⁊ in domibus carcerum abſcon-

diti ſunt. Facti ſunt in rapinam: nec eſt q̄ eruat: in direptione: nec eſt q̄ dicat: redde. Quis eſt in vobis qui audiat hoc: attendat ⁊ auſcultet futura? Quis dedit in direptionem iacob ⁊ iſrael vaſtantibus. Nōne dominus + ipſe cui

al+ ipſe eſt cui peccauimus peccauimus? Et noluerunt in vijs eius ambulare: ⁊ non audierunt legem eius. Et effudit ſuper eum indignationem furoris ſui ⁊ forte bellū: ⁊ combuſſit eū in circuitu ⁊ nō cognouit: ⁊ ſuccendit eum ⁊ non intellexit.

¶ Ca. Sum. ¶ Populos credentes ex iudeis ſecuros facit ⁊ promittit fidem ex oī parte: increpat gentes de idolatria: q̄ annuncianti non crediderūt: de ſacrificijs ⁊ thure iudeorū reprobatis. ¶ XLIII

Et nunc hec dicit dominus creans te iacob ⁊ formās te iſrael. Noli timere: quia redemi te: ⁊ vocaui te nomīe tuo. Meus es tu. Cū tranſieris per aquas tecum ero: ⁊ flumina non operient te. Cū ambulaueris in igne non combureris: ⁊ flamma non ardebit in te: quia ego dominus deus tuus ſanctus iſrael ſaluator tuus. Dedi propiciationem tuam egyptum ⁊ ethyopiam: ⁊ ſabā pro te. Ex quo honorabilis factus es ī oculis meis ⁊ glorioſus: ego dilexi te. Et dabo homines pro te ⁊ A

ſup. 41. c. al+ q̄ tecum ego ſum populos pro anima tua. Noli timere + q̄ ego tecum ſum. Ab oriente adducam ſemen tuū: ⁊ ab occidente congregabo te. Dicam aquiloni da ⁊ auſtro noli prohibere. Affer filios meos d̄ longinquo: ⁊ filias meas ab extremis terre. Et omnem qui inuocat nomen meum: in B gloriam meam creaui eum: formaui eum ⁊ feci eum. Educ foras populum cecum ⁊ oculos habentem: ſurdum ⁊ aures ei ſunt. Omnes gentes congregate ſunt ſimul: ⁊ collecte ſunt

al+ nobis al+ eis tribus. Quis in + vobis annunciet iſtud: ⁊ que prima ſunt audire vos faciet? Dent teſtes eorum ⁊ iuſtificentur: ⁊ audiant ⁊ dicant. Vere vos teſtes mei dicit dominus: ⁊ ſeruus meus quem elegi: vt ſciatis ⁊ credatis mihi ⁊ intelligatis: quia ego ipſe ſum. Ante me non eſt

al+ ſaluator Infra 45. b + formatus deus: ⁊ poſt me non erit. Ego ſum: ego ſum dominus: ⁊ nō eſt abſq̄ me ſaluator. Ego annunciaui ⁊ ſaluaui: auditum feci: ⁊ nō fuit in vobis alienus. Vos teſtes mei dicit dominus: ⁊ ego deus. Et ab initio ego ipſe: ⁊ non eſt qui de manu mea eruat. Operabor ⁊ quis

al+ salua tor auertet illud. Hec dicit dominus + redemptor
C vester sanctus israél: Propter vos emi si baby-
lonem: ⁊ detraxi vectes vniuersos ⁊ chaldéos
in manibus suis gloriantes. Ego dominus san-
ctus vester: creans israél: rex vester. Hec dicit
dominus qui dedit in mari viam: ⁊ in aquis tor-
rentibus semitam. Qui edúxit quadrigam ⁊
al+ robu stos equum: ágmen + ⁊ robustum. Simul obdor-
mierunt nec resurgent: ⁊ contriti sunt quasi
linum ⁊ extincti sunt. Ne memineritis prio-
2.cor.5.d Apoc.21. rum: ⁊ antiqua ne intueámini. Ecce ego facio
noua ⁊ nunc orientur: vtique cognoscetis ea. Po-
nam in deserto viá: ⁊ in inuio flumina. Et glo-
rificabit me bestia agri: dracones ⁊ strutióes:
quia dedi in deserto aquas: ⁊ flumina i inuio:
vt darem potum populo meo electo meo. Po-
pulum istum formaui mihi: laudem meá nar-
D rabit. Non me inuocasti iacób: nec laborasti
in me israél. Non obtulisti mihi arietem ho-
locáusti tui: ⁊ victimis tuis nó glorificasti me.
Non te seruire feci in oblatione: nec laborez
tibi prébui in thure. Non emisti mihi argen-
to cálamum: ⁊ ádipe victimarum tuarum nó
inebriásti me. Verútamen seruire me fecisti
in peccatis tuis: prebuisti mihi laborem in ini-
quitatibus tuis. Ego sum ego sum ipse qui de-
leo iniquitates tuas propter me: ⁊ peccatoruz
tuoruz non recordabor. Reduc me in memo-
riam: ⁊ iudicémur simul: narra si quid habes
vt iustificéris. Pater tuus primus peccauit et
de pe. di.1. c. dic tu. ⁊ c. ecce nūc tempus. intérpretes tui preuaricati sunt in me. Et con-
taminaui principes sanctos: dedi ad internitió-
nem iacób ⁊ israél in blasphemiam.

¶ Ca. Sú. ¶ De baptismo nouo: subsannat deus idola: vocat ad penitentiam: ⁊ ostédit potentiam suam. ¶ XLIIII

B Et núc audi iacób serue meus: ⁊ israél quem elegi. Hec dicit dominus faciens ⁊ formans te ab vtero auxiliator tuus. Noli
Dic.30.b ⁊ 46.g. timére serue meus iacób: ⁊ re-
ctissime quem elégi. Effúndam
enim aquas super sitiéntez: ⁊ fluenta super ári-
dam. Effundam spiritum meum super semen
tuum: ⁊ benedictionem meaz super stirpé tu-
am: ⁊ germinabunt inter herbas quasi sáli-
ces iuxta preterfluéntes aquas. Iste dicet: do-
mini ego suz: ⁊ ille vocabit in nomine iacób.
Et hic scribet manu sua domino: ⁊ in nomine
israél assimilabitur. Hec dicit dominus rex is-
raél: ⁊ redemptor eius dominus exercituum.
Ego primus ⁊ ego nouissimus: ⁊ absque me nó supra.41.b ⁊ infra.48.b. apo.1.d ⁊ 22.c.
est deus. Quis similis mei? Vocet ⁊ annun-
ciet: ⁊ ordinem exponat mihi. Ex quo cóstitui
mihi populum antiquum. Ventura ⁊ que fu- B
tura sunt annunciet eis. Nolite timere: ne-
que conturbémini. Ex tunc audire te feci: ⁊ an-
nunciaui. Vos estis testes mei. Nunquid est
deus absque me: ⁊ formator quem ego non nó-
uerim. Pláste idoli omnes nihil sunt: ⁊ amá-
tissima eorum non proderunt eis. Ipsi sunt te-
stes eorum: + quia non vident neque intelli- al+ qui
gunt vt confundantur. Quis formauit deuz:
⁊ sculptile conflauit: ad nihil vtile? Ecce o-
mnes participes eius confundentur. Fabri
enim sunt ex hominibus. Conuenient enim
omnes: stabunt ⁊ pauebunt ⁊ confundentur
simul. Faber ferrárius lima operatus est: in
prúnis et in málleis formauit illud: ⁊ ope-
ratus est in brachio fortitudinis sue. Esuriet
⁊ deficiet: non bibet aquam ⁊ lasséscet. Arti-
fex lignarius extendit normam: formauit il- Sap.13.c
lud in runcina. Fecit illud in angularibus: ⁊
in circino tornáuit illud: ⁊ fecit imáginem vi-
ri quasi speciosum hominem habitantem in
domo. Succidit cédros: tulit ilicem ⁊ quer-
cum: que steterat inter ligna sáltus. Planta-
uit pinum quam pluuia nutriuit: ⁊ facta est
hominibus in focum. Sumpsit ex eis ⁊ calefa- C
ctus est: ⁊ succédit ⁊ cóxit panes: de reliquo au-
tem operatus est deú ⁊ adorauit: fecit sculpti-
le ⁊ curuatus est ante illud. Medium eius có-
bussit igni: ⁊ de medio eius carnes + cóxit ⁊ co-
médit: cóxit pulmentum ⁊ saturatus est: ⁊ ca- alr' nō hȝ + coxit
lefactus est ⁊ dixit. Vah: calefactus sum: vi-
di focum. Reliquum autem eius deum fecit
⁊ sculptibile sibi. Curuátur ante illud: ⁊ ado-
rat illud ⁊ obsecrat: dicens. Libera me: quia
deus meus es tu. Nescierunt neque intellexe-
runt. Obliti enim sunt ne videant oculi eo-
rum: ⁊ ne intelligant in corde suo. Non reco-
gitant in mente sua: neque cognoscunt neque có-
sentiunt vt dicant. Medietatem eius com-
bussi igni: ⁊ cóxi super carbones eius panes:
cóxi carnes ⁊ comédi: ⁊ de reliquo eius ido-
lum faciam. Ante truncum ligni prócidam.
Pars eius cinis est. Cor insipiens adorabit il-
lud: ⁊ non liberabit animam suam: neque di-
cet: forte mendacium est in dextera mea. Me- D
mento horum iacób ⁊ israél: quoniaz seruus

meus es tu. Formaui te: ſeruus meus es tu iſraél: non obliuiſcáris mei. Deleui vt nubeʒ iniquitates tuas: ⁊ quaſi nébulaʒ peccata tua. Reuértere ad me quoniam redémi te. Laudate celi quoniam miſericordiam fecit dominus: iubilate extrema terre. Reſonate montes laudationem: ſaltus ⁊ omne lignum eius. Quoniam redemit dominus iacób: ⁊ iſraél gloriabitur. Hec dicit dominus redemptor tuus: ⁊ formator tuus ex vtero. Ego ſum dominus faciens omnia: extendens celos ſolus: ſtabiliens terram ⁊ nullus mecum. Irrita faciens ſigna diuinorum: ⁊ ariolos in furoreʒ vertens. Conuertens ſapiētes retrorſum: ⁊ ſcientiam eorum ſtultam faciens. Suſcitans verbum ſerui ſui: ⁊ conſilium nunciorum ſuoruʒ cómplens. Qui dico hieruſalém habitáberis: ⁊ ciuitatibus iúde edificabimini: ⁊ deſerta eius ſuſcitabo. Qui dico profundo deſoláre: ⁊ flúmina tua areſáciam. Qui dico cýro paſtor meus es: ⁊ omnem voluntatem meam complébis. Qui dico hieruſalém edificáberis: ⁊ templo fúndaberis.

¶ Capituli Summarium. ¶ Prophetia de cyro qui populum liberauit a captiuitate: de aduētu Chriſti: de collectiōe gentiū ad fideʒ: de pnia colentium idola. XLV

A HEc dicit dominus chriſto meo cýro cuius apprehéndi dexteram: vt ſubíjciam ante faciem eius gentes ⁊ dórſa reguʒ vértam. Et aperiam + coram eo ianuas: ⁊ porte non claudentur. (al's + añ eū.) Ego ante te ibo: ⁊ glorioſos terre humiliabo. Portas éreas cónteram: ⁊ vectes férreos confringam. Et dabo tibi theſauros abſconditos: ⁊ arcana ſecretorum vt ſcias quía ego dominus quí voco nomen tuuʒ deus iſraél propter ſeruum meum iacób: ⁊ iſraél electum meuʒ. Et vocaui te + nomine tuo aſſimilaui te ⁊ non (al's + in) cognouiſti me. Ego dominus non eſt + amplius (al's + alius.) extra me non eſt deus. Accinxi te ⁊ non cognouiſti me: vt ſciant hi qui ab ortu ſolis ⁊ qui ab occidente: quoniaʒ abſq; me nō eſt deus. (Amos.3. 24.q.3.c. quidam.) Ego dominus ⁊ non eſt alter + formans luceʒ (al's habet + deus.) ⁊ creans ténebras: faciens pacem ⁊ creās malum. B Ego dominus faciens omnia hec. Rorate celi deſuper ⁊ nubes pluant iuſtum: aperiatur terra ⁊ gérminet ſaluatoreʒ ⁊ iuſtitia oriatur ſimul. Ego dominus creaui eum. Ve quí contradícit + factori ſuo: (al's + factori.) teſta de ſámijs terre. Nunquid dicet lutum figulo ſuo: quid facis: ⁊ opus tuum abſq; manibus eſt? (Ro.9.d Luc.23.e) Ve qui dicit patri quid generas: ⁊ + mulieri quid parturis? (al's + matri) Hec dicit dominus ſanctus iſraél pláſtes eius. Ventura interrogate me. ſuper filios meos ⁊ ſuper + opus manuum mearū mādate mihi. (al's + opera.) Ego feci terram ⁊ hominem ſuper eam creaui ego. Et manus mee + tetenderunt celos: (al's + extē derunt) ⁊ omni militie eorum mandaui. Ego ſuſcitaui eum ad iuſtitiaʒ: ⁊ omnes vias eius dírigam. Ipſe edificabit ciuitatem + meam: (al's nō hʒ + meam) ⁊ captiuitatem meam dimittet: non in precio neq; in munéribus: dicit domin⁹ + deus exercítuum. (al's nō hʒ + deus) Hec dicit dominus. Labor egýpti ⁊ C negociatio ethyópie ⁊ ſabaím viri ſublímes ad te tranſibunt: ⁊ tuí erunt. Poſt te ambulabunt vincti mánicis pérgent: ⁊ te adorabunt neq; deprecabuntur. Tantum in te eſt deus: ⁊ nō eſt deus abſq; te. Vere tu es deus abſcónditus: deus iſraél ſaluator. Confuſi ſunt ⁊ erubuérunt omnes iſraél: abierunt in cōfuſione fabricatores erroruʒ. Iſraél ſaluatus eſt in domino ſalute eterna. Non confundémini ⁊ nō erubeſcetis vſq; in ſeculum ſeculi: quia hec dicit dominus creans celos. Ipſe deus formans D terram ⁊ faciens ea ipſe pláſtes eius. Non in uanum creauit eaʒ: vt habitetur formauit eā. Ego dominus ⁊ non eſt alius. Non in abſcondito locutus ſuʒ: in loco terre tenebroſo. Nō dixi ſemini iacób fruſtra querite me. Ego dominus loquens iuſtitiam: annuncians recta. Congregamini ⁊ venite ⁊ accedite ſimul qui ſaluati eſtis ex gentibus. Neſcierunt qui leuant + ſignum ſculpture ſue: ⁊ rogant dominum non ſaluantem. (al's + lignū) Annunciate ⁊ venite: ⁊ conſiliamini ſimul. Quis auditum fecit hoc ab initio. Ex tunc predixi illud. Nunquid nō ego dominus: ⁊ non eſt vltra deus abſq; me. Deus iuſtus ⁊ ſaluans: non eſt preter me. Cōuertimini ad me ⁊ ſalui eritis omnes fines terre: quia ego deus ⁊ non eſt alius. In memetipſo iuraui egredietur de ore meo iuſtitie verbum ⁊ non reuertetur: (Ro.14.b) quia mihi + curuabitur omne genu: (al's + curuabūt ei8 genua.) ⁊ iurabit omnis lingua. Ergo in domino dicent. Hee ſunt iuſtitie ⁊ imperium. Ad eum venient: ⁊ confundentur omnes qui repugnant ei. In domino iuſtificabitur ⁊ laudabitur omne ſemen iſraél.

¶ Ca. Sum. De destructione idolatrie: verba dei pñis vbi increpat iudeos ꝛ reuocat ab ido
A lis: ꝛ salutem ꝓmittit in filio. ¶ XLVI

al's + cur. uatus al's + con flatus al's + fractꝰ

+ Onfractus eſt bel: contritus ē nabo: + facta ſunt ſimulachꝛa eoꝛum beſtijs ꝛ iumentis. Onera veſtra graui pondere vſqꝫ ad laſſitudinem contabuerunt: ꝛ contrita ſunt ſimul. Non potuerunt ſaluare poꝛtantem: ꝛ anima eoꝝ in captiuitatem ibit. Audite me domus iacob: ꝛ omne reſiduū domus iſraël. Qui poꝛtamini a
B meo vtero: qui geſtamini a mea vulua. Uſqꝫ ad ſenectam egoipſe: ꝛ vſqꝫ ad canos ego poꝛ-
al's hꝫ + ꝛ tabo. Ego feci ꝛ ego feraꝫ: + ego poꝛtabo ꝛ ſal-
ſuꝑ. 40. f uabo. Cui aſſimilaſtis me ꝛ adequaſtis: ꝛ comparaſtis me: ꝛ feciſtis ſimilem? Qui confertis
baruch 6. c aurum de ſacculo: ꝛ argentum in ſtatera ponderatis: conducentes artificem vt faciat deuꝫ ꝛ procidunt ꝛ adoꝛant. Poꝛtant illum in humeris geſtantes: ꝛ ponentes in loco ſuo ꝛ ſta-
C bit: ac de loco ſuo non mouebitur. Sed ꝛ cuꝫ clamauerint ad eum nō audiet: de tribulatione non ſaluabit eos. Mementote iſtud ꝛ confundamini: redite p̄uaricatoꝛes ad coꝛ. Recoꝛdamini pꝛioꝛis ſeculi quoniam ego ſuꝫ deus: ꝛ nō eſt vltra deus: nec eſt ſimilis mei annuncians ab exoꝛdio nouiſſimum: ꝛ ab initio que necdum facta ſunt: dicens. Conſiliū meum ſtabit: ꝛ omnis voluntas mea fiet. Uocās
D ab oꝛiente + iuſtum: ꝛ de terra longinqua virū
al's + auē voluntatis mee. Et locutus ſum ꝛ adducaꝫ illud: creaui ꝛ faciam illud. Audite me + duro
al's + duri coꝛde: qui longe eſtis a iuſtitia. Pꝛope feci iuſtitiam meam non elongabitur: ꝛ ſalus mea non moꝛabitur. Dabo in ſyon ſalutem: ꝛ in
al's + hieruſalem. + iſraël gloꝛiam meam.

¶ Ca. Sum. ¶ Sermo domini contra babyloniam: vbi oſtenditur eius ſuperbia: humi-
liatio ꝛ deſtructio. ¶ XLVII
A Eſcende: ſede in puluere virgo filia babylon: ſede i terra. Nō eſt ſolium filie chaldeoꝝ: quia vltra non vocaberis mollis et
2. q. 5. c. ſi paulus tenera. Tolle molam ꝛ mole farinam: denuda turpitudineꝫ
al's + diuꝰ tuam. Diſcooperi humerum: reuela + crura:
Nū. 3. b. tranſi flumina. Reuelabitur ignominia tua: ꝛ videbitur opꝓbꝛium tuuꝫ. Ultionem capiam: ꝛ non reſiſtet mihi homo. Redemptoꝛ noſter dominus exercituum: nomen illiꝰ ſanctus iſraël. Sede + tacens ꝛ itra in tenebꝛas fi- al's + tua
lia chaldeoꝛum: quia non vocaberis vltra domina regnoꝛum. Iratus ſum ſuper populum B
meum: contaminaui hereditatem meā: ꝛ dedi eos in + manu tua. Non poſuiſti eis miſeri- al's + manū tuā
coꝛdias. Super ſenem aggrauaſti iugum tuuꝫ valde: ꝛ dixiſti. In ſempiternuꝫ ero domina. Non poſuiſti hec ſuper coꝛ tuum: neqꝫ recoꝛdata es nouiſſimi tui. Et nunc audi hec delicata: ꝛ habitans confidenter: que dicis in coꝛde tuo: ego ſum ꝛ non eſt p̄ter me ampliꝰ. Nō ſedebo vidua ꝛ ignoꝛabo ſterilitatem. Uenient tibi duo hec ſubito in die vna: ſterilitas ꝛ viduitas. Uniuerſa venerunt ſuper te pꝛopter multitudinem + maleficioꝛum tuoꝛum: ꝛ pꝛo- al's + multitudine
pter duriciam incantatoꝛum tuoꝛum vehementem. Et fiduciaꝫ habuiſti in malicia tua: C
ꝛ dixiſti. Non eſt qui videat me. Sapiētia tua hie. 49. c
ꝛ ſcientia tua hec decepit te. Et dixiſti in coꝛde tuo. Ego ſuꝫ: ꝛ p̄ter me non eſt altera. Ueniet ſuper te malum: ꝛ neſcies oꝛtum eius: et irruet ſuper te calamitas: quam non poteris expiare. Uenit ſuper te repente miſeria quam neſcies. Sta cum incantatoꝛibus tuis: ꝛ cum multitudine maleficioꝛum tuoꝛuꝫ in quibus laboꝛaſti ab adoleſcentia tua: ſi foꝛte qd̄ ꝓſit tibi: aut ſi poſſis fieri foꝛtioꝛ. Defeciſti in multitudine conſilioꝛum tuoꝛuꝫ. Stent ꝛ ſaluent te D
augures celi qui contemplabantur ſydera: ꝛ ſupputabant menſes vt ex eis annunciarent ventura tibi. Ecce facti ſūt quaſi ſtipula: ignis combuſſit eos. Non liberabunt animam ſuaꝫ de manu flāme: non ſunt pꝛune quibus calefiant: + nec focus vt ſedeant ad eum. Sic facta al's + ꝛ
ſunt tibi: in quibuſcunqꝫ laboꝛaueras. Negociatoꝛes tui ab adoleſcentia + tua: vnuſquiſqꝫ al's + ſua
in via ſua errauerunt. Non eſt qui ſaluet te.

¶ Ca. Sū. ¶ Increpat dominus duriciaꝫ iudeoꝝ per ſapientiam qua cognoſcit futura: per potentiam qua creauit oīa: ſe colendum pꝛobat ꝛ nō idola pꝛopter que traditi ſunt inimicis: de liberatione eoꝛum. ¶ XLVIII

Udite hec domus iacob: q vocamini nomie iſraël: ꝛ de aqs iudā exiſtis qui iuratis in nomine domini: ꝛ dei iſraël recoꝛdamini: non in veritate neqꝫ in iuſtitia. De ciuitate enim ſancta vocati ſunt: ꝛ ſuper deum iſraël cōſtabi-

liti ſunt. Dominus exercituum nomen eius.
Priora extunc annunciaui: ⁊ ex ore meo exie-
runt ⁊ audita feci ea: repente operatus ſum et
venerunt. Sciui eniȝ quia durus es tu: ⁊ ner-
uus ferreus ceruix tua: ⁊ frons tua + érea. Pre
aſo deuteꝛ diri tibi extunc: anteꝗ̄ venirent indicaui tibi:
ne forte diceres: idola mea fecerūt hec: ⁊ ſcul
ptilia mea ⁊ ↄflatilia mandauerunt iſta. Que
B audiſti vide omnia. Uos autem non annūcia
aſo nō hȝ ſtis. Audita tibi feci noua extunc: + ⁊ conſer-
+ ⁊ uata + ſunt que neſcis. Nunc creata ſunt ⁊ nō
aſo nō hȝ + ſunt extunc ⁊ ante diem: ⁊ non audiſti ea: ne forte
aſo nō hȝ + ego dicas. Ecce + ego cognoui ea. Neqȝ audiſti ne
qȝ cognouiſti neqȝ extunc aperta eſt auris tua.
Scio enim quia preuaricans preuaricáberis:
eſt + vtere ⁊ tranſgreſſorem ex + vtero vocaui te. Propter
nomen meum longe faciam furorem meum:
⁊ laude mea infrenabo te ne intéreas. Ecce ex
córi te: ſed non quaſi argentum: elegi te in ca
aſo nō re- mino paupertatis. Propter me + propter me
peti + ppᵗ faciam: vt non blaſphémer: ⁊ gloriam meam
me alteri non dabo. Audi me iacób: ⁊ iſraél queȝ
ſup. 42. b ego voco. Egoipſe: ego primus ⁊ ego nouiſſi-
ſup. 41. b mus. Manus quoqȝ mea fundauit terram: ⁊
& 44. a dextera mea menſa eſt celos. Ego vocabo eos:
C ⁊ ſtabunt ſimul. Congregamini omnes vos: ⁊
audite. Quis de eis annunciauit hec? Domi-
nus dilexit eum: faciet voluntatem ſuam i ba
bylóne: ⁊ brachium ſuum in chaldeis. Ego lo
cutus ſum ⁊ vocaui eum: addúxi eum ⁊ dire-
cta eſt via eius. Accedite ad me ⁊ audite hec.
Non a principio in abſcondito locutus ſum.
Ex tempore antequaȝ fierent ibi eram: ⁊ nūc
dominus deus miſit me ⁊ ſpiritus eius. Hec
aſo nō hȝ dicit dominus + deus redemptor tuus ſanctus
+ deus iſraél. Ego dominus deus tuus docens te vti-
D lia: gubernans te in via qua ámbulas. Utinaȝ
attendiſſes mandata mea. Facta fuiſſet ſicut
flumē pax tua: ⁊ iuſtitia tua ſicut gurgites ma
ris. Et fuiſſet quaſi arena ſemen tuū: ⁊ ſtirps
vteri tui vt lapilli eius. Non interiſſet: ⁊ non
fuiſſet attritum nomē eius a facie mea. Egre-
dimini de babylóne: fúgite a chaldeis in voce
exultationis annunciate: auditum fácite hoc:
eſt + ferte ⁊ + efférte illud vſqȝ ad extrema terre. Di-
cite. Redemit dominus ſeruum ſuum iacób.
Non ſitierunt in deſerto cum edúceret eos.
Aquam de petra produxit eis: ⁊ ſcidit petram
i. 57. d ⁊ fluxerunt aque. Non eſt pax impijs: dicit dns.
¶ Capituli Summarium. ¶ Uerba filij ad
eccleſiam ſub nomine inſularum: vbi dicit ſe
miſſum ad ſalutem: tam gentium ꝗ̄ iudeorum:
loquitur pater ad filium ⁊ conuerſis ad ip-
ſum: conſolatur dominus eccleſiam ſub no-
mine ſyon: vbi dicit credentes in ipſam vn-
diqȝ congregandos: ⁊ quod preda tolletur a
forti.

CXLIX

Udite inſule: ⁊ attendite popu
A li de longe. Dominus ab vtero
vocauit me: de vētre matris mee
recordatus eſt nominis mei. Et
poſuit os meum quaſi gladium
acutum: in vmbra manus ſue
protexit me: ⁊ poſuit me ſicut ſagittam electā.
In pháretra ſua abſcondit me: ⁊ dixit mihi.
Seruus meus es tu iſraél: quia in te + gloria- aſo + glo
bor. Et ego dixi. Inuácuum laboraui: ſine cau- rificabor.
ſa ⁊ vane fortitudinem meam conſumpſi. Er
go iudicium meum cum domino: ⁊ opus me-
um cum deo meo. Et nunc hec dicit dominus B
formans me ex vtero ſeruum ſibi vt reducaȝ
iacób ad eum: ⁊ iſraél non congregabitur. Et
glorificatus ſum in oculis domini: ⁊ deus me
us factus eſt fortitudo mea. Et dixit. Parum
eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribᵘ ia- ſup. 42. b
cób: ⁊ feces iſraél conuertēdas. Dedi te in lu- act. 13. g
cem gentium: vt ſis ſalus mea vſqȝ ad extre-
mum terre. Hec dicit dominus redemptor iſ- C
raél: ſanctus eius: ad contemptibilem animā
ad abominatam gentem: ad ſeruum domino
ruȝ. Reges videbunt ⁊ conſurgent principes:
⁊ adorabunt propter dominum: quia fidelis
eſt: ⁊ ſanctum iſraél qui elegit te. Hec dicit do
minus. In tēpore placito exaudiui te: ⁊ in die 2. cor. 6. a
ſalutis auxiliatus ſum tui. Et ſeruaui te ⁊ dedi
te in fedus populi vt ſuſcitares terram: ⁊ poſ-
ſideres hereditates diſſipatas: vt diceres his
qui vincti ſunt exite: ⁊ his qui in tenebris re-
uelamini. Super vias paſcētur: ⁊ in omnibus
planis páſcue eorum. Non eſúrient neqȝ ſiti- apoc. 7. d
ent: ⁊ non percutiet eos eſtus ⁊ ſol: quia miſe-
rator eorum reget eos: ⁊ ad fontes aquarū po
tabit eos. Et ponaȝ omnes montes + meos in
viam: ⁊ ſémite mee exaltabuntur. Ecce iſti de D
longe venient: ⁊ ecce illi ab aquilone ⁊ mari: aſo nō hȝ
⁊ iſti de terra auſtrali. Laudate celi: ⁊ exulta + meos
terra: iubilate montes laudem: quia conſola- infra. 52. e
tus eſt dominus populum ſuum: ⁊ pauperum
ſuorum miſerebitur. Et dixit ſyón: dereliquit
me dominus: ⁊ dominus oblitus eſt mei. Nū

quid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum:
vt non miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa ob-
lita fuerit: ego tamen non obliuiſcar tui. Ec-
E ce in manibus meis deſcripſi te: muri tui co-
ram oculis meis ſemper. Venerunt ſtructo-
res tui deſtruentes te ⁊ diſſipantes a te exi-
bunt. Leua in circuitu oculos tuos ⁊ vide: ⁊
omnes iſti congregati ſunt: venerunt tibi. Vi-
Infra.60.a uo ego dicit dominus: quia omnibus his ve-
lut ornamento veſtieris: ⁊ circũdabis tibi eos
quaſi ſponſa. Quia deſerta tua ⁊ ſolitudi-
nes tue ⁊ terra ruine tue nunc anguſta erunt
al's + eff. fugabunt pre habitatoribus: ⁊ longe + fugabuntur qui
abſorbebant te. Adhuc dicent in auribus tu-
F is filij ſterilitatis tue. Anguſtus eſt mihi lo-
cus: fac ſpatium mihi vt habitem. Et dices
in corde tuo. Quis genuit mihi iſtos? Ego
ſterilis ⁊ non pariens tranſmigrata ⁊ capti-
al's + deſolata ua: ⁊ iſtos quis enutriuit? Ego deſtituta ⁊ + ſo-
la: ⁊ iſti vbi hic erant? Hec dicit dominus de-
al's + leuo us. Ecce + leuabo ad gentes manum me-
am: ⁊ ad populos exaltabo ſignum meum. Et
afferent filios ſuos in vlnis: ⁊ filias ſuas ſu-
per humeros portabunt. Et erunt reges nu-
tricij tui: ⁊ regine nutrices tue. Vultu in ter-
al's + demiſſo ra + demiſſo adorabunt te: ⁊ puluerem pe-
G dum tuorum lingent. Et ſcies quia ego domi-
nus: ſuper quo non confundentur qui expe-
ctant eum. Nunquid tolletur a forti p̃da: aut
quod captum fuerit a robuſto ſaluum eſſe po-
terit. Quia hec dicit dominus. Equidem ⁊ ca-
ptiuitas a forti tolletur: ⁊ quod ablatum fue-
rit a robuſto ſaluabitur. Eos vero qui iudica-
uerunt te: ego iudicabo: ⁊ filios tuos ego ſal-
uabo. Et cibabo hoſtes tuos carnibus ſuis: ⁊
quaſi muſto ſanguine ſuo inebriabuntur. Et
ſciet omnis caro q2 ego dominus ſaluans te:
⁊ redemptor tuus fortis iacob.

¶ Capituli Summarium. ¶ De iudea re-
probata: de paſſionibus chriſti ⁊ de pena iudeo
rum obſtinatorum. C L

A HEc dicit dominus. Quis ẽ hic
liber repudij matris veſtre: quo
Diſt.4. dimiſi eam? aut quis eſt credi
tor meus: cui vendidi vos? Ec-
ce eniz in iniquitatibus veſtris
venditi eſtis: ⁊ in ſceleribus ve-
ſtris dimiſi matrem veſtram: quia veni ⁊ non
Infra.59.a erat vir: vocaui ⁊ non erat qui audiret. Nun-
quid abbreuiata ⁊ paruula facta eſt manus
mea vt non poſſim redimere: aut non eſt in B
me virtus ad + liberandum? Ecce in increpa- al's + ſaluandum.
tione mea deſertum faciam mare: ponaz flu-
mina in ſiccum. Computreſcent piſces ſine
aqua: ⁊ morientur in ſiti. Induam celos tene-
bris: ⁊ ſaccum ponam operimentum eorum.
+ Dominus dedit mihi linguã eruditã vt ſci-
am ſuſtẽtare euz q + laſſus eſt v̾bo. Erigit ma-
ne: mane erigit mihi aurem: vt audiam qua-
ſi magiſtrum. Dñs deus apit mihi aurez ego
aũt non contradico: retrorſum non abij. Cor-
pus meum dedi percutientibus: ⁊ genas me-
as vellentibus. Faciem meam non auerti ab C
increpantibus ⁊ conſpuentibus + in me. Do-
minus deus auxiliator meus: ⁊ ideo nõ ſum
confuſus. Ideo poſui faciem meam vt pe-
tram duriſſimam: ⁊ ſcio quoniam non con-
fundar. Iuxta eſt qui iuſtificat me. Quis +
contradicet mihi? Stemus ſimul. Quis eſt
aduerſarius meus? Accedat ad me. Ecce + D
dominus deus auxiliator meus. Quis eſt qui
condemnet me? Ecce omnes quaſi veſtimẽ-
tum conterentur: tinea comedet eos. Quis
ex vobis timens + dominum: audiens vo-
cem ſerui ſui? Quis ambulauit in tenebris:
⁊ non eſt lumen ei? Speret in nomine do-
mini: ⁊ innitatur ſuper deum ſuum. Ecce
vos omnes accendẽtes ignem: accincti flã-
mis. Ambulate in lumine ignis veſtri: ⁊ in
flãmis q̃s ſuccẽdiſtis. + De manu mea factũ
eſt hoc vobis. In doloribus dormietis.

¶ Capituli Summarium. ¶ De reprobatis
iudeis ⁊ perfidis loquitur dominus ad popu
los: quibus glorioſam promittit eccleſiam: cõ
fortat quoq3 fideles: ⁊ deſiderant fideles ad-
uentum filij: qui reſpondet verba ſolatij pro-
mittitur filius qui plantet celos ⁊ fundet ter-
ram: ⁊ vocantur ad penitentiam qui xp̃m in
paſſione negauerunt. C LI



Audite me qui ſequimini qđ A
iuſtum eſt: ⁊ queritis domi-
num. Attendite ad petraz vn
de ex ſi eſtis ⁊ ad cauernam
laci de q̃ua preciſi eſtis. Attẽ-
dite ad habraam patrem ve-
ſtrum: ⁊ ad ſaram que pepe-
rit vos. Quia vnũ vocaui eũ
⁊ benedixi ei: ⁊ multiplicaui
eum. Conſolabitur ergo dñs
ſion: ⁊ conſolabitur omnes ruinas eius. Et

ponet deſertum eius quaſi delitias: et ſolitudi
B nem eius quaſi hortum domini. Gaudium et
leticia inuenietur in ea: gratiarum actio et vox
laudis. Attendite ad me + popule meus: et tri
bus mea me audite. Quia lex a me exiet: et iu
dicium meum in lucem populorum requie
ſcet. Prope eſt iuſtus meus: egreſſus eſt ſalua
tor meus: et brachia mea populos iudicabunt.
Me inſule expectabunt: et brachium meum ſu
ſtinebunt. Leuate in celum oculos veſtros: et
videte ſub terra deorſum: quia celi ſicut fu
mus liqueſcent: et terra ſicut veſtimentum at
teretur: et habitatores eius ſicut hec interi
C bunt. Salus autem mea in ſempiternum erit:
et iuſtitia mea non deficiet. Audite me qui ſci
tis iuſtum: populus meus lex mea in corde eo
rum. Nolite timere opprobrium hominum:
et + blaſphemias eorum ne metuatis. + Sicut
enim veſtimentum ſic comedet eos vermis:
et ſicut lanam: ſic deuorabit eos tinea. Salus
autem mea in ſempiternum erit: et iuſtitia mea
in generationes generationum. Conſurge cō
ſurge: induere fortitudinem brachium domi
ni. Conſurge ſicut in diebus antiquis: in gene
D rationibus ſeculorum. Nunquid non tu per
cuſſiſti ſuperbum: vulneraſti draconem? Nun
quid non tu ſiccaſti mare: aquam abyſſi vehe
mentis? Qui poſuiſti profundum maris viam:
vt tranſirent liberati. Et nunc qui redempti
ſunt a domino reuertentur: et venient in ſion
laudantes: et leticia ſempiterna ſuper capita
eorum. Gaudium et leticiam tenebunt: fugi
et dolor et gemitus. Ego ego ipſe cōſolabor vos
Quis tu vt timeas ab homine mortali: et a fi
lio hominis: qui quaſi fenum ita areſcet: et ob
litus es domini + factoris tui: qui tetendit ce
los et fundauit terram: et formidaſti iugiter to
ta die a facie furoris eius qui te tribulabat: et
E parauerat ad perdendum? Ubi nunc eſt furor
tribulantis? Cito veniet gradiens ad aperien
dum et non interficiet vſque ad + internitionem
nec deficiet panis eius. Ego autem ſum domi
nus deus tuus qui conturbo mare: et intume
ſcunt fluctus eius: dominus exercituum no
men meum. Poſui verba mea in ore tuo: et
in vmbra manus mee protexi te: vt plantes ce
los et fundes terram et dicas ad ſion populus
F meus es tu. Eleuare: eleuare: conſurge hieru
ſalem: que bibiſti de manu domini calicē ire
eius. Uſque ad fundum calicis ſoporis bibiſti:

al + pplo

al + bla ſphemias

al + Sicut veſtimentū conſume tur etc.

Infra 52. a

al + crea toris

al + inter necionem

et potaſti vſque feces. Non eſt qui ſuſtentet eam
ex omnibus filijs quos genuit: et non eſt qui
apprehendat manum eius ex omnibus filijs
quos enutriuit. Duo ſunt que occurrerunt ti
bi. Quis contriſtabitur ſuper te? Uaſtitas et cō G
tritio et fames et gladius. Quis conſolabitur
te? Filij tui proiecti ſunt: dormierunt in capi
te omnium viarum ſicut + orix illaqueatus ple
ni indignatione domini: increpatiōe dei tui.
Idcirco audi hec paupercula et ebria non a vi
no. Hec dicit dominator tuus dominus: et de
us tuus qui pugnauit pro populo ſuo. Ecce tu
li de manu tua calicem ſoporis: fundum cali
cis indignationis mee. Non + adijcies vt bi
bas illum vltra. Et ponam in manu eorum
qui te humiliauerunt: et dixerunt anime tue
incuruare vt tranſeamus: et poſuiſti vt ter
ram corpus tuum: et quaſi viam tranſeun
tibus.

al + beſtia illaqueata

al + adijciam

¶ Capituli Summarium. ¶ Excitatur eccle
ſia ad virtutes: de redemptione noſtra: com
mendantur predicatores: et iubentur apoſtoli
exire de polluta ciuitate. ¶ LII

Onſurge cōſurge: induere for A
titudine tua ſion. Induere ve
ſtimentis glorie tue hieruſalem
ciuitas + ſancti: quia non adij
ciet vltra vt pertranſeat per te
incircunciſus et immūdus. Ex
cutere de puluere: conſurge: ſede hieruſalem.
Solue vincula colli tui captiua filia ſion: quia
hec dicit dominus. Gratis venundati eſtis et
ſine argento redimemini. Quia hec dicit do
minus deus. In egyptum deſcendit populus B
meus in principio vt colonus eſſet ibi: et aſſur
abſque vlla cauſa calumniatus eſt eum. Et nūc
quid mihi eſt: hec dicit dominus? Quoniam
ablatus eſt populus meus gratis. Dominato
res eius inique agunt dicit dominus: et iugi
ter tota die nomen meū blaſphematur. Pro
pterea ſciet populus meus nomen meum in
illa die: quia ego ipſe qui loquebar ecce ad
ſum. Quam pulchri ſuper montes pedes annun
ciantis et predicantis pacem: annunciantis bo
num predicantis ſalutem dicentis. Sion re
gnabit deus tuus. Uox ſpeculatorum tuorum.
Leuauerunt vocem: ſimul laudabunt: quia
oculo ad oculum videbunt cum conuerterit
dominus ſion. Gaudete et laudate ſimul de
ſerta hieruſalem: quia conſolatus eſt domi C

Di. 15. c. A. ſup. 51. c.

al + ſui.

Nad. 1. d
Ro. 10. c.
a 1. q. 1. ca.
emēdari.
& q. 1. c. oli
de conſe.
diſt. 3. ca.
de penite
ntibus
93. diſt. ca.
diaconi.
In 40. d.

[Ro.97. 2.cor.6.d.] mus populum ſuum: redemit hieruſalem. Pa-
rauit dominus brachium ſanctum ſuum in
oculis omnium gentium: ⁊ videbunt omnes
[b 23.q.4.] fines terre ſalutare dei noſtri: [b] Recedite: re-
[c ecce.4.c. recedite.] cedite: exite inde: pollutum nolite tangere.
[di.45.c.re cedite.] Exite de medio eius: [c] mundamini qui fertis
[c i.q.i. ca. neceſſe.] vaſa domini. Quoniam non in tumultu exi-
bitis: nec in fuga properabitis. Precedet enim
vos dominus: ⁊ congregabit vos deus iſrael.
Ecce intelliget ſeruus meus: exaltabitur: ⁊ ele
uabitur: ⁊ ſublimis erit valde. Sicut obſtupue
[al+tuum] runt ſuper+te multi: ſic inglorius erit inter vi
ros aſpectus eius: ⁊ forma eius inter filios ho
minum. Iſte aſperget gentes multas: ſup ipſum
continebunt reges os ſuum. Quia quibus non
[Ro.15.e] eſt narratum de eo+viderunt: ⁊ que non au-
[al+vide bunt] dierunt contemplati ſunt.

¶ Capituli Summarium. ¶ Prophetat de
paſſione Jeſu Chriſti futura: cui promittitur
quod poſt paſſionem erit ſaturitas gentium in
fide. ¶ LIII

[A] [Jo.12.f. Ro.10.c.] Quis credidit auditui noſtro: ⁊
brachium domini cui reuelatum
eſt? Et aſcendet ſicut virgultum
coram eo: ⁊ ſicut radix de terra
ſitienti. Non eſt ſpecies ei neque
decor. Et vidimus eum ⁊ non
erat aſpectus: ⁊ deſiderauimus eum deſpectum
⁊ nouiſſimum virorum: virum dolorum ⁊ ſci
entem infirmitatem. Et quaſi abſconditus vul
tus eius ⁊ deſpectus: vnde nec reputauimus
eum. Vere languores noſtros ipſe tulit: ⁊ do- [B]
[Mat.8.b. 1.pe.2.d] lores noſtros ipſe portauit. Et nos putauimus
eum quaſi leproſum: ⁊ percuſſum [d] a deo ⁊ hu
[d de pe. diſti.2.c. ſi enim.] miliatum. Ipſe autem vulneratus eſt propter
iniquitates noſtras: attritus eſt propter ſcele-
[de celeb. miſ.c. cum marthe.] ra noſtra. Diſciplina pacis noſtre ſuper eum:
⁊ liuore eius ſanati ſumus. Omnes nos quaſi
oues errauimus: vnuſquiſque in viam ſuam de-
clinauit: ⁊ poſuit dominus in eo iniquitatem
omnium noſtrum. Oblatus eſt quia ipſe vo-
[C] luit: ⁊ non aperuit os ſuum. Sicut [e] ouis ad oc-
ciſionem ducetur: ⁊ quaſi agnus coram+ton-
[al+tun dente.] dente ſe obmuteſcet: ⁊ non aperiet os ſuum.
[e de pe. diſtin. 2. c. ſi enim.] De anguſtia ⁊ de iudicio ſublatus eſt. [f] Gene
rationem eius quis enarrabit? +Quia abſci-
[al+ Qui] ſus eſt de terra viuentium. [g] Propter ſcelus
[f 24.q.1. quod non turbatur.] populi mei+percuſſi eum. Et dabit impios
pro ſepultura: ⁊+diuites pro morte ſua eo quod
[al+ percuſſit eos. g ſum. trini.c.1.] iniquitatem non fecerit: neque dolus+fuerit in

ore eius ⁊ dominus voluit conterere eum in [2.pe.2.d. D]
infirmitate. Si poſuerit pro peccato animam
ſuam: videbit ſemen longeuum: ⁊ voluntas+ [g De pe. di.3.c.talis]
domini in manu eius dirigetur. Pro eo quod la [al+ dimitem]
borauit anima eius: videbit ⁊ ſaturabitur. In [al+fuit.]
ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruos me- [al+ dei]
os multos ⁊ iniquitates eorum ipſe portabit.
Ideo diſpartiam ei plurimos: ⁊ fortium diui
det ſpolia: pro eo quod tradidit in mortem animam [Mar.15.d]
ſuam: ⁊ cum ſceleratis reputatus eſt. Et ipſe+ [Luc 22.d]
peccata multorum tulit: ⁊ pro tranſgreſſoribus [al+ pertu.]
rogauit.

¶ Capituli Summarium. ¶ De vocatione
iudeorum ⁊ gentium: ⁊ qualiter eccleſia edi-
ficatur de lapidibus precioſis: ⁊ de fabro qui
ſufflat prunas. ¶ LIIII

Lauda ſterilis que non paris: de [A]
canta laudem ⁊ hinni que non [Gal.3.e.]
pariebas: quoniam multi filii [Luc.23.d]
deſerte magis quam eius que+ha- [Gal.4.d]
bebat virum dicit dominus. Di [al+habet]
lata locum tentorii tui: ⁊ pelles
tabernaculorum tuorum extende. Ne parcas.
Longos fac funiculos tuos: ⁊ clauos tuos con-
ſolida. Ad dexteram enim ⁊ ad leuam pene-
trabis: ⁊ ſemen tuum gentes hereditabit: ⁊
ciuitates deſertas inhabitabit. Noli timere:
quia non confunderis neque erubeſces. Non
enim te pudebit: quia confuſionis adoleſcen [B]
tie tue obliuiſceris: ⁊ opprobrii viduitatis tui
non recordaberis amplius. Quia dominabi-
tur tui qui fecit te dominus exercituum nomen
eius: ⁊ redemptor tuus ſanctus iſrael: deus
omnis terre vocabitur. Quia vt mulierem de-
relictam ⁊ merentem ſpiritu vocauit te domi
nus: ⁊ vxorem ab adoleſcentia abiectam. Di-
xit deus tuus. Ad punctum in modico dereli
qui te: ⁊ in miſerationibus magnis congrega-
bo te. In momento indignationis abſcondi [C]
faciem meam parumper a te: ⁊ in miſericor-
dia ſempiterna miſertus ſum tui. Dixit re-
demptor tuus dominus. Sicut in diebus noe
iſtud mihi eſt: cui iuraui ne inducerem aquas
+diluuii vltra ſupra terram: ſic iuraui vt non [al+noe]
iraſcar tibi: ⁊ non increpem te. Montes enim
commouebuntur: ⁊ colles contremiſcent: mi
ſericordia autem mea non recedet a te: ⁊ fe-
dus pacis mee non mouebitur. Dixit miſera
tor tuus dominus. Paupercula tempeſtate con
nulſa abſque vlla conſolatione: ecce ego ſternam

per ordinem lapides tuos:⁊ fundabo te in ſa-
phyris. Et ponam iaſpidem propugnacula
tua:⁊ portas tuas in lapides ſculptos : ⁊ om-
D nes terminos tuos in lapides deſiderabiles.
Uniuerſos filios tuos doctos a domino : et
multitudinem pacis filijs tuis : ⁊ in iuſtitia
fundaberis. Recede procul a calumnia: quia
non timebis:⁊ a pauore: quia non appropin-
quabit tibi. Ecce accola veniet: qui non erat
mecum: aduena quondam tuus adiungetur
tibi . Ecce ego creaui fabrum ſufflantem in
igne prunas:⁊ proferentem vas in opus ſu-
um:⁊ ego creaui interfectorem ad diſperden
dum. Omne vas quod fictuꝫ eſt contra te nõ
dirigetur:⁊ omnem linguam reſiſtentem ti-
al+ cõdẽnabis. bi: in iudicio + iudicabis. Hec ē hereditas ſer
uorum dñi:⁊ iuſtitia eorꝫ apud me: dicit dñs.
¶ Capituli Summarium. ¶ De baptiſmo
⁊ populo chriſtiano: de querendo dominum:
⁊ de verbo qđ non redit in vacuũ. CLV

A Io.7.caſt. in fi. Apoc.22.d
OMnes ſitiẽtes venite ad aquas
⁊ qui non habetis argentum ꝑ
perate emite ⁊ comedite. Ue-
nite emite abſqꝫ argento ⁊ abſ-
qꝫ vlla commutatione : vinum
⁊ lac. Quare appenditis argẽ-
tum non in panibus:⁊ laborem veſtrum non
in ſaturitate? Audite audientes me: ⁊ come-
dite bonum ⁊ delectabitur in craſſitudine ani
B ma veſtra. Inclinate aurem veſtram ⁊ venite
ad me: audite ⁊ viuet anima veſtra. Et feriam
vobiſcum pactum ſempiternum : miſericor-
al+fideles. dias dauid + fideles. Ecce teſtem populis de-
di eum: ducem ac preceptorem gentibus. Ec-
al+gentes quas. ce + gentem quam neſciebas vocabis: ⁊ gen-
tes que non cognouerunt te: ad te current: ꝓ
pter dominum deum tuum ⁊ ſanctuꝫ iſrael:
al+ qui de ve di.j. quia glorificauit te. Querite dominum dum
inueniri poteſt: inuocate eum dum prope eſt.
Derelinquat impius viam ſuã:⁊ vir iniquus
cogitationes ſuas:⁊ reuertatur ad dominum
⁊ miſerebitur eius:⁊ ad deum noſtrum quo-
niam multus eſt ad ignoſcendum. Non eniꝫ
cogitationes mee cogitatiões veſtre neqꝫ vie
C veſtre mee: dicit dominus. Quia ſicut exalta-
tur celi a terra: ſic exaltate ſunt vie mee a vijs
veſtris:⁊ cogitationes mee a cogitationibus
veſtris. Et quomodo deſcendit imber ⁊ nix
al+reuertitur de celo:⁊ illuc vltra non + reuertitur: ſed ine-
briat terram ⁊ infundit eam:⁊ germinare eã

facit:⁊ dat ſemen ſerenti:⁊ panem comeden-
ti: ſic erit verbum meum: quod egredietur de
ore meo. Non reuertetur ad me vacuum: ſed D
faciet quecunqꝫ volui:⁊ proſperabitur in his
ad que miſi illud. Quia in leticia egrediemi-
ni:⁊ in pace deducemini. Montes ⁊ colles
cantabunt coram vobis laudem:⁊ omnia li-
gna + regionis plaudent manu. Pro ſaliuncu al+ſiluarum
la aſcendet abies : ⁊ pro vrtica creſcet myr-
thus. Et erit dominus nominatus in ſignum
eternum: qđ non auferetur.
¶ Ca. Sũ. ¶ De eunucho ⁊ cuſtodiente ſab
batum:⁊ qꝫ propter malos paſtores deuoratur
populus. CLVI

A
HEc dicit dominus. Cuſtodite iu
dicium ⁊ facite iuſtitiam: quia
iuxta eſt ſalus mea vt veniat et
iuſtitia mea vt reueletur. Bea-
tus vir qui facit hoc:⁊ filius ho
minis qui apprehendet iſtud.
Cuſtodiens ſabbatum ne polluat illud: cuſto
diens manus ſuas ne faciat omne malum.
Et non dicat filius aduene qui adheret do-
mino dicens. Separatione diuidet me domi
nus a populo ſuo. Et non dicat eunuchus. ec-
ce ego lignum aridum. Quia hec dicit domi- B
nus eunuchis. + Qui cuſtodierint ſabbata al. nõ hꝫ + qui
mea:⁊ elegerint que + ego volui:⁊ tenuerit al. nõ hꝫ + ego
fedus meum: dabo eis in domo mea ⁊ in mu
ris meis locum:⁊ nomen melius a filijs ⁊ fi- Sap.3.b.
liabus. Nomen ſempiternum dabo eis: quod a Di.9.c.ſi
non peribit.[a] Et + filios aduene qui adherent melius.
domino vt colant eum ⁊ + diligant nomen al+filias
eius : vt ſint ei in ſeruos: omnem cuſtodien- Sub.29.
tem ſabbatum ne polluat illud : ⁊ tenentem al+diligunt
fedus meum adducam eos in montem ſan- C
ctum meum:⁊ letificabo eos in domo oratio
nis mee. Holocauſta + ⁊ victime eorum pla- al. habet + eorum
cebunt mihi ſuper altari meo:[b] quia domus Mat.21.b
mea domus orationis vocabitur cunctis po- Mar.11.c
pulis. Ait dominus deus: qui congregat di- Luc.19.g
ſperſos iſrael. Adhuc congregabo ad euꝫ + cõ al+ eos
gregatos eius. Omnes beſtie agri venite ad al+congregatiões
deuorandum vniuerſe beſtie ſaltus. Specula b Di.X.c.
tores eius ceci omnes: neſcierunt vniuerſi: ca ij.i.q.3.ca.
nes muti non valentes latrare videntes vana: ſaluator.ſ.
dormientes ⁊ amantes ſomnia ⁊ canes impu ⁊xvi.q.7.
dentiſſimi neſcierunt ſaturitatem. Ipſi paſto- c.⁊ hec di. ximus.
res ignorauerunt intelligentiam. Omnes in D
viam ſuam declinauerunt: vnuſquiſqꝫ ad aua c Di.43.c. ſin pn.

Hier.ſ.c. Sap.2.b ritiam ſuam:a ſummo vſqʒ ad nouiſſimum. Uenite ſumám⁹ vinuʒ:⁊ impleamur ebrietá te:⁊ erit ſicut hodie:ſic ⁊ cras ⁊ multo ápliꝰ.

¶ Capituli Summarium. ¶ De iuſto cuius mors non intelligitur ab impiis:increpantur iudei ꝙ chriſtum in cruce ſubſannauerunt: ⁊ de idolis:de ꝯfitentibꝰ in dño:de reprobatione iudeoꝝ:⁊ ꝙ impijs non eſt pax. ¶ LVII

A Iuſtus perit ⁊ + non eſt qui recogitet in corde ſuo:⁊ viri miſericordie colliguntur: quia nõ eſt qui intelligat. A facie enim malicie collectus eſt iuſtus.+ Ueniat pax: requieſcat in cubili ſuo:qui ambulauit in directiõe ſua. Uos autem accedite huc filij auguratricis ſemen +adulteri ⁊ fornicarie. Super quem luſiſtis? Super quem dilataſtis os:⁊ eieciſtis linguaʒ? Nunquid non vos filij ſceleſti: ſemen mendax? Qui conſolamini in dijs ſubter omne lignum frondoſum:immolantes paruulos in torrentibus ſubter + eminẽtes petras. In partibus torrentis pars tua: hec eſt ſors tua. Et ipſis effudiſti libámen: obtuliſti ſacrificium. Nunquid ſuper his non indignabor? Super

B montem excelſum ⁊ ſublimem poſuiſti cubile tuum:⁊ illuc aſcendiſti vt immolares hoſtias. Et poſt oſtium ⁊ retro poſtem poſuiſti memoriale tuum: quia iuxta me diſcooperuiſti ⁊ ſuſcepiſti adulterum. Dilataſti cubile tuuʒ:⁊ pepigiſti cum eis fedus. Dilexiſti ſtratum eorum manu aperta ⁊ ornaſti te + regio vnguento ⁊ multiplicaſti pigmenta tua. Miſiſti legatos tuos procul:⁊ humiliata es vſqʒ ad inferos. In multitudine vie tue laboraſti: nec dixiſti:quieſcam. Uitam manus tue inueniſti. Propterea non rogaſti. Pro quo ſollicita timuiſti:quia mentita es:⁊ mei non es re

C cordata:neqʒ cogitaſti in corde tuo: quia ego tacens ⁊ quaſi non videns ⁊ mei oblita es. Ego autem annunciabo iuſtitiam tuam: ⁊ opera tua non proderunt tibi:cum clamaueris liberent te congregati tui. Et omnes eos auferet ventus:tollet aura. Qui autem fiduciam habet mei: hereditabit terram ⁊ poſſidebit montem ſanctum meum. Et dicam. Uiam facite prebete iter:declinate de ſemita:auferte offendicula de via populi mei. Quia hec dicit + excelſus ⁊ ſublimis habitans eter

D nitatem:⁊ ſanctum nomen eius in excelſo ⁊ in ſancto habitans:⁊ cum contrito ⁊ humili ſpiritu vt viuificet ſpiritum humilium:⁊ viuificet cor contritorum. Non enim in ſempiternum litigabo:neqʒ vſqʒ ad finem iraſcar: quia ſpiritus a facie mea egredietur ⁊ flatus ego faciam. Propter iniquitatem auaritie eius iratus ſum:⁊ percuſſi eum. Abſcondi + ⁊ indignatus ſuʒ. Et abijt vagus in via cordis ſui. Uias eius vidi ⁊ + ſanaui eum ⁊ reduxi eum: ⁊ reddidi conſolationes ipſi ⁊ lugentibus eiꝰ. Creaui fructum labiorum pacem: pacem ei qui longe eſt ⁊ qui prope:dixit dominus:⁊ ſanaui eum. Impij autem quaſi mare feruens quod quieſcere non poteſt: ⁊ redundant fluctus eius in conculcationem ⁊ lutum. Non eſt pax + impijs:dicit dominus deus.

¶ Capituli Summariũ. ¶ De ieiunio ⁊ elemoſyna ⁊ alijs operibus miſericordie: de venerᴀtione ⁊ obſeruatione ſabbati: ⁊ de premijs eorundem. ¶ LVIII



A Clama ne ceſſes quaſi tuba exalta vocẽ tuã:et annũcia populo meo ſcelera eoꝝ:⁊ domui iacob peccata eoꝝ. Me etenim de die in diem querũt:⁊ ſcire vias meas volunt quaſi gens que iuſtitiam fecerit ⁊ que iudiciũ dei ſui non dereliqrit. Rogant me iudicia iuſtitie:⁊ appropinquare deo volũt. Quare ieiunauimus ⁊ nõ aſpexiſti: humiliauimꝰ animas noſtras ⁊ neſciſti? Ecce in

B die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra: ⁊ omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites ⁊ ad contentiones ieiunatis: ⁊ percutitis pugno impie. Nolite ieiunare ſicut vſqʒ ad hanc diem: vt audiatur in excelſo clamor veſter. Nunquid tale eſt ieiunium quod elegi per diem affligere hominem aĩam ſuam? Nunquid contorquere quaſi circulum caput ſuum:⁊ ſaccum ⁊ cinereʒ ſternere. Nunquid

Margin notes: al's + venio; al's + veniet; al's + adulteri; al's + imi. genes; al's nõ hʒ + fedus; al's + regi; al's + dñs; De pe. diſ. 5. c. talis al's habet + a te faci; Ps. 45. al's + dicit dñs deus; Ri. 4. 34. 1.; 33. q. 4. ca. quiſtianꝰ

al'+ vocabis

iſtud+vocabis ieiuniuȝ: τ diem acceptabileȝ domino. Nonne hoc eſt magis ieiuniū quod elegi? Diſſolue colligationes impietatis: ſolue faſciculos deprimentes. Dimitte eos qui confracti ſunt liberos. τ omne onus dirumpe. Frange eſurienti panem tuum: τ egenos vagoſq; induc in domum tuam. Cum videris nudum operi eum τ carnem tuam ne deſpexeris. Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum: τ ſanitas tua citius orietur. Et anteibit facieȝ tuam iuſtitia tua: τ gloria domini colliget te.

C

al'+me. al's nō hȝ +q2 miſericors ſuȝ dñs deus tuus.

Tunc inuocabis+τ dominus exaudiet: clamabis τ dicet ecce adſum:+quia miſericors ſum dominus deus tuus. Si abſtuleris de medio tui cathenam: τ deſieris extendere digitum: τ loqui quod non prodeſt: cum effuderis eſurienti animam tuam: τ animam afflictam repleueris orietur in tenebris lux tua: τ tenebre tue erunt ſicut meridies. Et requiem tibi dabit dominus deus tuus ſemper: τ implebit ſplendoribus animam tuam: τ oſſa tua liberabit. Et eris quaſi hortus irriguus: τ ſicut fons aquarum cuius non deficient aque.

D

Et edificabuntur in te deſerta ſeculorum: fundamenta generationis τ generationis ſuſcitabis. Et vocaberis edificator ſepium: auertens ſemitas in quieteȝ. Si auerteris a ſabbato pedem tuum facere voluntatem tuaȝ in die ſancto meo: τ+ vocaberis ſabbatum delicatum τ ſanctum domini glorioſum: τ glorificaueris eum dum non facis vias tuas: τ non inuenitur voluntas tua vt loquaris ſermonem: tunc delectaberis ſuper domino: τ ſuſtollam te ſuper+altitudines terre: τ cibabo te hereditate iacob patris tui. Os enim domini locutum eſt.

¶ Capituli Summarium. ¶ Potens eſt deus ad ſaluandum benignus ad audiendum: ſed noſtre iniquitates obſiſtunt: de armatura qua indutus eſt dominus. ¶ LIX

A

Ecce nō eſt abbreuiata manus domini vt ſaluare nequeat: neq; aggrauata eſt auris eius vt nō exaudiat: ſed iniquitates veſtre diuiſerunt inter vos τ deum veſtruȝ: τ peccata veſtra abſconderunt facieȝ eius a vobis ne exaudiret. Manus enim veſtre pollute ſunt ſanguine: τ digiti veſtri iniquitate. Labia veſtra locuta ſunt mendacium: τ lingua veſtra iniquitatem fatur. Non eſt qui inuocet iuſtitiam: neq; eſt q iudicet vere: ſed confidunt in nihili: τ loquūtur vanitates. Conceperunt+laborem: τ pepererunt iniquitatem. Oua aſpidum ruperunt: τ telas aranee texuerūt. Qui comederit d ouis eorum morietur: τ quod confotum eſt erumpet in regulum. Tele eorum non erunt in veſtimentum: neq; operientur operibus ſuis.

B

Opera eorum opera inutilia: τ opus iniquitatis in manibus eorum. Pedes eorum ad malum currunt: τ feſtinant vt effundant ſanguinem innocentem. Cogitationes eorum cogitationes inutiles. Vaſtitas τ contritio in vijs eorum. Viam pacis neſcierunt: τ non eſt iudicium in greſſibus eorum. Semite eorum incuruate ſunt eis: omnis q calcat in+eis ignorat pacem. Propter hoc elongatum eſt iudicium a nobis: τ non apprehendet nos iuſtitia. Expectauimus lucem τ ecce tenebre: ſplendorem τ in tenebris ambulauimus. Palpauimus ſicut ceci parietem: τ quaſi abſq; oculis attrectauimus. Impegimus meridie quaſi in tenebris: in caliginoſis quaſi mortui. Rugiemus quaſi vrſi omnes: τ quaſi columbe meditantes gememus. Expectauimus iudicium τ non eſt: ſalutem: τ elongata eſt a nobis.

C

Multiplicate ſunt enim iniquitates noſtre coram te τ peccata noſtra reſponderunt nobis. Quia ſcelera noſtra nobiſcū τ iniquitates noſtras cognouimus: peccare τ mentiri contra dominum: τ auerſi ſumus ne iremus poſt tergum dei noſtri: vt loqueremur calumniam τ tranſgreſſionem. Concepimus τ locuti ſumus de corde verba mendacij: τ conuerſum eſt retrorſum iudicium: τ iuſtitia longe ſtetit. Quia corruit in+platea veritas: τ equitas non potuit ingredi. Et facta eſt veritas in obliuione: τ q receſſit a malo: prede patuit. Et vidit dominus: τ malum apparuit in oculis eius: q2 non eſt iudicium. Et vidit+deus quia non eſt vir: τ aporiatus eſt: quia non eſt qui occurrat. Et +ſaluabit ſibi brachium ſuum: τ iuſtitia eius ipſa+confirmauit eum.

D

Indutus eſt +iuſtitia vt lorica: τ galea ſalutis in capite eius. Indutus eſt veſtimentis vltionis: τ opertus eſt q̄ſi pallio celi: ſicut ad vindictam quaſi ad retributionem indignationis hoſtibus ſuis: τ viciſſitudinem inimicis ſuis. Inſulis viceȝ red-

al's+ plateis.
al's nō hȝ +deus
al's + ſaluauit.
al's+ confirmabit.
Eph.6.c. 1.theſ.5.b.
al's+ iuſticiam

det. Et timebunt qui ab occidente nomen domini: ⁊ qui ab ortu ſolis gloriam eius. Cum venerit quaſi fluuius violentus quem ſpiritus domini cogit: ⁊ venerit ſion redemptor: ⁊ eis qui redeunt ab iniquitate in iacob dicit dominus. Hoc fedus meum cuȝ eis: dicit dominus. Spiritus meus qui eſt in te: ⁊ verba mea que poſui in ore tuo: non recedent de ore tuo ⁊ de ore ſeminis tui dicit dominus amodo ⁊ vſq; in ſempiternum.

¶ Capituli Summarium. ¶ De primitiua eccleſia: de gloria eccleſie in preſenti ⁊ de beatitudine ipſius in futuro. ¶ LX

A al's nō hȝ + hieruſalem. c.13.c.ſ. in fi.

Surge illuminare + hieruſalem quia venit lumen tuum: ⁊ gloria domini ſuper te orta eſt. Quia ecce tenebre operient terram: ⁊ caligo populos: ſuper te autē orietur dominus: ⁊ gloria + eius in te videbitur. (al's + viſi.) Et ambulabunt gentes in lumine tuo: ⁊ reges in ſplendore ortus tui.
ſu. 49.c. Leua in circuitu oculos tuos ⁊ vide: omnes iſti congregati ſunt venerunt tibi.
Mat. 8.a Filij tui de longe venient: ⁊ filie tue + de latere ſurgent. (al' + in latere ſurgent)
Tunc videbis ⁊ afflues ⁊ mirabitur ⁊ dilatabitur cor tuum: quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te:
B dromedarij madian ⁊ effa. Omnes de ſaba venient: aurum ⁊ thus deferentes: ⁊ laudem domino annunciantes. Omne pecus cedar congregabitur tibi: arietes in nabaioth miniſtrabunt tibi. Offerent ſuper placabili altari meo ⁊ domum maieſtatis mee glorificabo. Qui ſunt iſti qui vt nubes volant: ⁊ quaſi columbe ad feneſtras ſuas?
al's + expectauunt. Me enim inſule + expectant ⁊ naues maris in principio: vt adducaȝ filios tuos de longe. Argentum eorum ⁊ aurum eorum cum eis nomini domini dei tui ⁊
al's + glorificabit. ſancto iſrael: quia + glorificauit te. Et edificabunt filij peregrinorum muros tuos: ⁊ reges
C eorum miniſtrabunt tibi. In indignatione enim mea percuſſi te: ⁊ in reconciliatiōe mea
apo. 21. g miſertus ſum tui. Et aperientur porte tue iugiter: die ac nocte non claudentur: vt auferatur a te fortitudo gentium: ⁊ reges earum adducantur. Gens enim ⁊ regnum quod nō ſeruierit tibi peribit: ⁊ gentes ſolitudine vaſtabuntur. Gloria libani ad te veniet: abies ⁊
s. 35.a. buxus ⁊ pinus ſimul ad ornandum locuȝ ſanctificationis mee: ⁊ locum pedum meorum glorificabo. Et venient ad te curui filij eorū qui humiliauerunt te: ⁊ adorabunt veſtigia peduȝ tuorum: omnes qui detrahebant tibi: ⁊ vocabunt te ciuitatem domini ſion ſancti iſrael. Pro eo ꝙ fuiſti derelicta ⁊ odio habita: ⁊ + non erat qui per te tranſiret: ponam te in ſuperbiam ſeculorum gaudium in generationem ⁊ generationem. (al's + non erat qui ꝑ tranſiret.) Et ſuges lac gentium: ⁊ mammilla regum lactaberis. Et ſcies quia ego dominus ſaluans te: ⁊ redemptor tuus fortis iacob. Pro ere afferam aurum: ⁊ pro ferro afferam argentum: ⁊ pro lignis es: ⁊ ꝓ lapidibus ferrum. Et ponam viſitationem tuaȝ pacem: ⁊ prepoſitos tuos iuſtitiam. D
Non audietur vltra in terra iniquitas tua: vaſtitas ⁊ contritio + in terminis tuis: ⁊ occupabit ſalus muros tuos: ⁊ portas tuas laudatio. (al's + non erit.) Non erit tibi amplius ſol ad lucendum per diem: nec ſplendor lune illuminabit te: ſed erit tibi dominus in lucem ſempiternam ⁊ deus tuus in gloriam tuaȝ. (apoc. 21. g; apoc. 21. a) Non occidet vltra ſol tuus ⁊ luna tua non minuetur: quia dominus erit + tibi in lucem ſempiternam: ⁊ complebuntur dies luctus tui. (al's nō hȝ + tibi.) Populus autem tuus omnes iuſti in perpetuum hereditabunt terram: germen plantationis mee opus manus mee ad glorificandum. Minimus erit in mille: ⁊ paruulus in gentem fortiſſimaȝ. Ego dñs: in tempore eius ſubito faciam iſtud.

¶ Capituli Summarium. ¶ De vnctione ⁊ miſſione ⁊ predicatione Chriſti: de verbis ipſius ad predicatores: exultat eccleſia in decore ſuo. ¶ LXI

Spiritus domini ſuper me: eo ꝙ unxerit me: + Ad annunciandum manſuetis miſit me: vt mederer contritis corde: ⁊ predicarem captiuis indulgentiam: ⁊ clauſis apertionem: A (de ſac. vn. c. vnico; Luce. 4. c.; al' hȝ + dominus.) vt predicarem annum placabilem domino: ⁊ diem vltionis deo noſtro: vt conſolarer omnes lugentes vt ponerem + fortitudinem lugentibus ſion: ⁊ darem eis coronam pro cinere: oleum gaudij pro luctu: pallium laudis pro ſpiritu meroris. (al' + conſolationem) B
Et vocabuntur in ea fortes iuſtitie: plantatio domini ad glorificandum. Et edificabūt deſerta a ſeculo ⁊ ruinas antiquas erigent: ⁊ inſtaurabunt ciuitates deſertas ⁊ diſſipatas in generationem ⁊ generationem.

Et ſtabunt alieni ⁊ paſcēt pecora veſtra: ⁊ filij peregrinorū agricole ⁊ vinitores veſtri erūt. Uos autem ſacerdotes domini vocabimini:

al+ veſtri — miniſtri dei+noſtri dicetur vobis. Fortitudi-

C — nem gentium comedetis: ⁊ in gloria eorū ſuperbietis. Pro confuſione veſtra duplici ⁊ rubore laudabunt patrem eorum. Propter hoc in terra ſua duplicia poſſidebunt: leticia ſempiterna erit eis. Quia ego dominus diligens

de pſe. di. 3. c. nō me diocriter. al+ holocauſto. — iudicium: ⁊ odio habens rapinam in+ holocauſtum. Et dabo opus eorū in veritate: ⁊ fedus perpetuum feriam eis. Et ſcietur in gentibus ſemen eorum: ⁊ germen eorū in medio

D — populorum. Omnes qui viderint eos cognoſcent illos: quia iſti ſunt ſemen cui benedixit dominus. Gaudēs gaudebo in domino: ⁊ exul

ai. 13. c. A. — tabit anima mea in deo meo. Quia induit me veſtimentis ſalutis. ⁊ indumento iuſtitie circūdedit me: quaſi ſponſum decoratum corona. ⁊ quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. Si-

al. nō hȝ ⁊ enim. — cut enim terra profert germen ſuum: ⁊ ſicut hortus ſemen ſuū germinat. ſic dominus deus germinabit iuſtitiā ⁊ laudem coram vniuerſis gentibus.

C Capituli Summariū. C Predicatur aduentus Chriſti: fecūditas eccleſie ⁊ clamor cuſtodum: de iudicio. C LXII

A — Propter ſión non tacebo ⁊ propter hieruſalém non quieſcā: donec egrediatur vt ſplēdor iuſtus ei⁹: ⁊ ſaluator eius vt lāmpas accendatur. Et videbunt gentes iuſtum tuum: ⁊ cuncti reges inclytum tuum. Et vocabitur tibi nomen nouum: quod os domini nominauit. Et eris corona glorie in manu domini: ⁊ dyadema regni in manu dei tui. Non vocaberis vltra derelicta: ⁊ terra tua non vocabitur amplius deſolata. Sed vocaberis volūtas mea in ea

B al+ inhabitabitur — ⁊ terra tua+inhabitata. Quia complacuit domino in te: ⁊ terra tua inhabitabitur. Habitabit enim iuuenis cum virgine: ⁊ habitabunt in te filij tui. Et gaudebit ſponſus ſuper+ ſpon

al+ ſpōſa. — ſam: ⁊ gaudebit ſuper te deus tuus. Super muros tuos hieruſalém conſtitui cuſtodes: tota die ⁊ tota nocte in perpetuum non tacebunt.

C — Qui reminiſcimini domini: ne taceatis: ⁊ ne detis ſilentiū ei: donec ſtabiliat ⁊ donec ponat hieruſalém laudem in terra. Jurauit dominus in dextera ſua: ⁊ in brachio fortitudinis ſue. Si dedero triticum tuū vltra cibum inimicis tuis: ⁊ ſi biberint filij alieni vinum tuū in quo laboraſti. Quia qui congregabunt illō comedent ⁊ laudabunt dominum: ⁊ qui comportant illud bibēt in atrijs ſanctis meis. Trā-

D — ſite tranſite per portas: preparate viam populo. Planum facite iter ⁊ eligite lapides: ⁊ eleuate ſignum ad populos. Ecce dominus auditum fecit in extremis terre. Dicite filie ſión.

ſup. 40. c. 3a. b. 9. e mat. 21. a — Ecce ſaluator tuus venit ecce merces eius cū eo: ⁊ opus eius coram illo. Et vocabunt eos populus ſanctus: redempti a domino. Tu aūt vocaberis queſita ciuitas: ⁊ nō derelicta.

C Ca. Sum. C De aſcenſione ⁊ paſſione xp̄i commemoratio preteritarum Chriſti ⁊ nouarum poſtulatio. C LXIII

A — Quis eſt iſte qui venit de edóm tinctis veſtibus de boſra: Iſte formoſus in ſtola ſua: gradiens

al+ ſtr nu. — in multitudine + fortitudinis ſue. Ego qui loquor iuſtitiam: ⁊ propugnator ſum ad ſaluandum. Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum: ⁊ veſtimēta tua ſicut calcantium in torculari. Torcular calcaui ſolus: ⁊ de gentibus non eſt vir mecū. Calcaui eos in furore meo: ⁊ conculcaui eos in ira mea. Et aſpſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea: ⁊ omnia in-

B 24. q. 3. ca. quid. al+ redēptionis. — dumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo: annus+retributionis mee venit. Circunſpexi ⁊ non erat auxiliator: queſiui ⁊ non fuit qui adiuuaret. Et ſaluauit mihi brachium meum: ⁊ indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi. Et conculcaui populos in furore meo: ⁊ inebriaui eos in indignatione mea: ⁊ detraxi in terram virtutem eorum. Miſerationum domini recordabor: laudem domini ſuper omnibus que reddidit nobis dominus: ⁊

al+ domui. — ſuper multitudinem bonorū+domus iſraél que largitus eſt eis ſm indulgentiam ſuam: ⁊

al+ miſerationū. — ſm multitudinem+miſericordiarum ſuarū.

C — Et dixit. Uerūtamen populus meus eſt: filij non negātes: ⁊ factus eſt eis ſaluator in omni tribulatione eorum. Non eſt tribulatus: ⁊ angelus faciei eius ſaluauit eos. In dilectione ſua ⁊ indulgentia ſua ipſe redemit eos: ⁊ portauit eos ⁊ eleuauit eos cunctis diebus ſeculi. Ipſi autem ad iracundiam prouocauerunt: ⁊ afflixerunt ſpiritum+ſancti eius. Et conuer-

al+ ſctī. — ſus eſt eis in inimicum: ⁊ ipſe debellauit eos.

Et recordatus eſt dierū ſeculi móyſi ⁊ popu-
li ſui. Vbi eſt qui eduxit eos de mari: cum pa
ſtoribus gregis ſui. Vbi eſt qui poſuit in me-
dio eius ſpiritū ſancti ſui? Qui eduxit ad dexte
ram móyſen brachio maieſtatis ſue: qui ſci-
dit aquas ante eos vt facerent ſibi nomē ſem
piternum: qui edúxit eos per abýſſos quaſi
équum in deſerto non impingentem: quaſi
animal in campo. Deſcendēs ſpiritus domi-
ni ductor eius fuit. Sic adduxiſti populum tu
um: vt fáceres tibi nomen glorie. Attende de
D celo: ⁊ vide de habitaculo ſancto tuo ⁊ + glorie
deu. 26. d. baruc. 2. d. al + ſolio tue. Vbi eſt zelus tuus ⁊ fortitudo tua: multi-
tudo viſcerum tuorum ⁊ miſerationum tua-
rum? Super me continuerunt ſe. Tu enim pa
13. q. 2. c. ſi diuina. §. de mortuis. ter noſter: ⁊ habraám neſciuit nos: ⁊ iſraél
ignorauit nos. Tu domine pater noſter: redē
ptor noſter: a ſeculo nomen tuum. Quare er-
rare nos feciſti domine de vijs tuis: indura-
ſti cor noſtrum ne timeremus te. Conuertere
propter ſeruos tuos: tribus hereditatis tue.
Quaſi nihilum poſſederunt populum ſanctū
tuum: hoſtes noſtri conculcauerunt ſanctifica
tionem tuam. Facti ſumus quaſi in principio
cum non dominaréris noſtri: neq₃ inuocare-
tur nomen tuum ſuper nos.

Capituli ſummarium. Deſideratur ad
uentus Chriſti: ⁊ ipſe occurrit facienti iuſtiti-
am: confitentur mala ſua ⁊ bonitatem dei cō-
memorat. CLXIIII

A Vtinam dirúmperes celos ⁊ de-
ſcénderes. A facie tua montes
deflúerēt ſicut exúſtio ignis ta-
béſcerent: aque ardérent igni
vt notum fieret nomen tuum
inimicis tuis: a facie tua gētes
turbaréntur. Cum féceris mirabilia non ſuſti
B nebimus. Deſcēdiſti: ⁊ a facie tua montes de-
fluxerunt. A ſeculo non audierunt: neq₃ auri-
bus percepérunt. Oculus nō vidit deus abſq₃
1. cor. 2. b. al + dili- gentibus. te: que preparaſti + expectantibus te. Occurri-
ſti letanti ⁊ facienti iuſtitiā: in vijs tuis recor
dabūtur tui. Ecce tu iratus es ⁊ peccauimus:
in ipſis fuimus ſemper ⁊ ſaluabimur. Et facti
al + immū dus. ſumus: vt + immundi omnes nos: ⁊ quaſi pan
nus menſtruáte + vniuerſe iuſtitie noſtre. Et
al + ēēa. cecidimus quaſi v[illegible]m vniuerſi: ⁊ iniquita-
C tes noſtre quaſi ve[illegible] abſtulerunt nos. Non
eſt qui inuocet nomen tuum: qui conſurgat ⁊
teneat te. Abſcondiſti faciem tuam a nobis: ⁊
alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtre. Et

nunc domine pater noſter es tu: nos vero lu-
tum: ⁊ fictor noſter tu: ⁊ opera manuum tua-
rum omnes nos. Ne iraſcáris domine ſatis: D
⁊ ne vltra memíneris iniquitatis + noſtre. Ec ps. 78 al's nō h₃ + noſtre.
ce + réſpice: populus tuus omnes nos. Ciui- al's + dñe.
tas + ſancti tui facta eſt deſerta: ſion deſerta ſa al + ſancta tua.
cta eſt: hieruſalém deſolata: domus ſanctifica
tionis noſtre ⁊ glorie noſtre: vbi laudauerunt
te patres noſtri: facta eſt in exuſtiónem ignis:
⁊ omnia ꝺſiderabilia noſtra verſa ſunt in rui
nas. Nunquid ſuper his continebis te domi-
ne: tacebis ⁊ affliges nos vehementer?

Capituli Summarium. Vox Chri-
ſti: de paſſione ſua ⁊ contra iudeos: de idola-
tria: de diſtantia inter ſeruientem domino:
⁊ non ſeruientem deo: de felicitate hieru-
ſalem. CLXV

Queſiérunt me qui ante non in A
terrogabant: inuenerunt qui
non queſiérunt me. Dixi. Ec- Ro. 10. d.
ce ego ecce ego ad + gentem + al + genti. al's nō h₃ + que ne- ſciebant
que neſciebat me: ⁊ que non in
uocabat nomen meum. Expan
di manus meas tota die ad populum incré-
dulum: qui gráditur in via non bona poſt
cogitationes ſuas. Populus qui ad iracundi-
am próuocat me ante faciem meam ſemper:
qui immolant in hortis: ⁊ ſacrificant ſuper lá
teres: qui habitant in ſepúlchris ⁊ in délu-
bris idolorum dormiunt: qui comedunt car-
nem ſuillam: ⁊ ius prophánum in vaſis eo-
rum: qui dicunt recede a me: non appropin-
ques mihi quia immundus es. Iſti fumus
erunt in furore meo: ignis ardens tota die.
Ecce ſcriptum eſt coram me. Non tacebo ſed
reddam ⁊ retribuam in + ſinu eorum iniqui- al + ſinum.
tates veſtras: ⁊ iniquitates patrum veſtrorum
ſimul dicit dominus: qui ſacrificauerunt ſu-
per montes ⁊ ſuper cólles exprobrauerunt
mihi: ⁊ remétiar opus eorum primum in ſi-
nu eorum. Hec dicit dominus. Quomodo ſi B
inueniatur granum in botro: ⁊ dicatur ne diſ
ſipes illud: quoniam benedictio eſt: ſic faciā
propter ſeruos meos vt non diſperdam to-
tum. Et educam de iacób ſemen: ⁊ de iúda
poſſidentem montes + meos. Et heredita- al + ſctōs
bunt eam electi mei ⁊ ſerui mei habitabunt
ibi: ⁊ erunt campéſtria in cáulas grégum:
et vallis achór in cubile armentorum po-
pulo meo: qui requiſierunt me. Et vos qui
dereliquiſtis dominū: qui obliti eſtis montē

Hiere.7.c. ſanctum meum: qui ponitis fortune menſam
b.cre.7.c. ⁊ libatis ſuper eam: numerabo vos in gladio
⁊ omnes in cede corruetis: pro eo q vocaui ⁊
non reſpondiſtis: locutus ſum ⁊ non audiſtis:
⁊ faciebatis malum in oculis meis: ⁊ que nō
lui elegiſtis. Propter hoc hec dicit dominus
deus. Ecce ſerui mei comedent: ⁊ vos eſurie-
C tis. Ecce ſerui mei bibent: ⁊ vos ſitietis. Ecce
ſerui mei letabuntur: ⁊ vos cōfundemini. Ec
ce ſerui mei laudabunt pre exultatiōe cordis:
⁊ vos clamabitis pre dolore cordis: ⁊ pre con-
tritiōe ſpiritus vlulabitis: ⁊ dimittetis nomē
veſtrum in iuramentū electis meis. Et inter-
ficiet te dominus deus: ⁊ ſeruos ſuos vocabit
nomine alio. In quo qui benedictus eſt ſuper
al'+ dño terram benedicetur in+deo: amen. Et qui iu-
rat in terra: iurabit in deo: amen. Quia obli-
uioni tradite ſunt anguſtie priores: ⁊ quia ab-
ſcondite ſunt ab oculis noſtris. Ecce enim ego
creo celos nouos ⁊ terram nouā ⁊ non erūt
in memoria priora. Et nō aſcendent ſuper cor:
ſed gaudebitis ⁊ exultabitis vſq̄ in ſempiter-
num in his que ego creo. Quia ecce ego creo
hieruſalem exultationem: ⁊ populū eius gau
dium ⁊ exultabo in hieruſalē: ⁊ gaudebo in
populo meo: ⁊ nō audietur in ea vltra vox fle
D tus ⁊ vox clamoris. Nō erit ibi āplius infans
2.co 7.c. paulus dicit 1.c qui bus ergo dierū: ⁊ ſenex qui non impleat dies ſuos: quo
niam puer centum annorum morietur: ⁊ pec
cator centum annorū maledictus erit. Et edi
ficabunt domos ⁊ habitabunt: ⁊ plantabūt vi
al'+ fructum. neas ⁊ comedent+fructus earum. Non edifi
cabunt ⁊ alius habitabit: non plantabūt ⁊ ali
us comedet. Scd̄m enim dies ligni: erūt di-
es populi mei ⁊ opera manuum eorū inuete-
al'+ electis meis. rabunt.+Electi mei nō laborabūt fruſtra: ne
q̄ generabunt in conturbatione: quia ſemen
al'+benedictum. +benedictorum domini eſt: ⁊ nepotes eorum
cum eis. Erit anteq̄ clament ego exaudiam:
adhuc illis loquentibus ego audiam. Lupus
Sup.a.11.b ⁊ agnus paſcentur ſimul: ⁊ leo ⁊ bos comedēt
paleas: ⁊ ſerpenti puluis panis eius. Non no-
cebunt neq̄ occident in omni monte ſancto
meo: dicit dominus.

¶ Capituli Sūmarium. ¶ De loco quietis
domini: de reprobatione carnalis ſacrificij: de
partu virginis ⁊ fecunditate eccleſie: de gau-
dio ⁊ delitijs hieruſalem ⁊ eccleſie: de iudicio
domini ⁊ de premijs ſanctorum ⁊ penis impio
rum: interponitur de miſſione ⁊ predicatione
apoſtolorum. ¶ LXVI

Ec dicit dominus. Celum ſe- A
des mea: terra autem ſcabellū Actu.7.f
pedum meorum. Que eſt iſta
domus quā edificabitis mihi: al'+ quietis
⁊ quis iſte locus+requietionis
mee? Omnia hec manus mea
fecit: ⁊ facta ſunt vniuerſa iſta dicit dominus.
Ad quem autem reſpiciam niſi ad paupercu-
lum ⁊ contritum ſpiritu: ⁊ trementem ſermo
nes meos. Qui immolat bouem quaſi qui in
terficiat virum. Qui mactat pecus: quaſi qui B
excerebret canem. Qui offert oblationē: qua- 1.q.1.ca. clauam.
ſi qui ſanguinem ſuillum offerat. Qui recor-
datur thuris: quaſi qui benedicat idolo. Hec
omnia elegerūt in vijs ſuis: ⁊ in abominatio-
nibus ſuis anima eorum delectata eſt. Unde
⁊ ego eligam illuſiones eorum: ⁊ que time-
bant adducam eis: q: vocaui ⁊ non erat q re-
ſponderet: locutus ſum ⁊ non audierunt. Fe-
ceruntq̄ malum in oculis meis: ⁊ que nolui
elegerunt. Audite verbum domini qui tremi
tis ad verbum eius. Dixerunt fratres veſtri
odientes vos: ⁊ abijcientes propter nomē me-
um. Glorificetur dominus ⁊ videbimus in le
ticia veſtra: ipſi autem confundent. Uox+po- al's+ fremitus.
puli de ciuitate: vox de tēplo: vox domini red-
dentis retributionem inimicis ſuis. Antequā
parturiret peperit: anteq̄ veniret partus ei⁹
peperit maſculum. Quis audiuit vnq̄ tale: ⁊ C
quis vidit huic ſimile. Nūquid parturiet ter- Die.18.c.
ra in die vna: aut parietur genus ſimul: quia
parturiuit ⁊ peperit ſion filios ſuos. Nunquid
ego qui alios parere facio: ipſe non pariam
dicit dominus? Si ego qui generationē+ce- al'+cictis
teris tribuo ſterilis ero: ait dominus de⁹ tuus.
Letamini cum hieruſalem: ⁊ exultate in ea
omnes qui diligitis eam. Gaudete cū ea gau D
dio vniuerſi qui+lugetis ſuper eam: vt ſugā- al's+lugebatis.
tis ⁊ repleamini ab+vbere conſolationis ei⁹. al'+ vberibus.
vt mulgeatis ⁊ delitijs affluatis ab omnimo-
da gloria eius. Quia hec dicit dominus. Ecce
ego declinabo ſuper eam quaſi fluuiū pacis:
⁊ quaſi torrentem inundantem gloriā gentiū
ſugetis. Ad vbera portabimini: ⁊ ſuper genua
blandient vobis. Quomodo ſi cui mater blā
diatur: ita ego cōſolabor vos: ⁊ in hierl'm con-
ſolabimini. Uidebitis: ⁊ gaudebit cor veſtrū: ⁊ al'+ cōminabitur.
oſſa veſtra quaſi herba germinabunt: ⁊ cogno
ſcetur manus domini ſeruis eius: ⁊+indigna E
bit inimicis ſuis. Q: ecce dñs in igne veniet: al's+ quadrige.
⁊ q̄ſi turbo+q̄driga eius: +reddere in indi- al's+reddere.

gnatione furorem ſuum: ⁊ increpationem ſu-
am in flāma ignis: quia in igne dominus di-
iudicabit ⁊ in gladio ſuo ad omnem carnē:
⁊ multiplicabūtur interfecti a domino. Qui
ſanctificabantur ⁊ mundos ſe putabāt in hor
al. ↑ vnā tis poſt ↑ ianuā intrinſecus: qui comedebāt
carnem ſuillam ⁊ abominationem ⁊ murē:
E ſimul conſumentur dicit dominus. Ego autē
opera eorum ⁊ cogitationes eorū venio vt cō-
gregem cum omnibus gentibus: ⁊ linguis ⁊
venient ⁊ videbunt gloriam meam. Et ponā
al. ↑ in ma ri l affrica in libia vl lidea. in eis ſignum: ⁊ mittam ex eis qui ſaluati fue
rint ad gentes in mare: in affricam: in lydiā
tenentes ſagittam in italiam ⁊ greciam ad in
ſulas longe: ad eos qui non audierunt de me
⁊ non viderunt gloriam meam. Et annuncia-
bunt gloriam meam gentibus: ⁊ adducēt oēs
fratres veſtros de cunctis gentibus donū do-
mino in equis ⁊ in quadrigis ⁊ in lecticis ⁊
in mulis ⁊ in carrucis: ad montem ſanctum
meum hieruſalem dicit dominus: quomodo
ſi inferant filij iſrael munus in vaſe mundo
in domum domini. Et aſſumam ex eis in ſa-
B cerdotes ⁊ leuitas dicit dominus: quia ſicut
celi noui ⁊ terra noua que ego facio ſtare co-
ram me dicit dominus deus: ſic ſtabit ſemen
veſtrum ⁊ nomen veſtrum. Et erit menſis ex
mēſe: ⁊ ſabbatum ex ſabbato. Ueniet omnis
caro: vt adoret coram facie mea dicit domi-
nus. Et egredientur ⁊ videbunt cadauera vi-
19.q.3.ca. quoniam [illegible] rorum qui p[illegible]aricati ſunt in me. Uermis eo
rum non morietur: ⁊ ignis eorum non extin-
guetur: ⁊ erunt vſq; ad ſatietatem viſionis
omni carni.

¶ Explicit Eſaias. ¶ Incipit prefatio in Hie
remiam prophetam.

Ec iterpretatio hieronymi eſt.
Si quid in ea nouerit: ſm he-
breos codices exploretur. Alia
eſt ſeptuaginta interpretum ec-
cleſijs vſitata. Que quamuis
nonnulla aliter habeat quā in
hebreis codicibus inuenitur: tamen vtra-
q; ideſt ſecundum ſeptuaginta: ⁊ ſecundum
hebream: apoſtolica auctoritate firmata eſt:
non errore neq; reprehenſione ſuperiori: ſed
certo conſilio ſeptuaginta nonnulli aliter di-
xiſſe vel contexuiſſe intelliguntur. Quod ideo
premonemus: ne quiſq; alteram ex altera ve-
lit emēdare. Q, ſingulorum in ſuo genere ve-
ritas obſeruanda eſt.

¶ Incipit prologus in eundem.

Jeremias propheta
cui hic plogus ſcri-
bitur ſermone qui-
dem apud hebreos
eſaie ⁊ oſee ⁊ qui-
buſdam alijs pro-
phetis videtur eē ru
ſticior: ſed ſenſibus
par eſt: qppe qui eo-
dem ſpiritu prophe-
tauerit. Porro ſimplicitas eloquij de lo-
co ei in quo natus eſt accidit. Fuit enim ana-
thotites qui eſt vſq; hodie viculus tribus ab
hieroſolymis diſtans milibus: ſacerdos ex ſa hiere.1.b.
cerdotib⁹ ⁊ in matris vtero ſanctificatus vir-
ginitate ſua euangelicum virum chriſti eccle
ſie dedicans. Hic vaticinari exorſus eſt puer:
⁊ captiuitatem vrbis atq; iudee non ſolū ſpi
ritu: ſed ⁊ oculis carnis intuitus eſt. Jam de-
cem tribus iſrael aſſyrij in medos tranſtule-
rant: iam terras earum coloni gentium poſſi
debant. Unde in iuda tm̄ ⁊ in beniamin pro
phetauit: ⁊ ciuitatis ſue ruinas quadruplici
planxit alphabeto: qđ nos menſure metri vſi-
buſq; reddidimus. Preterea ordinem viſio-
num qui apud grecos ⁊ latinos omnino con
fuſus eſt: ad priſtinam fidem correximus. Li-
brum autē baruch notarij eius qui apud he-
breos nec legit nec habetur pretermiſimus.
Pro his omnibus maledicta ab emulis pre-
ſtolātes: qbus me neceſſe eſt per ſingula opu
ſcula rñdere. Et hoc patior: quia vos cogitis.
Ceterum ad compendium mali rectius fue-
rat modum furori eorum ſilentio meo pone-
re: q̄ȝ quotidie noui aliquid ſcriptitantem in-
uidorum inſaniam prouocare.

¶ Item alius prologus in eundem.

Oachim filius oſie: cu-
ius tertiodecimo anno
prophetare orſus eſt hie
remias ſub quo ⁊ olda
mulier prophetauit ipſe
eſt qui alio nomine ap-
pellatur eliachin ⁊ re-
gnauit ſuper tribum iu
da ⁊ hieruſalem annis
undecim. Cui ſucceſſit
in regnum filius ioachim cognomēto iecho-
nias qui tertio menſe regni eius die decima
captus a ducibus nabuchodonoſor ductus eſt

in babylónem: ⁊ in loco eius conſtitútus eſt ſedechías filius ioſíe patruus eius. Cuius anno vndécimo hieruſalém capta atq; ſubuérſa eſt. Nemo igitur putet eundẽ in daniélis principio ioachín qui in ezechiélis exordio ioachím ſcribitur. Iſte extrémam ſýllabam chim habet: ille chín. Et ob hanc cauſam in euangelium ſm mattheum vna videtur deſſe generatio: quia ſecunda theſſeredécas in ioachím deſinit filium ioſíe: ⁊ tertia incipit a ioachín filio ioachim. Quod ignorans porphiri us calúniam inſtruit eccleſie: ſuaȝ oſtendens imperitiam: dum euangeliſtaȝ mattheum arguere nititur falſitatis. Quodq; traditũ ſcribitur ioachím: monſtrat non aduerſariorum fortitudinis fuiſſe victoriam: ſed domini voluntatis.


℄ Incipit argumentum in eundem.

Ieremias anathotites: qui eſt viculus tribus a hieroſólymis diſtans milibus apud táphnas in egýpto a populo lapidibus obrutus occúbuit. Iacet vero in eo loco ſepultus: quo dudũ pharao rex habitáuerat. Et quoniam poſtulatione ſua defugatis ab eodẽ loco ſerpẽtibus egýptios a tactu áſpidum facit eſſe ſecuros: magna cũ ſibi religione egýptij venerántur.

℄ Explicit argumentum. ℄ Incipit Hieremias propheta.

℄ Capituli Summarium. ℄ De ſanctificatione ⁊ miſſione hieremie: de virga vigilante: ⁊ olla ſuccenſa a facie aquilonis: propheta confortatur. Cap. ℄ I

A



Verba hieremie filij helchie de ſacerdotibus qui fuerunt in anathót: in terra béniamín. Quod factum eſt verbum domini ad eum in diebus ioſie filij amón regis iudá: in tertiodecimo ánno regni eius. Et factum eſt in diebus ioachím filij ioſíe regis iudá vſq; ad cõſummationem vndécimi anni ſedechíe filij ioſíe regis iudá vſq; ad tranſmigrationem hieruſalém in menſe quinto. Et factum eſt verbum

B domini ad me dicens. Priuſquã te formarem in útero noui te: ⁊ anteq; exires de vúlua ſanctificaui te ✝ ⁊ prophetam in gentibus dedi te.

Et dixi. ᵇA.a.a. domine deus. Ecce neſcio loqui: quia puer ego ſum. Et dixit dominus ad me. Noli dicere ✝ quia puer ſum: quoniaȝ ad omnia que mittam te: ibis: ⁊ vniuerſa quecũq; mandáuero tibi: loquéris. Ne tímeas a facie eorum: quia tecum ego ſum vt éruaȝ te dicit dominus. Et miſit dominus manum ſuaȝ ⁊ tétigit os meum: ⁊ dixit ad me. ᶜ Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtitui te hodie ſuper gẽtes ⁊ ſuper regna: vt euéllas ⁊ déſtruas ⁊ diſperdas ⁊ diſſipes ⁊ edifices ⁊ plantes. Et factum eſt verbum domini ad me dicens. Quid tu vides hieremía? Et dixi. Uirgam vigilantem ego video. Et dixit dominus ad me. Bene vidiſti: quia vigilabo ego ſup verbo meo vt faciam illud. Et factum eſt verbum domini ſecundo ad me dicens. Quid tu vides? Et dixi. Ollam ſuccenſam ego video: ⁊ facieȝ eius a facie aqlónis. Et dixit dominus ad me. Ab aquilóne pandétur omne malũ: ſuper omnes habitatores terre. Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum aquilónis: ait dominus: ⁊ vénient ⁊ ponent vnuſquiſq; ſólium ſuum in intróitu portarum hieruſalém: ⁊ ſuper omnes muros eius in circuitu ⁊ ſuper

D vniuerſas vrbes iudá. Et lóquar iudicia mea cum eis ſuper omnem maliciam eorũ qui dereliquerũt me: ⁊ libauerũt diis alienis ⁊ adorauerunt opus manuum ſuarum. Tu ergo accinge lúmbos tuos ⁊ ſurge: ⁊ lóquere ad eos omnia que ego precipio tibi. Ne ✝ formides a facie eorum: nec enim timére te faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam ⁊ in colũnam férream: ⁊ in murum éneum ſuper omnem terraȝ regibus iudá: principibus eius ⁊ ſacerdotibus: ⁊ omni populo terre: ⁊ bellabunt aduerſum te ⁊ non preualébunt: quia ego tecum ſum: ait dominus vt liberem te.

℄ Capituli Summarium. ℄ Docet quid dicat: increpat propter ſacerdotes ⁊ paſtores p idolis: de fonte aque viue: de aqua turbida ⁊ aliena vinea: increpat hieruſaléȝ q; ſit inobediens ⁊ meretrix degenerans polluta idolis: deſperãs obſtinata oblita domini: increpat de ſanguine pauperum. ℄ II

A Et factum eſt verbum domini ad me dicens. Uade ⁊ clama in áuribus hieruſalém: dicens. Hec dicit dominus. Recordatus ſum tui miſerans adole-

Marginal notes: ſcri. de renũciatione. infra 14.b. alias nõ h3 ✝ quia. b S.q.1.c. in ſcriptura. de renũciatione. c Di. 36. c. ecce. Di. 2. c. certum c. ſcriptũ. de maio. c. ſolite. de his que fiũt a prelatis c. ſicut. Di. q. 1. c. beatus. de off. deleg. c. 2. b. c. infra 14.b. alias ✝ timeas. infra 23.d. alias nõ h3 ✝ ⁊. Di. 75. c. hec regu. infra 23.d.

ſcentiam tuam ⁊ charitatem deſponſationis
tue: quando ſecuta es me in deſerto: in
terra que non ſeminatur. Sanctus iſraél
domino: primitie frugum eius. Omnes qui
deuorant eum delinquunt: mala venient ſu-
per eos dicit dominus. Audite verbum do-
mini domus iacób: ⁊ omnes cognationes do
mus iſraél. Hec dicit dominus. Quid inuene
rũt patres veſtri in me iniquitatis: quia elon-
gauerunt a me: ⁊ ambulauerunt poſt vanita-
B tem: ⁊ vani facti ſunt. Et non dixerunt vbi eſt
dominus qui aſcéndere nos fecit de terra egý
pti: qui tradúxit nos per deſertum: per ter-
ram inhabitabílem ⁊ inuiam per terram ſi-
tis: ⁊ imáginem mortis: ⁊ per terram in qua
nõ ambulauit vir neqꝫ habitauit homo. Et in
duxi vos in terram carméli: vt comederétis
fructum eius ⁊ bona illius. Et ingreſſi conta-
minaſtis terram meam: ⁊ hereditatem me-
am poſuiſtis in abominationem. Sacerdotes
non dixerunt vbi eſt dominus: ⁊ tenentes le-
gem neſcierũt me: ⁊ paſtores preuaricáti ſunt
in me. Et prophete prophetauerunt in baál: ⁊
ídola ſecuti ſunt. Propterea adhuc iudicio cõ
téndam vobiſcum ait dominus: ⁊ cum fi-
C lijs patris diſceptábo. Tranſite ad ínſulas
cethím ⁊ vidéte: et in cedár mittite ⁊ conſi-
derate vehementer: ⁊ vidéte ſi factum eſt hu-
iuſcémodi: ſi mutauit gens deos ſuos: ⁊ certe
ipſi non ſunt dij. Populus vero meus muta-
uit gloriam ſuam in idolum. Obſtupéſcite ce
li ſuper hoc: ⁊ porte eius deſolámini vehemen
ter dicit dominus. Duo enim mala fecit popu
lus meus. Me dereliqrunt fontẽ aque viue:
al's repli- ⁊ foderunt ſibi ciſternas+ diſſipatas: que con
catur+ ci- tinére non valent aquas. Nunquid ſeruus eſt
ſternas. iſraél aut vernáculus? Quare ergo factus eſt
D in predam? Super eum rugiérũt leones ⁊ de-
derunt vocem ſuam: poſuerunt terrá eius in
ſolitúdinem. Ciuitates eius exúſte ſunt: ⁊ nõ
a 22.q.1.c. eſt qui habitet in eis. a Filij quoqꝫ mémpheos
bone. ⁊ táphneos conſtuprauerũt te vſqꝫ ad verticẽ.
infra.c.46 Nunquid non iſtud factũ eſt tibi: q2 derelig-
ſti dñm deum tuũ eo tpe quo ducebat te per
viam? Et nunc qd tibi vis in via egýpti: vt bi
bas aquam turbidam? Et quid tibi cũ via aſ
ſyriorum: vt bibas aquá flúminis? Arguet te
malítia tua: ⁊ auérſio tua icrepábit te. Scito
⁊ vide q2 malum ⁊ amarũ eſt reliquiſſe te do-
minum deum tuum: ⁊ non eſſe timorem eius
apud te: dicit dominus deus exercituũ. A ſecu
lo confregiſti iugũ meũ: rupiſti víncula mea:
⁊ dixiſti. Non ſeruiá. In omni eniꝫ cólle ſub infra.3.b.
limi: ⁊ ſub omni ligno frondoſo tu proſterna-
báris meretrix. Ego autem plantáui te vineá Eſaie.3.d.
E eléctam omne ſemen verum. Quomodo er-
go conuerſa es mihi in prauũ vinea aliena?
Si láueris te nitro ⁊ multiplicaueris tibi her
bam borith: maculata es in iniquitate tua co
raꝫ me: dicit dominus deus. Quomodo dicis:
non ſum pollúta: poſt baalim non ambula-
ui. Uide vias tuas in conuálle: ſcito quid féce al's+ tuas.
ris. Curſor leuis éxplicans vias+ ſuas: ónager
aſſuétus in ſolitudine: in deſiderio anime ſue
attráxit ventũ amoris ſui. Nullus auértet eá.
Omnes qui qrunt eam non deficient: in mén
ſtruis eius inueniẽt eam. Próhibe pedẽ tuũ
a nuditate: ⁊ gúttur tuũ a ſiti. Et dixiſti. Deſpe
ráui: nequaq̃ faciá. Adamáui qppe aliénos:
⁊ poſt eos ambulabo. Quomodo cõfunditur
fur qñ deprehendit: ſic confuſi ſunt dom⁹ iſraél
ipſi ⁊ reges eoꝝ pncipes ⁊ ſacerdotes ⁊ pphe-
te eoꝝ: dicẽtes ligno: pr̃ me⁹ es tu: ⁊ lápidi tu F
me genuiſti. Uertérunt ad me tergũ ⁊ nõ fa- infra.32.b.
ciẽ: ⁊ in tpe afflictionis ſue: dicẽt: ſúrge ⁊ libe deu.32.c.
ra nos. Ubi ſunt dij tui quos feciſti tibi? Súr
gant ⁊ liberent te: in tpe afflictionis tue. Scdꝫ infra.11.b.
numeꝝ qppe ciuitatũ tuaꝝ erát dij tui iudá.
Quid vultis mecũ iudicio cõtẽdere. Oẽs de-
reliqſtis me dicit dñs. Fruſtra pcuſſi filios ve
ſtros: diſciplíná nõ recepérũt. Deuorauit gla
dius veſter pphetas veſtros: quaſi leo+ vaſta- al's+ vaſtat
tur generatio veſtra. Uidete v̄bum dñi. Nun al's+ vaſta
quid ſolitudo factus ſum iſraéli: aut terra ſe- tor.
rótina. Quare ergo dixit pplꝰ meus recéſſi-
mus: nõ veniémus vltra ad te. Nunqd obliuí
ſcẽt virgo ornamenti ſui: + aut ſpõſa faſcie pe al's nõ h̄z
ctorális ſue? Populus vero me⁹ oblít⁹ eſt mei +aut vt ⁊
G diebus innúmeris. Quid niteris boná oſten-
dere viam tuá: ad querendaꝫ dilectioné: que
iſuper ⁊ malitias tuas docuiſti vias tuas: ⁊ in
ális tuis inuentus eſt ſanguis animarum páu
perum ⁊ innocentũ? Non in foſſis inueni eos:
ſed in omnibus que ſupra memoraui. Et dixi
ſti. Abſqꝫ peccato ⁊ inocens ego ſum: ⁊ ppte-
rea auertatur furor tuus a me. Ecce ego iudi-
cio contendaꝫ tecũ: eo q dixeris: nõ peccaui.
Q2 vilis facta es nimis: iterans vias tuas. Et
ab egýpto cõfundéris: ſicut confuſa es ab aſ-
ſúr. Naꝫ ⁊ ab iſta egredieris: ⁊ man⁹ tue erũt
ſuper caput tuũ: qm̃ obtriuit dñs confidẽtiam
tuá: ⁊ nihil habébis proſperum.

¶ Ca. Sū. ¶ Increpat hieruſalē & pctō: q̄ cū multis amatoribus fornicata: & impruden tia: & pnīa comparat fornicationi duarū ſororum. Sermo dñi ꝯ aſſyrios: de reuerſione iuda & hieruſalē: & penitentia populi. ¶ III

A Ulgo dicitur. Si dimiſerit vir vxorem ſuam & recedēs ab eo duxerit virū alterū: nunqd reuertetur ad eā vltra? Nūquid non polluta erit & contaminata mulier illa? Tu aūt fornicata es cum amatoribus multis: tñ reuertere ad me dicit dñs: & ego ſuſcipiam te. Leua oculos tuos in directū: & vide vbi +nūc pſtrata ſis. In vijs ſedebas expectans eos quaſi latro inſidiās in ſolitudine: & polluiſti terrā in fornicationibus tuis & in malitijs tuis. Quāobrē ꝓhibite

B ſunt ſtille pluuiaꝝ: & ſerotinus imber nō fuit. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi: noluiſti erubeſcere. Ergo ſaltē amodo voca me pater me⁹: dux virginitatis mee tu es. Nūqd iraſceris in ꝑpetuū: aut pſeuerabis in finē. Ecce locuta es & feciſti mala: & potuiſti. Et ꝑ verbis pnīe v̄bis ſupbie blaſphemaſti: & impleſti cogitationē tuā malā: & oſtendiſti ꝯtra virū fortitudinē tuā: vt poſſis facere qd̄ ſmone tractaſti. Et dixit dñs ad me: in dieb⁹ ioſie regis. Nūqd vidiſti q̄ fecerit auerſatrix iſraēl? Abijt ſibimet ſuper omnem montem excelſum & ſub

C omni ligno frondoſo & fornicata eſt ibi. Et dixi: cum feciſſet hec omnia. Ad me +reuertere & non eſt reuerſa. Et vidit preuaricatrix ſoror eius iudā: quia pro eo q̄ mechata eſſet auerſatrix iſraēl dimiſiſſem eam: & dediſſem ei libellum repudij: & non timuit preuaricatrix iudā ſoror eius: ſed abijt & fornicata eſt etiā ipſa & facilitate fornicationis ſue cōtaminauit terram: & mechata eſt cum lapide & ligno. Et in

D omnibus his non eſt reuerſa ad me preuaricatrix ſoror eius iudā in toto corde ſuo: ſed in mēdacio: ait dominus. Et dixit dñs ad me. Iuſtificauit animam ſuā auerſatrix iſraēl comparatione preuaricatricis iudā. Uade & clama ſermones iſtos contra aquilonē: & dices. Reuertere auerſatrix iſraēl ait domin⁹: & nō auertam faciem meam a vobis: quia ſanctus ego ſum dicit dominus: & non iraſcar in perpetuum. Uerūtamen ſcito iniquitatem tuā: quia in dominum deum tuū preuaricata es.

E Et diſpſiſti vias tuas alienis ſub omni ligno frondoſo: & vocem meam non audiſti ait dominus. Conuertimini filij reuertentes: dicit dominus: quia ego vir veſter. Et aſſumā vos: vnum de ciuitate: & duos de cognatione: & introducā vos in ſion. Et dabo vobis paſtores iuxta cor meum: & paſcent vos ſciētia & doctrina. Cūq₃ multiplicati fueritis & creueritis in terra in diebus illis ait dominus: non dicent vltra arca teſtamenti domini neq₃ aſcēdet ſuper cor neq₃ recordabuntur illius nec viſitabitur nec fiet vltra. In tēpore illo vocabunt hie

F ruſalēm ſolium domini: & congregabūtur ad eam omnes gentes in nomine domini in hieruſalem: & non ambulabunt poſt prauitatem cordis ſui peſſimi. In diebus illis ibit domus iudā ad domum iſraēl: & venient ſimul de terra aquilonis ad terrā quā dedi patribus veſtris. Ego autem dixi. Quomodo ponā te in +filios & retribuam tibi terram deſiderabilem hereditatem preclaram exercituum gentium? Et dixi. Patrē vocabis me: & poſt me ingredi non ceſſabis. Sed quomodo ſi contemnat mulier amatorem ſuum: ſic contempſit me domus iſraēl dicit dominus. Uox in vijs audita eſt: ploratus & vlulatus filiorum iſraēl: quoniam iniquam fecerunt viam ſuā:

G obliti ſunt domini dei ſui. Conuertimini filij reuertentes: & ſanabo auerſiones veſtras. Ecce nos venimus ad te. Tu enī es dominus deus noſter. Uere mendaces erāt colles & multitudo montium. Uere in domino deo noſtro ſalus iſraēl. Confuſio comedit laborem patrum noſtrorum ab adoleſcentia noſtra: greges eorum & armenta eorum: filios eorum & filias eorum. Dormiēmus in confuſione noſtra: & operiet nos ignominia noſtra: quoniam domino deo noſtro peccauimus nos & patres noſtri ab adoleſcentia noſtra vſq₃ ad diem hanc & non audiuimus vocem domini dei noſtri.

¶ Capituli Summarium. ¶ Promittitur venia ſi ſe lauerint: & deſtructione iude per aſſyrios: quia non penituit: dolet propheta de interitu gentis ſue. ¶ IIII

A SI reuerteris ad me iſraēl ait dominus ad me conuertere. Si abſtuleris offendicula tua a facie mea nō commoueberis. Et iurabis viuit dominus in veritate & in iudicio & in iuſticia: & benedicent eum gentes: ipſumq₃ laudabunt. Hec enī dicit dominus viro iudā & + habitatori hieruſalē

Marginal notes: al + non (beside "nūc pſtrata"); Supra.2.d. (beside "Abijt ſibimet"); al + cōuertere. (beside "Ad me +reuertere"); al + ſcribere dixeris (beside "dediſſem ei libellum"); Supra.2.a (beside "paratione preuaricatricis"); al + filijs (beside "+filios"); infra.31.c Oſee.14.c (beside "Uox in vijs"); 22.q.1.c.ii rabus.1.c conſideratio 1.c.ſi ō in reuer.c.ſ capitulo (beside chapter IIII, A); al + nō hō + habitatori (beside "habitatori").

Oſe. 1. d. De ver. h. ai. tor: hieruſalém. Nouáte vobis nouále: ⁊ no-
líte ſérere ſuper ſpinas. Circũcidimini dño: ⁊
auferte preputia cordiũ veſtrorũ viri iudá ⁊
habitatores hieruſalém: ne forte egrediat vt
ignis indignatio mea ⁊ ſuccédat: ⁊ non ſit q
B extinguat. Omnia aũt hec mala vénient pro-
pter maliciã cogitationũ veſtrarũ. Annũcia-
te in iudá ⁊ in hieruſalẽ: auditũ fácite: loqui
mini ⁊ cánite tuba in terra: clamate fortiter:
⁊ dicite. Congregámini ⁊ ingrediamur ciui-
tates munitas: leuáte ſignum in ſyón. Cõfor-
támini: nolite ſtare: q̄ malũ ego addiſco ab
aquilone: ⁊ contritionẽ magnã. Aſcendit leo
de cubili ſuo: ⁊ prédo gentium ſe + leuauit.
Egreſſus eſt de loco ſuo: vt ponat terram tuã
in + ſolitudinẽ. Ciuitates tue vaſtabunt rema
C nentes abſq̄ habitatore. Super hoc accingite
vos cilitijs: plángite ⁊ vlulate: quia nõ ẽ auer
ſa ira furoris domini a vobis. Et erit in die il
la dicit dominus: peribit cor regis ⁊ cor prin
cipũ: ⁊ obſtupéſcent ſacerdotes ⁊ ꝓphete cõ-
ſternabunt. Et dixi. Heu heu heu dñe de⁹. Er
go ne decepiſti populũ iſtũ ⁊ hieruſalém di-
cens: pax erit vobis? Et ecce peruenit gladius
vſq̄ ad aĩam. In tpe illo dicet populo huic ⁊
hieruſalém ventus vrens in vijs que ſunt in
D deſerto vie filie populi mei non ad ventilan-
dũ ⁊ ad purgandũ. Spiritus plenus ex his vé
niet mihi. Et nũc ego: ſ; lóquar iudicia mea
cum eis. Ecce quaſi nubes aſcéndet: ⁊ quaſi tẽ
peſtas currus eius. Velociores áquilis eq̄ illi-
us. Ve nobis quoniã vagati ſumus. Laua a
Sap. 1. c malicia cor tuũ hieruſalém vt ſalua fias. Vſ-
q̄quo morabuntur in te cogitationes noxie?
Vox enim annũciantis a dán: ⁊ notum faciẽ
al° + obel tis idolũ de monte effraím. + Dícite génti-
lus̄ grecis ſcs̄ bus. Ecce auditum eſt in hieruſalém cuſto-
des venire de terra longinqua: ⁊ dare ſuper ci
uitates iudá vocem ſuã. Quaſi cuſtódes agro
rum facti ſunt ſuper eam in gýro: quia me ad
íracũdiam ꝓuocauit: dicit dominus. Vie tue
⁊ cogitationes tue fecerũt hec tibi. Iſta mali
al° + os cia tua: quia amara: quia tetigit + cor tuum.
E Véntrẽ meũ: véntrem meum doleo: ſenſus
cordis mei turbati ſunt in me. Non tacebo.
al° + vocẽ Quoniã vocẽ + búccine audíuit anima mea:
clamorem prelij. Contritio ſuper contritionẽ
vocata eſt: ⁊ vaſtata eſt omnis terra. Repente
vaſtata ſunt tabernacula mea: ſubito pelles
Sop. 1. c. & Joe. 2. a. Amos. 1. a. mee. Vſq̄quo videbo fugientem: audiã vo-
cem búccine. Quia ſtultus populus meus me
nõ cognouit. Filij inſipiẽtes ſunt ⁊ vecordes. F
Sapientes ſunt vt faciant mala: bene autẽ fa-
cere neſciérunt. Aſpéxit terram ⁊ ecce vacua
erat ⁊ nihil: ⁊ celos ⁊ non erat lux in eis. Vi-
di montes: ⁊ ecce mouebant: ⁊ omnes colles
conturbati ſunt. Intúitus ſum ⁊ non erat ho-
mo: ⁊ omne volatile celi receſſit. Aſpexi: ⁊ ec-
ce carmelus deſertus: ⁊ omnes vrbes eius de
ſtructe ſunt a facie domini: ⁊ a facie ire furo-
ris eius. Hec enim dicit dominus. Deſerta
erit omnis terra: ſed tamen cõſumationẽ nõ
faciam. Lugébit terra: ⁊ merebunt celi déſu-
per: eo q̄ locutus ſum. Cogitaui ⁊ non penitu
it me: nec auerſus ſum ab eo. A voce équitis
⁊ mittentis ſagittam fúgit omnis ciuitas. In
greſſi ſunt árdua: ⁊ aſcẽderũt rúpes. Vniuer- G
ſe vrbes derelicte ſunt: ⁊ nõ habitat in eis ho-
mo. Tu aũt vaſtato quid facies? Cum veſtie-
ris te cóccino: cũ ornata fúeris monili áureo
⁊ pinxeris ſtibio oculos tuos fruſtra componẽ
ris. Contempſerunt te amatores tui: animã
tuam querent. Vocem enim quaſi parturien
tis audiui: angúſtias vt puérpere. Vox filie ſy
ón + inter morientes expandentéſq̄ manus al° + inter. morientes expãden. tis
ſuas. Ve mihi quia déficit anima mea ꝓpter
interfectos.

¶ Ca. V. ¶ Dñs querit fidẽ in populo:
propheta ad obſtinatos vadit: predicat vaſta-
tionem iude ꝓpter peccata non tantũ plebis
ſed principũ: cathalogus peccatorũ hieruſalẽ
ſcribit: ꝓpter que tradet inimicis: icrepat po
pulũ: q̄ deũ non timet: ⁊ q̄ ingratus eſt: ⁊ ꝑ-
terijt ſermones eius peſſime. ¶ V

Circuite vias hieruſalém ⁊ aſpi A
cite ⁊ ꝯſiderate ⁊ quérite i pla
téis eius an inueniatis virũ fa
cientem iudíciũ ⁊ querentem
fidem: ⁊ propicius ero + ei. Q; al° + eius vel eis
ſi etiã viuit dñs dixerint: ⁊ hoc
falſo iurabunt. Dñe oculi tui reſpiciunt fidẽ.
Percuſſiſti eos ⁊ non doluerũt: attriuiſti eos
⁊ renuerunt accipere diſciplinam. Indurauẽ
runt facies ſuas ſupra petram: ⁊ noluerunt re
uerti. Ego autẽ dixi. Forſitan pauperes ſunt ⁊
ſtulti: ignorantes viam dñi ⁊ iudiciũ dei ſui.
Ibo ergo ad optimátes ⁊ lóquar eis. Ipſi enĩ B
cognouerunt viam dñi ⁊ iudicium dei ſui. Et
ecce magis hi ſimul confregérunt iúgum: ru
pérunt víncula. Idcirco percuſſit eos leo de ſil
ua: lupus ad véſperam + vaſtáuit eos: párdus al° + vaſtabit
vigilans ſup ciuitates eorũ. Omnis q̄ egreſſus

fuerit ex eis capietur: quia multe ſunt preua-
ricationes eorum: confortate ſunt auerſiones
eorum. Super quo propitius tibi eſſe potero?
Filij tui dereliquerunt me: ⁊ iurant in his qui
non ſunt dij. Saturaui eos ⁊ mechati ſunt: ⁊
E in domo meretricis luxuriabantur. Equi ama
Eze.22.c tores in feminas: ⁊ emiſſarij facti ſunt. Unuſ
infra eo. quiſqꝫ ad vxorem proximi ſui hinniebat. Nū-
⁊ infra 9.c quid ſuper his non viſitabo dicit dominus: ⁊
in gente tali non vlciſcetur anima mea? Aſcē
dite muros eius ⁊ diſſipate: conſummationē
al'+ pro autem nolite facere. Auferte+propagines eiꝰ:
pagines ea. quia non ſunt+domini. Preuaricatione enim
al'+ dij. preuaricata eſt in me domus iſrael ⁊ domus
iuda: ait dominus. Negauerunt dominum: ⁊
dixerunt. Non eſt ipſe neqꝫ veniet ſup nos ma
lum gladium: ⁊ famem non videbimus. Pro
phete fuerunt in ventum locuti: ⁊ reſponſum
non fuit in eis. Hec ergo euenient illis. Hec
dicit dominus deus exercituum. Quia locuti
D eſtis verbum iſtud. Ecce ego do verba mea in
al' nō hꝫ ore tuo in ignem: ⁊ populum iſtum+in ligna:
+in. ⁊ vorabit eos. Ecce ego adducam ſup vos gē
tem de longinquo domus iſrael: ait domi-
nus: gentem robuſtam: gentem antiquam: gen
tem cuius ignorabis linguam nec intelliges
quid loquatur. Pharetra eius quaſi ſepulcrū
patēs: vniuerſi fortes. Et comedet ſegetes tu-
as: ⁊ panem tuum: deuorabit filios tuos ⁊ fi-
lias tuas: comedet gregem tuum ⁊ armenta
tua: ⁊ comedet vineam tuam ⁊ ficum tuam: ⁊
conteret vrbes munitas tuas in quibus tu ha
bes fiduciam gladio. Uerumtamen in diebus
E illis ait dominus non faciam vos in conſum
Infra.19.b mationem. Quod ſi dixeritis quare fecit domi-
nus deꝰ noſter nobis hec omnia: dices ad eos.
Sicut dereliquiſtis me ⁊ ſeruiſtis deo alieno
al' nō hꝫ in terra veſtra: ſic ſeruietis+dijs alienis in ter
+ſic. ra non veſtra. Annunciate hec domui iacob:
⁊ auditum facite in iuda dicentes. Audi popu
le ſtulte qui non habes cor: qui habentes ocu
los non videtis: ⁊ aures: ⁊ non auditis. Me
ergo non timebitis ait dñs: ⁊ a facie mea non
dolebitis? Qui poſui arenā terminum mari:
preceptū ſempiternum qđ nō preteribit: ⁊ nō
commouebuntur: ⁊ nō poterunt: ⁊ intumeſcent
F fluctus eius: ⁊ non tranſibunt illud. Populo
autem huic factum eſt cor incredulum ⁊ exa-
ſperans. Receſſerūt ⁊ abierunt: ⁊ non dixerūt
in corde ſuo. Metuamus dominum deum no
ſtrum: qui dat nobis pluuiam temporaneam

⁊ ſerotinam in tempore ſuo: plenitudinem an-
nue meſſis cuſtodientem nobis. Iniquitates
noſtre declinauerunt hec: ⁊ peccata noſtrā pro
hibuerunt bonum a nobis: quia inuenti ſunt
in populo meo impij: inſidiātes quaſi aucupes:
laqueos ponentes ⁊ pedicas ad capiendos vi
ros. Sicut decipula plena auibus: ſic domꝰ eo-
rum plene dolo. Ideo magnificati ſunt ⁊ dita B
ti: ingraſſati ſunt ⁊ impinguati: ⁊ preterierunt
ſermones meos peſſime. Cauſam+ vidue nō iu al' ꝺ hꝫ
dicauerunt: cauſam pupilli+non dixerūt: ⁊ iu +vidue
dicium pauperum non iudicauerūt. Nunqd Eſaie.1.c
ſuper his nō viſitabo dicit dominus: aut ſuper ſupra eo.
gentem huiuſcemodi non vlciſcetur aīa mea: infra 9.c
Stupor ⁊ mirabilia facta ſunt in terra. Pro- al'+⁊ nō
phete pphetabant mendacium: ⁊ ſacerdotes proſperati
applaudebant manibus ſuis: ⁊ populus meus runt.
dilexit talia. Quid igit fiet in nouiſſimo eius?
¶ Ca. VI. ¶ Deſcribit aduētus nabuchodo
noſor: ⁊ tranſlatio populi ppter auaritiam ſa-
cerdotum: ⁊ qꝛ populus non audit vocem tu-
be: nō purgatur in conflatorio vbor. ¶ VI

Onfortamini filij beniamin in A
medio hieruſalem: ⁊ in thecuā
clangite buccina: ⁊ ſuper betha
caren leuate vexillum: quia ma
lum viſum eſt ab aquilone ⁊ cō-
tritio magna. Specioſe ⁊ delica-
te aſſimilaui filiam ſion: ad eam venient paſto
res ⁊ greges eorum. Fixerunt in ea tentoria
in circuitu: paſcet vnuſquiſqꝫ eos qui ſub manu
ſua ſunt. Sanctificate ſuper eam bellum: cōſur
gite ⁊ aſcendamus in meridie. Ue nobis qa
declinauit dies: qꝛ longiores facte ſunt vmbre
veſperi. Surgite ⁊ aſcendamus in nocte: ⁊ diſ B
ſipemus domus eius: qꝛ hec dicit dominꝰ exer-
cituum. Cedite lignum eius: ⁊+fundite circa al'+fodi
hieruſalem aggerem. Hec eſt ciuitas viſitatio te.
nis: omnis calūnia in medio eius. Sicut frigi
dam facit ciſterna aquā ſuam: ſic frigidam fe
cit malitiam ſuam. Iniquitas ⁊ vaſtitas audie
tur in ea coram me ſemper: infirmitas ⁊ pla-
ga. Erudire hieruſalem ne forte recedat ani-
ma mea a te: ne forte ponam te deſertam: ter-
ram inhabitabilem. Hec dicit dominus exer
cituum. Uſqꝫ ad racemum colligent quaſi in
vinea reliquias iſrael. Conuerte manum tuā C
quaſi vindemiator ad cartallum. Cui loquar:
⁊ quē conteſtabor vt audiat? Ecce incircūciſe
aures eorum: ⁊ audire non poſſunt. Ecce ver-
bum domini factum eſt eis in opprobrium: ⁊

Ifa.1.d.e infra.15.b non ſuſcipiēt illud. Idcirco furore domini ple
al+fone. nus ſum: laboraui ſuſtinens. Effunde ſup par-
al+ cōſi- uulum + furorem: ⁊ ſuper + concilium iuuenuz
lium. ſimul. Uir enim cum + muliere capiet: ſenex
al+vxore cum pleno dierum. Et tranſibunt domus eoꝝ
ad álteros: agri ⁊ vxores pariter: quia extén-
dam manum meaz ſuper habitantes terram:
dicit dominus. A minore quippe vſqꝫ ad ma-
Infra.4.d Eſa.56.d. iorez omnes auaritie ſtúdent: ⁊ a ꝓpheta: vſqꝫ
D ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum. Et cura-
bant contritionem filie populi mei cum igno
minia dicentes: pax: pax: ⁊ non erat pax. Con-
fuſi ſunt qꝛ abominationem fecerunt: quin po
tius confuſione non ſunt cōfuſi: ⁊ erubéſcere
neſcierunt. Quáobrem cadent inter ruéntes:
in tempore viſitationis ſue córruent: dicit do-
minus. Hec dicit dominus. State ſup vias ⁊ +
al+ audi te. vidéte: ⁊ interrogáte de ſémitis antiquis que
ſit via bona: ⁊ ambulate in ea ⁊ inuenietis re-
frigérium animabus veſtris. Et dixerunt. Nō
mat.11.d. E ambulábimus. Et conſtitui ſuper vos + ſpecu-
al+ ſpeculatores: latores. Et dixi. Audite vocem tube. + Et dixe-
al+ ⁊ dixi runt. Non audiémus. Ideo audite gentes ⁊ +
infra.19.a cognóſcite cōgregatio: quanta ego faciaz eis.
al+ cognoſce. Audi terra. Ecce ego adducaz mala ſuper po-
pulum iſtum: fructum cogitationum eius: qꝛ
ṽba mea non audierunt: ⁊ legem meā proie-
cérunt. Ut quid mihi thus de ſabá affértis: ⁊
Eſaie.1.d. cálamum ſuáue oléntez de terra longinqua?
Holocauſtómata veſtra non ſunt accepta: ⁊ ví
ctime veſtre non placuerūt mihi. Propterea
hec dicit dominus. Ecce ego dabo in populum
F iſtū ruinas: ⁊ rúent in eis patres ⁊ filij ſimul:
vicinus ⁊ proximus peribunt. Hec dicit domi-
nus. Ecce populus venit de terra aquilónis: ⁊
gens magna conſurget a finibus terre. Sagit
tam ⁊ ſcútum arripiet: ⁊ crudelis eſt ⁊ nō mi
ſerebitur. Uox eius quaſi mare ſonabit: ⁊ ſu-
per equos aſcendent: ꝑparati quaſi vir ad pre
lium aduerſum te filia ſión. Audiuimus fa-
mam eius: diſſolúte ſunt manus noſtre. Tri-
bulatio apprehendit nos: dolores vt parturié-
tem. Nolite exire ad ágros ⁊ in + vineam ne
al+ via. ambuletis: qm̄ gladius inimici pauor in cir-
cúitu. Filia populi mei accingere cilítio: ⁊ cō
G ſpergere cinere. Luctū vnigeniti fac tibi plan
ctuz amarū: qꝛ repente veniet vaſtator ſup vos.
Probatorem dedi te in populo meo robúſtū:
⁊ ſcies ⁊ probabis vias eorum. Omnes iſti ꝑn
al+ decli nantium. cipes + declinantes: ambulantes fraudulénter.
Es ⁊ ferrū vniuerſi corrupti ſunt. Defecit ſuf-

flatórium: in igne conſumptum eſt plúmbuz.
Fruſtra confláuit ꝯflator: malitie enim eoruz
non ſunt ꝯſumpte. Argentum reprobum vo-
cate eos: quia dominus proiécit illos.

¶ Capituli Summarium. ¶ Non confiden
dum in templo: ſed in operibus bonis: qua-
re non ſit orandum pro populo illo: de repro-
batione ſacrificiorum: de vindicta pro excel-
ſis tophet. ¶ VII

Verbum qđ factum eſt ad hie- A
remiam a domino: dicēs. Sta
in porta domus domini: ⁊ pre-
dica ibi verbum iſtud: ⁊ dic.
Audite verbuz domini omnis
iudá qui ingredimini per por-
tas has: vt adorétis dominum. Hec dicit dn̄s
exercituum deus iſraél. Bonas facite vias ve infra.26.a
ſtras ⁊ ſtudia veſtra: ⁊ habitabo vobiſcum in
loco iſto. Nolite confidere in verbis menda-
cij: dicētes. Tēplum dn̄i: templū dn̄i: templū B
dn̄i eſt. Qm̄ ſi + bn̄dixéritis vias veſtras ⁊ ſtu al+ benedixeritis.
dia veſtra: ſi fecéritis iudicium inter virum ⁊
proximū eius: áduene ⁊ pupillo ⁊ vidue non
fecéritis calúniam: nec ſanguinem innocētez
effudéritis in loco hoc: ⁊ poſt deos alienos nō 23.q.5. c. regum.
ambulauéritis in malum vobiſmetipſis: ha-
bitabo vobiſcū in loco iſto in terra quā dedi pa
tribus veſtris a ſeculo vſqꝫ in ſeculū. Ecce vos al+ verbis.
ꝯfiditis vobis in + ſermonibus mēdacij q non
ꝓderūt vobis: furári: occidere: adulterari: iu
rare mendáciter: libáre + baalím: ⁊ + ire poſt al+ baali. al+ ambulare.
deos aliénos quos ignoratis. Et veniſtis ⁊ ſte
tiſtis coram me in domo hac in qua inuoca-
tum eſt nomē meū: ⁊ dixiſtis. Liberati ſumꝰ:
eo ꝙ fecérimꝰ oēs abominatiōes iſtas. Nun- Eſa.56.c
quid + ergo ſpelunca latronū facta eſt domus mat.21.b
iſta: in qua inuocatum eſt nomē meuz in ocu infra.32.f.
lis veſtris? Ego + ego ſum: ego vidi dicit dn̄s. al+ nō hꝫ + nūquid ſed ergo.
Ite ad locum meū in ſyló vbi habitauit no- E
men meū a ꝑncipio: ⁊ videte + que fecerim ei al+ nō ge miſi ego ſed ſic hꝫ ego enim ſum
ꝓpter maliciam populi mei iſraél. Et nūc qꝛ
feciſtis oīa + opa hec dicit dn̄s: ⁊ locutus ſum
ad vos mane ꝯſurgēs ⁊ loquēs: ⁊ nō audiſtis:
⁊ vocaui vos ⁊ nō rn̄diſtis: faciaz domui huic al+ qđ.
in qua inuocatū eſt nomen meū: ⁊ in qua vos al+ nō hꝫ + opera.
habétis fidúciā: ⁊ in loco quē dedi vobis ⁊ pa ſuꝑ.1.c
tribus vr̄is. ſicut feci ſyló: ⁊ proijciā vos a fa- Eſa.63.b
cie mea: ſicut proiéci oēs fratres vr̄os vniuer infra.14.b
ſum ſemen effraim. Tu ergo noli oráre ꝓ po- D
pulo hoc: nec aſſúmas ꝓ eis laudez ⁊ orōnem
⁊ nō obſiſtas mihi: qꝛ nō exáudiaz te. Nonne

videſ quid iſti faciunt in ciuitatibus iudá: ⁊
in plateis hieruſalém? Filij colligunt ligna ⁊
patres ſuccendunt ignem: ⁊ mulieres cõſper
Infra 44.c gunt ádipem: vt faciant placentas regine ce-
li: ⁊ libent dijs alienis: ⁊ me ad iracundiã ꝓ-
uocent. Nunquid me ad iracundiam prouo-
cant: dicit dominus? Nonne ſemetipſos in cõ
fuſionem vultus ſui? Ideo hec dicit dominus
deus. Ecce furor meus ⁊ indignatio mea con
flátur ſuper locum iſtum: ſuper viros ⁊ ſuper
iumenta ⁊ ſuper lignum regionis ⁊ ſuper frú-
ges terre: ⁊ ſuccendétur ⁊ non extinguetur.
E Hec dicit dominus exercituum deus iſraél.
Holocauſtómata veſtra ádite victimis veſtris
⁊ comédite carnes: quia non ſum locutus cũ
patribus veſtris: ⁊ non precepi eis in die qua
eduxi vos de terra egýpti: de verbo holocauſtó
matum ⁊ victimárum: ſed hoc verbum precé
pi eis: dicens. Audite vocem meam: ⁊ ero vo
bis deus: ⁊ vos éritis mihi populus: ⁊ ambu-
late in omni via quam mandaui vobis vt be-
ne ſit vobis. Et non audiérunt nec inclinaue-
runt aurem ſuam: ſed abiérunt in voluptati-
bus ⁊ in prauitate cordis ſui mali: factiq; ſunt
F retrorſum ⁊ nõ in antea a die qua egreſſi ſunt
patres eorum de terra egýpti vſq; ad dié hác.
Et miſi ad vos omnes ſeruos meos prophe-
tas per diem conſúrgens dilúculo ⁊ mittens:
⁊ non audierunt me nec inclinauerunt aurẽ
Alſ. nõ h; ſuam. Infra 16.c ſuam: ſed indurauerunt ceruicem+ſuam ⁊ pe
ius operati ſunt ꝗ̃ patres eorum. Et loquéris
ad eos omnia verba hec ⁊ non audiẽt te: ⁊ vo
cabis eos ⁊ non reſpondebunt tibi. Et dices
ad eos. Hec eſt gens que non audiuit vocem
domini dei ſui: nec recépit diſciplinã. Periyt
fides: ⁊ ablata eſt de ore eorum. Tonde capil-
lum tuum ⁊ próyce ⁊ ſume indirectum plan
ctum: quia proiecit dominus ⁊ reliquit gene-
rationem furoris ſui: quia fecerunt filij iudá
malum in oculis meis dicit dominus. Poſue
G runt offendícula ſua in domo in qua inuoca-
Inf. eo. tum eſt nómen meum vt pollúerent eam: ⁊
edificauerunt excelſa tophét: que eſt in valle
Alſ. hinnom filij+ennón: vt incénderent filios ſuos ⁊ filias
ſuas igni: que non precépi nec cogitaui in cor
de meo. Ideo ecce dies veniét dicit dominus:
⁊ nõ dicetur ámplius tophét ⁊ vallis filij en-
nón: ſed vallis interfectionis: ⁊ ſepelientur in
tophét eo ꝙ non ſit locus. Et erit morticinũ
populi huius in cibos volúcribus celi ⁊ beſtijs
Deu. 28.a terre: ⁊ non erit qui ábigat. Et quieſcere fa-
ciam de vrbibus iudá: ⁊ de plateis hieruſa-
lém vocem gaudij ⁊ vocem leticie: vocẽ ſpon
ſi ⁊ vocẽ ſponſe. In deſolatione enĩ erit terra.

¶ Capituli Summarium. ¶ Comminatio
his qui reſidui erant de captiuitate: incre-
patio populi non penitentis: reprehenſio ſcri-
barum: vox penitentium: aduentus hoſtium:
⁊ vlulatus ciuitatis. ¶ VIII

IN illo tempore ait dominus: A
eijcient oſſa+ regis iudá ⁊ oſſa
principum eius: ⁊ oſſa ſacerdo
tum: ⁊ oſſa prophetarum: ⁊ oſſa
eorum qui habitauerunt hieru
ſalém de ſepulcris ſuis: ⁊+expã
dent ea ad ſolem ⁊ lunam ⁊ omnem militiã
celi que dilexerunt: ⁊ quibus ſeruierũt: ⁊ poſt
que ambulauerunt: ⁊ que queſierunt ⁊ adora
uerunt. Non colligentur ⁊ non ſepelientur: in
ſterquilinium ſuper faciem terre erunt. Et eli
gent magis mortem ꝗ̃ vitam omnes qui reſi
dui fuerint de cognatione hac peſſima in vni-
uerſis locis que derelicta ſunt: ad que eieci
eos dicit dominus exercituũ. Et dices ad eos. B
Hec dicit dominus. Nunquid qui cadit nõ re
ſurget: ⁊ qui auerſus eſt non reuertetur? Qua
re ergo auerſus eſt populus iſte in hieruſalẽ
auerſione contentioſa? Apprehendérunt men
dacium: ⁊ noluerũt reuerti. Attendi ⁊ auſcul
taui: nemo quod bonum eſt loquitur. Nullus
eſt qui agat penitentiam ſuper peccato ſuo di C
cens: quid feci? Omnes conuerſi ſunt ad cur-
ſum ſuum: quaſi equus ímpetu vadẽs in+pré
lium. Miluus in celo cognouit tempus ſuũ:
túrtur ⁊ hyrúndo ⁊ ciconia cuſtodierũt tem
pus aduentus ſui: populus autem meus non
cognouit iudiciũ domini. Quomodo dicitis D
ſapientes nos ſumus: ⁊ lex domini nobiſcum
eſt? Uere mendacium operatus eſt ſtilus men
dax ſcribarum. Confuſi ſunt ſapiẽtes: pertérri
ti ⁊ capti ſunt. Uerbum enim domini proiecé
rũt: ⁊ ſapientia nulla eſt in eis. Propterea da
bo mulieres eorum éxteris: agros eorum he-
redibus. Quia a minimo vſq; ad maximum Sup. 6.c
omnes auariciam ſequuntur: a propheta vſq;
ad ſacerdotem cuncti faciunt mẽdacium. Et
ſanabant cõtritiones filie populi mei ad igno
miniam: dicentes pax: pax: cum non eſſet pax.
Confuſi ſunt: ꝗ abominationem fecerunt: qn
immo confuſione non ſunt cõfuſi ⁊ erubéſce
re neſcierunt. Idcirco cadent inter corruẽtes:
in tẽpore viſitationis ſue corruent dicit domi-

mus. Congregans cógregabo eos: ait dñs. Nó
eſt vua in vitibus: ⁊ nó ſunt ficus in ficúlnea:
foliú defluxit: ⁊ dedi eis que pretergreſſa ſút.
Quare ſedemus? Cóuenite ⁊ ingrediamur ci
uitaté munitá ⁊ ſileámus ibi: qꝛ dñs deus nr̄
Ifra.14.d. ſilére nos fecit: ⁊ potú dedit nobis aquá fel-
F lis. Peccauimus ení dño. Expectauimus pa-
cem: ⁊ nó erat bonum tp̄s medéle: ⁊ ecce for-
mido. A dán auditus eſt frémitus equorum
eius: a voce hinnitus pugnatorú eius cómota
eſt oís terra. Et venerunt ⁊ deuorauerunt ter-
rá ⁊ plenitudiné eius: vrbé ⁊ habitatores eiꝰ.
al+ peſſimos Quia ecce ego mittá vobis ſerpétes régulos
quibus nó eſt incátatio: ⁊ mordébunt vos: ait
dñs. Dolor meus ſup dolorē: in me cor meuz
G mérens. Ecce vox clamoris filie populi mei ð
terra longinqua. Nunqd dñs nó eſt in ſyón:
aut rex eius non eſt in ea? Quare ergo me ad
iracundiá cócitauerunt in ſculptílibus ſuis: ⁊
in vanitatibus aliénis. Tránſijt méſſis: finita
eſt eſtas: ⁊ nos ſaluati non ſumus. Super con
tritione filie populi mei cótritus ſum ⁊ cótri-
ſtatus: ſtupor obtínuit me. Núquid reſina nó
eſt i galaád: aut medicꝰ nó eſt ibi? Quare igi-
tur nó eſt obducta cicátrix filie populi mei?

¶ Ca. Sú. ¶ Planctus ⁊ lachrymę pphete
pro populo ſuo: exeundú eſt ad ſolitudínem p
pter hominuz maliciam lamentádú: qꝛ a pa-
ſtoribus ad plebem deſertio iniquitas ⁊ vin-
dicta: non gloriánduz niſi in domino: qꝛ circú
ciſio carnis nihil valet. ¶ IX

A QUis dabit capiti meo aquaz: ⁊
oculis meis fonté lachrymarú?
Et plorabo die ac nocte interfe-
ctos filie populi mei. Quis da-
al+ diuerſorium ā bit me in ſolitudine+ diuerſoꝝ
viatoꝝ? Et derelinquá populuz
meum ⁊ recédam ab eis: qꝛ oés adúlteri ſunt
⁊ cétus preuaricatórú: ⁊ extenderunt linguaz
ſuá quaſi arcú mendacij ⁊ nó veritatis. Con-
fortati ſunt i terra: qꝛ de malo ad malú egreſ-
B ſi ſunt: ⁊ me nó cognouerunt: dicit dñs. Unuſ
quiſqz ſe a proximo ſuo cuſtódiat: ⁊ in oí fra-
tre ſuo nó habeat fidúciam: qꝛ oís frater ſup-
plantans ſupplantabit: ⁊ oís amicus fraudu-
lenter incédet: ⁊ vir fratrem ſuú deridebit: ⁊
veritatem nó loquéntur. Docuerunt eniz lin-
guam ſuam loqui mendacium: vt inique áge
rent laborauerút. Habitatio tua in medio dó
li: in dólo renuerunt ſcire me dicit dñs. Pro-
pterea hec dicit dominus exercitú. Ecce ego
conflábo ⁊ probabo eos. Quid enim aliud fa-
ciam a facie filie populi mei? Sagitta vulne-
rans lingua eoꝝ: dólum locuta eſt. In ore ſuo C
pacem cum amico ſuo lóquitur: ⁊ occulte po- ps.27. ſupra.5.c.
nit ei inſidias. Nunquid ſuper his nó viſitabo
dicit dominus: aut in gente huiuſcémodi nó
vlciſcetur anima mea? Super montes aſſumá
fletum ac laméntum: ⁊ ſuper ſpecióſa deſerti
planctum: qm̄ incenſa ſunt eo qꝫ non ſit vir p
tránſiens: ⁊ non audierunt vocem poſſidétis.
A vólucre celi vſqz ad pecora tranſmigraue-
runt ⁊ receſſerút. Et dabo hieruſalém i acér- D
uos aréne: ⁊ cubilia draconum: ⁊ ciuitates iu
da dabo in deſolationem eo qꝫ non ſit habita-
tor. Quis eſt vir ſapiens qui intélligat hoc: ⁊ oſee.14.d
ad quem verbum oris dñi fiat vt annunciet
iſtud quare perierit terra ⁊ exuſta ſit quaſi de-
ſertum: eo qꝫ nó ſit qui pertráſeat? Et dixit do
minus. Quia dereliquerunt legem meá quá
dedi eis: ⁊ nó audierunt vocem meam: ⁊ non
ambulauerunt in ea: ⁊ abierunt poſt prauita-
tem cordis ſui: ⁊ poſt baalim+ qđ didicérunt al+ quos
a patribus ſuis: idcirco hec dicit dñs exerci-
tuú deus iſraél. Ecce ego cibabo populuz iſtuz E
abſynthio: ⁊ potú dabo eis aquá fellis: ⁊ diſp- Ifra.14.c.
gam eos in gétibus quas nó nouerút ipſi ⁊ pa
tres eoꝝ: ⁊ mittá poſt eos gladium donec con
ſumant. Hec dicit dominus exercituuz. Conté
plámini ⁊ vocate lamentatrices vt véniant: ⁊
ad eas que ſapientes ſunt mittite ⁊ pperét: ⁊
feſtinent ⁊ aſſúmant ſup nos laméntum. De-
dúcant oculi nr̄i láchrymas: ⁊ palpebre noſtre
défluant aquis: qꝛ vox lamentatiōis audita ē
de ſyón. Quo vaſtati ſumus: ⁊ cófuſi vehemé F
ter? Quia dereliquimus terram: qm̄+ deiecta al+ deſerta
ſunt tabernacula nr̄a. Audite ergo mulieres
verbuz dñi ⁊ aſſumát aures vr̄e ſermoné oris
eius: ⁊ docéte filias vr̄az lamentuz: ⁊ vnaque
qꝫ proximá ſuá planctú: qꝛ aſcendit mors per
feneſtras vr̄as: ingreſſa eſt domos vr̄as diſper
dere páruulos ð foris: iuuenes de platéis. Loq
re. Hec dicit dñs. Et cadet morticinum hoís
quaſi ſtercus ſuper faciem+ regionis: ⁊ quaſi al+ terre
fenum poſt terguz metentis: ⁊ nó ē qui colli- 1.cori.1.g
gat. Hec dicit dñs. Non glorieť ſapiens in ſa- 2.cori.10.d
pientia ſua: ⁊ non glorieť fortis in fortitudine G
ſua: ⁊ non glorietur diues in diuitijs ſuis: ſed
in hoc gloriétur q gloriátur: ſcire ⁊ noſſe me:
qꝛ ego ſum dñs qui facio miſericordiá ⁊ iudí
cium ⁊ iuſtitiam in terra. Hec enim placét mi
hi: ait dominus. Ecce dies vénient dicit dñs:

ſe+ ſidr. ſiciũ
τ viſitabo ſuper omnem qui + incircũciſuʒ hʒ
pputiũ: ſup egyptũ τ ſup iudá τ ſuper edóm:
τ ſuper filios ammón τ ſuper moáb: τ ſup oẽs
qui attonſi ſunt in cómã habitantes in deſer-
to: q: oẽs gentes habent prepútium: ois autẽ
domus iſraél incircunciſi ſunt corde.

ℭ Ca. Sum. Monetur populus ne timeat ce
li conſtellationem: increpatio idolatrie: plan
ctus hieruſalem ſuper plaga ſua: τ q̄ non ſit in
homine via eius. ℭ X

A
Udite verbum qd̃ locutus eſt
dominus ſuper vos domus iſra-
el. Hec dicit dominus. Juxta
vias géntium nolite diſcere: τ
a ſignis celi nolite metúere q̃
timent gentes: q: leges populo
ruʒ vane ſunt. Quia lignum de ſaltu precidit
opus manus artificis in áſcia. Argento τ au-
ro decorauit illud: clauis τ mállei compégit
vt non diſſoluatur. Jn ſimilitudinem pláſme
ſe+ tol. lantur ſabricate ſunt: τ non loquentur: portata + tollẽ
tur: q: incédere non valent. Nolite ergo time
re ea: quia nec male poſſunt facere nec bene.
Non eſt ſimilis tui domine: magnus es tu: τ
Apoc. 15.b magnum nomen tuum in fortitudine. Quis
non timebit te o rex gentium? Tuum eſt eniʒ
ſe+ ſapi entes τ ſa tus decus. Jnter cunctos + ſapientes gentiuʒ: τ in
vniuerſis regnis eorum nullus eſt ſimilis tui.
B Pariter inſipientes τ fatui probabuntur: do-
ctrina vanitatis eorum lignum eſt. Argentuʒ
al+ argẽ. to inuolutuʒ de tharſis affertur: τ aurũ de + ophir
ſe + o. phaʒ opus artificis τ manus errarij: hyacinthus τ
ſe+ ve. ras púrpura indumentum eorũ. Opus artificum
vniuerſa hec: dominus aũt deus + verus eſt. J-
pſe deus viuẽs τ rex ſempiternus. Ab indigna
tra eam: omne quod ſcriptū eſt in libro iſto
quecunq; prophetáuit hieremías aduerſum
omnes gentes: quia ſeruierunt eis cum eēnt
D gentes multe ⁊ reges magni. Et réddam eis
ſecundum opera eorum: ⁊ ſecundum factum
manuum ſuarum. Quia ſic dicit dominus
exercituum deus iſraél. Sume cálicem vini
furoris huius de manu mea ⁊ propinábis ex
illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te
⁊ bibent: ⁊ turbabuntur ⁊ inſanient a facie
gladij quem ego mittam inter eos. Et accepi

calicem de manu domini: ⁊ propinaui cun-
ctis gentibus ad quas miſit me dominus hie
ruſalém ⁊ ciuitatibus iudá ⁊ regibus eius ⁊
principibus eius: vt darem eos in ſolitudinē
⁊ in ſtupórem ⁊ in ſibilum ⁊ in maledictio-
nem ſicut eſt dies iſta. Pharaóni regi egýpti E
⁊ ſeruis eius ⁊ principibus eius: ⁊ omni pplō
eius ⁊ vniuerſis generaliter cunctis regibus
terre auſítidis: ⁊ cunctis regibus terre phili-
ſtiim ⁊ aſcalónis ⁊ gáze ⁊ accarón azóti ⁊ rē
liquis idumée ⁊ moáb ⁊ filijs ammón ⁊ cun
ctis regibus týri ⁊ vniuerſis regibus ſydónis
⁊ regibus terre inſularū qui ſunt trans mare:
⁊ dedán ⁊ themán ⁊ búz: ⁊ vniuerſis q attonſi
ſunt in cóman ⁊ cunctis regibus arábie: ⁊ cū
ctis regibus occidéntis qui habitant in deſer
to: ⁊ cunctis regibus zambri: ⁊ cunctis regi-
bus elám: ⁊ cunctis regibus medórum cun-
ctis quoq; regibus aquilónis déprope ⁊ dé-
longe: vnicuiq; contra fratrem ſuum ⁊ omni
bus regnis terre que ſuper faciem eius ſunt.
Et rex ſeſách bibet poſt eos. Et dices ad eos.
Hec dicit dominus exercituum deus iſraél.
Bibite ⁊ inebriamini ⁊ vómite ⁊ cádite: ne- Eccl.36
q; ſurgatis a facie gladij quem ego mittā in
ter vos. Cunq; noluerint accipere calicem de
manu tua vt bibant: dices ad eos. Hec dicit
dominus exercituū. Bibētes bibétis. Quia F
ecce in ciuitate in qua inuocatum eſt nomen
meum ego incipio affligere: ⁊ vos quaſi inno
centes ⁊ immúnes éritis? Non eritis immú
nes. Gladium enim ego voco ſuper omnes
habitatores terre: dicit dominus exercituum.
Et tu prophetabis ad eos omnia verba hec: ⁊ di
ces ad illos. Dñs de excelſo rúgiet: ⁊ de habi- Joel.3.c.
taculo ſancto ſuo dabit vocē ſuam. Rúgiens amos.1.a
rúgiet ſup decórē ſuū. Celéuma quaſi calcan
tiū concinetur aduerſus oēs habitatores terre.
Peruénit ſónitus vſq; ad extrema terre: q̄a
iudicium domino cum gentibus. Judicatur
ipſe cū oī carne. Impios trádidi gladio: dicit G
dominus. Hec dicit dominus exercituū. Ecce
afflictio egredief de gente in gentem: ⁊ turbo
magnus egredietur a ſummitatibus terre: ⁊
erūt interfecti dñi in die illa a ſummo terre
vſq; ad ſummū eius. Non plangenť ⁊ nō col
ligenť neq; ſepelienť: in ſterquilinio ſup faciē
terre iacébunt. Ululáte paſtores ⁊ clamate: ⁊
aſpérgite vos cinere optimátes gregis: quia
completi ſunt dies veſtri ⁊ interficiamini: ⁊
diſſipationes veſtre: ⁊ cadétis quaſi vaſa pre-

ciosa. Et peribit fuga a paſtoribus: ⁊ ſaluatio
ab optimatibus gregis. Vox clamoris paſto-
rum ⁊ vlulatus optimatum gregis: quia va-
ſtauit dominus paſcua eorum: ⁊ conticuerūt
arua pacis a facie ire furoris domini. Dereli-
al's+vmbraculum. quit quaſi leo+tabernaculum ſuum: facta eſt
terra eorum in deſolationem: a facie ire colū-
be: ⁊ a facie ire furoris domini.

¶ Ca. Sum. ¶ De regno ioachim qualiter ſacerdotes voluerunt occidere hieremiā: ⁊ liberatus eſt per principes. ¶ XXVI

A al's+regis. In principio+regni ioachim fi-
lij ioſie regis iudá factū eſt ver-
bum iſtud a dño dicēs. Hec di-
cit dñs. Sta in atrio domus do-
mini: ⁊ loqueris ad oēs ciuita-
tes iudá: de qbus veniūt vt ado-
rent in domo dñi vniuerſos ſermones quos
ego mādaui tibi vt loq̄ris ad eos. Noli ſub-
trahere v̄bum: ſi forte audiant ⁊ conuertant
vnuſquiſq3 a via ſua mala: ⁊ peniteat me mali
qd̄ cogitaui facere eis propter maliciam ſtu-
B diorum eorū. Et dices ad eos. Hec dicit dñs.
Si nō audieritis me vt ambuletis in lege mea
quā dedi vobis vt audiatis ſermonem ſuorū
meoꝝ ꝓphetarū quos ego miſi ad vos de no-
cte ↄſurgens ⁊ dirigens ⁊ non audiſtis: dabo
domum iſtam ſicut ſylo: ⁊ vrbem hanc dabo
ſupra eo. in maledictionē cunctis gētibus terre. Et au-
dierūt ſacerdotes ⁊ ꝓphete ⁊ omnis populus
hieremiam loquentē verba hec in domo dñi.
Cūq3 cōpleſſet hieremias loquēs omnia que
preceperat ei dñs vt loqueretur ad vniuerſū
C populum: apprehenderunt eū ſacerdotes ⁊ p-
al's+moriatur ga... phete ⁊ omnis populus dicens. Morte+mo-
riatur. Quare prophetauit in noīe dñi dicēs:
ſicut ſilo erit domus hec: ⁊ vrbs iſta deſolabit
eo q non ſit habitator? Et cōgregatus eſt oīs
pplūs aduerſus hieremiā in domo dñi. Et au-
dierunt principes iudá verba hec: ⁊ aſcende-
runt de domo regis in domum dñi: ⁊ ſederūt
al's nō h3 domus in introitu porte+domus domini noue. Et lo-
cuti ſunt ſacerdotes ⁊ prophete ad principes
D al's+vniuerſum. ⁊ ad+oēm populū dicentes. Judiciū mortis
eſt viro huic: quia ꝓphetauit aduerſus ciuita-
tem iſtam ſicut audiſtis auribus veſtris. Et
ait hieremias ad omnes principes ⁊ ad vni-
uerſum populum dicens. Dominus miſit me
vt prophetarem ad domum iſtam ⁊ ad ciuita-
ſupra. 7.a tem hāc omnia verba que audiſtis. Nunc er-
go bonas facite vias veſtras ⁊ ſtudia veſtra: ⁊
audite vocem dñi dei veſtri: ⁊ penitebit domi-
num mali qd̄ locutus eſt aduerſum vos. Ego
autem ecce in manibus veſtris ſum: facite mi-
hi quod bonum ⁊ rectum eſt in oculis veſtris.
Veruntamen ſcitote ⁊ cognoſcite: quia ſi occi- E
deritis me: ſanguinem innocentē tradetis cō-
tra voſmetipſos ⁊ contra ciuitatem iſtā ⁊ ha-
bitatores eius. In veritate enim miſit me do-
minus ad vos vt loquerer in auribus veſtris
omnia verba hec. Et dixerunt principes ⁊ oīs
populus ad ſacerdotes ⁊ ad ꝓphetas. Nō eſt
viro huic iudicium mortis: q2 in nomine dñi
dei noſtri locutus eſt ad nos. Surrexerunt er-
go viri de ſenioribus terre ⁊ dixerūt ad omnē
cetum ppli loquētes. +Micheas de moraſtin al's+michas de moraſchi
fuit propheta in diebus ezechie regis iudá: ⁊
ait ad oēm pplm iude dicens. Hec dicit dñs F
exercituū. Syon quaſi ager arabit: ⁊ hierlm michea.d.
in aceruū lapidū erit: ⁊ mons domus+dñi al's nō h3 +dñi
in excelſa ſiluarū. Nunquid morte condēna-
uit eum ezechias rex iudá ⁊ omnis iuda? Nū-
quid non timuerunt dominū ⁊ deprecati ſunt
faciem dñi: ⁊ penituit dñs mali quod locutus
fuerat aduerſum eos? Itaq3 nos+facimꝰ ma- al's+facimus.
lum grande contra animas noſtras. Fuit quo-
q3 vir prophetans in nomine dñi. Vrias filius
ſemei de chariathiarim: ⁊ prophetauit aduer-
ſus ciuitatem iſtam ⁊ aduerſus terram hanc
iuxta omnia verba hieremie. Et audiuit rex
ioachim ⁊ oēs potentes ⁊ principes eius ver-
ba hec: ⁊ queſiuit rex interficere eū. Et audi-
uit vrias ⁊ timuit: fugitq3 ⁊ ingreſſus eſt egy- G
ptum. Et miſit rex ioachim viros in egyptū
helnathā filiū achabor: ⁊ viros cū eo in egy-
ptum. Et eduxerunt vriam de egypto: ⁊ addu-
xerunt eum ad regem ioachim: ⁊ pcuſſit eū
gladio ⁊ piecit cadauer eius in ſepulcris vul-
gi ignobilis. Igitur manus aichā filij ſaphan
fuit cum hieremia: vt non traderetur in ma-
nus populi ⁊ interficerent eum.

¶ Ca. Sum. ¶ De cathenis ligneis ⁊ vinculis mittendis quoq3 regibus: ⁊ monent ſubijci nabuchodonoſor: aliter morient. ¶ XXVII

In principio regni ioachim fi- A
lij ioſie regis iudá factū eſt ver-
bum iſtud ad hieremiam a do-
mino dicens. Hec dicit domi-
nus ad me. Fac tibi vincula ⁊ ca-
thenas: ⁊ pones eas ī collo tuo
⁊ mittes eas ad regē edom: ⁊ ad regē moab:
⁊ ad regem filiorum ammon: ⁊ ad regē tyri:

ꝛ ad regem ſydónis in manu nunciorum qui venerunt hieruſalém ad ſedechiam regem iudá: ꝛ precipies eis vt ad dominos ſuos loquãtur. Hec dicit dominus exercituũ deus iſraél. Hec dicetis ad dominos veſtros. Ego feci terram ꝛ homines ꝛ iuménta que ſunt ſuper faciez terre in fortitudine mea magna: ꝛ in brachio meo exténto ꝛ dedi eaz ei qui placuit in oculis meis. Et nũc itaqꝫ ego dedi omnes terras iſtas in manu nabuchodonoſóꝛ regis babylónis ſerui mei. Inſuper ꝛ beſtias agri dedi ei: vt ſeruiant illi. Et ſeruient ei omnes gentes: ꝛ filio eius ꝛ filio filij eius donec véniat tẽpus terre eius ꝛ ipſius. Et ſéruient ei gentes

B multe ꝛ reges magni. Gens autez ꝛ regnum quod non ſeruierit nabuchodonoſóꝛ regi babylonis ꝛ quicúnqꝫ nõ curuauerit céllum ſuum ſub iugo regis babylónis: in gladio ꝛ in fame ꝛ in peſte viſitabo ſuper gentem illam: ait dominus: donec conſúmam eos in manu eius. Uos ergo nolite audire prophetas veſtros ꝛ diuinos ꝛ ſomniatóres ꝛ augures ꝛ maléficos qui dicunt vobis: non ſeruietis regi babylónis: quia mendacium prophetãt vobis vt longe faciant vos de terra veſtra: ꝛ eijciant vos ꝛ pereatis. Porró gens que ſubiécerit ceruicem ſuam ſub iugo regis babylónis ꝛ ſeruierit ei: dimittam eam in terra ſua dicit dominus: ꝛ cólet eam ꝛ habitabit in ea. Et ad ſedechiam regẽ iudá locutus ſum omnia verba hec dicens. Subijcite colla veſtra ſub iugo regis babylónis: ꝛ ſeruite ei ꝛ populo eius

C ꝛ viuétis. Quare moriemini tu ꝛ populus tuus gladio ꝛ fame ꝛ peſte: ſicut locutus eſt dominus ad gentẽ que ſeruire noluerit regi babylónis. Nolite audire verba prophetaruz dicentium vobis: non ſeruietis regi babylónis: quia mendacium ipſi loquuntur vobis. Quia

s.14.c.4 infra.29.b non miſi eos: ait dominus: ꝛ ipſi prophetãt, in noīe meo mẽdaciter vt eijciant vos ꝛ pereatis tam vos q̃ȝ prophete qui vaticinantur vobis. Et ad ſacerdotes ꝛ ad populum iſtum locutus ſum dicens. Hec dicit dominus. Nolite audire verba pphetarum veſtrorum qui prophetant vobis dicẽtes: ecce vaſa domini reuer

D tentur de babylóne nunc cito. Mendacium enim prophetant vobis. Nolite ergo audire eos: ſꝫ ſeruite regi babylónis vt viuátis. Quare datur hec ciuitas in ſolitudinem? Et ſi prophete ſunt: ꝛ eſt verbum domini in eis: occúrrent domino exercituum vt non veniant vaſa que derelicta fuerant in domo domini: ꝛ in domo regis iudá: ꝛ in hieruſalém: in babylónem. Quia hec dicit dominus exercituum ad colũnas ꝛ ad mare: ꝛ ad baſes: ꝛ ad reliqua vaſorum que remãſerunt in ciuitate hac: que non tulit nabuchodonoſoꝛ rex babylonis cuz transferret iechoniam filium ioachim regem iudá de hieruſalém in babylónem ꝛ oẽs optimátes iudá ꝛ hieruſalém. Quia hec dicit dominus exercituum deus iſraél ad vaſa que derelicta ſunt in domo domini ꝛ in domo regis iudá ꝛ hieruſalém. In babylónem transferéntur ꝛ ibi erunt vſqꝫ ad diem viſitationis ſue dicit dominus. Et afférri faciam ea ꝛ reſtitui in loco iſto.

¶ Ca. Sum. ¶ Annanias propheta dicit hieremie q̃ poſt duos annos redibit populus de babylone ꝛ omnia vaſa domus domini: reſpõdit hieremias amen. ¶ XXVIII

A Et factum eſt in anno illo in p̃ncipio regni ſedechie regis iudá in anno quarto: in menſe quinto: dixit ad me annanias filius azúr propheta de gabaón in domo domini coraȝ ſacerdotibus ꝛ omni populo dicẽs. Hec dicit dominus exercituum deus iſraél. Contriui iugum regis babylónis. Adhuc duo anni dieruz: ꝛ ego reférri faciam ad locum iſtum omnia vaſa domini que tulit nabuchodonoſóꝛ rex babylónis de loco iſto ꝛ tranſtulit ea in babylónez. Et iechoniam filium ioachim regem iudá ꝛ oẽm tranſmigrationez iúde qui ingreſſi ſunt in babylonem ego conuértam ad locum iſtuz: ait

B dominus. Cónteram enim iúguz regis babylónis. Et dixit hieremias ppheta ad annaniã pphetam in oculis ſacerdotũ ꝛ in oculis oīs populi qui ſtabat in domo domini: ꝛ ait hieremias propheta. Amẽ. Sic faciet dominus. Suſcitet dominus verba tua qui pphetaſti vt referantur vaſa in domum dñi: ꝛ oīs trãſmigratio de babylone ad locum iſtum. Ueruntamẽ audi verbũ hoc quod ego loquoꝛ in auribus

C tuis: ꝛ in auribus vniuerſi populi. Prophete qui fuerunt ante me ꝛ ante te ab initio: ꝛ prophetauerunt ſuper terras multas ꝛ ſuper regna magna de prelio ꝛ de afflictione: ꝛ de fame: propheta qui vaticinatus eſt pacem: cum vénerit verbum eius: tunc ſcietur propheta quem miſit dominus in veritate. Et tulit annanias propheta cathénam de collo hiere-

mie pphete:ꝛ confrégit eam.Et ait ânanias
in conſpectu omnis populi dicens.Hec dicit
dominus.Sic confringam iugū nabuchodo
noſoꝛ regis babylonis poſt duos annos dierū
de collo omnium gentium.Et abijt hieremi
as propheta in viam ſuam. Et factum eſt ver
bum domini ad hieremiam poſtq̃ confregit
annanias propheta cathenam de collo hiere
mie prophete dicens.Uade ꝛ dices annanie.
D Hec dicit dominus.Cathénas ligneas contri
uiſti:ꝛ facies pro eis cathénas férreas:q2 hec
dicit dominus exercituum deus iſraél.Iúguꝫ
férreum poſui ſuper collum cunctarum gen
tium iſtaruꝫ vt ſéruiant nabuchodonoſoꝛ re
gi babylónis:ꝛ ſéruient ei:inſup ꝛ beſtias ter
re dedi ei.Et dixit hieremias pphēta ad anna
niam prophetam.Audi annania.Nō miſit te
dominus:ꝛ tu confidere feciſti populum iſtū
in mendacio.Idcirco hec dicit dominus. Ec
ce ego mittam te a facie terre. Hoc anno mo
riéris:aduerſum enim dominum locutus es.
Et mortuus eſt annanias propheta in anno
illo:menſe ſeptimo.
¶ Capituli Summarium. ¶ Propheta de
ſcribit tranſmigrationeꝫ vt credatur ſibi ſcri
bens ad captiuos babylonis ꝙ āno ſeptuage
ſimo a domino viſitabuntur::ꝛ de pſeudo p
phetis cauendis. ¶ XXIX
A ET hec ſunt verba libri quē mi
ſit hieremias propheta de hie
ruſalém ad reliquias ſeniórūꝫ
tranſmigrationis ꝛ ad ſacerdo
tes ꝛ ad prophetas ꝛ ad omneꝫ
populum quem tradúxerat na
buchodonoſoꝛ de hieruſalém+in babylonem
poſtq̃ egreſſus eſt iechonias rex ꝛ domina ꝛ
eunúchi ꝛ príncipes iudá ꝛ hieruſalém: ꝛ fa
ber ꝛ inclúſoꝛ de hieruſaléꝫ in manu elaſá fi
lij ſaphán ꝛ gamalie filie helchie quos miſit
ſedechias rex iudá ad nabuchodonoſoꝛ regē
B babylonis in babylonem dicēs.Hec dicit do
minus exercituuꝫ deus iſraél:omni tranſmi
grationi quā tranſtuli de hieruſaléꝫ in baby
lónem.Edificate domos ꝛ habitate:ꝛ plantá
te hortos ꝛ comédite fructum eorum.Accipi
te vxores ꝛ generate filios ꝛ filias:ꝛ date fi
lijs veſtris vxores:ꝛ filias veſtras date viris:
ꝛ páriát filios ꝛ filias:ꝛ multiplicabimini ibi
ꝛ nolite eſſe pauci numero:ꝛ quérite pacem
ciuitatis ad quam trāſmigráre vos feci:ꝛ ora
te pro ea ad dominum quia in pace illius erit
pax+ vobis. Hec dicit dominus exercituum
deus iſraél.Non vos ſedúcant prophete veſtri
qui ſunt in medio veſtrum ꝛ diuini veſtri : ꝛ
ne attendátis ad ſomnia veſtra que vos ſom
niatis:quia falſo ipſi prophetant vobis in no
mine meo ꝛ non miſi eos:dicit dominus.Q2 C
hec dicit dominus.Cum céperint impléri in
babylóne ſeptuaginta anni:viſitabo vos ꝛ ſu
ſcitabo ſuper vos verbum meum bonum : vt
reducam vos ad locum iſtum.Ego enim ſcio
cogitationes quas cógito ſuper vos:dicit do
minus:cogitationes pacis ꝛ non afflictionis:
vt dem vobis finem ꝛ patientiam: ꝛ inuocá
bitis me ꝛ+ viuetis ꝛ orabitis me ꝛ ego exau
diam vos:querétis me ꝛ inueniétis.Cū que
ſieritis me in toto corde veſtro:inuéniar a vo
bis:ait dominus.Et reducam captiuitatē ve D
ſtram:ꝛ congregabo vos de vniuerſis genti
bus ꝛ de cunctis locis ad que éxpuli vos di
cit dominus.Et reuerti vos faciam de loco ad
quem tranſmigráre vos feci:quia dixiſtis.Su
ſcitabit nobis dominus prophetas in babyló
ne.Quia hec dicit dominus ad regem qui ſe
det ſuper ſólium dauid : ꝛ ad omnem popu
lum habitatorem vrbis huius:ad fratres ve
ſtros qui non ſunt egreſſi vobiſcum in tranſ
migrationem.Hec dicit dominus exercituū.
Ecce mittam in eos gladium ꝛ famem ꝛ pe
ſtem:ꝛ ponam eos quaſi ficus malas que co
medi non poſſunt eo ꝙ peſſime ſint ꝛ pérſe
quar eos in gladio:ꝛ in fame: ꝛ in peſtilentia.
Et dabo eos in vexationem vniuerſis regnis
terre:in maledictionem ꝛ in ſtupóꝛeꝫ ꝛ in ſí
bilum ꝛ in obpróbꝛium cunctis gentibus ad
quas ego eiéci eos:eo ꝙ nō audíerint verba
mea dicit dominus: que miſi ad eos per ſer
uos meos prophetas de nocte conſurgens et
mittens:ꝛ non audiſtis dicit dominus. Uos E
ergo audite verbum domini omnis tranſmi
grátio quam emiſi de hieruſalém in babyló
nem.Hec dicit dominus exercituū deus iſrl'.
ad acháb filium chulíe ꝛ ad ſedechiam fili
um maaſie qui prophetant vobis in nomine
meo mendáciter . Ecce ego tradam eos in
manu nabuchodonoſoꝛ regis babylónis : ꝛ
percútiet eos in oculis veſtris. Et aſſumé
tur ex eis maledictio omni tranſmigrationi
iude que eſt in babylóne dicentium. Ponat
te dominus ſicut ſedechiam ꝛ ſicut acháb
quos frixit rex babylónis in igne:pro eo ꝙ fe
cerint ſtultitiam in iſraél : et mechâti ſunt

in vxores amicorum ſuorum: ⁊ locuti ſunt ver
bum in nomine meo mendaciter: q̄d nō mā
F daui eis. Ego ſum iudex ⁊ teſtis dicit domi
nus. Et ad ſemeiam neelamitem dices. Hec
dicit dominus exercituū deus iſraél. Pro eo
al'+me. q̄ miſiſti in nomine+meo libros ad omnem
populum qui eſt in hieruſalem ⁊ ad ſophoni
am filium maaſie ſacerdotē: ⁊ ad vniuerſos
ſacerdotes dicens: dominus dedit te ſacerdo
tem pro ioiada ſacerdote vt ſis dux in domo
al'+ioiada domini ſuper omnem virum arepticiū ⁊ pro
phetantem vt mittas eum in neruū ⁊ in car
cerē. Et nunc quare non increpaſti hieremi
am anathotitem qui prophetat vobis. Quia
ſuper hoc miſit in babylonem ad nos dicens.
al'+longe +Lōgū eſt edificate domos ⁊ habitate: ⁊ plā
B tate hortos ⁊ comedite fructus eorum. Legit
I. eodem. ergo ſophonias ſacerdos librum iſtum in au
ribus hieremie prophete. Et factum eſt vbū
domini ad hieremiam dicens. Mitte ad oēm
transmigrationē dicens. Hec dicit dominus
ad ſemeiam neelamitē. Pro eo q̄ propheta
uit vobis ſemeias: ⁊ ego non miſi eū: ⁊ fecit
vos confidere in mendacio: idcirco hec dicit
dominus. Ecce ego viſitabo ſup ſemeiā nee
al'+eis. lamitē ⁊ ſuper ſemen eius. Non erit+ei vir ſe
dens in medio populi huius: ⁊ nō videbit bo
num quod ego faciam populo meo: ait domi
nus: quia preuaricationem locutus eſt aduer
ſus dominum.

¶ Ca. Sum. ¶ Promittit triſtitiā: de capti
uitate iude: ſubdit de gaudio liberationis ⁊ vl
tione in hoſtes populi. CXXX

A Hoc verbum q̄d factum eſt ad
hieremiam a domino: dicens.
Hec dicit dominus deus iſraél:
dicens. Scribe tibi omnia ver
ba que locutus ſum ad te in li
bro. Ecce enim dies veniunt: di
cit dominus: ⁊ conuertam conuerſionem po
puli mei iſraél ⁊ iuda ait dominus: ⁊ ꝯuertā
eos ad terram quā dedi patribus eoꝝ ⁊ poſſi
debunt eam. Et hec verba que locutus eſt do
minus ad iſraél ⁊ ad iudam. Qm̄ hec dicit do
minus. Vocem terroris audiuimus formido
⁊ non eſt pax. Interrogate ⁊ videte ſi generat
maſculus. Quare ergo vidi omnis viri ma
al'+parientis. num ſuper lumbum ſuū quaſi+parturientis
⁊ conuerſe ſunt vniuerſe facies in auruginē.
Ve quia magna dies illa: nec eſt ſimilis eius:
tempuſq̄ tribulationis eſt iacob: ⁊ ex ipſo ſal
uabitur. Et erit in die illa ait dominus exer B
cituum: conteram iugum eius de collo tuo: ⁊
vincula eius dirumpam. Et non dominabun
tur ei amplius alieni: ſed ſeruiēt domino deo
ſuo: ⁊ dauid regi ſuo quem ſuſcitabo eis. Tu Iſa. 43. g
ergo ne timeas+ſerue meus iacob ait domi Iſa. 44. a
nus: neq̄ paueas iſraél: quia ecce ego ſalua al'+ſeruus.
bo te de terra longinqua ⁊ ſemen tuum de ter
ra captiuitatis eorū. Et reuertetur iacob ⁊+ al'+requieſcet.
quieſcet: ⁊ cunctis affluet bonis ⁊ nō erit quē
formidet: quoniam tecum ego ſum: ait domi
nus vt ſaluem te. Faciam enim conſumma
tionem in cunctis gentibus in quibus diſper
ſi te: te autem non faciā in conſummationē:
ſed caſtigabo te in iudicio: vt tibi non videa
ris innoxius: quia hec dicit dominus. Inſana
bilis fractura tua: peſſima plaga tua. Non eſt C
qui iudicet iudicium tuum: +ad alligandam al'+ad alligandū
curationem tuā vtilitas non eſt tibi. Omnes curationē
amatores tui obliti ſunt tui: teq̄ non querēt. vtilitas.
Plaga enim inimici percuſſi te: caſtigatione
crudeli. Propter multitudinem iniquitatis S. 15. d
tue dura facta ſunt peccata tua. Quid clamas
ſuper contritione tua? Inſanabilis eſt dolor
tuus. Propter multitudinem iniquitatis tue
⁊ propter dura peccata tua feci hec tibi. Pro
pterea omnes qui comedunt te deuorabun
tur: ⁊ vniuerſi hoſtes tui in captiuitatem du
centur. Et omnes qui te vaſtant vaſtabuntur:
cunctoſq̄ predatores tuos dabo in predam.
Obducam enim cicatricem tibi: ⁊ a vulneri
bus tuis ſanabo te: dicit dominus. Quia eie
ctam vocauerunt te ſion: hec eſt que non ha
beat requirentem. Hec dicit dominus. Ecce D
ego conuertam conuerſionem tabernaculo
rum iacob: ⁊ tectis eius miſerebor. Et edifi
cabitur ciuitas in excelſo ſuo: ⁊ templum iu
xta ordinem ſuum fundabitur. Et egredietur
de eis laus voxq̄ ludentium: ⁊ multiplicabo
eos ⁊ non minuentur: ⁊ glorificabo eos ⁊ nō
attenuabuntur: ⁊ erunt filij eius+ſicut a prin al'+ſicut.
cipio: ⁊ cetus eius coram me permanebit. Et
viſitabo aduerſum omnes qui tribulant eū:
⁊ erit dux eius ex eo: ⁊ princeps de medio eius
producetur. Et applicabo eum ⁊ accedet ad
me. Quis enim iſte eſt qui applicet cor ſuum
vt appropinquet mihi: ait dominus? Et eritis
mihi in populum: ⁊ ego ero vobis in deum.
Ecce turbo domini furor egrediens procella
ruens in capite impiorum conquieſcet. Non
auertat iram indignationis dn̄s: donec faciet

⁊ cõpleat cogitationem cordis ſui. In nouiſſi
mo dierum intelligetis ea.

¶ Ca. Sum. ¶ Poſt plenitudinem gentiũ intrat iſrael ad fidem: de planctu & conſolatione rachel ſuper mortem filiorũ ſuorũ: reuocat dominus effraim ⁊ iſrael ad fidẽ: de xp̃i natiuitate: ⁊ ſacramẽto corporis ⁊ ſanguinis eius: q̄ vnuſquiſq; morietur in pctõ ſuo: de reedificatiõe ciuitatis hierlm. ¶ XXXI

A In illo tp̃e dicit dñs. Ero deus vniuerſis cognationibus iſraél: ⁊ ipſi erũt mihi in populũ. Hec dicit dñs. Inuénit gratiam in deſerto populus q remanſerat gladio. Uádet ad réquiem ſuã iſraél. Longe dominus apparuit mihi. Et in charitate perpetua diléxi te: ideo attráxi te miſerans. Rurſúmq; edificabo te: ⁊ edificáberis virgo iſraél. Adhuc ornáberis týmpanis tuis: ⁊ egrediéris in choro ludentium. Adhuc plantabis víneas in montibus ſamárie. Plãtabunt plantantes ⁊ donec tempus veniat nõ vindemiabunt: quia erit dies in qua clamabunt cuſtodes in monte effraim. Surgite ⁊ aſcendámus in ſyón ad dominũ deũ noſtrũ: quia hec dicit dominus. Exultate in leticia iacób ⁊ hinnite contra caput gentiũ: perſonáte ⁊ cánite ⁊ dicite. Salua domine populum tuum reliquias iſraél. Ecce ego addúcã eos

B de terra aquilónis: ⁊ congregabo eos ab extremis terre: inter quos erũt cecus ⁊ claudus: ⁊ pregnans ⁊ páriens ſimul cetus magnus reuertentium huc. In fletu vénient ⁊ in miſericordia redúcam eos. Et adducam eos p torrẽtẽs aquarũ in via recta: ⁊ non impíngent in ea: quia factus ſum iſraéli pater ⁊ effraim primogénitus meus eſt. Audite verbum domini gentes: ⁊ annunciate in inſulis que procul ſunt: ⁊ dicite. Qui diſperſit iſraél congregabit eum: ⁊ cuſtódiet eum ſicut paſtor gregẽ ſuũ. + Rédimet enim dominus iacob: ⁊ + liberabit eum de manu potentioris. Et veniét ⁊ laudabunt in monte ſyon: ⁊ cónfluent ad bona domini ſuper frumento: ⁊ vino ⁊ oleo ⁊ fetu pecorum ⁊ armentorum: eritq; anima eorum

C quaſi hortus irriguus ⁊ vltra nõ eſuriét. Tũc letábitur virgo in choro: iuuenes ⁊ ſenes ſimul. Et conuértam luctum eorum in gaudium ⁊ conſolábor eos: ⁊ letificabo a dolore ſuo. Et inebriabo animam ſacerdotũ pinguédine: ⁊ populus meus bonis adimplébit: ait dominus. Hec dicit dominus. Uox in excelſo audita eſt lamentationis luctus ⁊ fletus: rachél + plorantis filios ſuos: ⁊ + noléntis conſolari ſuper eis: q: nõ ſunt. Hec dicit dominus. Quiéſcat vox a plorátu ⁊ oculi tui a láchrymis q: eſt mérces operi tuo: ait dominus. Et reuertent de terra inimici: ⁊ eſt ſpes + nouiſſimis tuis: ait dñs: ⁊ reuertent filij tui ad terminos ſuos. Audiens audíui effraim tranſmigrántẽ. Caſtigáſti me dñe: ⁊ erudítus ſũ quaſi iuuénculus indómitus. Cõuerte me ⁊ + cõuértar: q: tu dominus deus meus. Poſtquã enim cõuertiſti me: egi pniam: ⁊ poſtq; oſtendiſti mihi percuſſi fémur meũ. Confuſus ſum

D ⁊ erubui: qm̃ ſuſtinui oppróprũ adoleſcentie mee. Si fílius honorabilis mihi effraim: ſi puer delicatus q: ex quo locutus ſũ de eo adhuc recordabor eius. Idcirco conturbata ſunt viſcera mea ſuper eum: miſerãs miſerebor eius ait dominus. Státue tibi + ſpéculam pone tibi amaritúdines. Dirige cor tuum in viam + rectam in qua ambulaſti. Reuértere virgo iſraél: reuértere ad ciuitates tuas iſtas. Uſq; quo delitijs diſſoluéris filia vaga? Quia creauit dominus nouũ ſuper terram: fémina circũdabit virum. Hec dicit dominus exercituum deus iſraél. Adhuc dicent verbum iſtud

E in terra iudá ⁊ in vrbibus eius cum conuértero captiuitatẽ eorũ. Benedicat tibi dominus pulchritudo iuſtitie: mons ſanct⁹. Et habitabunt in eo iúdas ⁊ oẽs ciuitates eius ſimul agricole ⁊ minántes gréges: q: inebriaui animam láſſam: ⁊ oẽm animam eſurientẽ ſaturáui. Ideo quaſi de ſómno ſuſcitatus ſũ ⁊ vidi ⁊ ſomnus meus dulcis mihi. Ecce dies veniunt dicit dominus: ⁊ ſeminabo domũ iſraél ⁊ domũ iudá ſemine + hoĩũ ⁊ ſemine iumentorũ. Et ſicut vigilaui ſuper eos vt euéllerem: ⁊ demolirer ⁊ diſſiparem: ⁊ diſpérderem ⁊ affligerẽ: ſic vigilabo ſuper eos vt edificẽ ⁊ plãntẽ: ait dominus. In diebus illis nõ dicent vltra: patres comedérunt vuã acerbã: ⁊ dentes filiorũ obſtupuérunt: ſed vnuſquiſq; in iniquitate ſua morietur. Omnis homo qui comédetit vuam acerbã obſtupéſcent dẽtes eius. Ecce dies venient dicit dñs: ⁊ fériã do

F mui iſraél ⁊ domui iudá fedus nouũ. Non ſm pactum quod pépigi cũ patribus veſtris in die qua apprehendi manum eorũ vt edúcerem eos de terra egýpti: pactum quod irritũ fecerunt: ⁊ ego dominatus ſum eorũ: dicit do-

B.q.l.c.iu deco.i gl.
al+ in ſ... tibus
al+ Rede mit
al+ libe. rauit
Mat.2.c. xv.di.c. ſi. cepta
al+ plo. rauit
al+ plo. rans
al+ no. luit
al+ in
al+ reuer tar
al+ ſpe culas
al+ dire ctam
al+ hoīs
Eze.18.
Heb.8.

minus: ſed hoc erit pactum quod feriã cum
domo iſraél. Poſt dies illos dicit dominus:
dabo legem meam in viſceribus eorum ⁊ in
corde eorũ ſcribam eam: ⁊ ero eis in deum: ⁊
Heb.8.c ipſi erunt mihi in populum. Et non + docebit
Heb 8.c vltra vir proximum ſuũ: ⁊ vir fratrem ſuum:
al's + docebunt dicens cognoſce dominũ. Omnes enim co-
gnoſcent me a minimo eorum vſq; ad maxi-
mum: ait dominus q: propitiabor iniquitati
eorum ⁊ peccati eorũ non memorabor ampli
us. Hec dicit dominus qui dat ſolem in lumi
ne diei: ordinem lune ⁊ ſtellarum in lumine
noctis: qui turbat mare ⁊ ſonant fluctus eius:
G dominus exercituum nomen illi. Si defece-
rint leges iſte coram me dicit dominus: tunc
⁊ ſemen iſraél deficiet vt non ſit gens coram
me cunctis diebus. Hec dicit dominus. Si
menſurari poterunt celi ſurſum ⁊ inueſtigari
fundamenta terre deorſum: ⁊ ego abijciã vni
uerſum ſemen iſraél propter omnia que fece
runt dicit dominus. Ecce dies venient dicit
dominus: ⁊ edificabit̃ ciuitas domino a tur-
re anamehél vſq; ad portam anguli. Et exibit
vltra normam menſure in conſpectu eius ſu-
per collem garéb: ⁊ circũibit goathá ⁊ omnẽ
al's + ruinarum vallem + cadauerum ⁊ cineres ⁊ vniuerſam
regionem mortis ad torrentem cedrón ⁊ vſq;
ad angulum porte equorum orientalis. San-
ctum domini non euelletur: ⁊ nõ deſtruetur
vltra in perpetuum.

¶ Ca. Sum. ¶ Hieremias in carcere pphe-
tat ſedechiã captiuum ⁊ orbatum ducenduʒ
in babylonem: ⁊ emit agrũ in anathot: ⁊ orat
dominuʒ pro populo ſuo. Sermo domini ad
eum de incendio hieruſalem: ⁊ de liberatio-
ne captiuorum. ¶ XXXII

A Verbũ qđ factum eſt ad Hiere-
miam a domino in anno deci-
mo ſedechie regis iudá: ipſe ẽ
annus octauuſdecimus nabu-
chodonoſór. Tunc exercitus re
gis babylonis obſidebat hieru
ſalem: ⁊ hieremias propheta erat clauſus in
atrio carceris qui erat in domo regis iudá.
Clauſerat enim eũ ſedechias rex iudá dicẽs.
Quare vaticinaris dicẽs: hec dicit domin⁹:
ecce ego dabo ciuitatem iſtã in manus regis
babylonis ⁊ capiet eam: ⁊ ſedechias rex iu-
da non effugiet de manu chaldeorum: ſed tra
detur in manus regis babylonis: ⁊ loquetur
os eius cuʒ ore illius ⁊ oculi eius oculos illi-
us videbunt: ⁊ in babylónem ducet ſedechi-
am: ⁊ ibi erit donec viſitem eum: ait domi-
nus. Si autem dimicaueritis aduerſum chal
déos nihil proſperum habebitis. Et dixit hie
remias. Factum eſt verbum domini ad me
dicens. Ecce anamehél filius ſellúm patrue-
lis tuus veniet ad te dicens. Eme tibi agrum B
meum qui eſt in anathót. Tibi enim compe-
tit ex propinquitate vt emas. Et venit ad me
anamehél filius patrui mei ſm verbuʒ domi
ni ad veſtibulum carceris: ⁊ ait ad me. Poſ-
ſide agrum meum qui eſt in anathót in terra
beniamin: quia tibi competit hereditas ⁊ tu
propinquus es vt poſſideas. Intellexi autem
q verbum domini eſſet. Et emi agruʒ ab ana
mehél filio patrui mei qui eſt in anathót. Et
appendi ei argentum ſeptem ſtateres ⁊ deceʒ
argenteos: ⁊ ſcripſi in libro ⁊ ſignaui ⁊ adhi-
bui teſtes. Et appendi argentum in ſtatera ⁊ C
accepi librum poſſeſſionis ſignatum: + ⁊ ſti- al's nõ hʒ
pulationes ⁊ rata ⁊ ſigna foriſecus. Et dedi +
librum poſſeſſiõis barúch filio neri filij ma-
aſie ĩ oculis anamehél patruelis mei ⁊ ĩ ocu
lis teſtium qui ſcripti erant in libro emptio-
nis ⁊ in oculis omnium iudeorum qui ſede-
bant in atrio carceris. Et precepi barúch co-
ram eis dicẽs. Hec dicit dominus exercituũ
deus iſraél. Sume libros iſtos librum emptio
nis hunc ſignatum ⁊ librũ hunc qui apertus
eſt: ⁊ pones illos in vaſe fictili: vt permanere
poſſint diebus multis. Hec enim dicit domi-
nus exercituum deus iſraél. Adhuc poſſide-
buntur domus ⁊ agri ⁊ vinee in terra iſta. Et
oraui ad dominum poſtquam tradidi libruʒ
poſſeſſionis barúch filio neri dicens. Heu
heu heu domine deus. Ecce tu feciſti celum ⁊
terram in fortitudine tua magna ⁊ in brachio
tuo extento. Non erit tibi difficile omne ver-
bum qui facis miſericordiam in milibus ⁊
reddis iniquitatem patrum in ſinum filio- Exo.34.a
rum eorum poſt eos. Fortiſſime magne ⁊ po- D
tens dominus exercituum nomen tibi ma-
gnus conſilio ⁊ incomprehenſibilis cogita-
tu: cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes vias
filiorũ adám vt reddas vnicuiq; ſm vias ſu-
as ⁊ ſm fructum adinuentionũ eius. Qui po
ſuiſti ſigna ⁊ portenta in terra egypti vſq;
ad diẽ hanc ⁊ in iſraél ⁊ in + hominibus ⁊ ti- al's + omnibus.
bi feciſti nomen ſicut eſt dies hec. Et eduxiſti
populum tuuʒ iſraél de terra egypti in ſignis
⁊ portentis ⁊ in manu robuſta ⁊ in brachio

extento ⁊ in terrore magno: ⁊ dediſti eis ter-
ram hanc quam iuraſti patribus eorū: vt da
res eis terram fluentē lacte ⁊ melle: ⁊ ingreſ-
ſi ſunt ⁊ poſſederunt eam. Et non obedierunt
voci tue ⁊ in lege tua non ambulauerunt: oīa
que mandaſti eis vt facerent: non fecerunt: ⁊
euenérunt eis omnia mala hec. Ecce munitio
nes extrúcte ſunt aduerſum ciuitatem vt ca-
piatur: ⁊ vrbs data eſt in manus chaldeórum:
⁊ in manus regis babylónis qui preliátur ad
uerſus eam a facie gladij ⁊ famis ⁊ peſtilētie:
⁊ quecunq; locutus es accidérūt vt tuipſe cer
E nis. Et tu dicis mihi domine deus eme agrum
argento ⁊ ádhibe teſtes: cum vrbs data ſit in
manus chaldeórum. Et factum eſt verbū do
mini ad hieremiam dicens. Ecce ego domi-
nus deus vniuerſe carnis. Nunquid mihi dif
ficile erit omne verbum. Propterea hec dicit
dominus. Ecce ego tradam ciuitatem iſtam
in manus chaldeórum ⁊ in manus regis ba-
bylónis ⁊ cápient eam: ⁊ vénient chaldéi pre
liantes aduerſum vrbem hanc: ⁊ ſuccéndent
eam igni ⁊ combúrent eam: ⁊ domos in qua
rum domatibus ſacrificabant baál: ⁊ libabāt
dijs alienis libámina ad irritandū me. Erāt
enim filij iſraél ⁊ filij iudá iúgiter facientes
malum in oculis meis ab adoleſcentia ſua fi
lij iſraél qui vſq; nunc exacerbant me in ope
re manuum ſuarū: dicit dominus: quia in fu
rore ⁊ in indignatióne mea facta eſt mihi ci-
uitas hec a die qua edificauerunt eā vſq; ad
diem iſtam qua auferétur de conſpectu meo ꝓ
F pter malitiam filiorū iſraél ⁊ filiorum iudá
quā fecerunt ad iracundiam me prouocantes
ipſi ⁊ reges eorum ⁊ principes eorum ⁊ ſacer
dotes ⁊ prophete eorum viri iudá ⁊ habitato-
Supra.2.f res hieruſalém. Et vertérunt ad me terga ⁊
non facies cum docerem eos ⁊ erudírem di-
lúculo: ⁊ nollent audire vt acciperent diſcipli
Infra.7.b nam. Et poſuerunt idola ſua in domo in qua
inuocatum eſt nomen meū vt pollúerent eā:
⁊ edificauérunt excelſa baál que ſunt in valle
Et ennom filij+ennón: vt initiárent filios ſuos ⁊ filias
ſuas molóch qd non mandaui eis: nec aſcen-
dit in cor meum vt facerent abominationem
hanc: ⁊ in peccatum deducerēt iúdam. Et nūc
ꝓpter iſta: hec dicit dominus deus iſraél ad ci
uitatem hanc de qua vos dicitis ꝙ tradatur
in manus regis babylónis in gladio ⁊ in fa-
me ⁊ in peſte. Ecce ego congregabo eos de vni
uerſis terris ad quas eieci eos in furore meo
⁊ in ira mea ⁊ in indignatione grādi: ⁊ redu
cam eos ad locum iſtum ⁊ habitare eos faci-
am confidenter: ⁊ erunt mihi in populum: ⁊
ego ero eis in deum. Et dabo eis cor vnum ⁊ G
+viam vnam vt timeant me vniuerſis dieb⁹: al. et +
⁊ bene ſit eis ⁊ filijs eorum poſt eos. Et fériā
eis pactum ſempiternum: ⁊ non déſinam eis
benefacere: ⁊ timorem meum dabo in corde
eorum: vt non recédant a me ⁊ letabor ſuper
eis cū bene eis fécero. Et plantabo eos in ter-
ra iſta in veritate in toto corde meo ⁊ in tota
anima mea: quia hec dicit dominus. Sicut ad
dúxi ſuper populum iſtum omne malum hoc
grande: ſic addúcā ſuper eos omne bonum
qd ego loquor ad eos. Et poſſidebúntur ágri
in terra iſta de qua vos dicitis ꝙ deſerta ſit:
eo ꝙ non remánſerit homo ⁊ iumētum: ⁊ da
ta ſit ei in manus chaldeórum. Agri ementur
pecunia ⁊ ſcribentur in libro: ⁊ imprimentur
ſignū: ⁊ teſtis adhibebitur in terra beniamin:
⁊ in circúitu hieruſalém in ciuitatibus iudá
⁊ in ciuitatibus montánis ⁊ in ciuitatib⁹ cam
péſtribus: ⁊ in ciuitatibus que ad áuſtrum
ſunt: quia conuertā captiuitatē eorū: ait dn̄s.
¶ Capituli Summarium. ¶ De conuerſio
ne iuda ⁊ hieruſalem: ⁊ de emēdatione ⁊ gau
dio ⁊ de grege tranſeunte ad manum nume-
rantis: de Chriſto naſcituro ⁊ regno ipſius ⁊
ſacerdotio perpetuo. ¶ XXXIII
ET factum eſt verbum domini A
ad hieremiā ſcd̄o: cum adhuc
cláuſus eſſet in átrio cárceris
dicens. Hec dicit dominus: qui
facturus eſt ⁊ formaturus illud
⁊ paraturus: dominus nomen
eius. Clama ad me ⁊ exaudiam te: ⁊ annūcia
bo tibi grandia ⁊ firma que neſcis. Quia hec
dicit dominus deus iſraél ad domos vrbis hu
ius: ⁊ ad domos regis iúde que deſtructe ſunt
ad munitiones ⁊ ad gladium venientiū ⁊ di
micent cum chaldéis ⁊ impleant eas cadaue
ribus hominū+quos percúſſi in furore meo: al.+quos
⁊ in indignatióne mea abſcondens faciē me-
am a ciuitate hac propter omnem maliciam
eorum. Ecce ego obdúcam eis cicatricem ⁊
ſanitatem ⁊ curabo eos: ⁊ reuelabo eis depre
cationem pacis ⁊ veritatis. Et conuertam cō-
uerſionem iudá ⁊ conuerſionem hieruſalē:
⁊ edificabo eos ſicut a principio: ⁊ emunda-
bo illos ab omni iniquitate ſua in qua pecca-
uerunt mihi: ⁊ propitius ero cūctis iniquita-
tibus eorum

B tibus eoꝝ in quibus deliquerunt mihi ꝛ ſpre-
uerunt me. Et erit mihi in nomē ꝛ in gaudiū
ꝛ in laudem ꝛ in exultationē cunctis gētibus
terre: que audierint oīa bona que ego factu-
rus ſuꝫ eis: ꝛ pauébunt ꝛ turbabunt ī vniuer-
al ✝ vobis ſis ✝ locis ꝛ in oī pace quā ego faciā ✝ eis. Hec
ſis ✝ ci dicit dñs. Adhuc audiet in loco iſto quē vos
dicitis eſſe deſertū eo ꝙ nō ſit homo nec iumē
tū in ciuitatibus iudá ꝛ foris hieruſalém que
deſoláte ſunt abſqꝫ hoīe ꝛ abſqꝫ habitatore ꝛ
abſqꝫ pécore: vox gaudij ꝛ vox letície: vox ſpō
ſi ꝛ vox ſponſe: vox dicentiū. Cōfitémini dño
exercituū: qm̄ bonus dñs: qm̄ ineternū miſeri
cordia eius: ꝛ portantiū vota in domo dñi. Re
dúcā enim cōuerſionē terre ſicut a principio:
dicit dñs. Hec dicit dominus exercituum.
Adhuc erit in loco iſto deſerto abſqꝫ hoīe ꝛ
abſqꝫ iuménto ꝛ in cūctis ciuitatibus eius ha
lo nō hꝫ bitáculū paſtoꝝ ✝ ꝛ accubántiū ✝ grégū in ci-
ka uitatibus mōtuóſis ꝛ ī ciuitatibꝰ cāpeſtribꝰ: ꝛ
ſo ✝ gre ī ciuitatibꝰ q̄ ad áuſtrum ſunt ꝛ in terra bénia
ꝯs. min ꝛ in circúitu hieruſalém ꝛ in ciuitatibus
C iudá adhuc trāſibūt greges ad manū nume-
rátis: ait dñs. Ecce dies veniét dicit dñs: ꝛ ſu
ſcitabo verbū bonū qđ locutus ſum ad domuꝫ
iſraél ꝛ ad domū iudá. In diebus illis ꝛ ī tpe
illo germinare faciā dauid gérmen iuſtitie: ꝛ
faciet iudiciū ꝛ iuſtitiā in terra. In diebus il-
lis ſaluabit iudá: ꝛ ✝ iſraél habitabit ꝯfidéter.
Et hoc eſt nomē qđ ✝ vocabunt eū: dñs iuſtus
noſter. Quia hec dicit dñs. Non interíbit de
dauid vir qui ſédeat ſuper thronū domus iſra
él ꝛ de ſacerdotibus ꝛ de leuitis nō iteríbit vir
a facie mea qui ófferat holocauſtómata ꝛ in-
céndat ſacrificiū ꝛ cédat victimas oībus die-
D bus. Et factū ē verbū dñi ad hieremiā dicēs.
Hec dicit dñs. Si irritū pōt fieri pactū meuꝫ
cum die ꝛ pactū meū cū nocte vt non ſit dies
ꝛ nox in tpe ſuo: ꝛ pactū meū írritū eſſe póte
rit cū dauid ſeruo meo: vt nō ſit ex eo filius q
regnet in thróno eius ꝛ leuite ꝛ ſacerdotes mi
niſtri mei. Sicut enumerari non poſſunt ſtelle
celi ꝛ metíri harénе maris: ſic multiplicabo
ſemen dauid ſerui mei: ꝛ leuitas miniſtros me
os. Et factū eſt verbū dñi ad hieremiā dicēs.
Nunqd nō vidiſti qd ppl's hic locutus ſit di-
cens: due cognationes quas elégerat dominꝰ
abiécte ſunt ꝛ ppluꝫ meū deſpexerūt: eo ꝙ nō
ſit vltra gens coraꝫ eis? Hec dicit dñs. Si pa-
ctum meuꝫ inter diē ꝛ noctemꝫ ꝛ leges celi ꝛ
terre nō poſui: eqdē ꝛ ſemē iacob ꝛ dauid ſer

uí mei pijciā vt nō aſſumā de ſemine eius pn-
cipes ſeminis abraám iſaác ꝛ iacób. Reducā
enim cōuerſionē eoꝝ: ꝛ miſerébor eis.

¶ Ca. Sū. ¶ Pena q2 non dimittunt ſeruos
ꝛ ancillas hebreas liberos ꝛ punitio: cum ta-
men promiſerunt in templo cum ſolennitate
vituli in duo ſciſſi. ¶ XXXIIII

A Verbum qđ factū eſt ad hiere-
miā a dño qñ nabuchodonoſór
rex babylónis ꝛ oīs exercitꝰ eiꝰ
vniuerſaqꝫ regna terre q̄ erant
ſub ptāte manus eius: ꝛ oēs po
puli bellábant ꝯtra hieruſalém
ꝛ ꝯtra oēs vrbes eius: dicens. Hec dicit domi-
nus deus iſraél. Uade ꝛ lóquere ad ſedechiaꝫ
regē iudá: ꝛ dices ad eū. Hec dicit dñs. Ecce
ego tradā ciuitatē hanc in manu regis baby-
lónis: ꝛ ſuccéndet eā igni. Et tu nō effúgies đ
manu eius: ſed cōprehenſione capiéris ꝛ ī ma
nu eius tradéris: ꝛ oculi tui oculos regis ba
bylónis vidébunt ꝛ os eius cū ore tuo loquét
ꝛ babylónē introíbis. Attamē audi verbū do
mini ſedechía rex iudá. Hec dicit dñs ad te.
Nō morieris in gladio: ſꝫ in pace moriéris: ſꝫ
cōbuſtiōes patrū tuoꝝ regū prioꝝ q fuerūt an
te: ſic cōbúrent te: ꝛ ve dñe plánget te: q2 ver-
bū hoc ego locutus ſum: dicit dñs. Et locutus
eſt hieremias ppheta ad ſedechiā regeꝫ iudá B
vniuerſa verba hec in hieruſalē: ꝛ exercitꝰ re-
gis babylónis pugnabat ꝯtra hieruſaleꝫ: ꝛ cō
tra oēs ciuitates iudá que rélique erāt: cōtra
lachís ꝛ ꝯtra azechá. He enim ſupérerant de
ciuitatibus iudá vrbes munite. Uerbū qđ fa-
ctū eſt ad hieremiā a dño poſtqꝫ percuſſit rex
ſedechias fédus cū oī populo in hieruſalē p-
dicans vt dimitteret vnuſquiſqꝫ ſeruū ſuuꝫ: ꝛ
vnuſquiſqꝫ ancillam ſuā. Hebréuꝫ ꝛ hebream
liberos: ꝛ nequaqꝫ dñarent eis: ideſt in iudéo
ꝛ fratre ſuo. Audierunt ergo oēs principes ꝛ
vniuerſus pplus q inierant pactū vt dimitte-
ret vnuſqſqꝫ ſeruū ſuū ꝛ ancillā ſuā liberos:
ꝛ vltra nō dominarent eis. Audierūt igit ꝛ di-
miſérūt. Et ꝯuerſi ſunt deínceps ꝛ retraxerūt
ſeruos ſuos ꝛ ancillas ſuas quos dimiſerunt
liberos ꝛ ſubiugauerūt ī famulos ꝛ famulas.
Et factū eſt verbū dñi ad hieremiā a dño di-
cens. Hec dicit dñs deus iſraél. Ego pcuſſi fe- C
dus cū prībus vrīs: in die qua eduxi eos đ ter
ra egýpti de domo ſeruitutis dicēs. Cū cōpléti Exo. 21. a.
fuerint ſeptē anni: dimittat vnuſquiſqꝫ fratrē Deut. 15. c.
ſuū hebréū qui vēditus eſt ei: ꝛ ſeruiet tibi ſex

annis: ꝛ dimittes eum a te liberū. Et non au-
dierūt pr̄es veſtri me: nec inclinauerūt aurē
ſuā. Et ↄuerſi eſtis vos hodie: ꝛ feciſtis qḋ re-
ctū eſt in oculis meis vt p̄dicaretis libertatē
vnuſqſq3 ad amicū ſuū: ꝛ iniſtis pactū in con
ſpectu meo in domo in qua inuocatū ē nomē
meū ſup eā. Et reuerſi eſtis ꝛ ↄmaculaſtis no
men meū: ꝛ reduxiſtis vnuſquiſq3 ſeruū ſuū
ꝛ vnuſquiſq3 ancillā ſuā quos dimiſeratis vt
eſſent liberi ꝛ ſue p̄tatis ꝛ ſubiugaſtis eos vt
ſint vobis ſerui ꝛ ancille. Propterea hec di-
cit dñs. Uos nō audiſtis me vt p̄dicaretis li-
bertatē vnuſquiſq3 fratri ſuo: ꝛ vnuſqſq3 ami
al' + vobis co ſuo. Et ego p̄dico libertatē + ait dñs ad gla
diū: ad peſtē ꝛ ad famē: ꝛ dabo vos in cōmo-
C tionē cūctis regnis terre. Et dabo viros q̄ p̄-
uaricant̄ fedus meū ꝛ nō obſeruauerūt v̄ba
federis q̄bus aſſenſi ſunt in ↄſpectu meo: vitu
lū quē ↄciderunt in duas partes: ꝛ trāſierunt
inter diuiſiones eius: principes iudā ꝛ princi-
pes hierl̄m eunuchi ꝛ ſacerdotes: ꝛ oīs p̄plus
terre qui trāſierunt inter diuiſiones vituli: ꝛ
dabo eos in manus inimicoꝝ ſuoꝝ ꝛ in man⁹
querentiū aīam eoꝝ: ꝛ erit morticiniū eoꝝ in
eſcā volatilib⁹ celi ꝛ beſtijs terre. Et ſedechiā
al' + ma-nu regē iudā ꝛ principes eius dabo in + man⁹ ini-
micoꝝ ſuoꝝ: ꝛ in + manus querentiū aīas eo-
al' + ma-nu rū: ꝛ in + manus exercituū regis babylonis q̄
receſſerūt a vobis. Ecce ego p̄cipio dicit dñs:
ꝛ reducā eos i ciuitatē hāc: ꝛ p̄liabunt̄ aduer
al' + eam ſum eā ꝛ capiēt eā: ꝛ icendēt + igni: Et ciuita-
tes iudā dabo i ſolitudinē eo q̄ nō ſit h̄itatoꝛ.

℄ Ca. Sum. ℄ Increpatur de inobedientia p
pter obedientiā filioꝝ ionadab filij rechab: re
chabitis maledictio p̄mittit̄: benedicit̄ ſtirps
ionadab filij rechab. ℄ XXXV

A Verbū qḋ factū eſt ad hieremiā
a dño in dieb⁹ ioachim filij io
ſie regis iudā dicens. Uade ad
domū rechabitārum ꝛ loquere
eis: ꝛ introduces eos in domū
dñi in vnā exedrā theſauroꝝ ꝛ
dabis ei bibere vinū. Et aſſumpſi iechoniā fi-
liū hieremie filij abſamē ꝛ fratres eius ꝛ oēs
filios eius ꝛ vniuerſam domū rechabitarū:
ꝛ introduxi eos in domū dñi ad gaçophila-
tiū filioꝝ anān filij ieçedelie hoīs dei qḋ erat
iuxta gaçophilatiū principum ſup theſaurū
maaſie filij ſellū qui erat cuſtos veſtibuli. Et
poſui corā filijs domus rechabitarū ciphos
al' + vini plenos + vino ꝛ calices: ꝛ dixi ad eos. Bibite
vinum. Qui r̄nderunt. Non bibemus vinū:
q̄ ionadāb filius rechāb pater noſter precē-
pit nobis dicens. Non bibetis vinū vos ꝛ filij B
veſtri vſq3 in ſempiternū. Et domū non edifi-
cabitis: ꝛ ſementem nō ſeretis: ꝛ vineas non
plantabitis nec habebitis: ſed in tabernaculis
habitabitis cunctis diebus veſtris: vt viuatis
diebus multis ſuper faciem terre in qua vos
peregrinamini. Obediuimus ergo voci iona
dāb filij rechāb p̄ris noſtri in oībus que p̄ce
pit nobis: vt non biberemus vinū cunctis die
bus n̄ris nos ꝛ mulieres noſtre filij ꝛ filie no
ſtre: ꝛ nō edificaremus domos ad habitādū:
ꝛ + vineā ꝛ agrū ꝛ ſementē non habuimus: al' + vine-as
ſed habitauimus in tabernaculis ꝛ obedientes
fuimus iuxta oīa q̄ p̄cepit nobis ionadāb p̄r
n̄r. Cū aūt aſcēdiſſet nabuchodonoſoꝛ rex ba-
bylonis ad terrā n̄ram: diximus. Uenite ꝛ i- C
grediamur in hieruſalē a facie exercit⁹ chal
deoꝝ ꝛ a facie exercitus ſyrie ꝛ manſimus in
hierl̄m. Et factū eſt verbū dñi ad hieremiam
dicens. Hec dicit dñs exercituū de⁹ iſrael. Ua 32.a.45.b
de ꝛ dic viris iudā: ꝛ habitatoꝛibus hierl̄m.
Nunquid nō recipietis diſciplinā: vt obedia-
tis verbis meis dicit dñs? Preualuerunt ſer-
mones ionadāb filij rechāb quos precepit fi
lijs ſuis vt non biberent vinū: ꝛ non biberūt
vſq3 ad diem hanc: q̄ obedierūt p̄cepto pa-
tris ſui. Ego aūt locutus ſum ad vos de mane
ↄſurgens ꝛ loquens: ꝛ nō obediſtis mihi. Mi
ſiq3 ad vos oēs ſeruos meos p̄phetas ↄſurgēs
diluculo mittēſq3 ꝛ dicēs. Conuertimini vnuſ- 26.b.18.b.33.b
quiſq3 a via ſua peſſima: ꝛ bona facite ſtudia ve
ſtra: ꝛ nolite ſeq̄ deos alienos neq3 colatis eos
ꝛ habitabitis in terra quā dedi vobis ꝛ p̄rib⁹
v̄ris. Et nō inclinaſtis aurē v̄ram neq3 audiſtis
me. Firmauerūt igitur filij ionadāb filij re- D
chāb preceptū patris ſui qḋ preceperat eis:
p̄pl's aūt iſte nō obediuit mihi. Idcirco hec di
cit dñs exercituū deus iſrael. Ecce ego addu
cam ſup iudā ꝛ ſuper oēs habitatores hierl̄m
vniuerſam afflictionem quā locutus ſum ad
uerſum illos: eo q̄ locutus ſum ad illos: ꝛ nō
audierūt: vocaui illos: ꝛ non r̄nderunt mihi.
Domui autem rechabitarū dixit hieremias.
Hec dicit dñs exercituū deus iſrael. Pro eo
q̄ obediſtis precepto ionadāb patris veſtri: ꝛ
cuſtodiſtis oīa mādata eius ꝛ feciſtis vniuer
ſa que precepit vobis: propterea hec dicit dñs
exercituum deus iſrael. Nō deficiet vir de ſtir-
pe ionadāb filij rechāb ſtans in cōſpectu meo

cunctis diebus.

¶ Ca. Sum. ¶ Hieremias de carcere mittit baruch cum libro: vt reuocet populū suum a via sua mala: ioachim comburit librū ꝛ alius scribitur contra eum. ¶ XXXVI

A
Et factū est in anno quarto ioachꝫ filij iosie regis iudá: factū est verbū hoc ad hieremiam a dño: dicens. Tolle volúmen libri: ꝛ scribes in eo oia verba q̄ locutus sum tibi aduersū israél ꝛ iúdam: ꝛ aduersuꝫ oēs gentes a die qua locutus sum ad te ex diebus iosie vsqꝫ ad diem hanc: si forte audiēte domo iudá: vniuersa mala que ego cógito fácere eis: reuertatur vnusquisqꝫ a via sua péssima: ꝛ propitius ero iniquitati ꝛ peccato eorum. Uocauit+ ergo hieremias barúch filium nerie+. Et scripsit barúch ex ore hieremie: omnes sermones dñi quos locutus est ad euꝫ in volúmine libri. Et precepit hieremias barúch dicens. Ego clausus sum: nec váleo ingredi domum domi-

alio+ igit / ad+ ad se

B
ni. Ingrédere ergo tu ꝛ lege de volumine in quo scripsisti ex ore meo verba domini audiente populo in domo domini in die ieiunij: insuper ꝛ audiente vniuerso iúda qui veniūt de ciuitatibus suis. Leges eis: si forte cadat oratio eorum in cōspectu domini: ꝛ reuertatur vnusquisqꝫ a via sua pessima: quoniam magnus furor ꝛ indignatio est quam locutus est dominus aduersus populum hunc. Et fecit barúch filius nerie iuxta omnia que preceperat ei hieremias propheta: legens ex volumine sermones domini in domo domini. Factum est aūt in anno quinto ioachim filij iosie regis iudá in mense nono predicauerunt ieiúnium in cōspectu domini populo in hierusalém ꝛ vniuerse multitudini que conflúxerat de ciuitatibus

C
iudá in hierusalém. Legitqꝫ barúch ex volumine sermones hieremie in domo domini ī gazophilátio gamarie filij saphan scribe in vestibulo superiori in introitu porte noue domus domini: audiente omni populo. Cumqꝫ audisset michéas filius gamarie filij saphán omnes sermones domini ex libro: descendit in domum regis ad gazophilácium scribe. Et ecce ibi omnes príncipes sedébant elisamá scriba ꝛ dalaías filius semeie: ꝛ helnathán filius achabór: ꝛ gamarías filius saphá: ꝛ sedechias filius ananie: ꝛ vniuersi príncipes. Et nunciauit eis michéas omnia verba que audiuit legēte barúch ex volúmine in áuribus ppl'i. Miserūt itaqꝫ oēs p̄ncipes ad barúch iudi filiū nathanie filij selemie filij chusi dicentes. Uolúmen ex quo legisti audiente ppl'o: sume in manu tua ꝛ veni. Tulit ergo barúch filius nerie volúmen in manu sua: ꝛ venit ad eos. Et dixerūt ad eū. Sede ꝛ lege hec in auribus nostris. Et legit barúch in aurib⁹ eorum. Igit̄ cū audissent omnia verba+ obstupuérunt vnusqsqꝫ ad proximum suum: ꝛ dixerunt ad barúch. Nunciare debemus regi oēs s̄mones istos. Et interrogauerūt eū: dicētes. Indica nobis: quomodo scripsisti oēs sermones istos ex ore eius. Dixit aūt eis barúch. Ex ore suo loquebat̄ quasi legēs ad me oēs s̄mones istos: ꝛ ego scribebā in volúmine atramēto. Et dixerūt p̄ncipes ad barúch. Uade ꝛ abscóndere tu ꝛ hieremias: ꝛ nemo sciat vbi sitis. Et ingressi sunt ad regem in átriuꝫ. Porro volumen cōmendauérunt in gazophilátio elisamé scribe ꝛ nūciauerūt audiēte rege oēs s̄mones. Misitqꝫ rex iudi vt súmeret volúmē. Qui tollēs illud de gazophilátio elisamé scribe legit audiente rege ꝛ vniuersis p̄ncipibus qui stabant circa regem. Rex autem sedébat in domo hiemali in mēse nono: ꝛ pósita erat árula coraꝫ eo plena prúnis. Cūqꝫ legisset iudi tres pagéllas vel quattuor: scidit illud scalpello scribe ꝛ proiécit in ignem qui erat sup árulam donec consumerétur omne volúmen igni qui erat in árula. Et non timuérunt neqꝫ scidérunt vestimenta sua rex ꝛ omnes serui eius qui audierūt vniuersos s̄mones istos. Ueruntamen helnathá ꝛ dalaías ꝛ gamarías contradixérunt regi ne combúreret librū: ꝛ non audiuit eos. Et precépit rex hieremiel filio amelech ꝛ saraie filio ezriél ꝛ selemie filio abdehél vt comprehénderēt barúch scribam ꝛ hieremiam prophetam. Abscondit autem eos dominus. Et factum est verbum domini ad hieremiam prophetam: postqꝫ combusserat rex volúmen ꝛ sermones quos scripserat barúch ex ore hieremie: dicens. Rursum tolle volúmē aliud: ꝛ scribe in eo omnes s̄mones priores q erant in p̄mo volúmine qd̄ cōbússit ioachím rex iudá: ꝛ ad ioachím regē iudá: dicēs. Hec dicit dñs. Tu combussisti volúmen istud: dicens: quare scripsisti in eo annuncians: festinus véniet rex babylonis: ꝛ vastabit terram hanc: ꝛ cessáre fáciet ex illa hominem ꝛ iuméntum. Propterea hec dicit

D (margin beside "si dicentes. Uolúmen ex quo legisti audiente")

alio+ hec.

E (margin beside "tis. Et ingressi sunt ad regem in átriuꝫ. Porro")

14. ob. i. e. nō afferamus

F (margin beside "Ueruntamen helnathá ꝛ dalaías ꝛ gamarías")

G (margin beside "iudá: dicēs. Hec dicit dñs.")

dominus deus contra ioachím regē iudá. Nō
erit ex eo qui ſedeat ſuper ſóliū dauíd: ⁊ cadá
uer eius pijciétur ad éſtū per diem ⁊ ad gélu
per noctē. Et viſitabo cōtra eū ⁊ cōtra ſemen
eius: ⁊ cōtra ſeruos eius iniqtates ſuas: ⁊ ad-
dúcam ſup eos ⁊ ſup habitatores hieruſalém
⁊ ſup viros iudá oē malū qd̄ locutus ſū ad
eos ⁊ nō audiérunt. Hieremías aūt tulit vo-
lúmen aliud ⁊ dedit illud barúch filio nerie
ſcribe q ſcripſit in eo ex ore hieremie oēs ſer-
mones libri quem cōbúſſerat ioachím rex iu
dá igni: ⁊ inſuper ádditi ſunt ſermones mul-
to plures qꝫ antea fúerant.

¶ Ca. Sū. ¶ Sedechias mādat orare ꝑ no-
bis dominū: ⁊ interim vult iſrael egredi: ca-
pitur: in carcerē mittitur: rex eū alloquitur
in veſtibulo carceris: ⁊ torta panis quotidie
datur. ¶ XXXVII

A E T regnauit rex ſedechias fi-
lius ioſie pro iechonia filio ioa-
chím quē conſtituit regem na-
buchodonoſór rex babylónis in
terra iudá: ⁊ nō obedíuit ipſe ⁊
ſerui eius: ⁊ populus terre ver-
bis domini que locut⁹ eſt in manu hieremie
pphete. Et miſit rex ſedechias iuchál filiū ſe-
melie ⁊ ſophoniā filiū maaſie ſacerdotem ad
Infra.42.a hieremiā pphetā: dicēs. Ora ꝑ nobis dn̄m de
um noſtrū. Hieremías aūt libere ambulabat
in medio ppli. Non enī miſerāt eū in cuſto-
diā cárceris. Igit̄ exércitus pharaónis egreſ
ſus eſt de egýpto. Et audiētes chaldei qui ob-
ſidébant hieruſalém huiuſcémodi nūciū re-
B ceſſerunt ab hieruſalém. Et factum eſt vbū
dn̄i ad hieremiā pphetam dicens. Hec dicit
dn̄s deus iſraél. Sic dicétis regi iudá q miſit
vos ad me interrogādū. Ecce exercitus pha-
raónis q egreſſus eſt vobis in auxiliū reuerte
tur in terram ſuā in egýptum: ⁊ rédient chal
dei: ⁊ bellabūt cōtra ciuitatem hanc: ⁊ capiēt
eam ⁊ ſuccéndent igni. Hec dicit dn̄s. Noli-
te decipere animas veſtras dicentes. Eūtes ab
ibunt ⁊ recédent a nobis chaldéi: q͛ non ab-
ibunt. Sed ⁊ ſi percuſſeritis omnē exercitum
chaldeórū qui preliātur aduerſū vos ⁊ dere
licti fuerint ex eis aliq vulnerati: ſinguli de tē
torio ſuo ꝯſurgent: ⁊ incéndent ciuitatē hāc
igni. Ergo cum receſſiſſent exercitus chaldeó
rū ab hieruſalē propter exercitū pharaónis
egreſſus eſt hieremias de hieruſalém: vt iret
in terrā beniamin ⁊ diuideret ibi poſſeſſionē
in ꝯſpectu ciuiū. Cumqꝫ perueniſſet ad portā C
beniamín erat ibi cuſtos porte per vices noīe
hierías filius ſelemie filij ananie: ⁊ apprehen
dit hieremiam pphetā dicens. Ad chaldéos
profúgis. Et reſpōdit hieremias. Falſum eſt:
non fugio ad chaldéos. Et non audiuit eū ſꝫ
comprehendit hierías hieremiam: ⁊ addúxit
eum ad principes. Quāobrē irati ꝑncipes cō
tra hieremiam céſū eum miſerunt in cárce-
rem qui erat in domo ionathán ſcribe. Ipſe ſup.26.a
enī prepoſitus erat ſuper cárcerem. Itaqꝫ in
greſſus eſt hieremías in domum laci ⁊ in er-
gáſtulum: ⁊ ſedit ibi hieremías diebus mul-
tis. Mittens autē ſedechias rex tulit eū: ⁊ in
terrogáuit eū in domo ſua abſcōdite: ⁊ dixit.
Putaſne eſt ſermo a domino? Et dixit hiere- D
mias.. Eſt. Et ait. In manus regis babylónis
tradéris. Et dixit hieremías ad regē ſedechiā.
Quid peccaui tibi ⁊ ſeruis tuis ⁊ populo tuo:
q͛ miſiſti me in domū cárceris. Ubi ſunt pro
phete veſtri qui prophetabāt vobis: ⁊ dicebant
nō veniet rex babylónis ſuper vos ⁊ ſuper ter-
ram hanc? Nunc ergo audi óbſecro dn̄e mi
rex. Ualeat deprecatio mea in conſpectu tuo:
⁊ ne me remittas in domū ionathe ſcribe ne
moriar ibi. Precepit ergo rex ſedechias vt tra al+veſti
derétur hieremías in + veſtibulū cárceris ⁊ bulo
daretur ei torta quotidie panis: excepto pul-
mento: donec ꝯſumeréntur oēs panes de ciui-
tate. Et māſit hieremías in veſtibulo cárceris.

¶ Ca. Sum. ¶ Principes petūt hieremiam
occidi: in lacū mittit̄ vbi nō erat aqua ſꝫ lutū:
abdemelech extrahit eū: ea que pri⁹ regi pre-
dicat rex iubet vt celet. ¶ XXXVIII

A Udiuit autem ſaphacias filius
madián ⁊ hiedelías filius phaſ
ſúr ⁊ iuchal fili⁹ ſelemie ⁊ phaſ
ſúr fili⁹ melchie ſmones quos
hieremías loquebat̄ ad omnē
populum: dicēs. Hec dicit dn̄s. ſ.21.b
Quicunqꝫ manſerit in ciuitate hac morietur
gladio ⁊ fame ⁊ peſte: qui autē profúgerit ad
caldéos viuet: ⁊ erit anima ei⁹ ſóſpes ⁊ viuēs.
Hec dicit dominus. Tradendo tradétur ciui
tas hec in manu exercitus regis babylónis: ⁊
capiēt eam. Et dixerunt principes regi. Roga
mus vt occidat̄ homo iſte. De indúſtria enī
diſſóluit manus virorum bellantiū qui remā
ſerunt in ciuitate hac: ⁊ manus vniuerſi popu
li loquens ad eos + vniuerſa verba hec. Siqui al+iurra.
dē homo iſte non querit pacē + populo huic al+ ppli huius.

B ſed malum. Et dixit rex ſedechias. Ecce ipſe
in manibus veſtris eſt. Nec eniz fas eſt vobis
quicq̃ʒ negare. Tulérunt ergo hieremiam ꝛ
al. + mal chie proiécerunt eum in lacum + helchie filij ame
léch qui erat in veſtibulo cárceris ꝛ ſubmiſé
runt hieremiam in fúnibus ꝛ in lacũ in quo
non erat aqua ſed lutum. Deſcendit itaqʒ hie
remías in cenum. Audiuit autẽ abdemeléch
éthiops vir eúnuchus q̃ erat in domo regis:
ꝙ miſiſſent hieremiam in lacum. Porro rex
ſedebat in porta beniamin. Et egreſſus eſt ab
demeléch de domo regis ꝛ locutus eſt regem
dicens. Domine mi rex male fecerũt viri iſti
omni quecunqʒ perpetrárunt contra hieremi
am prophetam: mittentes eum in lacũ vt mo
C riatur ibi fame. Non ſunt enim panes vltra
in ciuitate. Precepit itaque rex abdemeléch
ethiopi dicens. Tolle tecum hinc triginta vi-
ros: ꝛ leua hieremíam prophetam de lacu an-
teq̃ʒ moriátur. Aſſumptis ergo abdemeléch
ſecum viris ingreſſus eſt domum regis que
erat ſub cellário ꝛ tulit inde véteres pánnos
ꝛ antiqua veſtimenta que computrúerant: ꝛ
ſubmiſit ea ad hieremíam in lacum per funi
culos. Dixitqʒ abdemeléch éthiops ad hiere
D miam prophetã. Pone véteres pánnos ꝛ hec
ſciſſa ꝛ pútrida ſub cubito manuum tuaruʒ ꝛ
ſuper fúnes. Fecit ergo hieremias ſic. Et ex-
infra co. traxérunt hieremíam fúnibus: ꝛ eduxérunt
eum de lacu. Manſit autem hieremias in ve-
ſtíbulo cárceris. Et miſit rex ſedechias ꝛ tulit
ad ſe hieremíam prophetam ad óſtiuʒ tertiũ
qđ erat in domo domini. Et dixit rex ad hie-
remíam. Intérrogo ego te ſermonem ne ab-
ſcóndas a me aliquid. Dixit autem hieremí-
as ad ſedechíam. Si annunciauero tibi: nun-
quid non interfícies me? Et ſi conſilium dé-
dero tibi: non me áudies. Iurauit ergo rex ſe
E dechías hieremie clam dicens. Uiuit domi-
nus qui fecit nobis animam hanc: ſi occíde-
al. + mi. ro te ꝛ ſi tradídero te in + manus virorũ iſto-
rum qui querunt animam tuam. Et dixit hie
remias ad ſedechiã. Hec dicit dominus exer
cituum deus iſraél. Si ꝓfectus exíeris ad ꝓn
cipes regis babylónis viuet anima tua: ꝛ ci-
uitas hec non ſuccendétur igni: ꝛ ſaluus eris
tu ꝛ domus tua. Si autem non exíeris ad ꝓn-
cipes regis babylónis: tradétur ciuitas hec ĩ
manus chaldeórum: ꝛ ſuccendent eam igni:
ꝛ tu non effúgies de manũ eorum. Et dixit rex
ſedechias ad hieremiã. Sollicitus ſum ꝓpter

iudéos qui tranſfugérũt ad chaldéos: ne for- F
te tradar in manus eorũ: ꝛ illúdant mihi. Re-
ſpondit autem hieremías ꝛ dixit ei. Non te
tradent. Audi queſo vocem domini quã ego
lóquor ad te: ꝛ bene tibi erit: ꝛ viuet aĩa tua:
Q, ſi nolúeris égredi: iſte eſt ſermo quẽ oſtẽ-
dit mihi dominus. Ecce oẽs mulieres que re
manſerunt in domo regis iudá: educẽt ad
príncipes regis babylónis ꝛ ipſe dicẽt. Sedu-
xérunt te: ꝛ preualuerunt aduerſuʒ te viri pa-
cifici tui: demerſerunt te in céno ꝛ in lúbrico
pedes tuos: ꝛ receſſerũt a te. Et omnes vxores
tue ꝛ filij tui educentur ad chaldéos: ꝛ nõ ef-
fúgies mánus eorum: ſed in manu regis ba-
bylónis capiéris ꝛ ciuitatem hanc combú-
ret igni. Dixit ergo ſedechias ad hieremiaʒ. G
Nullus ſciet verba hec: ꝛ nõ moriéris. Si aũt
audierint principes quia locutus ſum tecum:
ꝛ vénerint ad te: ꝛ dixerint tibí: indica nobis
quid locutus ſis cum rege ne céles ꝛ nõ te in
terficiemus: ꝛ quid locutus eſt tecum rex: di-
ces ad eos. Proſtráui ego preces meas coraʒ
rege ne me redúci iubéret in domũ ionathã
ꝛ ibi mórerer. Uenerunt ergo omnes princi-
pes ad hieremíam: ꝛ interrogauerunt eũ. Et
locutus eſt eis iuxta omnia verba que precé-
perat ei rex. Et ceſſauerunt ab eo. Nihil enim
fuerat auditum. Manſit vero hieremías in
veſtíbulo carceris vſqʒ ad diem quo capta eſt
hieruſalem. Et factum eſt vt caperẽ hierlm.
¶ Capituli Summarium. ¶ Capta ciuita-
te ſedechias fugit: comprehẽditur excecatur: ſupra
nabuzardam ꝛ godoliã ꝛ paupres populi in
hierlm dimittit: ꝛ godolie cõmittit hieremiã
ꝓphetã abdemelech ſaluaẽ. ¶ XXXIX A
Anno nono ſedechie regis iu- infra 52.a 4 re.25.a
dá menſe decimo venit nabu-
chodonoſor rex babylonis ꝛ o-
mnis exercitus eius ad hieru-
ſalém ꝛ obſidébant eam. Un-
decimo autem anno ſedechie al. + nona
menſe quarto + quinta menſis: aperta eſt ciui
tas: ꝛ ingreſſi ſunt oẽs príncipes regis babyló
nis ꝛ ſedérũt in porta media: neregél ſerér ſe
megár nabúſeraſchin rabſacẽs neregél ſere-
gér rebmág ꝛ omnes réliqui príncipes regis
babylónis. Cũqʒ vidiſſet eos ſedechias rex iu
dá ꝛ omnes viri bellatores: fugérunt ꝛ egreſſi
ſunt nocte de ciuitate per viam horti regis: et
per portam que erat inter duos muros: ꝛ egreſ
ſi ſunt ad viam deſerti. Perſecutus eſt autem

eos exercitus chaldeoꝛum: ⁊ comprehendé-
runt ſedechiam in campo ſolitudinis hieri-
chontine: ⁊ captum adduxérunt ad nabucho
donoſoꝛ regem babylónis in reblatá que eſt
in terra emáth: ⁊ locutus eſt ad eum iudicia.
Et occidit rex babylónis filios ſedechie i re-
bláta in oculis eius ⁊ omnes nobiles iudá oc
cidit rex babylónis. Oculos quoq; ſedechie
éruit: ⁊ vinxit eum compédibus vt duceretur
in babylónem. Domum quoq; regis ⁊ domū
vulgi ſuccendérunt chaldei igni: ⁊ murū hie-
ruſalém ſubuertérūt. Et reliquias populi que
remánſerant in ciuitate: ⁊ profugos que trāſ-
fugerant ad eū ⁊ ſuperfluos vulgi qui remā-
ſerant tránſtulit nabuzardám magiſter mili-
C tum in babylónem: ⁊ de plebe pauperum qui
nihil pénitus habebant: dimiſit nabuzardám
magiſter militie in terra iudá: ⁊ dedit eis vi-
neas ⁊ ciſtérnas in die illa. Preceperat autem
nabuchodonoſoꝛ rex babylónis de hieremía:
nabuzardám magiſtro militum dicens. Tol-
le illam: ⁊ pone ſuper eū oculos tuos: nihilq;
al. ✝ facies ei mali facias: ſed vt voluerit ſic ✝ facias ei.
Miſit quoq; nabuzardam princeps militie ⁊
nabú ⁊ ſeſbám ⁊ rapſacés ⁊ neregél ⁊ ſere-
ſér ⁊ rebmág: ⁊ omnes optimátes regis ba-
bylónis miſerunt ⁊ tulérunt hieremiam d̄ ve
ſtibulo cárceris: ⁊ tradidérunt eū godolie fi
lio aicház filij ſaphán: vt intraret in domū ⁊
D habitaret in populo. Ad hieremiam autē fa-
ctus fuerat ſermo domini cū clauſus eſſet in
veſtibulo cárceris: dicēs. Vade ⁊ dic abdeme
lech ethyopi: dicēs. Hec dicit dñs exercituū
deus iſraél. Ecce ego indúcam ſermones me
os ſup ciuitatē hāc in malū ⁊ nō in bonum: ⁊
erūt i ɔſpectu tuo i die illa: ⁊ liberabo te i die
al. ✝ manu illa: ait dñs. Et non tradéris in ✝ manᵘ virórū
quos tu formidas: ſed éruēs liberabo te ⁊ gla-
dio non cádes: ſed erit tibi anima tua in ſalu
tem: q2 in me habuiſti fidúciam: ait dñs.
¶ Ca. Sum. ¶ De liberatione hieremie: de
godolia prepoſito populi: de ioanná qui predi
xit godolie q̄ hiſmael vellet eum occidere ⁊
ipſe non credidit. ¶ XL.

A Isa. 43 b. SErmo qui factus eſt ad hiere-
miam a domino poſtq̄ dimiſ-
ſus eſt a nabuzardán magiſtro
militie de ramá quādo tulit eū
vinctū cathenis in medio oī-
um qui migrabant de hieruſa-
lém ⁊ iúda: ⁊ ducebántur in babyloné. Tol-
lens ergo princeps militie hieremiam: dixit
ad eum. Dominus deus tuus locutus eſt ma-
lum ſuper locū iſtum: ⁊ adduxit ⁊ fecit domi
nus ſicut locutus eſt: quia peccaſtis domino ⁊
non audiſtis vocē eius ⁊ factus eſt vobis ſer-
mo hic. Nunc ergo ecce ſolui te hodie de ca-
thénis que ſunt in manibus tuis. Si placet ti-
bi vt venias mecum in babylónem veni: ⁊ po
nam oculos meos ſuper te. Si autē diſplicet
tibi venire mecum in babylónem: reſide. Ec Gen. 13 b
ce omnis terra in cōſpectu tuo eſt. Quod elé- B
geris ⁊ quo placúerit tibi vt vadas: illuc perge
⁊ mecum noli venire: ſed habita apud godo-
liam filium aichám filij ſaphán quem prepo
ſuit rex babylonis ciuitatibᵘ iude. Habita er-
go cum eo in medio populi: vel quocunq; pla
cúerit tibi vt vadas: vade. Dedit quoq; ei ma
giſter militie cibária ⁊ munúſcula: ⁊ dimiſit
eum. Venit autem hieremias ad godoliā fi-
lium aichám in maſphát: ⁊ habitauit cū eo
in medio populi qui relictus fuerat in terra.
Cū ✝ q2 audiſſent omnes principes exercitus q̄ al. ✝ ergo
diſperſi fuerant per regiones: ipſi ⁊ ſocij eorū
q̄ prefeciſſet rex babylonis godoliam filium C
aichám terre: q̄ cōmendaſſet ei viros ⁊ mu-
lieres ⁊ paruulos: ⁊ de pauperibus terre q̄ nō
fuerant tranſlati in babylonem: venerunt ad
godoliā in maſphát: ⁊ hiſmaél filius natha-
nie: ⁊ iohánán filius careé ⁊ ionathā ⁊ ſaré-
as filius thenoeméth ⁊ filij offi qui erant de
nethophati: ⁊ iechonias filius machati ipſi ⁊
viri eorū. Et iurauit eis godolias filius aichā
filij ſaphán ⁊ comitibus eorum dicens. Noli
te timére ſeruire chaldéis. Habitate in terra 4 re. 25 g
⁊ ſeruite regi babylónis: ⁊ bene erit vobis. Ec
ce ego hábito in maſphát: vt reſpondeā pre-
cepto chaldeoꝛum qui mittūtur ad nos. Vos
autem colligite vindémiam ⁊ méſſem ⁊ óle-
um ⁊ cóndite in vaſis veſtris: ⁊ manete in vr-
bibus veſtris quas tenetis. Sed ⁊ omnes iu-
dei qui erant in moáb ⁊ in finibus ammón ⁊
in iduméa ⁊ in vniuerſis regionibus: audito
q̄ dediſſet rex babylónis reliquias in iudéa: ⁊ D
q̄ prepoſuiſſet ſuper eos godoliam filium ai-
chā filij ſaphán reuerſi ſūt inq̄ omnes iudei
de vniuerſis locis ad que profúgerant: ⁊ vene-
runt in terram iudá ad godoliā in maſphát:
⁊ collegérunt vinum ⁊ meſſem multā nimis.
Johannám autem filius careé ⁊ omnes prin-
cipes exercitus qui diſperſi fuerant in regioni
bus: venerunt ad godoliam in maſphát: ⁊ di-

perunt ei. Scito q baalis rex filiorū ammón miſit hiſmaél filium nathanie percútere animam tuam. Et non crédidit eis godolías filius aichám. Johannám autem filius careé dixit ad godolíam ſeorſuz in maſphát loquens. Ibo ⁊ percútiam hiſmaél filiū nathanie nullo ſciente: ne interficiat animam tuam: ⁊ diſſipéntur omnes iudéi qui congregati ſunt ad te: ⁊ peribunt reliquie iuda. Et ait godolías filius aicház ad iohannám filium careé. Noli facere verbum hoc. Falſum enim tu lóqueris de hiſmaél.

❡ Capituli Summariū. ❡ Quomodo hiſmael occidit godolíam: ⁊ octoginta viros venientes in hieruſalem ſaluatis decem: iohannam filius caree fugat hiſmaelem cum octo viris qui fugiunt in egyptum. ❡ XLI

A Et factū eſt in menſe ſeptimo: venit hiſmaél fili⁹ nathanie filij eliſama de sémine regáli ⁊ óptimates regis: ⁊ decem viri cum eo ad godolíam filium aichā in maſphát: ⁊ comedérunt ibi panes ſimul in maſphát. Surrexit autem hiſmaél filius nathanie: ⁊ decem viri qui cum eo erant ⁊ percuſſérunt godolíaz filiū aicház filij ſaphán gladio: ⁊ interfecerunt eum quez preféceraт rex babylónis terre. Oēs quoq̃ iudeos qui erant cū godolía in maſphát ⁊ chaldeos qui repérti ſunt ibi: ⁊ viros bellatores percuſſit hiſmaél. Secūdo autem die poſtquā occíderat godolíam nullo adhuc ſciente: venerūt viri de ſychém ⁊ de ſyló ⁊ de ſamária: ⁊ octoginta viri raſi + barba ⁊ ſciſſis veſtibus ⁊ ſqualéntes: ⁊ múnera ⁊ thus habebát in manu vt offerrent in domo domini. *al's + barbam*

B Egreſſus ergo hiſmaél filius nathanie in occurſum eorū de maſphát: ⁊ incédens ⁊ plorans ibat: Cum autem occurriſſet eis: dixit ad eos. Venite ad godolíam filium aichám. Qui cuz veniſſent ad medium ciuitatis: interfecit eos hiſmaél filius nathanie circa medium loci: ipſe ⁊ viri qui erant cum eo: decem autem viri repérti ſunt inter eos: qui dixerunt ad hiſmaél. Noli occidere nos: quia habemus + theſáuros in agro fruméti ⁊ hordei + ⁊ olei ⁊ mellis. Et ceſſauit ⁊ non interfecit eos cum fratribus ſuis. Lacus autem in quez proiécerat hiſmaél oīa cadáuera virorū quos percuſſit ꝓpter godolíam: ipſe eſt quez fecit rex aſá ꝓpter baaſá regem iſraél. Ipſuz repleuit hiſmaél filius nathanie occiſis. *al's + theſaurum. al's nō hz + ⁊*

Et captiuas duxit hiſmael omnes reliquias populi qui erát in maſphát filias regis ⁊ vniuerſum populum qui remanſerant in maſphát: quos cōmendauerat nabuzardán princeps militie godolíe filio aichá. Et cepit eos hiſmaél fili⁹ nathanie: ⁊ abijt vt tranſiret ad filios ammón.

C Audiuit autem iohannā filius careé ⁊ omnes principes bellatorum qui erant cum eo omne malum qđ fecerat hiſmaél filius nathanie: ⁊ aſſumptis vniuerſis viris profecti ſunt vt bellarét aduerſuz hiſmaélem filium nathanie: ⁊ inuenerunt eū ad aquas multas que ſunt in gabaón. Cumq̃ vidiſſet oīs populus qui erat cum hiſmaél: iohānám filiū careé ⁊ vniuerſos principes bellatorum qui erant cum eo letati ſunt. Et reuerſus eſt omnis populus quem céperat hiſmaél in maſphát: reuerſuſq̃ abijt ad iohannám filium careé. Hiſmaél autez filius nathanie fugit cū octo viris a facie iohannám: ⁊ abijt ad filios ammón.

D Tulit ergo iohānám fili⁹ careé ⁊ omnes principes bellatorum qui erant cū eo vniuerſas reliquias vulgi quas redúxerát ab hiſmaél filio nathanie de maſphát: poſtq̃ percuſſit godolíam filium aichám fortes viros ad prelium: ⁊ mulieres ⁊ pueros ⁊ eunuchos quos reduxerat de gabaón: ⁊ abiérunt ⁊ ſedérunt peregrinātes in + chamaám q̄ ē iuxta bethleē: vt pérgerét ⁊ introirent egyptū a facie chaldeorū. Timebāt eniz eos: q: pcuſſerat hiſmaél filius nathanie godoliā filiū aicház quē ꝓpoſuerat rex babylonis in terra iudá. *al's + chamaam*

❡ Ca. Sū. ❡ Rogatur hieremias a pplo reliquiarū vt conſulat pro eis dnm: ⁊ rñdit: nolite intrare in egyptum. ❡ XLII

A Et acceſſerunt oēs principes bellatorū ⁊ iohannā filius careé ⁊ iechonias fili⁹ + ozie ⁊ réliquū vulgus a paruo vſq̃ ad magnū dixerúntq̃ ad hieremiam prophetam. Cadat oratio noſtra in cōſpectu tuo: ⁊ ora ꝓ nobis ad dnm deum tuū ꝓ vniuerſis reliquijs iſtis: q: derelicti ſumus pauci de pluribus: ſicut oculi tui nos intuent: ⁊ annunciet nobis dns deus tuus viam ꝑ quā pergamus: ⁊ verbū qđ faciamus. Dixit aūt ad eos hieremias ꝓpheta. Audiui. Ecce ego oro + ad deū + veſtrū ſm verba vra oē verbū qđcūq̃ rñderit mihi idicabo vobis: nec celabo vos qcq̄. Et illi dixerūt ad hieremiā. Sit dns inter nos teſtis veritatis ⁊ fidei: ſi non iuxta oē *al's + oſie* *ſup. 2 I. a 4. 37. d infra eo.* *al's nō hz + ad al's + noſtrum*

verbum in quo miſerit te dñs deus tuus ad nos: ſic faciemus ſiue bonum eſt ſiue maluȝ. Voci dñi dei noſtri ad queȝ mittimus te obediemus: vt bene ſit nobis cũ audierimus vocem dñi dei noſtri. Cum autem completi eēnt + decem dies: factum eſt verbum dñi ad hie- (al's+ ſeptē.) remiam. Vocauitqȝ iohãnã filium careē ⁊ omnes principes bellatoꝛum qui erant cũ eo ⁊ vniuerſum populum a minimo vſqȝ ad magnum: ⁊ dixit ad eos. Hec dicit dominus deus iſraél ad quem miſiſtis me vt proſternerē preces veſtras in conſpectu eius. Si quieſcentes manſeritis in terra hac: edificabo vos ⁊ non deſtruam: plantabo ⁊ non euellam. Jam enim placatus ſum ſuper malo qd̄ feci vobis. Nolite timere a facie regis babylonis queȝ vos pauidi formidatis. Nolite metuere eum dicit dominus quia vobiſcum ſum ego vt ſaluos vos faciam: ⁊ eruam de manu eius ⁊ dabo vobis miſericoꝛdias ⁊ miſereboꝛ veſtri: ⁊ habitare vos faciam in terra veſtra. Si auteȝ dixeritis vos: non habitabimus in terra iſta: (C) nec audiemus vocem domini dei noſtri dicētes: nequaq̃ȝ: ſed ad terram egypti pergemus vbi non videbimus bellum ⁊ clangoꝛem tube non audiemus: ⁊ famē non ſuſtinebimus: ⁊ ibi habitabimus: ꝓpter hoc nũc: audite verbum domini reliquie iudá. Hec dicit dominus deus exercituum iſraél. Si poſueritis faciem veſtram vt ingrediamini egyptum: ⁊ intraueritis vt ibi habitetis: gladius quē vos foꝛmidatis ibi compꝛehendet vos in terra egypti: ⁊ fames pro qua eſtis ſolliciti adherebit vobis in egypto: ⁊ ibi moꝛiemini. Omneſqȝ viri qui poſuerunt faciem ſuaȝ vt ingrediantur egyptum vt habitent ibi: moꝛientur gladio ⁊ fame ⁊ peſte: nullus de eis remanebit: nec effugiet a facie mali: quod ego afferam ſuper eos quia hec dicit dominus exercituũ deus iſraél. Sicut conflatus eſt furoꝛ meus ⁊ indignatio (al's. ꝛ. c. ie. hunuȝ ij) mea ſuper habitatoꝛes hierl̄m: ſic conflabitur indignatio mea ſuper vos: cum ingreſſi fueritis egyptum: ⁊ eritis in iuſiurandum ⁊ in ſtupoꝛem ⁊ in maledictum ⁊ in obpꝛobriuȝ: ⁊ nequaq̃ȝ vltra videbitis locum iſtum. Verbum domini ſuper vos reliquie iudá. Nolite intra- (D) re egyptum. Scientes ſcietis quia obteſtatus ſuȝ vobis hodie: quia decepiſtis animas vr̄as. Vos enim miſiſtis me ad dñm deum noſtrũ: dicentes. Oꝛa pro nobis ad dñm deum nr̄m: (Supra 40.) ⁊ iuxta omnia quecunqȝ dixerit tibi dñs deus noſter: ſic annuncia nobis ⁊ faciemus. Et annunciaui vobis hodie: ⁊ non audiſtis vocē domini dei veſtri ſuper vniuerſis ꝓ quibus miſit me ad vos. Nunc ergo ſcientes ſcietis: q2 gladio + ⁊ fame ⁊ peſte moꝛiemini: in loco ad quē (al's nõ hȝ + ⁊) voluiſtis intrare vt habitaretis ibi.

¶ Ca. Sum. ¶ De verbis hieremie ad populum: ducit iohãnam populum in egyptuȝ: ⁊ hieremias in cãpis lapides ſumit: ⁊ abſcondit vidente populo in cripta ⁊ dicit ſuper eos venturum regem babylonis. ¶ XLIII

FActum eſt aũt cum compleſſet (B) hieremias loquens ad populuȝ vniuerſos ſermones dñi dei eorum pro quibus miſerat eũ dominus deus eoꝛuȝ ad illos: oĩa verba hec dixit azarias filius + (al's+ oſe.) ozie: ⁊ iohãnã filius careē: ⁊ oēs viri ſuperbi: dicentes ad hieremiaȝ. Mēdacium tu loqueris. Non miſit te dñs deus noſter dicens: ne ingrediamini egyptum vt habitetis illic: ſed baruch filius nerie incitat te aduerſum nos vt + tradat nos in manus chaldeoꝛuȝ: ⁊ in- (B) terficiat nos ⁊ traduci faciat in babyloneȝ. Et (al's+ tradas. al's+ manibus.) non audiuit iohãnã filius careē ⁊ oēs principes bellatoꝛuȝ: ⁊ vniuerſus populus vocē domini vt manerent in terra iudá. Sed tollēs iohãnã filius careē: ⁊ vniuerſi ꝑnceps bellatoꝛum vniuerſos reliquiaruȝ iudá: qui reuerſi fuerant de cunctis gentibus ad quas fuerãt añ diſperſi: vt habitarent in terra iudá viros ⁊ (C) mulieres ⁊ paruulos ⁊ filias regis ⁊ oēm ani- (ſ. 40. c.) mam quã reliquerat nabuzardã ꝑnceps militie cũ godolia filio aichã filij ſaphã: ⁊ hieremiam pꝛophetam ⁊ baruch filium nerie ⁊ ingreſſi ſunt + in terrã egypti: q2 non obedierũt voci domini. Et venerunt vſqȝ ad taphnis. Et (al's nõ hȝ + in) factus eſt ſermo domini ad hieremiaȝ in + taphnis dicens. Sume tibi lapides grandes in (al's + taphnis) manu tua: ⁊ abſcōdes eos in cripta que eſt ſub muro latericio in poꝛta domus pharaonis in taphnis cernentibus viris iudeis: ⁊ dices ad eos. Hec dicit dominus exercituũ deus iſraél. (D) Ecce ego mittam ⁊ aſſumam nabuchodonoſoꝛ regem babylonis ſeruũ meum: ⁊ ponam thꝛonum eius ſuper lapides iſtos quos abſcōdi ⁊ ſtatuet ſolium ſuum ſuper eos. Venienſqȝ percutiet terrã egypti quos in moꝛte in + moꝛ- (al's+ moꝛtem.) te: ⁊ quos ĩ captiuitate in + captiuitate: ⁊ quos (al's+ captiuitatem.) in gladio in + gladio. Et ſuccendent ignem in (al's+ gladium) delubꝛis deoꝛuȝ egypti: ⁊ cõburet ea ⁊ capti-

al's+ uni eum vos ducet illos: ⁊ amicietur terra egypti ſicut
+amicitur paſtor pallio ſuo ⁊ egredieť ide in
pace. Et conteret ſtatuas domus ſolis que ſūt
in terra egypti: ⁊ delubra deorū egypti com
búret igni.

ℭ Ca. Sū. ℭ Propheta increpat populū: de
inobedientia ⁊ idolatria ⁊ cōminatur eis gla
dium ⁊ famē ⁊ mortem: mulieres reſpondēt
cum viris q̄ hieremiam non audient: ſed ſa
crificantes ſacrificabunt: q̄ deſtructi ſunt a do
mino datur ſignum captiuationis pharao-
nis. ℭ XLIIII

A Verbum qđ factum eſt ad hie-
al's nō hȝ +⁊ remiam + ⁊ ad omnes iudeos
qui habitabant in terra egypti
al's+mag dal habitantes in + mágdalo ⁊ in
al's+mag dolo +táphnis ⁊ i mémphis ⁊ i ter-
al's+ thi nis ra phaturēs: dicens. Hec dicit
dominus exercituū deus iſraél. Uos vidiſtis
omne malum iſtud quod adduxi ſuper hie-
ruſalem ⁊ ſuper omnes vrbes iudá: ⁊ ecce de
ſerte ſunt hodie ⁊ non eſt in eis habitator: pro
pter maliciam quam fecérunt: vt me ad ira-
cundiam puocárent: ⁊ irent ⁊ ſacrificarent ⁊
cólerent deos alienos quos neſciebant ⁊ illi ⁊
vos ⁊ patres veſtri. Et miſi ad vos omnes ſer
uos meos prophetas de nocte conſurgēs mit-
tenſqȝ ⁊ dicens. Nolite facere verbum abomi
nationis huiuſcémodi. Et non audierunt nec
inclinauerunt aurem ſuam: vt conuerterētur
a malis ſuis ⁊ non ſacrificarent dijs alienis.
Et conflata eſt indignatio mea ⁊ furor meus:
⁊ ſucceńſa eſt in ciuitatibus iudá ⁊ in platéis
hieruſalém: ⁊ verſe ſunt in ſolitudinem ⁊ va-
B ſtitatem ſm diem hanc. Et nunc hec dicit do-
al's + feci tis minus exercituū deus iſraél. Quare vos+ fá
citis malum grande hoc contra animas ve-
ſtras: vt intéreat ex vobis vir ⁊ mulier: pár-
uulus+⁊ láctens de medio iúde: nec relinqua-
al's nō hȝ +⁊ tur vobis quicq̄ȝ reſiduum: prouocantes me
in operibus manuū veſtrarū ſacrificādo dijs
alienis in terra egypti in quā ingreſſi eſtis vt
habitetis ibi: ⁊ diſpeátis: ⁊ ſitis i maledictio
nem ⁊ in oppróbrium cunctis gentibus ter-
re. Nunquid obliti eſtis mala patrum veſtro
rum ⁊ mala regū iudá: ⁊ malum vxorū+ eorū
al's+eius ⁊ mala veſtra ⁊ mala vxorū veſtrarum: que fe
cerunt in terra iudá ⁊ in regionibus hieruſa-
C lém? Non ſunt mundati vſqȝ ad diem hanc:
⁊ non timuerunt ⁊ non ambulauerunt in le-
al's+eius ge domini ⁊ in preceptis+ meis que dedi corā

vobis ⁊ corā patribus veſtris. Ideo hec dicit
dñs exercituum deus iſraél. Ecce ego ponam amos.9. infra 40.
faciem meam in vobis malū: ⁊ diſperdā oēs
iúdam. Et aſſumā reliquias iúde: qui poſue
runt facies ſuas vt ingrederenť terrā egypti:
⁊ habitarent ibi ⁊ conſumenť omnes in terra
egypti: ⁊ cadent in gladio ⁊ in fame. Conſu-
mentur a minimo vſqȝ ad maximū: in fame
⁊ in gladio morientur: ⁊ erunt in iuſiurandū
vt in miraculum ⁊ in maledictionem ⁊ in op
próbrium: ⁊ viſitabo ſuper habitatores terre D
egypti: ſicut viſitaui ſuper hieruſalem in gla-
dio ⁊ fame ⁊ peſte: ⁊ nō erit qui effúgiat ⁊ ſit
reſíduus de reliquijs iudeorū qui vadunt vt
peregrinéntur in terra egypti: ⁊ reuertantur
in terram iudá ad quā ipſi éleuant+aīas ſu- al's+ma nus
as vt reuertanť ⁊ habitent ibi. Non reuerten
tur niſi qui fugerint. Reſponderunt autē hie-
remie omnes viri ſcientes q̄ ſacrificarēt vxo
res eorum dijs alienis: ⁊ vniuerſe mulieres
quarum ſtabat multitudo grandis: ⁊ omnis
populus habitantium in terra egypti in pha-
turés dicentes: Sermonem quem locutus es
ad nos in nomine dñi+non audiémus ex te: al's+ dei noſtri
ſed facientes faciemus omne verbum quod
egrediétur de ore noſtro: vt ſacrificemus regi
ne celi: ⁊ libémus ei libámina: ſicut fécimus
nos ⁊ patres noſtri reges noſtri ⁊ pñcipes no
ſtri in vrbibus iudá ⁊ in platéis hieruſalém:
⁊ ſaturáti ſumus panibus ⁊ bene nobis erat:
malúqȝ non vidimus. Ex eo aūt tempore quo E
ceſſauimus ſacrificare regine celi ⁊ libáre ei
libámina+indiguímus omnibus: ⁊ gladio ⁊ al's+indi gemus
fame conſumpti ſumus. Quod ſi non ſacrifi- sup. 7.4.
camus regine celi: ⁊ libámus ei libámia: nū-
quid ſine viris noſtris faciemus ei placéntas
ad colendum eam ⁊ libámina ad libándum?
Et dixit hieremias ad omnem populum: ad-
uerſum viros ⁊ aduerſum mulieres ⁊ aduer-
ſum vniuerſam plebem qui reſponderant ei
verbum dicens. Nunquid non ſacrificiū qđ
ſacrificaſtis in ciuitatib⁹ iudá ⁊ in platéis hie
ruſalém: vos ⁊ patres vři reges veſtri ⁊ prin-
cipes veſtri: ⁊ populus terre: horū recordatus
eſt dñs ⁊ aſcendit ſuper cor eius: ⁊ non pote-
rat dñs vltra portare pݒter maliciam ſtudio- F
rū veſtrorū: ⁊ pݒter abominationes quas feci
ſtis ⁊ facta eſt terra veſtra i deſolationē ⁊ i ſtu-
pórem et in maledictū eo q̄ nō ſit habitator:
ſicut eſt dies hec. Propterea q̄ ſacrificaueri-
tis idolis et peccaueritis dño: et nō audiéritis

vocē dñi: ⁊ in lege ⁊ in pceptis ⁊ in teſtimoni
is eius nō ambulaueritis: idcirco euenérunt
vobis mala hec ſicut eſt dies hec. Dixit autem
hieremias ad oēm populum: ⁊ ad vniuerſas
mulieres. Audite verbū dñi oīs iudá q eſtis
in terra egypti. Hec inquit dñs exercituū de-
us iſraél: dicens. Uos ⁊ vxores veſtre locuti
eſtis ore veſtro: ⁊ manibus veſtris impleſtis: di
centes. Faciamus vota nr̄a que vouimus: vt
ſacrificemus regine celi: ⁊ libémus ei libá-
G mina. Impleſtis opera veſtra: ⁊ opere perpe-
Supra co. tráſtis ea. Ideo audite verbum dñi oīs iudá
qui habitatis in terra egýpti: Ecce ego iura-
ui in noīe meo magno: ait dñs: q̄ nequaq̄ vl
tra vocabitur nomen meum ex ore oīs viri iu
déi: dicentis. viuit dominus deus in omni ter
Se.xx.c. ra egýpti. Ecce ego vigilabo ſuper eos in ma-
lum ⁊ nō in bonū: ⁊ ɔſumentur oēs viri iudá q
al. + ol. ſunt in terra egýpti gladio ⁊ fame donec + pe
nitus conſumantur. Et qui fúgerint gladiū: re
uertentur de terra egýpti in terram iudá viri
pauci: ⁊ ſcient omnes reliquie iudá ingredié
tium terrā egýpti vt habitent ibi: cuius ſer-
mo compleatur: meus an illorum? Et hoc vo
bis ſignū: ait dominus q̄ viſitem ego ſup vos
in loco iſto vt ſciatis: quia vere complebuntur
ſermones mei contra vos in malum. Hec di-
cit dominus. Ecce ego tradam pharaónem
ephree regem egýpti in manu inimicorum eius
⁊ in manu querentium animā illius. ſicut tra
didi ſedechiam regem iudá in manu nabu-
chodonoſor regis babylonis inimici ſui: ⁊ q̄-
rentis animam eius.

¶ Ca. Sum. ¶ Increpatur baruch a hiere-
mia de puſillanimitate: ⁊ tamen ſalus ei pro-
mittitur. ¶ XLV

A Verbum quod locutus eſt hiere
mias propheta ad barúch filiū
nerie cū ſcripſiſſet verba hec in
libro ex ore hieremie āno quar
to ioachī filij ioſie regis iudá
dicens. Hec dicit dñs deus iſra
él ad te barúch. Dixiſti. Ue miſero mihi quo
niam áddidit dominus dolorem dolori meo.
B Laborani in gémitu meo: ⁊ requiem non in-
uéni. Hec dicit dominus. Sic dices ad eū. Ec
ce quos edificaui ego déſtruo: ⁊ quos plantá-
ui ego euéllo: ⁊ vniuerſam terram hanc. Et tu
al. + gau-
dea querís tibi + grandia. Noli quérere: quia ec-
ce ego adducam malū ſuper omnē carnē: ait
dominus: ⁊ dabo tibi animā tuā in ſalutē in
omnibus locis ad quecunq̄ preteris.

¶ Ca. Sū. ¶ Sermo domini ɔtra egyptum:
⁊ ciuitates eius q̄ deſtruende ſunt: premitti-
tur iacob ⁊ iſrael miſeratio ⁊ liberatio cum
amicis ſuis. ¶ XLVI

Quod factū eſt verbū dñi ad hie A
remiam prophetā contra gen-
tes: ad egyptū aduerſum exér-
citum pharaónis nechaó regis
egýpti qui erat iuxta fluuiū eu-
fráten in charchamis quē per-
cuſſit nabuchodonoſor rex babylónis in quar
to anno ioachim filij ioſie regis iudá. Prepa
ráte ſcutum ⁊ clýpeū: ⁊ precédite ad bellum.
Iúngite equos: ⁊ aſcendite équites: ſtate ī ga
leis: polite lánceas: indúite vos loricis. Quid
igitur? Uidi ipſos páuidos ⁊ térga vertentes:
fortes eorum ceſos. Fugerunt cónciti: nec re-
ſpexérunt. Terror vndiq̄: ait dominus. Non B
fúgiet velox: nec ſaluari ſe putet fortis. Ad aq
lonem iuxta flumen eufráten victi ſunt ⁊ rue
runt. Quis eſt iſte qui quaſi flumen aſcéndit:
⁊ veluti fluuiorū intuméſcunt gúrgites ei?
Egýptus flúminis inſtar aſcendit: ⁊ velut flū
mina mouebuntur fluctus eius: ⁊ dicet. Aſcē
dens opériā terram: perdam ciuitatem ⁊ ha-
bitatores eius. Aſcendite equos: ⁊ exultate in
cúrribus: ⁊ procedant fortes ethyópie ⁊ lýbie
tenentes ſcutum: ⁊ lidij arripiéntes ⁊ iacétes
ſagittas. Dies aūt ille domini dei exercituum C
dies vltiónis: vt ſumat vīdictā de inimicis ſu
is. Deuorabit gladius ⁊ ſaturabitur: ⁊ inebriá
bitur ſanguine eorum. Uictima enim dñi exercí
tuū in terra aquilonis iuxta flumen eufrátē.
Aſcende in galaád: ⁊ tolle reſínam virgo fi-
lia egýpti. Fruſtra + multiplicas medicámi- al. + mul tiplicaſti
na: ſánitas non erit tibi. Audierūt gētes igno al. + mul tiplicabis
miniam tuā: ⁊ vlulátus tuus repléuit terrā:
q̄ fortis impégit in fortem: + ⁊ ambo páriter al. ...
concidérunt. Uerbum quod locutus eſt domi + ...
nus ad hieremiam prophetā ſuper eo q̄ ventu D
rus eēt nabuchodonoſor rex babylōis ⁊ pcuſ
ſurus terrā egýpti. Annunciate egýpto: ⁊ au ſupra c.l.
ditum facite in + mágdalo ⁊ réſonet in mém al. + mag- dolo
phis ⁊ in + táphnis dicite. Sta ⁊ prépara te: q̄ al. + tha- nis
deuorabit gladius: ea que per circuitum tuū
ſunt. Quare compútruit fortis tuus. Non ſte
tit: q̄m dominus ſubuértit eū. Multiplicauit E
ruéntes: ceciditq̄ vir ad proximū ſuum. Et di
cent. Surge: ⁊ reuertamur ad populū noſtrū:
⁊ ad terrā natiuitatis noſtre a facie gladij co-

al'+ pha rao lumbe. Vocate nomen+pharaónis regis egý
pti: tumultum addúxit tēpus. Viuo ego inq̄t
rex dñs exercituum nomen eius q̄m ſicut tha
bó: in mōtibus: ⁊ ſicut carmélus in mari ve-
niet. Vaſa tranſmigrationis fac tibi habita-
trix filia egýpti: q: mémphis i ſolitudine erit
al'+ laſciuiens ⁊ deſerétur ⁊ inhabitabilis erit. Vitula+éle-
gans atq; formoſa egýptus: ſtimulator ab aq
lóne véniet ei. Mercenarij quoq; eius q ver-
ſabantur in medio eius quaſi vituli ſaginati
verſi ſunt ⁊ fugérūt ſimul nec ſtare potuerūt:
q: dies interſectionis eorū venit ſuper eos: tē-
F pus viſitationis eoꝝ. Vox eius quaſi éris ſo-
nabit: quoniā cum exercitu properabunt ⁊ cū
ſecúribus vénient ei: quaſi cedētes ligna ſuc-
cidérunt ſaltū eius ait dñs: qui ſupputári nō
poteſt. Multiplicati ſunt ſuper locuſtas: ⁊ non
eſt eis numerus. Confuſa eſt filia egýpti: ⁊ trā
dita in manus populi aquilónis dicit domi-
nus exercituū deus iſraél. Ecce ego viſitabo
ſuper tumúltū alexándrie ⁊ ſuper egýptum ⁊
ſuper deos eius: ⁊ ſuper reges eius ⁊ ſup pha-
raónem: ⁊ ſuper omnes qui confidunt in eo:
⁊ dabo eos in manus querentium animā eo-
rum: ⁊ i manus nabuchodonoſor regis baby
lónis: ⁊ in manus ſeruoꝝ eius. Et poſt hec ha-
bitabit ſicut diebus priſtinis: ait dominus. Et
G tu ne timeas ſerue meus iacób ⁊ ne páueas
ſupra 23. b iſraél. Quia ecce ego ſaluum te faciam de lon
Eſa. 44. a ginquo: ⁊ ſemen tuū de terra captiuitatis tue.
Et reuertétur iacób ⁊ requiéſcet ⁊ proſperábi
tur: ⁊ non erit qui extérreat eum. Et tu noli ti
mére ſerue meus iacób: ait dominus: q: tecū
ego ſum: q: ego conſúmam cūctas gentes ad
quas eiéci te. Te vō nō ꝯſúmā: ſed caſtigabo
te in iudicio nec quaſi innocenti parcā tibi.

¶ Ca. Sū. ¶ Sermo dñi ꝯtra paleſtinos: de
deſtructione eorum. ¶ XLVII

A Q Uod factū eſt verbum dñi ad
hieremiam ꝓphetam cōtra pa-
leſtinos anteq̄ȝ percúteret phá
rao gázam. Hec dicit domin⁹.
al'+ aſcēdent Ecce aque+ deſcendent ab aq-
lóne: ⁊ erunt quaſi tórrens inū
dans: ⁊ opérient terram ⁊ plenitudinē eius:
B vrbem ⁊ habitatores eius. Clamabunt hoīes
⁊ vlulabunt oēs habitatores terre a ſtrépitu
pompe armorum ⁊ bellatorū eius: a cōmotio-
ne quadrigárum eius: ⁊ multitudine rotárū
C illius. Non reſpexerunt patres filios manibus
diſſolútis: pro aduentu diei in quo vaſtabunt
omnes philiſthijm ⁊ diſſipabit tyrus ⁊ ſýdon
cum omnibus réliquis auxilijs ſuis. Depopu
latus eſt enim dominus paleſtinos: reliquias
inſule capadócie. Venit caluitiū ſup gazam:
conticuit áſcalon ⁊ reliquie vallis earū. Vſq;
quo cōcidéris: O mucro domini vſq; quo nō D
requiéſces? Ingrédere in vaginam tuam: re-
frigeráre ⁊ ſile. Quomodo quieſcet cum do-
minus precéperit ei: aduerſus áſcalon ⁊ eſt ad
uerſum marítimas eius regiones: ibiq; con-
dixerit illi.

¶ Ca. Sum. ¶ Sermo domini contra moab
⁊ ciuitates eius q̄ deſtruēde ſunt. ¶ XLVIII

A D moáb. Hec dicit dominus A
exercituum: deus iſraél. Ve ſu
per nabó quoniam vaſtata eſt
⁊ confuſa. Capta eſt cariathia-
rím: ꝯfuſa eſt fortis ⁊ trémuit.
Non eſt vltra exultatio in mo-
áb: contra eſebón cogitauerunt malum. Ve-
níte ⁊ diſperdámus eā de gente. Ergo ſilens
contiéſces: ſequetúrq; te gládius. Vox cla-
moris de oronaim: vaſtitas ⁊ cōtritio magna.
Cōtrita eſt moáb: annunciate clamorem pár
uulis eius. Per aſcenſum enim luith plorans
aſcendet in fletu: quoniā in deſcenſu oronaim
hoſtes vlulatum contritionis audierunt. Fugi
te ſaluate animas veſtras ⁊ eritis quaſi miri-
ce in deſerto. Pro eo enim q̄ habuiſti fiduciā ſupra a 17. d
in munitióibus tuis in theſauris tuis: tu quo B
q; capiéris. Et ibit chamós in tranſmigratio-
nem: ſacerdotes eius ⁊ principes eius ſimul.
Et véniet prédo ad omnē vrbem: ⁊ vrbs nul-
la ſaluabitur. Et peribunt valles: ⁊ diſſipabun
tur campéſtria: quoniam dixit dominus. Da
te florem moáb: quia florens egrediétur: ⁊ ci
uitates eius deſerte erunt ⁊ inhabitabiles.
Maledictus qui facit opus domini+ fraudu- ſ celebre. mī. c. j. in cle.
lénter: ⁊ maledictus qui prohibet gladiū ſu-
um a ſanguine. Fértilis fuit moáb ab adole- al'+ negligenter
ſcētia ſua: ⁊ requéuit in fecibus ſuis. Nec trāſ-
fuſus eſt de vaſe in vas: ⁊ in tranſmigrationē
nō abijt. Idcirco permāſit guſtus eius in eo:
⁊ odor eius non eſt immutátus. Proptérea
ecce dies veniunt dicit dominus: ⁊ mittā ei
ordinatores ⁊ ſtratóres laguncularum ⁊ ſtér-
nent eum: ⁊ vaſa eius exháurient ⁊ lagúncu- C
las eorum collídent. Et confundetur moáb a
chamós: ſicut confuſa eſt domus iſraél a be-
thél in qua habebat fidúciam. Quomodo di
citis fortes ſumus: ⁊ viri robuſti ad preliādū?

al's+aſcē- derunt Vaſtata eſt moáb ⁊ ciuitates illius + ſuccen-
derunt: ⁊ electi iuuenes eius deſcenderūt in
occiſionem: ait rex: dominus exercituum no
men eius. Prope eſt interitus moáb vt véni-
al'+occur ret at: ⁊ malum eius velóciter + occúrret nimis.
Conſolámini eum omnes qui eſtis in circúi
tu eius: ⁊ vniuerſi qui ſcitis nomen eius dici-
te. Quomodo confracta eſt virga fortis: bacu
lus glorioſus? Deſcēde de gloria ⁊ ſede in ſi-
ti habitatio filie dybón: quoniā vaſtator mo-
áb aſcēdet ad te: diſſipabit munitiones tuas.
In via ſta ⁊ próſpice habitatio aroér. Interro
ga fugientem: ⁊ ei qui euáſit dic qd áccidit.
Confuſus eſt moáb: quoniam victus eſt. Vlu
D láte ⁊ clamate: annunciate in arnón quoniā
vaſtata eſt moab: ⁊ iudicium venit ad terram
campéſtrem ſuper elón: ⁊ ſuper iaſá: ⁊ ſup me
ſphát: ⁊ ſuper dybón: ⁊ ſuper nabó: ⁊ ſuper do
mū deblathaim: ⁊ ſup cariathaim: ⁊ ſup beth
gam úl: ⁊ ſup bethmaón: ⁊ ſup carioth: ⁊ ſup
boſrá: ⁊ ſup oēs ciuitates terre moab que lon
ge ⁊ prope ſunt. Abſciſum eſt cornu moáb: ⁊
brachium eius contritū eſt: ait dominus. In
ebriáte eum quoniam contra dominum eré-
ctus eſt. Et allidet manum moáb in vómitu
ſuo: ⁊ erit in deriſum etiam ipſe. Fuit enim in
deriſum tibi iſraél: quaſi inter fures reperiſ-
ſes eum. Propter verba ergo tua que aduer-
ſum illum locutus es: captiuus ducéris. Re-
linquite ciuitates ⁊ habitate in petra habitato
res moáb: ⁊ eſtote quaſi columba nidificans
in ſummo ore foraminis. Audiuimus ſuper-
E biam moáb. Superbus eſt valde. Sublimita
Eſa.16.d. tem eius ⁊ arrogantiam ⁊ ſuperbiam ⁊ alti-
tudinem cordis eius ego ſcio: ait dominus.
Iactantiam eius eo ꝙ non ſit iuxta eam vírtꝰ
eius: nec iuxta quod poterat conáta ſit face-
re. Ideo ſuper moáb eiulábo ⁊ ad moáb vni
uerſam clamabo: ad viros muri fictilis lamē
tantes. De planctu iazér plorabo tibi vinea ſa
bamá. Propagines tue tranſierūt mare: vſqꝫ
ad mare iazér peruenerunt. Super méſſem
Eſa.16.c. tuam ⁊ vindémiam tuam predo írruit. Abla
ta eſt leticia ⁊ exultatio de carmélo ⁊ de terra
moáb: ⁊ vinum de torculáribus ſúſtuli. Ne-
quaquā calcator vue ſolitum celeuma canta-
al's+ieſa bit. De clamore eſebón vſqꝫ elealé ⁊ + iaſá de
dérunt vocem ſuam: a ſegor vſqꝫ ad oronaím
al's+con- vitulam + conſternántem aque vero nemrín
ternantes. péſſime erunt. Et áuferam de moáb: ait domi
F nus offerentem in excelſis: ⁊ ſacrificantē diis

eius. Propterea cor meum ad moáb quaſi tý al's nō
bia + eris reſonabit: ⁊ cor meum ad viros mu +eris
ri fictilis dabit ſónitum tybiárum: quia plus
fecit ꝙ potuit: Idcirco periérunt. Omne enim Eſa.15.d.
caput caluicium: ⁊ omnis barba raſá erit. In
cūctis manibus colligatio: ⁊ ſuper omne dor
ſum ciliciū. Et ſuper omnia tecta moáb ⁊ in
platéis eius omnis planctus: quoniā contri
ui moáb ſicut vas inútile: ait dominus. Quo
modo victa eſt ⁊ vlulauerunt? Quomodo
deiecit ceruicem moáb ⁊ confuſus eſt? Eritqꝫ
moáb in deriſum: ⁊ in exemplū omnibus in
circuitu ſuo. Hec dicit dominꝰ. Ecce quaſi á-
quila volabit: ⁊ exténdet alas ſuas ad moáb.
Capta eſt carióth ⁊ munitiones comprehenſe
ſunt. Et erit cor fortiū moáb in die illa: ſicut G
cor mulieris parturiéntis. Et ceſſabit moáb
eſſe populus: quoniam contra dominum glo
rificatus eſt. Páuor ⁊ fóuea ⁊ láqueus ſuper Eſa.24.c.
te o habitator moáb: ait dominus: qui + fúge al's+fuge
rit a facie pauóris cadet in fóueam: ⁊ qui con
ſcénderit de fóuea capietur láqueo. Addúcā
enim ſuper moáb annum viſitationis eorū:
ait dominus. In vmbra eſebón ſteterunt de lá
queo fugientes: quia ignis egreſſus eſt de eſe
bón: ⁊ flāma de medio ſeón: ⁊ deuoráuit par
tem moáb ⁊ vérticem filiorū tumultus. Ve
tibi moáb. Periſti popule chamós: qꝛ com-
prehénſi ſunt filii tui ⁊ filie tue in captiuitatē.
Et conuertam captiuitatem moáb in nouiſſi
mis diebus: ait dominus.

¶ Capituli Summarium. ¶ Sermo domí
ni cōtra ammon ⁊ ciuitates eius: de deſtructio
ne earum idumeam: ⁊ de vaſtatione eius con
tra damaſcum: item contra cedar ⁊ regna a-
ſor que percuſſit nabuchodonoſor rex babylo-
nis: item contra elam: de liberatione eius fi-
naliter. CXLIX

Hucuſqꝫ iudicia moáb. Ad fili- A
os āmón. Hec dicit dominus.
Nunqd nō filii ſunt iſraél: aut
héres nō eſt ei. Cur igitur here
ditate poſſedit melchón gád ⁊
populus eius in vrbibus eius habitauit: Jō ec
ce dies veniūt in te dicit dominus: ⁊ audítū
faciam ſuper rabbath filiorum ammón fré-
mitum prélii ⁊ erit in tumúltum diſſipata fi-
lieqꝫ eius igne ſuccendéntur: ⁊ poſſidebit iſra
él poſſeſſores ſuos: ait dominꝰ. Vlula eſebon
quoniā vaſtata eſt + haý. Clamate filie rab- al's+ar
báth: accingite vos ciliciis. Plágite ⁊ circuite

per ſepes: quoniam melchōn in tranſmigrationē ducetur. ſacerdotes eius ꝛ pncipes eiꝰ ſimul. Quid gloriaris in vallibus? Defluxit vallis tua filia delicata: que confidebas in theſauris tuis: ꝛ dicebas. Quis veniet ad me? Ecce ego inducam ſuper te terrorem: ait dominꝰ deus exercituum ab omnibus qui ſunt in circuitu tuo: ꝛ diſpergemini ſinguli a conſpectu
B veſtro: nec erit qui congreget fugiētes. Et poſt hec reuerti faciā fugientes ꝛ captiuos filiorū ammón: ait dominus. Ad iduméam. Hec dicit+dominus exercituum. Nunqd non vltra eſt ſapientia in themā? Periit cōſiliū a filiis. Inutilis facta eſt ſapientia eoꝝ. Fugite+ ꝛ terga vertite: deſcendite in voraginem habitatores dedá: quoniam perditionem eſaú addúxi ſuper eum: tempus viſitationis eius. Si vindemiatores eius veniſſent ſuper te non reliqſſent racémum: ſi fures in nocte rapuiſſent qꝺ ſufficeret ſibi? Ego vero diſcooperui eſaū: reuelaui abſcōndita eius ꝛ celari non poterit. Vaſtatum eſt ſemen eius: ꝛ fratres eius ꝛ vicini eius: ꝛ nō erit. Relinque pupillos tuos: ꝛ ego faciā eos viuere: ꝛ vidue tue in me ſperabūt:
C quia hec dicit dominus. Ecce quibus nō erat iudicium vt biberent calicem: bibentes bibēt ꝛ tu quaſi innocens relinqueris? Non eris innocens: ſed bibens bibes. Quia per memetipſum iuraui: dicit dominus: qꝺ in ſolitudinē ꝛ in obprobrium ꝛ in deſertū ꝛ in maledictionem erit boſrā: ꝛ omnes ciuitates eius erunt in ſolitudines ſempiternas. Auditum audiui a domino: ꝛ legatus ad gentes miſſus+ ſum. Congregámini ꝛ venite+contra eam: ꝛ cōſurgamus in prélium. Ecce enim paruulum dedi te in gentibus: contemptibilem inter homines. Arrogántia tua decépit te: ꝛ ſuperbia cor
D dis tui qui habitas in cauernis petre ꝛ apprehēndere niteris altitudinē collis. Cum exaltaueris quaſi áquila nidum tuum: inde detraham te dicit dominus. Et erit iduméa deſerta. Omnis qui tranſibit per eam ſtupébit ꝛ ſibilábit ſuper omnes plagas eius: ſicut ſubuerſa eſt ſódoma ꝛ gomorra ꝛ vicine eius: ait dominus. Non habitabit ibi vir: ꝛ nō incolet eā filius hominis. Ecce quaſi leo aſcendet de ſuperbia iordánis ad pulcritudinem robuſtam: qꝛ ſubito cúrrere faciam eum ad illam. Et qs erit electus: quem preponam ei? Quis enim ſimilis mei? Et quis ſuſtinebit me? Et qs iſte paſtor quis reſiſtat vultui meo? Propterea audite conſilium domini qꝺ iniit de edōn: ꝛ cogitationes eius quas cogitauit de habitatoribus themán. Si non deiecerint eos paruuli gregis: niſi diſſipauerint cum eis habitaculū eorū. A voce ruine eorū commota eſt terra: clamor in mari rubro auditus eſt vocis eius.
E Ecce quaſi aqla+aſcendet ꝛ euolábit: ꝛ expādet alas ſuas ſuper boſrám. Et erit cor fortiū idumeé in die illa quaſi cor mulieris parturiētis. Ad damáſcum. Confuſa eſt emáth ꝛ arphát: quia auditum peſſimū audiérunt. Turbati ſunt in mari pre ſolitudine: quieſcere nō potuit. Diſſoluta eſt damáſcus: verſa eſt in fugam: tremor apprehēndit eā. Anguſtia ꝛ dolores tenuerunt eum quaſi parturiēté. Quomodo dereliquerūt ciuitatem laudabilē: vrbem leticie? Ideo cadent iuuenes eius in plateis eius: ꝛ omnes viri prelii conticeſcent in die illa: ait dominus exercituum. Et ſuccēdā ignē in muro damáſci: ꝛ deuorábit ménia+benadáb. Ad cedár ꝛ ad regna aſór: que percuſſit nabuchodonoſor rex babylónis. Hec dicit
F dominus. Surgite ꝛ aſcendite ad cedár: ꝛ vaſtate filios orientis. Tabernacula eorum ꝛ greges eorum cápient: pelles eorum ꝛ omnia vaſa eorum ꝛ camélos eorū tóllent ſibi: ꝛ vocabunt ſuper eos formidinē in circuitu eius. Fugite abite vehementer: in voraginibus ſedēte qui habitatis aſor: ait dominus. Iniit enī cōtra vos nabuchodonoſor rex babylónis conſilium: ꝛ cogitauit aduerſus vos cogitationes. +Cōſurgite ꝛ aſcendite ad gentem quietā ꝛ habitantē confidenter: ait dominus. Nō oſtia nec vectes eis: ſoli habitant. Et erunt cameli eorum in direptionem ꝛ multitudo iumentorum in prédam: ꝛ diſpergam eos in omnem ventum qui ſunt attonſi in comā: ꝛ ex omni confinio eorum addúcam interitum ſup eos: ait dominus. Et erit aſor in habitaculum draconum deſerta vſqꝫ in eternum. Nō manebit
G ibi vir: nec incolet eam filius hominis. Qđ factum eſt verbum dñi ad hieremiam prophetā aduerſus elám in pncipio regni ſedechie regis iudá dicens. Hec dicit dominus exercituum. Ecce ego confringam arcū elám: ꝛ ſummam fortitudinem eorum: ꝛ inducam ſuper elám quattuor ventos a quattuor plagis celi: ꝛ ventilábo eos in omnes ventos iſtos: ꝛ non erit gens ad quā nō pueniant prófugi elám. Et pauere faciam elám coram inimicis ſuis: ꝛ in conſpectu querentiū animā eoꝝ: ꝛ ad-

Marginal notes: al's nō hꝫ +fugientes ꝛ. — al's+ dñs deus — al's nō hꝫ +ꝛ. — al's+eſt — al's+ad — Eſa.47.c. — abdie.1.d — S.18.c.ꝛ 16.c. — infra.50.e — al's+ descendet — al's+benadad. — al's+ſurgite.

ducam ſuper eos malum: irã furoris mei dicit dominus. Et mittam poſt eos gladiũ: donec conſumam eos: ⁊ ponam ſolium meum in elám: ⁊ perdam inde reges ⁊ principes: ait dominus. In nouiſſimis autem diebus reuerti faciam captiuos elám dicit dominus.

¶ Capituli Summarium. ¶ Sermo domini contra babylonem vocat medos ⁊ perſas: ⁊ eius deſtructionem predicit: reditũ populi iuda ⁊ iſrael: de captiuitate admiratio ponitur: de ſubuerſione babylonis ⁊ gladius vltionis pro iuda ⁊ hieruſalem. ¶ L

A Verbum qd̃ locutus eſt dñs de babylóne ⁊ de terra chaldeorũ in manu hieremie pphete. Annunciate in gentibus: ⁊ auditũ facite. Leuate ſignum: pdicate ⁊ nolite celáre: dicite. Capta ē bábylon: cõfuſus eſt bél: victus ē+ marodách. Confuſa ſunt oĩa ſculptilia+ eorũ: ſepata ſunt ídola eoꝝ. Qm̃ aſcendet contra eam gens ab aquilóne: que ponet terram eius in ſolitudinẽ: ⁊ non erit qui habitet in ea ab hoĩe vſqꝫ ad pecus: ⁊ moti ſunt ⁊ abiérunt. In diebus illis ⁊ in tempoꝛe illo: ait dominus: venient filij iſraél ipſi ⁊ filij iudá ſimul: ambulantes ⁊ flentes pperabunt ⁊ dñm deum ſuum+ quérent. In ſion interrogabũt viã: huc facies eorum venient: ⁊ apponéntur ad dominum fédere ſempiterno: qd̃ nulla obliuióne delébit. Grex pditus factus eſt populus meus: paſtores eorum ſeduxerũt eos: fecerũtqꝫ vagari in mõtibus. De monte in cóllem tranſierũt: obliti ſunt cubilis ſui. Oẽs qui inuenerũt comedérunt eos: ⁊ hoſtes eorũ dixerũt. Nõ peccauimus pro eo ꝙ peccauerũt dño decori iuſtitie ⁊+ expectationi patrũ eorũ a dño. Recédite de medio babylonis ⁊ de terra chaldeoꝛũ egredímini: ⁊ eſtote quaſi hedi ante greges. Qm̃ ecce ego+ ſuſcitabo ⁊ addúcam in babylónem ꝯgregationẽ gentiũ magnaꝝ de terra aqlónis ⁊ pꝛeparabuntur aduerſus eã: ⁊+ inde capiétur. Sagitta eius q̃ſi viri foꝛtis interfectoꝛis: nõ reuertetur vacua. Et erit chaldéa in prédam: oẽs vaſtantes eam replebunt: ait dominus. Qm̃ exultatis ⁊ magna loqmini diripientes hereditatem meam: qm̃ effuſi eſtis ſicut vituli ſuper herbam: ⁊ mugiſtis ſicut thauri. Cõfuſa eſt mater veſtra nimis: ⁊ adequáta púlueri que génuit vos. Ecce nouiſſima erit in gentibus: ⁊ deſerta inuia ⁊ árens. Ab ira domini nõ habitabitur: ſed redigétur tota in ſolitúdinẽ. Omnis qui+ tranſibit p babylónem ſtupébit ⁊ ſibilábit ſup vniuerſis plagis eius. Preparámini contra babylónem p circuitum. Oẽs qui ténditis arcum debellate eã: ⁊ nõ parcatis iáculis q: dño peccauit. Clamate aduerſus eã. Vbiqꝫ dedit manũ. Ceciderunt fundamenta eius: deſtructi ſunt muri eius: quoniam últio domini eſt. Vltionẽ accipite de ea. Sicut fecit: facite ei. Diſpdite ſatórem de babylóne ⁊ tenentẽ falcẽ in tpe méſſis a facie gladij colũbe. Vnuſquiſqꝫ ad populum ſuũ conuertetur: ⁊ ſinguli ad terram ſuã fúgient. Grex diſpſus iſraél leones eiecérunt eum. Primus comedit eum rex aſſúr: iſte nouiſſimus exoſſáuit eum nabuchodonoſoꝛ rex babylónis. Propterea hec dicit domin⁹ exercituum deus iſraél. Ecce ego viſitabo regẽ babylónis ⁊ terram eius: ſicut viſitaui regẽ aſſúr: ⁊ redúcam iſraél ad habitáculum ſuũ. Et paſcétur carmélus ⁊ baſán: ⁊ in monte effraim ⁊ in galaád ſaturábitur anima ei⁹. In diebus illis ⁊ in tépoꝛe illo: ait dominus: querétur iniquitas iſraél: ⁊ nõ erit: ⁊ peccatũ iudá ⁊ non inuenietur: quoniam propitius ero eis quos reliquero. Super terram dominantium aſcende: ⁊ ſuper habitatoꝛes eius viſita. Diſſipa ⁊ interfice que poſt eos ſunt: ait dominus: ⁊ fac iuxta omnia que pꝛecépi tibi. Vox belli in terra: ⁊ contritio magna. Quomodo confractus eſt ⁊ contritus málleus vniuerſe terre? Quomodo verſa eſt in deſertum bábylon in gentibus? Illaqueáui te ⁊ capta es bábylon ⁊ neſciebas: inuenta es ⁊ appꝛehénſa: qm̃ dominum puocaſti. Aperuit dñs theſauꝝ ſuũ ⁊ pꝛótulit vaſa ire ſue: quoniã opus eſt domino deo exercituũ in terra chaldeoꝛũ. Venite ad eam ab extremis finibus: aperite vt éxeant qui concúlcent eam. Tóllite de via lapides ⁊ redigite in acéruos: ⁊ interficite eam nec ſit quicqꝫ réliquum. Diſſipáte vniuerſos foꝛtes eius: deſcendent in occiſionem. Ve eis quia venit dies eorũ: tempus viſitationis eorum. Vox fugientium eoꝝ qui euaſérunt de terra babylónis: vt annuncient in ſion vltionẽ dñi dei noſtri: vltionẽ templi eius. Annũciate in babylónem plurimis: oĩbus qui tendunt arcum. Conſiſtite aduerſus eam per gyrũ: ⁊ nullus euádat. Réddite ei ſm opus ſuum: iuxta oĩa que fecit fácite illi: quia contra dominũ erecta eſt: aduerſum ſanctum iſraél.

[Marginalia: B; C; D; E; 26.q.4.ci. ſciendum in ſi.; al+ eius; al+ querentes; al+ expectatione.; al+ ſuſcito; al+ in vic; al+ triſti.; infra eo.; ſupra eo.]

Idcirco cádent iuuenes eius in platéis eius:
⁊ omnes viri bellatores eius conticeſcent in
die illa: ait dominus. Ecce ego ad te ſupbe: di
cit dominus deus exercituū: qꝛ veniet dies tu-
us tempus viſitationis tue. Et cádet ſuperbus
⁊ córruet: ⁊ non erit qui ſúſcitet eum. Et ſuc-
céndam ignem in vrbibus eius: ⁊ deuorabit
omnia in circuitu eius. Hec dicit dominꝰ exer
F cituum. Calumniam ſúſtinent filij iſraél ⁊ fi-
lij iudá ſimul. Omnes qui ceperunt eos tenét:
nolūt dimittere eos. Redemptor eoꝝ fortis:
dominus exercituū nomen eius. Judicio de-
fendet cauſaꝫ eoꝝ: vt extérreat terram: ⁊ com
moueat habitatores babylónis. Gladius ad
chaldeos: ait dominus: ⁊ ad habitatores baby
lónis: ⁊ ad principes ⁊ ad ſapientes eius. Gla
dius ad diuinos eius qui ſtulti erūt. Gladius
ad fortes illius q timebūt Gladius ad equos
eius ⁊ ad currus eius: ⁊ ad omne vulgus qđ
eſt in medio eius: ⁊ erūt quaſi mulieres. Gla
dius ad theſauros eius qui diripiéntur. Sic-
citas ſuper aquas eius erit ⁊ areſcent: qꝛ ter-
ra ſculptilium eſt: ⁊ in porténtis gloriantur.
Propterea habitabunt dracónes cum fatuis
al's+ ficca rijs. + ficárijs: ⁊ habitabunt in ea ſtrutiónes. Et
al's+ ad nō inhabitabitur vltra vſqꝫ+in ſempiternuꝫ:
al's+ deus nec extruétur vſqꝫ ad generationem ⁊ gene-
Ge.19.e G rationem. Sicut ſubuertit+ dominus ſódo-
mam ⁊ gomórrā ⁊ vicinas eius: ait dominus.
Non habitabit ibi vir: ⁊ nō incolet eam filꝰ
hoīs. Ecce populus veniet ab aquilone ⁊ gens
magna: ⁊ reges multi ꝯſurgent a finibus ter-
re. Arcum ⁊ ſcutū apprehēdent: crudeles ſūt
⁊ immiſericordes. Vox eoꝝ quaſi mare ſona
bit: ⁊ ſup équos aſcéndēt ſicut vir paratus ad
prélium contra te filia bábylon. Audiuit rex
babylónis famam eoꝝ: ⁊ diſſolúte ſunt ma
nus eius. Anguſtia apprehendit eū: dolor qua
ſi parturientem. Ecce quaſi leo aſcendet de ſu
perbia iordanis ad pulcritudinem robuſtam:
quia ſúbito cúrrere faciam euꝫ ad illam. Et
qs erit electus quem preponam ei? Quis eni
ſimilis mei: ⁊ quis ſuſtinebit me? Et quis eſt
Job.41.e iſte paſtor qui reſiſtat vúltui meo? Propterea
audíte conſilium domini qđ mente concépit
aduerſum babylóneꝫ ⁊ cogitationes eius q̄s
cogitauit ſuper terram chaldeórum. Niſi de-
tráxerint eos páruuli gregum: niſi diſſipatuꝫ
fúerit cum ipſis habitaculum eorum. A voce
captiuitatis babylónis commota eſt terra: ⁊
clamor inter gentes auditus eſt.

¶ Ca. Sū. ¶ De vento peſtilentie: ⁊ de cali-
ce aureo: de colliſione babyloniorum: de mor
te peſtifera: de aduentu quoqꝫ hoſtium contra
babylonem: de rege babylonis ⁊ chaldeis p-
pter quos deſtruitur babylon: ⁊ propter ido-
la: ⁊ de libro in quo ſcribit hieremias omnia
male ventura babylonis. ¶ LI

HEc dicit dñs. Ecce ego ſuſcita- A
bo ſuper babylonem ⁊ ſuper ha
bitatores eius qui cor ſuum le-
uauerunt contra me: quaſi ven
tum peſtiléntem: ⁊ mittā in ba
bylónem ventilatóres ⁊ venti-
lábunt eam. Et demoliéntur terraꝫ eius: qm̄
venerūt ſuper eā vndiqꝫ in die afflictiōis eiꝰ.
Non+téndat qui téndit arcum ſuum: ⁊ non al's+ habi tabus
aſcendet loricátus. Nolite párcere iuuenibꝰ
eius: interficite oēm malitiam eius. Et cadēt
interfécti in terra chaldeóꝝ: ⁊ vulnerati in
regionibus eius. Quoniaꝫ non fuit viduatus
iſraél: ⁊ iudá a domino deo ſuo dñō exercitu
um. Terra autem eorum repleta eſt delicto a
ſancto iſraél. Fúgite de medio babylónis: vt
ſaluet vnuſquiſqꝫ animam ſuam. Nolite tacé
re ſup iniquitatem eius: qm̄ tp̄s+vltionis eiꝰ
eſt a dñō: viciſſitúdinem ipſe retribuet ei. Ca al's+ vltio. nis ē dñō.
lix áureus babylón in manu dñi inébriās oēꝫ Eſa.21.c
terram. De vino eius biberunt gentes: ⁊ ideo apo.14.b
cōmote ſunt. Súbito cécidit bábylon ⁊ con-
trita eſt. Vlulate ſuper eam tóllite reſínaꝫ ad
dolorem eius: ſi forte ſanet. Curáuimus baby
lónem: ⁊ nō eſt ſanata. Derelinquamus eā: ⁊
eámus vnuſqſqꝫ in terram ſuaꝫ. Qm̄ puenit
vſqꝫ ad celos iudicium eius: ⁊ eleuatū eſt vſqꝫ
ad nubes. Prótulit dominus iuſtitias noſtras: B
venite ⁊ narremꝰ in ſión opus dñi dei noſtri.
Acuite ſagittas ⁊ implete pháretras. Suſci-
tauit dñs ſpiritum regum medoꝝ: ⁊ cōtra ba
bylónem mens eius eſt vt pérdat eam. Quo-
niam últio dñi eſt: vltio tēpli ſui. Rex medo-
rum contra babylónem a dñō ſuſcitat. Super
muros babylónis leuate ſignuꝫ: augete cuſto
diam. Leuáte cuſtodes: preparáte inſidias: qꝛ
cogitauit dominus ⁊ fecit quecunqꝫ locutus
eſt contra habitatores babylónis. Que habi-
tas ſuper aquas multas lócuples in theſauris
venit finis tuus pedális precisiónis tue. Jura- amos.6.c
uit dominus exercituum per aīam ſuam: qm̄
replebo te hominibus quaſi brúco: ⁊ ſup te ce
léuma cantabit. Qui fecit terram in fortitu-
díne ſua: ⁊ preparauit orbem in ſapiētia ſua: ⁊ ſu.10.b

prudentia ſua extēndit celos. Dante eo vocē
multiplicātur aque in celo. Qui leuat nubes
ab extremo terre: fúlgura in plúuiam fecit: ⁊
prodúxit ventos de theſáuris ſuis. Stultus fa
ctus eſt omnis homo a ſciā: ꝯfuſus eſt omnis
conflátor in ſcúlptili: quia méndax eſt ꝯflatio
eius: nec eſt ſpūs in eis. Uana ſunt opa ⁊ riſu
digna: in tempore viſitatiónis ſue peribunt.
Non ſicut hec ps iacób: q2 qui fecit oīa ipſe ē:
⁊ iſraél ſcept2 hereditatis eius dn̄s exercituū
C nomē eius. Collidis tu mihi vaſa belli: ⁊ ego
collidam in te gentes ⁊ diſperdā in te regna.
Et collidam in te equum ⁊ équitē eius: ⁊ col
lidam in te cúrrum ⁊ aſcenſorem eius: ⁊ col
lidam in te virum ⁊ mulierem. Et collidam
in te ſenem ⁊ puerum: ⁊ collidam in te iúue
nem ⁊ virginem. Et collidam in te paſtorem
⁊ gregem eius: ⁊ collidam in te agricolam ⁊
iugáles eius. Et collidam in te duces ⁊ magi
ſtratus. Et réddam babylóni in cunctis habi
tatoribus chaldeé omne malum ſuum qd̄ fe
cerunt in ſión in oculis veſtris: ait dominus.
Ecce ego ad te mons péſtifer: ait dominus: q
corrumpis vniuerſam terrā. Et extendā ma
num meam ſuper te: ⁊ euóluam te de petris:
⁊ dabo te in montem combuſtiónis. Et non+
tollent de te lapidem in ángulum: ⁊ lapidem
in fundamento: ſed perditus ineternum eris:
ait dominus. Leuáte ſignum in terra: clángi
te búccina in+mōtibus. Sanctificate ſup eā
gētes: annūciate cōtra illā regibus arárāth
menni ⁊ aſcenéc: numerate cōtra eā taphār.
Addúcite equū quaſi bruchū aculeátū. Sā
ctificate contra eam gentes: reges médie: du
ces eius: ⁊ vniuerſus magiſtratus eius cūctā
q3 terram ptātis eius. Et cōmouebitur terra
⁊ conturbabitur: quia euigilábit contra ba
bylónē cogitatio dn̄i: vt ponat terram baby
D lónis deſertam ⁊ inhabitabilem. Ceſſauerūt
fortes babylónis a prelio: habitauerūt in pre
ſidijs. Deuoratum eſt róbur eorum: + ⁊ facti
ſunt quaſi mulieres. Incenſa ſunt tabernacu
la eius: contriti ſunt véctes eius. Cúrrens ób
uiam currenti véniet: ⁊ nuncius óbuius nun
cianti: vt annúnciet regi babylónis: quia ca
pta eſt ciuitas eius a ſúmmo vſq3 ad ſúmmū:
⁊ váda preoccupata ſunt ⁊ paludes incēſe ſunt
igni: ⁊ viri bellatores conturbati ſunt. Quia
hec dicit dominus exercituum deus iſraél. Fi
lia babylónis quaſi área: tempus tritúre ei⁹.
Adhuc módicum: ⁊ veniet tempus meſſió

nis eius. Comédit me: deuorauit me nabucho
donoſór rex babylónis. Reddidit me quaſi
vas inane. Abſórbuit me quaſi draco: repléuit
ventrē ſuum teneritúdine mea: ⁊ eiecit me.
Iniquitas aduerſū me: ⁊ caro mea ſuper ba
bylonem dicit habitatio ſión: ⁊ ſanguis me⁹
ſuper habitatores chaldeé: dicit hieruſalém.
Propterea hec dicit dominus. Ecce ego iudi
cabo cauſam tuam et vlciſcar vltiónem tuā.
Et deſertum faciam mare eius: ⁊ ſiccabo ve
nam eius. Et erit babylón in tumúltos habi
tatio dracónū ſtupor ⁊ ſibilus: eo q2 nō ſit ha
bitator. Simul ⁊ leones rúgient: excútient cō
mas veluti cátuli leónū. In calore eorum po
nam potus eorum: ⁊ inebriabo eos vt ſopián E
tur ⁊ dórmiant ſomnum ſempiternum: ⁊ nō
conſurgāt: dicit dominus. Dedúcā eos quā
ſi agnos ad victimā: + ⁊ quaſi arietes cū he
dis. Quomodo capta eſt ſeſách: ⁊ comprehē
ſa eſt inclyta vniuerſe terre. Quomodo facta
eſt in ſtuporē bábylon inter gentes? Aſcēdit
ſuper babylónem mare: multitudine fluctuū
eius opérta eſt. Facte ſunt ciuitates ei⁹ in ſtu
porem: terra inhabitábilis ⁊ deſerta: terra in
qua nullus hábitet: nec tránſiet per eā filius
hominis. Et viſitabo ſuper bél in babylóne ⁊
eijciam quod+abſorbúerat de ore eius: ⁊ nō
confluent ad eam vltra gentes. Siquidem ⁊
murus babylónis corruet. Egredímini de me
dio eius populus meus: vt ſaluet vnuſquiſq3
animam ſuā ab ira furoris domini. Et ne for
te molléſcat cor veſtrum: ⁊ timeatis auditum
qui audiétur in terra. Et veniet in anno audí
tio ⁊ poſt hunc annum auditio ⁊ iniquitas in
terra: ⁊ dominator ſuper dominatorem. Pro
pterea ecce dies veniunt: ⁊ viſitabo ſuper ſcul
ptília babylónis: ⁊ omnis terra eius confun
detur: ⁊ vniuerſi interfecti eius cádent in me
dio eius. Et laudabunt ſuper babylónem celi
⁊ terra ⁊ omnia que in eis ſunt: quia ab aquí
lóne véniet ei predónes: ait dominus. Et quo
modo fecit bábylon vt cáderent occiſi in iſ F
raél: ſic de babylóne cadent occiſi in vniuer
ſa terra. Qui fugiſtis gládium: venite nolíte
ſtare. Recordámini procul domini: ⁊ hieru
ſalém aſcendat ſup cor veſtrū. Confuſi ſumus
quoniam audíuimus obprobrium. Opéruit
ignomínia fácies noſtras: qa venerūt alieni
ſup ſanctificationem domus dn̄i. Propterea
ecce dies veniūt: ait dominus: ⁊ viſitabo ſup
ſculptília babylónis: ⁊ in omni terra ei⁹ mu

giet vulnerátus.Si aſcénderit babylon in ce-
lum ⁊ firmáuerit in excelſo:róbur ſuum : ad
me véniét vaſtatores eius:ait dominus. Uox
clamoris de babylóne:⁊ ꝯtritio magna de ter
ra chaldeóꝝ:qm̄ vaſtauit dominus babyló-
nem:⁊ ꝑdidit ex ea vocé magnā:⁊ ſonabunt
fluctus eoꝝ quaſi aque multe.Dedit ſonitum
vox eoꝝ:q: venit ſup eā id eſt ſup babylónē
predo.Et apprehenſi ſunt fortes eius:⁊ emar-
cuit arcus eoꝝ:q: fortis vltor dñs réddés re-
tribuet.Et inebriabo ꝑncipes eius: ⁊ ſapiétes
eius duces ei⁹: ⁊ magiſtratus ei⁹ ⁊ fortes ei⁹.
Et dormient ſomnū ſempiternū:⁊ nō expgi-
ſcétur:ait rex dñs exercituū nomen eius.Hec
B dicit dñs exercituum.Murus babylónis ille
latiſſimus ſuffoſſióne ſuffodiétur ⁊ porte eius
excelſe igne comburéntur:⁊ labores populoꝝ
ad nihilum ⁊ gentium in igné erūt:⁊ diſperi-
būt.Uerbū qd̄ precépit hieremias+ ꝓpheta (al+ ꝓphetes.)
ſaraie filio nerie filij maaſie cum pgeret cū
ſedechia rege in babylónem in anno quarto
regni eius.Saraias autē erat princeps prophe
tie.Et ſcripſit hieremias omne malū qd̄ vé-
turum erat ſup babylonem in libro vno oīa
verba hec que ſcripta ſunt ꝯtra babylóné . Et
dixit hieremias ad ſaraiā.Cū véneris in ba
bylónem ⁊ videris ⁊ légeris oīa verba hec:di
ces.Dñe tu locutus es cōtra locū iſtum: vt di
ſpérderes eū ne ſit qui in eo hábitet ab hoīe
vſqꝫ ad pecus:⁊ vt ſit ꝑpetua ſolitúdo.Cūqꝫ cō
pléueris legere librum iſtum:ligábis ad eū
lápidé ⁊ proijcies illum in+ mediū eufraten: (al+ medio.)
⁊ dices.Sic ſubmergétur bábylon:⁊ non con
ſurget a facie afflictiōis quā ego addúco ſup
eā:⁊ diſſoluétur.Hucuſqꝫ v̄ba hieremie.

¶ Cap.Sum. ¶ Capitur hieruſalem a chaldeis apprehenditur:⁊ exoculatur ſedechias: nabuzardan incendit ciuitatem: ⁊ templum ſpoliat:rex ioachim educitur de carcere ſuper babylonem:⁊ conſtituuntur ei cibaria a rege babylonis. ¶ LII

A (4.re 24.d 2.pa.36.d)
Filius viginti ⁊ vnius anni erat
ſedechias cū regnare cepiſſet:⁊
vndeciꝫ annis regnauit in hie-
ruſalém.Et nomé matris eius
amithál:filia hieremie de lob-
ná.Et fecit malū in oculis dñi
iuxta oīa que fecerat ioachim qm̄ furor dñi
erat in hierl'm ⁊ in iuda vſqꝫquo ꝓijceret eos
a facie ſua.Et receſſit ſedechias a rege baby- (4.39.a 4 reg.25.a)
lónis.Factum eſt autem in anno nono regni
eius in menſe decimo:decima die menſis ve
nit nabuchodonoſor rex babylónis ipſe ⁊ oīs
exercitus eius aduerſus hierl'm:⁊ obſedérunt
eam ⁊ edificauerūt ꝯtra eā munitiónes in cir
cuitu:⁊ fuit ciuitas obſeſſa vſqꝫ ad vndecimū
annū regni ſedechie.Meſe autē quarto nona B
die méſis obtinuit fames ciuitaté: ⁊ nō erant
alimenta pplo terre. Et dirúpta eſt ciuitas ⁊
omnes viri bellatores eius fugérūt:exierūt-
qꝫ de ciuitate nocte p viam porte que eſt inter
duos muros ⁊ ducit ad hortū regis: chaldéis
obſidentibus vrbé in gyro ⁊ abierūt p viā q̄
ducit in erémū.Perſecutus eſt aūt chaldeó-
rū exercit⁹ regē:⁊ apphenderūt ſedechiam in
deſerto qd̄ eſt iuxta hierichó: ⁊ oīs comitát⁹
eius diffúgit ab eo.Cūqꝫ cōprehendiſſent re-
gē:adduxerūt eū ad regē babylónis in rebla-
ta que eſt in terra emáth:⁊ locut⁹ eſt ad eum
iudicia.Et iuguláuit rex babylónis filios ſe-
dechie in oculis eius:ſed ⁊ oēs ꝑncipes iudá
occidit in reblatá.Et oculos ſedechie éruit:⁊
vinxit eū cōpédibus:⁊ addúxit eū rex baby- C
lónis in babylóné:⁊ poſuit eū in domo cárce
ris vſqꝫ ad dieꝫ mortis ſue. In méſe autē qn-
to decima+ méſis ipſe eſt ānus nonuſdecim⁹ (al+ die di.44. c.l. 16.di.ie iunius.)
nabuchodonoſor regis babylónis:venit nabu
zardā ꝑnceps militie q ſtabat corā rege baby
lónis in hierl'm:⁊ incédit domū dñi ⁊ domū
regis ⁊ oēs domus hierl'm:⁊ oém domū ma-
gnā igne cōbuſſit:⁊ totū murū hierl'm per cir
cuitū deſtrúxit cūctus exercitus caldeóꝝ qui
erat cū magiſtro militie.De paupibus aūt po D
puli ⁊ de reliquo vulgo qd̄ remáſerat in ciui
tate:⁊ de perfugis qui tranſfúgerant ad regē
babylónis:⁊ ceteros de multitudine trāſtulit
nabuzardā ꝑnceps militie.De pauperibus v̄o
terre reliquit nabuzardā ꝑnceps militie vini
tores ⁊ agrícolas. Colūnas quoqꝫ éreas que
erant in domo dñi ⁊ báſes ⁊ mare éneum qd̄
erat in domo dñi confregérunt chaldéi:⁊ tu-
lérunt omne es eoꝝ in babylónē.Et lebétes
⁊ creagras ⁊ pſaltéria ⁊ phialas ⁊ mortariola
⁊ omnia vaſa érea que in miniſtério fúerant
tulerūt ⁊ hydrias ⁊ thymiamatéria ⁊ úrceos
⁊ pélues⁊ candélabra:⁊ mortária ⁊ cyathos.
Quotquot áurea áurea:⁊ quotquot argétea E
argéntea.Tulit magiſter militie colūnas du-
as ⁊ mare vnum ⁊ vitulos duódecim éreos q
erant ſub baſibus:quas fecerat rex ſálomon
in domo dñi.Nō erat pondus éris oīū horū
vaſoꝝ.De colūnis autem:decē ⁊ octo cubiti

altitudinis erát in colūna vna: ⁊ funícul⁹ duo
deciꝫ cubitoꝝ circuibat eaꝫ. Porro groſſitudo
ei⁹ q̄ttuor digitoꝝ ⁊ itrinſec⁹ cáua erat: ⁊ capi
téllã ſup+vtráqꝫ érea. Altitudo capitélli vni⁹
qnqꝫ cubitóruꝫ ⁊ retiácula ⁊ malogranáta ſu
per coroná in circúitu: oīa énea. Et fuerūt ma
F logranáta nonagintaſex dependétia: ⁊ oīa malo
granata centum retiáculis circundabanť. Et
tulit magiſter militie ſaraíaꝫ ſacerdotē primū
⁊ ſophoniam ſacerdotē ſecūduꝫ: ⁊ tres cuſto
des veſtibuli. Et de ciuitate tulit eunúchū vnū
qui erat prepoſitus ſuper viros bellatores: ⁊ ſe
ptem viros de his qui videbant facieꝫ regis q̄
inuenti ſunt in ciuitate: ⁊ ſcribā pncipem mi
litū qui pbabat tyrónes: ⁊ ſexaginta viros de
populo terre: q̄ inuēti ſunt in medio ciuitatis.
Tulit autē eos nabuzardán magiſter militie:
⁊ duxit eos ad regē babylónis in reblatá. Et
pcuſſit eos rex babylónis: ⁊ iterfecit eos in re
blatá in terra emáth. Et tráſlatus eſt iudá de
G terra ſua. Iſte eſt populus quē tránſtulit na
buchodonoſór in ãno ſeptimo iudeos tria mi
lia ⁊ vigintitres. In ãno octauodecimo nabu
chodonoſór tránſtulit de hieruſalém animas
octingéntas trigintaduas. In anno viceſimo
tertio nabuchodonoſór: tráſtulit nabuzardán
magiſter militie animas iudeoꝝ ſeptingentas
quadragintaqnqꝫ. Omnes ergo anime quat
tuor milia ſexcente. Et factum eſt in triceſimo
ſeptimo anno tráſmigrationis ioachín regis
iudá duodecimo méſe viceſimaqnta menſis:
eleuauit euilmerodách rex babylónis ipo an
no regni ſui caput ioachín regis iude: ⁊ edú
xit euꝫ de domo cárceris: ⁊ locutus eſt cuꝫ eo
bona. Et poſuit thronuꝫ eius ſuper thronos re
gum qui erát poſt ſe in babylóne: ⁊ mutauit
veſtimenta cárceris eius: ⁊ comedebat panē
coram eo ſemper cunctis diebus vite ſue. Et
cibaria eius cibaria ppetua dabantur ei a re
ge babylónis ſtatúta per ſingulos dies vſqꝫ ad
diem mortis ſue cunctis diebus vite eius.

¶ Explicit liber hieremie prophete.



¶ Incipiunt threni: id eſt lamentationes hie
remie: que cynóth hebrayce inſcribuntur.

Et factum eſt poſtquam in ca
ptiuitatem redactus eſt iſraél:
⁊ hieruſalém deſerta eſt: ſedit
hieremías ppheta flens ⁊ plán
xit lamentatione hac in hieru
ſaléꝫ: ⁊ amaro animo ſuſpirás
⁊ éiulans dixit.

Aleph. ¶ Capitulum

A Quomodo
ſedet ſola ciuitas plena
populo? Facta eſt quaſi
vidua domina géntiuꝫ:
princeps prouinciaruꝫ
facta eſt ſub tributo.

Beth. Plorans plo
rauit in nocte: ⁊ lachry
me eius in maxillis ei⁹.

Non eſt qui conſoletur eam: ex omnibus cha
ris eius. Omnes amici eius ſpreuérunt eam:
⁊ facti ſunt ei inimici. Gymel. Migrauit iu
das propter afflictionẽ ⁊ multitudinem ſer-
uitutis: habitauit inter gentes nec inuenit re
quiem. Omnes perſecutores eius apprehẽde-
runt eam: inter anguſtias. Deleth. Uie ſyon
lugent: eo ꝙ nõ ſint qui veniant ad ſolẽnita-
tem. Omnes porte eius deſtructe: ſacerdotes
B eius gementes. Uirgines eiꝰ ſqualide: ⁊ ipſa
oppreſſa amaritudine. He. Facti ſunt hoſtes
eius in capite: inimici eiꝰ locupletati ſunt: qꝛ
dominus locutus eſt ſuper eam propter mul-
titudinem iniquitatũ eius. Paruuli eius du
cti ſunt in captiuitatem: ante faciem tribulan
tis. Uau. Et egreſſus eſt a filia ſyon: omnis
decor eius. Facti ſunt pͥncipes eius velut arie
C tes non inuenientes paſcua: ⁊ abierunt abſqꝫ
al+ zain fortitudine ante faciem ſubſequentis.+ Zai.
al+ Et recordata +Recordata eſt hieruſalem dierum afflictio
nis ſue: ⁊ preuaricationis omnium deſidera-
bilium ſuorum que habuerat a diebus anti-
quis: cum caderet populus eius in manu ho
ſtili: ⁊ non eſſet auxiliator. Uiderunt eam ho-
ſtes: ⁊ deriſerunt ſabbata eius. Heth. Pecca
tum peccauit hieruſalem propterea inſtabi-
lis facta eſt. Omnes qui glorificabant eã ſpre
uerunt illam: quia viderunt ignominiã eiꝰ.
Ipſa autẽ gemens: ⁊ conuerſa eſt retrorſũ.
Teth. Sordes eius in pedibus: nec recorda-
ta eſt finis ſui. Depoſita eſt vehementer: non
habens conſolatorẽ. Uide domine afflictio-
nem meam: quoniam erectus eſt inimicus.
D Ioth. Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia
deſiderabilia eius: quia vidit gentes ingreſ-
ſas ſanctuarium ſuum: de quibus preceperas
ne intrarent in eccleſiam tuam. Caph. O-
mnis populus eius gemens: ⁊ querens panẽ.
Dederunt precioſa queqꝫ pro cibo: ad refocil
landum animam. Uide domine ⁊ conſide-
al+ Lamed ra: quoniam facta ſum vilis.+ Lamech. O
vos omnes qui tranſitis per viam: attendite
⁊ videte: ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Quoni
am vindemiauit me vt locutus eſt dominus:
in die furoris ſui. Mem. De excelſo miſit
ignem in oſſibus meis: ⁊ erudiuit me. Expã
dit rhete pedibus meis: conuertit me retror-
ſum. Poſuit me deſolatam tota die: merore
E confectam. Nun. Uigilauit iugum iniquita
tum mearum in manu eius: conuolute ſunt
⁊ impoſite collo meo. Infirmata eſt virtꝰ mea

dedit me dominus in manu de qua non pote
ro ſurgere. Samech Abſtulit omnes magni
ficos meos dominus de medio mei: vocauit
aduerſum me tempus vt contereret electos
meos. Torcular calcauit dominus virgini fi
lie iuda. Ayn. Idcirco ego plorans ⁊ oculus F
meus deducens aquas: quia longe factus eſt bic.4.c.
a me conſolator conuertens animã meam.
Facti ſunt filij mei perditi: quoniam inualuit
inimicus. Phe. Expandit ſyon manus ſuas.
Non eſt qui conſoletur eam. Mandauit do-
minus aduerſum iacob in circuitu eius ho-
ſtes eius. Facta eſt hieruſalem quaſi polluta
menſtruis inter eos. Sade. Iuſtus eſt domi-
nus: quia os eius ad iracundiam prouocaui.
Audite obſecro vniuerſi populi: ⁊ videte do-
lorem meum. Uirgines mee ⁊ iuuenes mei
abierunt in captiuitatẽ. Coph. Uocaui ami- G
cos meos: ⁊ ipſi deceperunt me. Sacerdotes
mei ⁊ ſenes mei in vrbe conſumpti ſunt: quia
queſierunt cibum ſibi vt refocillarent ani-
mas ſuas. Res. Uide domine quoniam tri-
bulor: conturbatus eſt venter meus. Subuer-
ſum eſt cor meum in memetipſo: quoniam
amaritudine plena ſum. Foris interfecit gla-
dius: ⁊ domi mors ſimilis eſt. Syn. Au-
dierunt quia ingemiſco ego: ⁊ non eſt qui
conſoletur me. Omnes inimici mei audie-
runt malum meum: letati ſunt quoniam tu
feciſti. Adduxiſti diem conſolationis: ⁊ fiant al+ vindemia
ſimiles mei. Thau. Ingrediatur omne ma
lum eorum coram te: ⁊ deuindemia eos ſi- al+ oẽs
cut vindemiaſti me propter +iniquitates me
as. Multi enim gemitus mei ⁊ cor meum
merens.

Aleph. CII A

Quomodo obtexit caligine in
furore ſuo dominus filiã ſyon:
proiecit de celo in terram in-
clytam iſrael: ⁊ nõ eſt recorda-
tus ſcabellum pedum ſuorũ in
die furoris ſui. Beth. Precipi
tauit dominus nec pepercit omnia ſpecioſa ia
cob: deſtruxit in furore ſuo munitiones virgi al+ de ce
nis iuda: ⁊ deiecit+in terrã. Polluit regnũ lo terram
⁊ principes eius. Gymel. Confregit in ira fu
roris ſui omne cornu iſrael: auertit retrorſum
dexteram ſuam a facie inimici: ⁊ ſuccendit
in iacob quaſi ignem flamme deuorantis in
gyro. Deleth. Tetendit arcum ſuum quaſi B
inimicus: firmauit dexteram ſuam quaſi ho-

ſtis: ⁊ occidit omne quod pulchrum erat viſu
in tabernáculo filie ſión: effúdit quaſi ignem
indignationem ſuam. He. Factus eſt dñs ve-
lut inimicus: precipitáuit iſraél. Precipitá-
uit omnia ménia eius: diſſipauit munitiónes
eius: ⁊ replévit in filia iuda humiliatū ⁊ hu-
miliatam. Uau. Et diſſipáuit quaſi hortū té-
torium ſuum: demolitus eſt tabernáculum ſu
al' + obprobrio um. Obliuióni trádidit dominus in ſión feſti
uitatem ⁊ ſábbatum: ⁊ in + obpróbrium ⁊ in
al' + indignatione indignationem furoris ſui regem ⁊ ſacerdo-
C tem. Zai. Répulit dominus altare ſuū: ma-
ledixit ſanctificatiói ſue: trádidit in manu ini
mici muros túrrium eius. Uocé dederunt in
domo domini: ſicut in die ſolénī. Heth. Co-
gitauit dñs diſſipare murum filie ſión: tetén-
dit funiculum ſuum: ⁊ nō auertit manū ſuā
a perditióe. Luxitq; antemurale: ⁊ murus pá
riter diſſipatus eſt. Theth. Defixe ſunt in ter-
al' + reges ra porte eius: pérdidit ⁊ contriuit véctes eius
regem eius ⁊ príncipes eius in gentibus. Nō
eſt lex: ⁊ prophete eius non inuenerunt viſio-
nem a domino. Ioth. Sedérunt in terra: cō
ticuérunt ſenes filie ſión: conſperſerunt cine-
al' + ſigines hieruſalem. re capita ſua: + accincti ſunt cilicijs. Abiecé-
runt in terra capita ſua virgines + hieruſalē.
al' + accincte. Caph. Defecérunt pre lachrymis oculi mei:
D cōturbati ſunt víſcera mea. Effuſum eſt in ter
al' + iuda ra iécur meum ſuper contritionem filie popu
al' + Lamed li mei: cū deficeret paruulus ⁊ lactens in pla
téis oppidi. + Lamech. Matribus ſuis dixe
runt vbi eſt tríticum ⁊ vínum cum deficerent
quaſi vulnerati: in plateis ciuitatis: cū exalá-
rent animas ſuas in ſinu matrum ſuarum.
E Mem. Cui comparábo te: vel cui aſſimilabo
te filia hieruſalém? Cui exequabo te: ⁊ conſo-
xi.4.c.i. labor te virgo filia ſión? Magna eſt enī velut
mare ↄtrítio tua: quis medébitur tui? Nun.
Prophete tui vidérunt tibi falſa et ſtulta: nec
aperiébant iniquitatem tuam vt te ad penitē-
tiam prouocarent. Uidérunt autē tibi aſſum
ptiones falſas ⁊ eiectiones. Samech. Plau-
ſérunt ſuper te manibus omnes tranſeuntes
per viam: ſibſlauérunt ⁊ mouerunt capita ſua
ſuper filiam hieruſalém: héccine eſt vrbs di-
centes perfecti decóris gáudiū vniuerſe ter-
re. Phe. Aperuérunt ſuper te os ſuū oēs ini-
mici tui: ſibſlauérunt ⁊ fremuerūt dentibus
ſuis: ⁊ dixerunt: deuorábimus. En iſta eſt dies
F quam expectabamus: inuénimus vidimus.
Deut. 28.c. Dan. 9.b. Ain. Fecit dominus que cogitauit: cópléuit

ſermonem ſuum quem precéperat a diebus
antiquis. Deſtrúxit ⁊ non pepércit: ⁊ letifica-
uit ſuper te inimicum: ⁊ exaltauit cornu hoſti
um tuorum. Sade. Clamauit cor eorū ad do
minum: ſuper muros filie ſión. Deduc quaſi
torrentem láchrymas per diem ⁊ noctem: nō
des requiē tibi: neq; táceat pupilla oculi tui.
Coph. Conſúrge lauda in nocte in príncipio
vigiliarum: effúnde ſicut aquā cor tuum ante
conſpectum dñi. Leua ad eum manus tuas p
+ anima paruulórum tuorum qui fame + pé-
reunt in capite omnium compitorū? Res. al' + animabus al' + defecerunt.
Uide domine ⁊ conſidera quem vindemiá-
ueris ita. Ergo ne comedent mulieres fructū
ſuum: páruulos ad menſuram pálme. Si oc- G
ciditur in ſanctuario domini ſacerdos ⁊ pro-
pheta. Sin. Iacuérūt in terra foris puer ⁊ ſe-
nex: virgines mee ⁊ iúuenes mei cecidérunt
in gladio. + Interfeciſti in die furoris tui: per- al' + interfecti ſunt.
cuſſiſti nec + miſertus eſt. Thau. Uocaſti qua al' + miſertus es.
ſi ad diem ſolénem: qui terrérent me de cir-
cúitu: ⁊ non fuit in die furoris domini qui ef
fúgeret: ⁊ relinqueretur. Quos educáui ⁊ nu
triui: inimicus meus conſumpſit eos.

Aleph. CIII

Ego vir videns paupertatē me A
am: in virga idignationis eius.
Aleph. Me mináuit ⁊ addú-
xit in ténebris ⁊ non in lucem.
Aleph. Tantum in me vertit:
⁊ conuértit manum ſuam to-
ta die. Beth. Uetúſtam fecit péllem meam
⁊ carnem meam: contriuit oſſa mea. Beth.
Edificauit in gýro meo: ⁊ circúndedit me fel
le ⁊ labore. Beth. In tenebroſis collocauit
me: quaſi mortuos ſempiternos. Gymél.
Circumedificáuit aduerſum me vt non egrē
diar: aggrauáuit cómpedem meum. Gy- B
mel. Sed ⁊ cum + clamáuero ⁊ cum rogaue- al' + clamare ⁊ rogarem.
ro: exclúſit orationem meam. Gymel. Con- 23.q.4.c.
cluſit vias meas lapidibus quádris: ſémitas
meas ſubuértit. Deleth. Urſus inſidians fa
ctus eſt mihi: leo in abſcondito. Deleth. Sē
mitas meas ſubuértit ⁊ confregit me: póſuit
me deſolatā. Deleth. Tetendit arcum ſuū:
⁊ poſuit me quaſi ſignum ad ſagittā. He. Mi
ſit in rénibus meis filias pháretre ſue. He.
Factus ſum in deriſū omni populo meo: can al' + amaritudine.
ticum eorum tota die. He. Replévit me + a-
maritudinibus: inebriáuit me abſinthio.
Uau. Confregit ad numerum dentes meos

C cibauit me cinere. Uau. Et repulſa ē anima
mea: oblitus ſum bonoꝝ. Uau. Et dixi. Pe
riit finis meus ⁊ ſpes mea a dn̄o. + Zai. Re-
cordáre paupertatis ⁊ tranſgreſſionis mee: ab
ſinthij ⁊ fellis. + Zai. Memória memor ero:
⁊ tabéſcet in me aīa mea. + Zai. Hoc recolēs
in corde meo: + in deo ſpabo. Heth. Miſcdie
dn̄i q᷑ nō ſumus ꝯſumpti: quia nō defecérunt
miſerationes eius. Heth. + Noui dilúculo:
+ multa eſt fides tua. Heth. Pars mea dn̄s
dixit aīa mea: ꝓpterea expectabo eum. Thet.
Bonus eſt dn̄s ſperantibus in eū: aīe querē-
ti illum. Thet. Bonū eſt ꝑſtolári cū ſilentio
ſalutare dn̄i. Thet. Bonū eſt viro cum portā-
uerit iúgum ab adoleſcéntia ſua. Joth. Sede
bit ſolitárius ⁊ tacébit: quia leuáuit ſe ſup ſe.
Joth. Ponet in púluere os ſuum: ſi forte ſit
D ſpes. Joth. Dabit percutienti ſe maxillam: ſa-
turábitur obprobijs. Caph. Quia non repél
let in ſempiternum dominus. Caph. Quia +
ſe abiécit ⁊ miſerébitur: ſm multitudinē mi-
ſericordiarū ſuaꝝ. Caph. Nō enim humilia-
uit ex corde ſuo: ⁊ abiecit filios hominū. + La
méch. Ut cōtéreret ſub pedibus ſuis oēs vin-
ctos terre. Laméch. Ut declináret iudicium
viri in conſpectu vultus altiſſimi. + Lameeh.
E Ut peruérteret hominem in iudicio ſuo dn̄s
ignorauit. Mem. Quis eſt iſte q dixit vt fie-
ret dn̄o nō iubēte? Mem. Ex ore altiſſimi nō
egrediēt: nec mala nec bona. Mem. Quid
murmuráuit homo viuēs: vir ꝑ peccatis ſuis?
Nun. Scrutémur vias noſtras: ⁊ queramus
⁊ reuertamur ad dominum. Nun. Leuémus
corda noſtra cum manibus ad dominū in ce
los. Nun. Nos inique égimus ⁊ ad iracún-
diam prouocauimus: idcirco tu inexorábilis
es. Samech. Operuiſti in furore ⁊ percuſſiſti +
occidiſti nec pepercíſti. Samech. Oppoſuiſti
nubē tibi: ne tránſeat oratio. Samech. Era-
dicatiónem ⁊ abiectiónem poſuiſti me in me
dio populorum. Phe. Aperuérunt ſup nos os
ſuum oēs inimici. Phe. Formido ⁊ láqueus
+ facta eſt nobis vaticinátio ⁊ cōtrítio. Phe.
Diuiſiones aquarū + dedúxit oculus meus: in
ꝯtritiōe filij populi mei. Ayn. Oculus meus
afflictus eſt nec tácuit: eo ꝙ nō eſſet requies.
F Ayn. Donec reſpiceret ⁊ videret de᷑ de celis.
Ayn. Oculus meus depredatus eſt aīaꝫ meā
in cūctis filiab᷑ vrbis mee. Sadē. Uenatio-
ne cepérunt me quaſi auē inimici mei gratis.
Sadē. Lápſa eſt in lacum vita mea: ⁊ poſue-
runt lapidem ſuper me. Sadē. Inundauérūt
aque ſuper caput meū: dixi: perij. Coph. Inuo
caui nomen tuū domine: de lacu nouiſſimo.
Coph. Uocem meā audiſti: + ne auertas au-
rem tuā a ſingultu meo ⁊ clamoribus. Coph.
Appropiquaſti in die qn̄ vocaui te: dixiſti: ne
tímeas. Res. Judicaſti dn̄e cām aīe mee re-
démptor vite mee. Res. Uidiſti dn̄e iniqtatē
+ illoꝝ aduérſum me: iudica iudicium meū.
Res. Uidíſti oēm furorem vniuerſas cogita
tiones eorum aduerſū me. Syn. Audiſti ob G
próbriū eorum dn̄e: omnes cogitationes ad-
uerſum me. Syn. Lábia inſurgentiū mihi
⁊ meditationes eorum: aduerſū me tota die.
Syn. Seſſiónem eoꝝ ⁊ reſurrectionē eoꝝ vi-
de: ego ſum pſalmus eorum. Thau. Réddes
+ eis vicem dn̄e: iuxta opa manuum ſuarum.
Thaū. Dabis eis ſcutū cordis laborē tuum.
Thaū. Perſequéris in furore: ⁊ cōteres eos
ſub celis domine. Aleph. C IIII

Quomodo obſcuratū eſt áurū: A
mutatus eſt color óptimus: di-
ſpérſi ſunt lápides ſanctuarij in
cápite oīum plateárū. Beth.
Filij ſión incliti ⁊ amicti áuro
primo: qūo reputati ſunt in va-
ſa téſtea: opus manuū figuli. Gymel. Sed ⁊
lámie nudauérunt mámmā: lactauérunt cá-
tulos ſuos. Filia populi mei crudelis: qſi ſtrū
tio in deſerto. Deleth. Adhéſit lingua lactén
tis ad palátum eius in ſiti: Paruuli petiérūt
panē: ⁊ nō erat qui frángeret eis. He. Qui
veſcebantur voluptuoſe interiérunt in vijs q
nutriebántur in cróceis amplexáti ſunt ſtér-
cora. Uaū. Et maior effécta eſt iniquitas filie
populi mei peccato ſodomórū que ſubuerſa
eſt in moménto ⁊ non cepérūt in ea manus.
Zai. Candidiores nazaréi eius niue: nitidio- B
res lacte: rubicūdiores ébore antiquo: ſaphý
ro pulcrióres. Het. Denigráta eſt ſup carbo
nes facies eorū: ⁊ non ſunt cógniti in platéis.
Adhéſit cutis eorum óſſibus: áruit ⁊ facta eſt
quaſi lignum. Thet. Melius fuit occiſis gla Judith
dio ꝙ interfectis fame: quoniā iſti extabué- 7.c.
runt conſumpti a ſterilitáte terre. Joth. Ma 4.reg.6.f.
nus mulierum miſericordium coxérunt fili-
os ſuos: facti ſunt + cibus earum in contritio-
ne filie populi mei. Caph. Compléuit domi-
nus furorem ſuum: effúndit iram indignatio
nis ſue. Et ſuccéndit ignem in ſión: ⁊ deuora
uit fundaméta eius. Lamech. Non credidē-

rūt reges terre ꝛ vniuerſi hītatores orbis: qꝛ ingrederētur hoſtis ꝛ inimicus per portas hie
C ruſalem. Aleph. Propter pctā pphaꝝ eius ꝛ inīqtates ſacerdotū eius q effuderūt in me dio eius ſanguinē iuſtoꝝ. Nun. Errauerūt ce
al's nō hʒ + intrare al's + laici ul's ci in plateis: polluti ſunt ſanguine. Cūqꝫ non poſſent + intrare: tenuerūt + lacinas ſuas. Sa me. h. Recedite polluti clamauerūt eis: re
Eſa. 52. cedite: abite nolite tangere. Jurgati qppe ſūt ꝛ cōmoti dixerunt inter gētes nō addet vltra vt habitet in eis. Phe. Facies dn̄i diuiſit eos: nō addet vt reſpiciat eos. Facies ſacerdotū nō erubuerūt: neqꝫ ſenū miſerti ſunt. Ayn. Cū adhuc ſubſiſteremus defecerūt oculi noſtri ad auxiliū noſtrū vanum: cū reſpiceremus atten
D ti ad gentē que ſaluare nos nō poterat. Sade. Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere platearuꝫ noſtraꝝ: appropinquauit finis noſter: cōpleti ſūt dies noſtri: quia venit finis noſter. Coph. Velociores fuerūt perſecutores noſtri aquilis celi: ſuper mōtes pſecuti ſunt nos: in deſerto inſidiati ſunt nobis. Res. Spiritꝰ oris noſtri xp̄s dn̄s captus eſt in pctīs noſtris: cui
al's + eius diximus in vmbra + tua viuemus in gētibus. Syn. Gaude ꝛ letare filia edom: que hītas in terra hus. Ad te quoqꝫ pueniet calix: īebria beris atqꝫ nudaberis. Thau. Cōpleta eſt iniquitas tua filia ſion ſi addet vltra vt tranſmi
al's + viſita uit. gret te. + Viſitauit iniquitateꝫ tuā filia edom diſcooperiet peccata tua.

C Oratio Hieremie. C V

A Recordare dn̄e qd acciderit nobis intuere ꝛ reſpice obprobriū noſtꝝ. Hereditas nr̄a verſa eſt ad alienos domus noſtre ad extraneos. Pupilli facti ſumus abſqꝫ patre: matres noſtre qua ſi vidue. Aquā noſtrā pecunia bibimus: ligna
al's nō hʒ + noſtris. noſtra precio cōparauimꝰ. Ceruicibus + nr̄is
B minabamur: laſſis non dabaꝫ reqes. Egypto dedimus manū ꝛ aſſyrijs: vt ſaturemur pane. Patres noſtri peccauerūt ꝛ nō ſunt: ꝛ nos iniqtates eoꝝ portauimus. Serui dominati ſunt noſtri: nō fuit q redimeret de manu eoꝝ. In animabus nr̄is afferebamus panē nobis: a facie gladij in deſerto. Pellis noſtra qſi clibanꝰ exuſta eſt: a facie tēpeſtatuꝫ famis. Mulieres in ſion humiliauerūt: ꝛ virgines in ciuitatibꝰ
C iudā. Principes manu ſuſpenſi ſunt: facies ſenuꝫ nō erubuerunt. Adoleſcentibꝰ impudice abuſi ſunt: ꝛ pueri in ligno corruerūt. Senes defecerunt de portis: iuuenes de choro pſallentium. Defecit gaudiuꝫ cordis noſtri: verſus eſt in luctum chorus noſter. Cecidit corona capitis nr̄i: ve nobis qꝛ peccauimꝰ. Propterea me
al's nō hʒ + doloře ſtum factū eſt in + dolore cor noſtrum: ideo cō tenebrati ſunt oculi nr̄i. Propter montē ſion D
qꝛ diſpijt: vulpes ambulauerunt in eo. Tu autē dn̄e in eternū permanebis: ſoliuꝫ tuum in generationē ꝛ generationē. Quare in ppetuū obliuiſceris noſtri: derelinques nos in longitudinem dierum. Cōuerte nos dn̄e ad te ꝛ conuertemur: innoua dies noſtros ſicut a principio. Sed proijciens repuliſti nos: iratus es cō
al's + cōpu lus. tra nos vehementer.

C Expliciunt treni ideſt lamentationes hieremie prophete.

C Incipit prefatio in libꝛ Baruch pphete.

Liber iſte qui baruch nomine prenotatur in hebreo canone nō habetꝫ ſed tm̄ in vulgata editione: ſimiliter ꝛ epiſtola hieremie. Propter noticiā autem legentiū hic ſcripta ſunt: qꝛ multa de chriſto nouiſſimiſqꝫ tēporibus indicant.

C Incipit Baruch propheta.

C Cap. Sum. C Scripſit baruch librum ꝛ legit coraꝫ iechonia filio ioachim rege iuda: iudei e babylonia miſerunt pecuniā ꝛ librū iudeis in hieruſalē vt orarēt p ipſis. C Cap. I



Et hec A verba libri que ſcripſit baruch filius nerie filij maaſie filij ſedechie filij ſedei filij helchie in babylonia ī anno qnto ꝛ in ſeptio die mēſis: in tpe quo ceperunt chaldei hieruſalēꝫ ꝛ ſuccenderūt eaꝫ igni. Et legit baruch verba libri huiꝰ ad aures iechonie filij ioachim regis iudā: ꝛ ad

aures vniuerſi populi veniētis ad librū: ⁊ ad
aures potentiū filiorū regū: ⁊ ad aures preſby
terorū ⁊ ad aures populi a minimo vſq ad
maximū eorū oium habitantiū in babylonia
ad flumen ſodi. Qui audientes plorabant: et
ieiunabant: ⁊ orabant in cōſpectu dñi. Et colle
al. + in cō ſpectu do mini gerunt pecuniam ſm qḋ potuit vniuſcuiuſq
manus. Et miſerūt in hieruſalē ad ioachim
B filium helchie filij ſalon ſacerdotē ⁊ ad reli
quos ſacerdotes ⁊ ad oēm populum qui inuē
ti ſunt cum eo in hieruſalē cū acciperent va
ſa templi dñi que ablata fuerāt de tēplo reuo
care in terrā iudā decima die mēſis ſiban: va
ſa argētea que fecit ſedechias filius ioſie rex iu
dā poſtea quā cepiſſet nabuchodonoſor rex ba
bylonis iechoniā ⁊ principes ⁊ cūctos potētes ⁊
ppłm terre ab hierłm ⁊ duxit eos victos in ba
bylonē. Et dixerūt. Ecce miſimus ad vos pecu
nias: de qbus emite holocauſtomata ⁊ thus ⁊
facite māna: ⁊ offerte pro peccō ad aram domi
ni dei nrī. Et orate pro vita nabuchodonoſor re
gis babylonis: ⁊ pro vita balthaſar filij eius vt
ſint dies eorū ſicut dies celi ſup terrā: ⁊ vt det
C dñs vtutē nobis: ⁊ illuminet oculos nros: vt
viuamus ſub vmbra nabuchodonoſor regis ba
bylonis: ⁊ ſub vmbra balthaſar filij eius: ⁊ ſer
uiamus eis multis diebus ⁊ inueniamus grāz
in cōſpectu eorū. Et pro nobiſipſis orate ad dñm
deum nrm: qr peccauimus dño deo nro: ⁊ nō eſt
auerſus furor eius a nobis vſq in hunc diē.
Et legite librū iſtum quē miſimus ad vos re
citari in tēplo dñi in die ſolēni: ⁊ in die oppor
Infra 2. b. tuno. Et dicētis. Domino deo noſtro iuſtitia:
nobis aūt confuſio faciei noſtre ſicut eſt dies
hec omni iudā ⁊ habitantibus in hieruſalem
regibus noſtris ⁊ principibus nrīs ⁊ ſacerdo
tibus nrīs ⁊ prophetis noſtris ⁊ patribus nrīs.
Peccauimus ante dñm deum nrm: ⁊ nō cre
didimus diffidentes in eū: ⁊ nō fuimus ſubie
al. + obau diuimus ctibiles illi: ⁊ nō audiuimus vocem domini
dei noſtri vt ambularemus in mandatis eius
D que dedit nobis. A die qua eduxit patres no
ſtros de terra egypti vſq ad diē hanc eramus
incredibiles ad dñm deum noſtrū: ⁊ diſſipati
receſſimus ne audiremus vocē ipſius. Et ad
heſerūt nobis multa mala ⁊ maledictiões q̄
conſtituit dominus moyſi ſeruo ſuo: q eduxit
patres noſtros de terra egypti dare nobis ter
ram fluentem lac ⁊ mel ſicut hodierna die. Et
nō audiuimus vocē dñi dei noſtri ſm oīa vba
prophetarū quos miſit ad nos ⁊ ad iudices no
ſtros: ⁊ abiuimus vnuſquiſq in ſenſum cordis
noſtri maligni: operarij dijs alienis facientes
mala ante oculos domini dei noſtri.

¶ Ca. iij. ¶ Judei propter peccata facti ſunt
ſubter ⁊ non ſupra: vox penitentium peccaui
mus ⁊ inique egimus. Ois nō mortua ſed ani
ma eſuriens dat gloriam deo: promittit domi
nus alterum teſtamentum eternum ſcilicet
nouum. ¶ II

Propter qḋ ſtatuit dñs deus no A
ſter verbum ſuū qḋ locutus eſt
ad nos ⁊ ad iudices noſtros q
iudicauerunt in hieruſalem: al. + iſrael
⁊ ad reges noſtros ⁊ ad princi
pes noſtros ⁊ ad oēm iſrael ⁊ iudam vt addu
ceret dñs ſuper nos mala magna que non ſūt
facta ſub celo: quēadmodū facta ſūt in hieru
ſalem ſecundū que ſcripta ſunt in lege moy
ſi vt manducaret homo carnes filij ſui ⁊ car
nes filie ſue. Et dedit eos ſub manu regum oī
um qui ſunt in circuitu noſtro ⁊ in impropo
rium ⁊ in deſolationem ⁊ in omnibus popu
lis in quibus nos diſperſit dominus. Et facti
ſumus ſubtus ⁊ non ſupra: quia peccauimus
domino deo noſtro non obaudiēdo voci ipſi B
us. Domino deo noſtro iuſtitia: nobis autē ⁊ ſupra. 1. a
patribus noſtris confuſio faciei: ſicut eſt dies
hec. Quia locutus eſt dominus ſup nos omnia
mala hec que venerunt ſuper nos: ⁊ nō ſumus
deprecati faciem domini dei noſtri: vt reuer
teremur vnuſquiſq noſtrū a vijs noſtris peſ
ſimis. Et vigilauit dominus in malis ⁊ ad
duxit ea ſuper nos: quia iuſtus eſt dominus in
omnibus operibus ſuis que mandauit nobis:
⁊ non audiuimus vocem ipſius vt iremus
in preceptis domini que dedit ante faciem no
ſtram. Et nunc domine deus iſrael qui eduxi C
ſti populum tuū de terra egypti in manu va dañ. 9. A
lida: ⁊ in ſignis ⁊ in prodigijs ⁊ in virtute tua
magna ⁊ in brachio excelſo ⁊ feciſti tibi no
men ſicut eſt dies iſte: peccauimus: impie
egimus: inique geſſimus domine deus no
ſter in omnibus iuſtitijs tuis. Auertatur ira
tua a nobis: quia derelicti ſumus pauci in
ter gentes vbi diſperſiſti nos. Exaudi domi
ne preces noſtras ⁊ orationes noſtras: ⁊ e
duc nos propter te: ⁊ da nobis inuenire gra
tiam ante faciem eorum qui nos abduxe
runt: vt ſciat omnis terra quia tu es domi
nus deus noſter: ⁊ quia nomen tuum inuo
catum eſt ſuper iſrael: ⁊ ſuper genus ipſius.

D Reſpice domine de domo ſancta tua in nos ⁊
inclina aurem tuam ⁊ exaudi nos. Aperi ocu
los tuos ⁊ vide: quia nō mortui qui ſunt in in
ferno quorum ſpiritus acceptus eſt a viſceri-
bus ſuis dabunt honorem ⁊ iuſtificationē do-
mino: ſed anima que triſtis eſt ſup magnitu-
dinem mali: ⁊ incedit curua ⁊ infirma: ⁊ ocu
li deficientes ⁊ anima eſuriens dat tibi gloriā
⁊ iuſtitiam domino: quia non ſm iuſtitias pa
trum noſtrorum nos fundimus preces ⁊ peti
mus miſericordiam ante conſpectum tuū do
mine deus noſter: ſed quia miſiſti iram tuam
⁊ furorem tuum ſuper nos: ſicut locutus es in
manu puerorū tuorum ꝓphetarum dicēs. Sic
E dicit dn̄s. Inclinate humerū veſtrum ⁊ ceruí
cem veſtrā: ⁊ opera facite regi babylonis: ⁊ ſe
debitis in terra quā dedi patribus veſtris. Q̄
ſi non feceritis nec audieritis vocem domini
dei veſtri operari regi babylonie: defectionem
veſtrā faciā de ciuitatibus iudā: ⁊ a foris hie-
ruſalem: ⁊ auferam a vobis vocem iocundi-
tatis ⁊ vocem gaudij ⁊ vocem ſponſi ⁊ vocem
ſponſe: ⁊ erit ōis terra ſine veſtigio ab inhabi
tantibus eā. Et non audierunt vocem tuā vt
operarentur regi babylonis: ⁊ ſtatuiſti verba
tua que locutus eſt in manibus puerorū tuo-
rum ꝓphetarum vt transferrentur oſſa regū
noſtrorum: ⁊ oſſa patrum noſtrorū de loco ſuo.
F Et ecce proiecta ſunt in calore ſolis ⁊ in gelu
noctis: ⁊ mortui ſunt in doloribus peſſimis: in
fame ⁊ in gladio ⁊ in emiſſione. Et poſuiſti tē
plum in quo inuocatum eſt nomē tuū in ipſo
ſicut hec dies ꝓpter iniquitatē domus iſrael
⁊ domus iudā. Et feciſti in nobis domine de-
us noſter ſm omnem bonitatem tuam ⁊ ſm
omnē miſerationē tuā illam magnā: ſicut
locutus es in manu pueri tui moyſi in die q̄
precepiſti ei ſcribere legem tuā coram filijs
G iſrael dicens. Si non audieritis vocem meā:
multitudo hec magna cōuertetur in minimā
gentem qm̄ ego eos diſpergam: q2 ſcio ꝙ me
non audiet populus. Populus eſt enim dura
ceruice. Et conuertetur ad cor ſuum in terra
captiuitatis ſue: ⁊ ſcient quia ego ſum dn̄s de
us eorum: ⁊ dabo eis cor ⁊ intelligēt: ⁊ aures
⁊ audient: ⁊ laudabunt me in terra captiuita
tis ſue: ⁊ memores erunt nōis mei. Et auer-
tent ſe a dorſo ſuo duro: ⁊ a malignitatibus ſuis
q2 reminiſcentur viam patrū ſuorum qui pec
cauerūt in me. Et reuocabo illos in terrā quā
iuraui patribus eorū abrahā iſaac ⁊ iacob:
⁊ dominabūtur eis. Et multiplicabo eos ⁊ nō
minorabuntur. Et ſtatuam illis teſtamentum
alterū ſempiternū: vt ſim illis in deum ⁊ ipſi
erunt mihi in populū. Et nō mouebo āplius
pplm meū filios iſrael a terra quā dedi eis.

℃ Capituli Summarium. ℃ Clamor anīe ⁊
ſpiritus in anguſtijs poſiti: audire debemus mā
data vite vt ſciamus prudentiā: ⁊ diſcere de-
bemus vbi ſit ſapientia: gigantes ſtatura ma-
gnos ⁊ ſcientes bellum non elegit dominus.
Dominus adinuenit omnem viam diſcipli-
ne: de chriſto incarnato.

CIII

E T nūc domine omnipotens de A
us iſrael anima in anguſtijs ⁊
ſpiritus anxius clamat ad te. Au
di domine ⁊ miſerere qa deus
es miſericors: ⁊ miſerere no-
ſtri quia peccauimus ante te.
Quia tu ſedes in ſempiternum: ⁊ nos peribi-
mus in euum. Domine omnipotēs deus iſrl̄
audi nūc orōnē mortuorū iſrael: ⁊ filiorū ipſo
rum qui peccauerunt ante te: ⁊ non audierūt
vocem dn̄i dei ſui: ⁊ agglutinata ſunt nobis
mala. Noli meminiſſe iniquitatis patrū no-
ſtrorum: ſed memento manus tue ⁊ nominis
tui in tēpore iſto: q2 tu es dn̄s deus nr̄: ⁊ laudā
bimus te dn̄e. q2 ꝓpter hoc dediſti timorē tuū
in cordibus noſtris: ⁊ vt inuocemus nomē tu
um ⁊ laudemus te in captiuitate noſtra: q2 cō
uertimur ab iniquitate patrum noſtrorū qui
peccauerunt ante te. Et ecce nos in captiuita-
te noſtra ſumus hodie quo nos diſperſiſti: in im
properium ⁊ in maledictū ⁊ in pctm̄ ſm oēs
iniqtates patrū noſtrorū q diſceſſerūt a te dn̄e
deus noſter. Audi iſrael mādata vite: auribus B
percipe vt ſcias prudētiā. Quid eſt iſrl̄ ꝙ in ter-
ra inimicorū es? Inueteraſti in terra aliena: co
inqnatus es cū mortuis. Deputatus es cū de
ſcēdentibus in infernū: dereliqſti fontem ſapie.
Nā ſi in via dei ābulaſſes: hitaſſes utiqz in
pace ſup terrā. Diſce vbi ſit prudētia: vbi ſit
virtus: vbi ſit intellectus: vt ſcias ſimul vbi ſit
longiturnitas vite ⁊ victus: vbi ſit lumen ocu
lorum ⁊ pax. Quis inuenit locum eius? Et
quis intrauit in theſauros eius? Ubi ſunt pn-
cipes gentiū: ⁊ q dominant ſup beſtias q̄ ſunt
ſup terrā? Qui in auibus celi ludūt: q argen-
tū theſaurizant ⁊ aurū in quo ꝯfidūt hōies: ⁊ C
nō eſt finis acqſitionis eorū? Qui argentū fa-
bricant ⁊ ſolliciti ſunt nec eſt inuentio operū
illorū? Exterminati ſunt ⁊ ad inferos deſcēde-
runt: ⁊ alij loco

runt:⁊ alij loco eoꝝ exurrexerūt. Juuenes vi
derūt lumē:⁊ habitauerūt ſup terrā. Viā āt
diſcipline ignorauerūt:neqꝫ intellexerunt ſe-
mitas eius neqꝫ filij eoꝝ ſuſceperūt eā. A fa-
al's nō hȝ + terra cie ipſoꝝ longe facta eſt. Nō eſt audita i+ter-
ra chanaā:neqꝫ viſa eſt i themán. Filij quoqꝫ
al's + exquirunt agár qui+exquiſierunt prudentiā q̄ de terra
al's + cōfibulatores eſt:negociatores terre ⁊ themán:⁊+fabulato
res ⁊ exquiſitores prudentie ⁊ intelligentie:viā
aūt ſapiē neſcierunt:neqꝫ cōmemorati ſūt ſe-
mitas eius. O iſraél qꝫ magna eſt domꝰ dei:⁊
ingens locus poſſeſſionis eius. Magnus eſt ⁊
nō hȝ finē:excelſus ⁊ imenſus. Ibi fuerūt gi-
gántes noiati:illi qui ab initio fuerūt ſtatura
al's + ſcientes magna+ſcientes bellū. Non hos elegit dñs:
neqꝫ viā diſcipline inuenerūt:ꝓpterea perie-
D runt. Et qm̄ non habuerūt ſapiam interierūt
ꝓpter ſuā inſipientiā. Quis aſcendit in celū
⁊ accepit eā:⁊ eduxit eam de nubibus. Quis
tranſfretauit mare ⁊ inuenit illā:⁊ attulit il
lam ſup aurū electū. Non eſt qui poſſit ſcire
vias eius:neqꝫ qui exquirat ſemitas eius. Sed
q ſcit vniuerſa nouit eā:⁊ adinuenit eā pru-
dentia ſua. Qui ꝓparauit terrā i eterno tpe:
al's + pecudibus ⁊ repleuit eā+bipedibus ⁊ quadrupedibus.
al's + obaudit Qui emittit lumen ⁊ vadit:⁊ vocauit illud:⁊
+obedit illi in tremore. Stelle aūt dederunt
lumen in cuſtodijs ſuis:⁊ letate ſunt. Vocate
ſunt:⁊ dixerūt. Adſumus. Et luxerunt ei cum
iocūditate qui fecit illas. Hic eſt deus noſter
al's + aduerſus ⁊ nō eſtimabit alius+aduerſum eū. Hic ad-
inuenit oēm viā diſcipline ⁊ tradidit illaȝ ia-
vi. xē. ca. nō ait 12. q.i.ca. exēplum. cób puero ſuo:⁊ iſraél dilecto ſuo. Poſt hec i
terris viſus ē ⁊ cū hoībus conuerſatus eſt.
de ꝯſe. di. 5. ca. iterum ¶ Ca. Sū. ¶ De lege eterna ⁊ tenētibus eaȝ
⁊ ſpernentibus eā:vox eccleſie tribulantis:cō
fortatio ⁊ ꝯſolatio hierl'm.i.eccleſie in tribula
tionibus conſtitute. ¶ IIII

A Hic liber mandatorū dei:⁊ lex q̄
eſt ineternum. Oēs qui tenent
eā:peruenient ad vitā: qui aūt
dereliquerūt eā in mortē. Con-
uertere iacób ⁊ apprehēde eā:
ambula ꝑ viā ad ſplēdorē eius
cōtra lumē eius. Ne tradas alteri gloriā tuā:
⁊ dignitatē tuā genti aliene. Beati ſumus iſ-
raél:qꝛ que deo placēt manifeſta ſunt nobis.
Animequior eſto populus dei memorabilis iſra
él. Venūdati eſtis gentibus:nō in perditionē:
ſed ꝓpter qđ in ira dei ad iracundiā prouoca-
B ſtis dñm:traditiqꝫ eſtis aduerſarijs. Exacer-

báſtis enim eū qui fecit vos deū eternū:imo-
lantes demonijs ⁊ non deo. Obliti enim eſtis
eū qui nutriuit vos:⁊ cōtriſtatis nutricem ve
ſtrā hierl'm. Vidit enim iracundiā a deo veni
entē vobis:⁊ dixit. Audite cōfines ſyon. Ad- al's + ꝯfuſiones
duxit eniȝ mihi deus luctū magnū. Vidi enī
captiuitatē ppl'i mei filioꝝ meoꝝ:⁊ filiaꝝ quā
ſupdúxit illis eternus. Nutriui enī illos cum C
iocūditate: dimiſi aūt illos cum fletu ⁊ luctu.
Nemo gaudeat ſuper me viduā ⁊ deſolataȝ:a
multis derelicta ſuȝ ꝓpter peccata filioꝝ meo
rū qꝛ declinauerūt a lege dei. Juſtitias aūt ipſi
us neſcierunt:nec ambulauerunt ꝑ vias mā-
datoꝝ dei:neqꝫ per ſemitas veritatis eius cuȝ
iuſtitia ingreſſi ſunt. Veniant cōfines ſyon:⁊
memorent captiuitatē filioꝝ ⁊ filiarū mearū:
quā ſupdúxit illis eternus. Addúxit enim ſu
per illos gentē de longinquo: gentē improbā
⁊ alterius lingue:q nō ſunt reueriti ſenē: ne-
qꝫ pueroꝝ miſerti ſūt. Et adduxerūt dilectos D
vidue:⁊ a filijs vnicā deſolauerunt. Ego autē
quid poſſum adiuuare vos? Qui enī addúxit
ſuper vos mala:ipſe vos eripiet de manibꝰ ini
micoꝝ veſtroꝝ. Ambulate filij ambulate:ego
enī derelicta ſum ſola. Exui me ſtola pacis: in
dui aūt me ſacco obſecrationis:⁊ clamabo ad
altiſſimū in diebꝰ meis. Animequiores eſtote fi infra eo.
lij:clamate ad dñm:⁊ eripiet vos de manu ꝑn
cipū inimicoꝝ. Ego enī ſperaui ineternū ſalu
tē veſtrā:⁊ venit mihi gaudiū a ſancto ſup mi
ſericordia:q̄ veniet vobis ab eterno ſalutari
noſtro. Emiſi enī vos cū luctu ⁊ ploratu:redu- E
cet aūt vos mihi dñs cū gaudio ⁊ iocūditate
in ſempiternū. Sicut enī viderunt vicine ſy-
ón captiuitatē veſtrā a deo:ſic videbunt ⁊ i ce
leritate ſalutē veſtraȝ in deo que ſuperueniet
vobis cū honore magno ⁊ ſplendore eterno.
Filij patienter ſuſtinete irā que ſuperueniet
vobis. Perſecutus eſt eniȝ te inimicus tuus:
ſed cito videbis perditionē ipſius:⁊ ſup+cer- al's + vices
uices ipſius aſcendes. Delicati mei ambula-
uerunt vias aſperas:ducti ſunt enim vt grex
direptus ab inimicis. Animequiores eſtote fi ſupra eo.
lij:⁊ proclamate ad dñm. Erit eniȝ memoria F
veſtra ab eo qui duxit vos. Sicut enim fuit ſen
ſus veſter vt erraretis a deo decies tm̄ iterum
cōuertentes requiretis eum. Qui eniȝ indúxit
vobis mala:ipſe rurſum addúcet vobis ſem
piternam iocunditatē cum ſalute veſtra. Ani-
mequior eſto hieruſalem. Exhortatur eniȝ te
qui te nominauit. Nocentes peribunt qui te G

vexauerunt: ⁊ qui gratulati ſunt in tui ruina puniẽtur. Ciuitates quibus ſeruierunt filij tui puniẽtur: ⁊ que accepit filios tuos. Sicut enim gauiſa eſt in tua ruina: ⁊ letata eſt in caſu tuo: ſic cõtriſtabitur in ſua deſolatione. Et amputabitur exultatio multitudinis eius: ⁊ gaudimoniũ eius erit in luctum. Ignis enim ſuꝑueniet ei ab eterno in lõgiturnis dieb⁹: ⁊ habitabitur a demonijs in + multitudine tẽporis. (al's longitudine)

¶ Ca. Sum. ¶ De chriſto domino qui ẽ iocunditas veniens a deo miſſus: de chriſto domino ⁊ eccleſia. ¶ V

A Ircũſpice hieruſalem ad orientem: ⁊ vide iocunditatẽ a deo tibi venientem. Ecce enim veniunt filij tui quos dimiſiſti diſperſos: veniunt collecti ab oriẽte vſqȝ ad occidentẽ: in verbo + ſancto gaudẽtes in honorẽ dei. (al's + ſci) Exue te hieruſalem ſtola luctus ⁊ vexationis tue: ⁊ idue te decore ⁊ honore que a deo tibi eſt ſempiterna gloria. Circũdabit te deus diploide iuſtitie: ⁊ imponet mitrã capiti tuo honoris eterni. B Deus enim oſtendet ſplendorẽ ſuũ in te: q ſub celo eſt. Nominabitur enim tibi nomen tuũ a deo in ſempiternũ: pax iuſtitie ⁊ honor pietatis. (ſupra 4.e) Exurge hieruſalem ⁊ ſta in excelſo ⁊ circũſpice ad oriẽtẽ ⁊ vide collectos filios tuos ab oriẽte ſole vſqȝ ad occidentẽ: in verbo C ſancti gaudentes dei memoria. Exierunt enĩ abs te pedib⁹ ducti ab inimicis: adducet aũt illos dñs ad te portatos in honorem ſicut filios regni. Cõſtituit enim deus humiliare oẽm montẽ excelſum ⁊ rupes perennes ⁊ cõualles replere inequalitatem terre: vt ambulet iſrael D diligenter in honorem dei. Obumbrauerũt aũt ſilue ⁊ omne lignũ ſuauitatis iſrael mandato dei. Adducet enim deus iſrael cum iocũditate in lumine maieſtatis ſue ⁊ cum miſericordia ⁊ iuſtitia que ex ipſo eſt.

¶ Incipit exemplũ ep̃le eiuſdem quã miſit hieremias ad abductos captiuos in babyloniam a rege babyloniorũ: vt annũciaret illis ſcḋm quod preceptum eſt illi a deo. ¶ VI

A Ropter peccata q̃ peccaſtis ante deum abducẽmini in babyloniam captiui a nabuchodonoſor rege babyloniorum. Ingreſſi itaqȝ in babylonem eritis ibi annis plurimis ⁊ tẽporibus longis vſqȝ ad generationes ſeptẽ: poſt hoc aũt educam vos inde cum pace. Nũc aũt videbitis in babylonia deos aureos ⁊ argenteos ⁊ lapideos ⁊ ligneos in humeris portari oſtentãtes metum gentibus. Videte ergo ne ⁊ vos ſiles efficiamini factis alienis ⁊ metuatis: ⁊ metus vos capiat ĩ ipſis. Viſa itaqȝ turba de retro ⁊ ab ante: adorantes dicite in cordibus vr̃is. Te oportet adorari dñe. Angelus aũt meus vobiſcũ eſt. Ipſe aũt exquirã aĩas veſtras. Nam + ligna ipſorũ polita a fabro: (al's ligna) ipſa ẽt inaurata ⁊ inargentata falſa ſunt ⁊ nõ poſſunt loqui. Et ſicut virgini amanti ornamenta: ita accepto auro fabricata ſũt. Coronas certe aureas habent ſup capita ſua dij illorũ: vñ ſubtrahunt ſacerdotes ab eis aurũ ⁊ argẽtũ: ⁊ erogant illud in ſemetipſis. Dant autem ⁊ ex ipſo ꝓſtitutis: ⁊ meretrices ornant: ⁊ iterũ cum receperint illud a meretricibus: ornant deos ſuos. B Hi aũt non liberantur ab erugine ⁊ tinea. Opertis aũt illis veſte purpurea extergent faciem ipſorũ propter puluerẽ domus q eſt plurimus inter eos. Sceptrũ aũt habet vt homo ſicut iudex regionis: qui in ſe peccantẽ non interficit. Habet ẽt in manu gladiũ ⁊ ſecurim: ſe aũt de bello ⁊ a latronibus non liberat. Unde vobis notũ ſit q̄ non ſunt dij. Non ergo reuerimini eos. Sicut enĩ vas hominis ↄfractũ inutile efficitur: tales ſunt ⁊ dij illorũ. Cõſtitutis illis in domo: oculi eorũ pleni ſunt puluere a pedib⁹ introeuntiũ: ⁊ ſicut alicui q regẽ offendit circũſepte ſunt ianue: aut ſicut ad ſepulcrũ adductũ mortuũ: ita tutant ſacerdotes oſtia clauſuris ⁊ ſeris ne a latronibus expoliẽtur. Lucernas accendunt illis ⁊ quidẽ multas: ex qbus nullã videre pñt. Sunt aũt ſicut trabes ĩ domo. Corda vero eorũ dicũt elingere ſerpẽtes q de terra ſunt: dũ comedũt eos ⁊ veſtimentũ ipſorũ ⁊ nõ ſentiunt. Nigre fiũt C facies eorũ a fumo q in domo fit. Supra corp⁹ eorũ ⁊ ſupra caput eorũ volant noctue ⁊ hirũdines ⁊ aues ẽt ſilr ⁊ catte. Vñ ſciatis q̄ non ſunt dij. Ne ergo timueritis eos. Aurũ ẽt qḋ hñt ad + ſpecimen: niſi aliqs extorſerit eruginem: nõ fulgebunt. (al's ſpe) Neqȝ enim dũ cõflarentur ſentiebant. Ex oĩ p̃cio empta ſunt in quibus ſpũs nõ eſt in ipſis. (al's eſt) Siue pedibus in humeris portantur: oſtentãtes ignobilitatẽ ſuã hoĩbus. Cõfundantur ẽt qui colunt ea. Propterea ſi ceciderint in terrã a ſemetipſis nõ cõſurgunt: neqȝ ſi quis eũ ſtatuerit rectũ per ſemetipſũ ſtabit: ſed ſicut mortuis humeri illis apponẽ-

tur. Hoſtias illoꝝ vendunt ſacerdotes ipſoꝝ:
ꝛ abutúnꝭ ſimiliter ꝛ mulieres eoꝝ decerpén
tes neqꝫ infirmo neqꝫ mendicanti aliqd im-
pártiunt: de ſacrificijs eoꝝ fete ꝛ menſtruáte
ꝯtingunt. Scientes itaqꝫ ex his qꝛ nõ ſunt dij:
ne timeátis eos. Unde enim vocanꝭ dij: quia
mulieres appónunt dijs argénteis ꝛ áureis ꝛ
ligneis ꝛ in domibus eoꝝ ſacerdotes ſédent
habentes túnicas ſciſſas ꝛ capita ꝛ barbã ra-
D ſam: quoꝝ capita nuda ſunt. Rúgiunt autem
clamantes cõtra deos ſuos ſicut in cena mor-
tui. Veſtimenta eorũ áuferunt ſacerdotes: ꝛ
veſtiunt vxores ſuas ꝛ filios ſuos. Neqꝫ ſi quid
mali patiúnꝭ ab aliquo: neqꝫ ſi quid boni pó-
terunt retribúere: neqꝫ regem cõſtitúere poſ-
deu.13.d. ſunt neqꝫ auférre. Similiter neqꝫ dare diuiti-
as poſſunt neqꝫ maluꝫ retribuere. Si qs illis
votum vóuerit ꝛ non reddiderit: neqꝫ hoc re
quirunt. Hoiem a morte nõ liberant: neqꝫ in-
firmũ a potentiori erípiunt. Hominẽ cecũ ad
viſum nõ reſtituunt: de neceſſitate hominẽ nõ
liberábunt. Vidue nõ miſerebúntur neqꝫ ór-
phanis benefácient. Lapidibus de mõte ſimi
les ſunt dij illoꝝ lignei ꝛ lapidei ꝛ áurei ꝛ ar
géntei. Qui aũt cólunt ea cõfundéntur. Qũo
ergo eſtimandũ eſt aut dicẽdũ illos eẽ deos?
Adhuc enim ipſis chaldeis nõ honorantibus
ea: qui cũ audierint mutũ non poſſe loqui: of
ferunt illud ad bel: poſtulantes ab eo loq qua
ſi poſſint ſentire qui nõ habent motuꝫ. Et ipſi
cũ intelléxerint: relinquent ea. Senſum enim
E nõ habent ipſi dij illoꝝ. Mulieres aũt circũ-
date fúnibus in vijs ſédent ſuccendentes oſſa
oliuarũ. Cum aũt aliqua ex ipſis abſtracta ab
aliquo tranſeunte dormierit cum eo prime
ſue éxprobrat qꝫ ea non ſit digna hábita ſicut
ipſa neqꝫ fúnis eius dirúptus ſit. Omnia autẽ
que illis fiunt falſa ſunt. Qũo eſtimandũ aut
dicendũ eſt illos eſſe deos? A fábris aũt ꝛ au-
rificibus facta ſunt. Nihil aliud erunt niſi id
qđ volunt eſſe ſacerdotes. Aurífices ẽt ipſi q
ea fáciunt nõ ſunt multi tpis. Nunquid ergo
poſſunt ea que fabricata ſunt ab ipſis eſſe dij.
Reliquerunt aũt falſa ꝛ opprobriũ poſtea fu-
turis. Nam cũ ſupuénerit illis prélium ꝛ ma
la: cógitant ſacerdotes vbi ſe abſcóndant cuꝫ
illis. Qũo ergo ſentiri débeant quoniam
dij ſunt qui nec de bello ſe liberãt neqꝫ de ma
lis ſe eripiunt? Nam cum ſint lígnea ꝛ ínau-
ráta ꝛ inargentáta ſcietur poſtea: quia falſa
ſunt ab vniuerſis gentibus ꝛ regibus q̃ ma-
niféſte ſunt: quia non ſunt dij ſed opera manu
um hóminum ꝛ nullum opus dei cum illis. de+th
Unde ergo notum eſt quia non ſunt dij: ſed F
opera manuum hominuꝫ ꝛ nullum dei opus
in ipſis eſt. Regem regioni non ſúſcitant: ne-
qꝫ plúuiam hominibus dabunt. Judiciũ quo
qꝫ non diſcernent: neqꝫ regiones liberabunt
ab iniuria: quia nihil poſſunt ſicut cornicule
inter medium celi ꝛ terre. Et enim cum inci-
derit ignis in domum deorum ligneoruꝫ ꝛ ar
genteórum ꝛ aureórum: ſacerdotes quidem
ipſorum fúgient ꝛ liberabũtur: ipſi vero ſicut
trábes in medio comburéntur. Regi autem
ꝛ bello non reſiſtent. Quomodo ergo eſtimã
dum eſt aut recipiendum: quia dij ſunt? Nõ
a fúribus neqꝫ a latrónibus ſe liberabunt dij
lignei ꝛ lapidei ꝛ inauráti ꝛ inargentáti: qui
bus iniqui fortiores ſunt. Aurum ꝛ argentuꝫ
ꝛ veſtimentum quo operti ſunt áuferent illis
ꝛ abíbunt nec ſibi auxilium férent. Itaqꝫ me
lius eſt eſſe regem oſtentantem virtutem ſu-
am: aut vas in domo útile in quo gloriatur q
póſſidet illud vel óſtium in domo quod cu-
ſtódit que in pace ſunt: qꝫ falſi dij. Sol quidẽ
ꝛ luna ac ſidera cum ſint ſpléndida ꝛ emiſſa
ad vtilitates obaúdiunt: ſimiliter ꝛ fúlgur cũ
apparuerit perſpicuum eſt. Idipſum autem
ꝛ ſpiritus in omni regione ſpirat ꝛ nubes: q-
bus cum imperátum fuerit a deo perambu-
láre in vniuerſum orbeꝫ: perficiunt quod im G
peratum eſt eis. Ignis etiam miſſus déſuper
vt conſúmat montes ꝛ ſiluas facit quod pre-
ceptum eſt ei. Hec autem neqꝫ ſpeciebus ne-
qꝫ virtutibus vni eoruꝫ ſimilia ſunt. Unde ne
qꝫ eſtimandum eſt: neqꝫ dicendum illos eſſe
deos: quando non poſſunt neqꝫ iudicium iu-
dicare neqꝫ facere hominibus. Scientes ita-
qꝫ quia non ſunt dij: ne ergo timueritis eos.
Neqꝫ enim regibus maledicent neqꝫ bene-
dícent. Signa enim in celo gẽtibus non oſtẽ-
dunt neqꝫ vt ſol lucébunt: neqꝫ illuminabunt
vt luna. Beſtie meliores ſunt illis que poſſũt
fúgere ſub tectum: ac prodéſſe ſibi. Nullo ita
qꝫ modo nobis eſt maniféſtuꝫ: quia ſunt dij:
ꝑpter quod ne timeátis eos. Naꝫ ſicut in cu
cumerário formído nihil cuſtódit: ita ſũt dij
illorum lignei ꝛ argentei ꝛ inauráti. Eodem
modo ꝛ in horto ſpina alba: ſupra quã omnis
auis ſedet. Silr ꝛ mortuo proiecto in tenebris
ſiles ſunt dij illoꝝ lignei ꝛ inauráti ꝛ inargẽ-
táti. Ad púrpura quoqꝫ ꝛ murice: que ſupra


al + mar more. al + illud. al's nō hz illud nec illos +illos teneāt:ſcietis itaqz q̄ non ſunt dij. Ipſi ēt poſtrémo comedunt:ꝛ erit obprobrium in regione. Melior eſt homo iuſtus q̄ non habet ſimulacra:nam erit longe ab obprobrijs.

ℭ Explicit liber Baruch.

ℭ Incipit prologus in Ezechielem ꝓphetã.

4.reg. 24.d Ezechiel ꝓpheta cum ioachim rege iudá captiuus ductus eſt in babylonẽ: ibiqz his qui cũ eo capti ui fuerant ꝓphetauit penitentibus q̄ ad hieremie vaticiniũ ſe ultro aduerſarijs tradidiſſent:ꝛ videntent adhuc vrbem hieroſolymã ſtare quã ille caſuram eſſe predixerat. Tricéſimo autẽ etatis ſue áno ꝛ captiuitatis q̄nto:exorſus eſt ad captiuos lóqui. Et eodẽ tp̄e licet poſterior hic in chaldéa:hieremias i iudéa ꝓphetauerũt. Sermo eius nec ſatis diſertus nec ádmodũ rúſticus eſt:ſz ex vtroqz medie tẽpatus. Sacerdos ꝛ ipſe fuit ſicut hieremias:ꝑncipia volúminis ꝛ finẽ magnis hũs obſcuritatibus inuolúta. Sed ꝛ vulgáta eius editio nõ multũ diſtat ab hebráyco. Unde ſatis miror q̄d cauſe extiterit:vt ſi eoſdem in vniuerſis libris habemus intérp̄tes:in alijs eadem:in alijs diuerſa tráſtúlerint. Légite igit̃ ꝛ hunc iuxta tranſlatiõẽ noſtrá q̄m per cóla ſcriptus ꝛ cómata manifeſtiorẽ legentibus ſenſũ tribuit. Si aũt amici mei:ꝛ hũc ſubſannauerit:dicite eis q̄ nemo eos cõpellat vt ſcribát. Sz véreor ne illud eis euéniat q̄d grece ſignificátius dr̃ vt vocent̃ ſagolidori:q̄d eſt manducantes ſenécias.

ℭ Explicit prologus.



ℭ Incipit Ezechiel propheta.

ℭ Cap. Sum. ℭ Uiſio ſcribit̃ quattuor animalium:ꝛ viſio rotarũ throni dei ꝛ imaginis ſup thronũ. ℭ Cap. I

a
Et factũ eſt
in tricéſimo áno:in q̄r
to in quinta menſis:cũ
eſſẽ in medio captiuó
rum iuxta+flúuiũ chobár:apti ſunt celi ꝛ vi
di viſiones dei. In q̄n
ta mẽſis:ipſe eſt annus
quintus tranſmigrationis+regis ioachin:fa
ctum eſt verbum domini ad+ezechielem fili
um buzi ſacerdotem in terra chaldeorum ſe
cus flúmen chobár. Et facta eſt ſuper eũ+ibi
manus domini. Et vidi:ꝛ ecce vétus túrbinis
b
venicbat ab aquilóne:ꝛ nubes magna ꝛ ignis
inuoluens. Et ſplendor in circuitu eius:ꝛ+ de
medio eius quaſi ſpécies electri:id eſt de me
dio ignis. Et+in medio eius ſimilitudo quat
tuor animalium:ꝛ hic aſpéctus eorum. Simi
litúdo hominis in eis. Et quattuor fácies vni:
ꝛ quattuor pénne vni. Et pedes eorũ pedes re
cti:ꝛ planta pedis eorum quaſi planta pedis

al + ioachin regis iuda. al + ezechiel. al's nō hz +ibi. al + de me dio eorũ. al + e. me dio eorũ.

al's + flu. men. dif. xx. ca. presbyter di. q. 5 ca. ꝑ q̄ſpiã

vituli:⁊ ſcintille quaſi aſpectus eris cādétis.
Et manus hominis ſub pénnis eoꝝ i quattu-
al + ptes or+partibus:⁊ fácies ⁊ pénnas per quattuor
partes habébant:iunctéqꝫ erant penne eoꝛuꝫ
E altérius ad álterū. Non reuertebanť cum in-
de conſe. di.2.c.pe. nata.⁊ ca. nõ reuer- tebantur. céderent:ſed vnūqđqꝫ ante faciē ſuā gradie-
bátur. Similitudo aūt vultus eorū: facies ho
minis ⁊ fácies leonis a déxtris ipſoꝝ quattu-
or:facies aūt bouis a ſiniſtris ipſoꝝ quattuor:
⁊ fácies áquile déſuper ipſoꝝ quattuor:⁊ fáci
als nõ hꝫ + deſug es eoꝝ ⁊ pénne eoꝝ extēte déſuper. Due pen-
ne ſingulóꝝ iungebánť:⁊ due tegébant corpo
ra eoꝝ. Et vnūqđqꝫ eoꝝ coram facie ſua am-
als nõ hꝫ + ipetus bulabat. Ubi erat+ipetus ſpūs: illuc gradie-
D bántur:nec reuertebanť cū ambularent. Et ſi
militudo aīalium ⁊ aſpectus eorū quaſi carbo
num ignis ardentiū:⁊ quaſi aſpectus lampa-
dárum. Hec erat viſio diſcúrrens in medio
aīaliū:ſplendor ignis ⁊ de igne fúlgur egrédi
ens. Et aīalia ibant ⁊ reuertebanť in ſilitudi-
nem fúlguris choruſcantis. Cūqꝫ aſpícerem
aīalia: appáruit rota vna ſuper terram iuxta
aīalia: hñs quattuor fácies. Et aſpectus rota-
rū ⁊ opus earuꝫ quaſi viſio maris:⁊ vna ſimi
litudo ipſarū quattuor ⁊ aſpéctus earū ⁊ ope-
ra quaſi ſit rota in medio rote. Per quattuor
partes earū euntes ibant:⁊ non reuertebanť
cum ambulárent. Statúra quoqꝫ erat rótis ⁊
E altitudo ⁊ horribilis aſpectus: ⁊ totuꝫ corpus
als + ipſo rum oculis plenum in circuitu + ipſarū quattuor.
Cūqꝫ ambularent aīalía ambulabant páriter
⁊ rote iuxta ea:⁊ cū eleuarenť aīalia de terra
a Infra.c. 10. apo.4. de pe. di. 2.ca. pēne nec. nõ re uertebanť. ea. poteſt. eleuabanť ſimul ⁊ rote.[a] Quocūqꝫ ibat ſpūs:
illuc eunte ſpū ⁊ rote pariter eleuabanť ſequē
tes eum. Spūs enim vite erat in rotis. Cū eū-
tibus ibant ⁊ cū ſtantibus ſtabant:⁊ cum ele-
uatis a terra páriter eleuabanť ⁊ rote ſequē-
F tes ea:qꝛ ſpūs vite erat i rotis. Et ſilitudo ſup
al + capitis + caput aīalium firmamenti quaſi aſpect⁹ cry
ſtálli horríbilis:⁊ exténti ſuper capita eorum
déſuper. Sub firmamento aūt:pénne eorum
recte altérius ad álterū. Unūqđqꝫ duab⁹ alis
velabat corpus ſuū:⁊ alteꝝ ſimiliter velabať.
Et audiebam ſonū alarū quaſi ſonum aquaꝝ
G multarū:quaſi ſonum ſublímis dei. Cuꝫ am-
bularent:quaſi ſonus erat multitudinis vt ſo
nus caſtroꝝ. Cūqꝫ ſtarent dimittebanť pénne
eoꝝ. Nam cū fieret vox ſuper firmamentum
qđ erat ſup caput eoꝝ:ſtabant ⁊ ſubmittébāt
alas ſuas. Et ſuper firmamentū qđ erat imi-
nens capiti eoꝝ quaſi aſpectus lapidis ſaphi-
ri:ſimilitudo throni ⁊ ſup ſimilitudinē thro-
ni ſimilitudo quaſi aſpect⁹ hoīs déſup. Et vi-
di quaſi ſpēm eléctri velut aſpectū ignis + in- al + intrinſec⁹ ei⁹ p circuitū
triníecus per circuitum eius:a lumbis eius ⁊
déſuper:⁊ a lumbis eius vſqꝫ deórſuꝫ vidi qͣſi
ſpēm ignis ſplendéntis in circuitu velut aſpe-
ctū arcus cum fuerit in nube in die plúuie:hic
erat aſpectus ſplendoris per gýrum.

¶ Ca. Sū. ¶ Mittitur pphēta reuocare po-
pulum ab erroribus ſuis. ¶ II

Hec viſio ſimilitúdinis glīe dñi. A
Et vidi ⁊ cécidi in faciē meaꝫ: infra 3.f.
⁊ audiui vocē loquentis. Et di-
xit ad me. Fili hoīs ſta ſup pe-
des tuos:⁊ lóquar tecū. Et in-
greſſus eſt in me ſpūs poſtqꝫ lo
cutus ē mihi:⁊ ſtátuit me ſupra pedes meos.
Et audiui loquentē ad me ⁊ dicentē[a]. Fili ho a di.5.c. ad ē hoc
minis mitto ego te ad filios iſraél: ad gētes
apoſtatrices que receſſérunt a me. Patres eo B
rum p̄uaricáti ſunt pactū meum vſqꝫ ad dieꝫ
hanc:⁊ filij dura facie ⁊ indomábili corde ſūt
ad quos ego mitto te. Et dices ad eos. Hec dí
cit dñs deus ſi forte vel ipſi áudiant: ⁊ ſi forte
quiéſcant qm̄ domus exáſperans eſt: ⁊ ſcient
qꝛ propheta fuerit in medio eoꝝ. Tu ergo fili C
hoīs ne tímeas eos:neqꝫ ſermones eoꝝ mé-
tuas:qm̄ incréduli ⁊ ſubuerſóres ſunt tecum:
⁊ cum ſcorpiónibus habítas. Uerba eorū ne
tímeas:⁊ vultus eoꝝ ne formides qꝛ domus
exáſperans eſt. Loquéris ergo verba mea ad
eos:ſi forte áudiant ⁊ quiéſcant: qm̄ irritato
res ſunt. Tu aūt fili hoīs audi q̄cunqꝫ lóquor
ad te:⁊ noli eſſe exáſperans ſicut domus exaſ
perátrix eſt. Aperi os tuū:⁊ cómede quecūqꝫ D
ego do tibi. Et vidi:⁊ ecce man⁹ miſſa ad me
in qua erat inuolútus liber:⁊ expandit illū co
ram me qui erat ſcriptus intus ⁊ foris:⁊ ſcri- Apoc.5.a.
pte erāt in eo lamentatiōes ⁊ carmen ⁊ ve.

¶ Ca. Sū. ¶ Cibať pphēta volumine: reci-
pit faciē ſicut adamantis ⁊ ſilícis:,⁊ mittiť ad
filios trāſmigrationis:probať obſidio hieru-
ſalem per incluſionem pphēte: de gloria dñi
quam vidi in campo. ¶ III

Et dixit ad me. Fili hoīs qđcū- A
qꝫ inuéneris cómede. Cómede
volúmen iſtud:⁊ + vádens ló- als + vade ⁊
quere ad filios iſraél. Et apé-
rui os meum: ⁊ cibáuit me vo
lúmine illo. Et dixit ad me. Fi-
li hominis vēter tuus cómedet: ⁊ viſcera tua

al' + reple- bunrur +complebúntur volúmine iſto quod ego do
Apo.10.d tibi. Et comedi illud ⁊ factum eſt in ore meo
12 q. 4.S. ſicut mel dulce. Et dixit ad me. Fili hoīs vade
ad domū iſraél: ⁊ loquéris verba mea ad eos.
Non enim ad populuȝ profundi ſermónis: ⁊
ignóte lingue tu mitteris ad domū iſraél: ne-
qȝ ad pplós multos pfundi ſermonis ⁊ ignóte
B lígue quoꝝ nō poſſis audire ſmones. Et ſi ad
illos mittereris ipſi audirent te. Dom⁹ auteȝ
iſraél nolunt audire te: qꝛ nolunt audire me.
Omnis quippe domus iſraél attrita fronte ē
⁊ duro corde. Ecce dedi faciem tuam valētio-
rem faciebus eorum: ⁊ frontem tuam durió-
rem frontibus eorū: vt adamántem ⁊ vt ſilicē
dedi faciem tuam. Ne tímeas eos neqȝ métu
as a facie eorum: qꝛ domus exáſperans eſt. Et
C dixit ad me. Fili hominis: oēs ſermones me-
al' nō hꝫ +ego os quos +ego lóquor ad te aſſume i corde tuo
⁊ auribus tuis audi: ⁊ vade ingrédere ad tráſ
al' + mei migrationeȝ ad filios populi +tui: ⁊ loquéris
ad eos: ⁊ dices eis. Hec dicit dominus deus: ſi
forte áudiát ⁊ quiéſcant. Et aſſúmpſit me ſpi
ritus: ⁊ audiui poſt me vocem cōmotiōis ma
gne: benedicta gloria domini de loco ſuo: ⁊ vo
cem alarū animaliū percutientium álterā ad
Supra. c.i. álteram: ⁊ vocem rotarū ſequentiuȝ anima-
20.q.5.c. epiſcopi lia: ⁊ voceȝ cómotionis magne. Spirit⁹ quo-
qȝ leuauit me ⁊ aſſumpſit me: ⁊ ábij amarus
D in indignatione ſpūs mei. Manus enim dñi
erat mecum cōfórtans me. Et veni ad tráſmi
al' nō hꝫ +ad grationem +ad acéruum nouarū frugum ad
eos qui habitabant iuxta flúmē chobár: ⁊ ſe-
di vbi illi ſedébant: ⁊ manſi ibi ſeptem dieb⁹
mérens in medio eorū. Cum autem pertran-
ſiſſent ſeptem dies: factum eſt verbum domini
Ifra.33.b. ad me dicens. Fili hominis ſpeculatórem dé
al' + de di te domui iſraél: ⁊ áudies + de ore meo ver-
bum ⁊ annunciabis eis ex me. Si dicente me
E ad impium: morte moriéris non annunciaue
ris ei: neqȝ locutus fúeris vt auertátur a via
ſua impia ⁊ viuat ipſe impius in iniqtate ſua
moriétur: ſanguineȝ aūt eius de manu tua re-
quiram. Si aūt tu annunciáueris impio: ⁊ il
le non fúerit conuerſus ab impietáte ſua ⁊ a
via ſua impia: ipſe quidē in impietate ſua mo
riétur: tu autem animam tuā líberaſti. Sed ⁊
ſi conuerſus iuſtus a iuſtitia ſua fúerit: ⁊ féce
rit iniquitatem ponam offendiculum coram
eo. Ipſe moriétur: quia non annūciaſti ei. In
F peccato ſuo moriétur ⁊ non erunt in memó
ria iuſtitie eius quas fecit: ſanguinem vo eius
de manu tua requiram. Si aūt tu annunciáue
ris iuſto vt non péccet iuſtus: ⁊ ille nō peccá-
uerit: viuens viuet: qꝛ annunciaſti ei: ⁊ tu aīaȝ
tuam liberaſti. Et facta eſt ſuper me man⁹ do-
mini: ⁊ dixit ad me. Surgens egrédere i cam
pum: ⁊ ibi loquar tecuȝ. Et ſurgens egreſſus
ſum in campū. Et ecce ibi gloria domini ſta-
bat quaſi gloria quā vidi iuxta flúuium cho-
bár: ⁊ cecidi in faciem meam. Et ingréſſus ē Sup.1.a.
in me ſpūs: ⁊ ſtátuit me ſuper pedes meos: ⁊
locutus eſt mihi: ⁊ dixit ad me. Ingrédere ⁊
inclúdere +in medio domus tue. Et tu fili ho- al' + in
minis ecce data ſunt ſuper te vincula: ⁊ ligá- G
bunt te in eis: ⁊ non egrediéris in medio eo-
rum: ⁊ linguā tuam +adherére fáciam palá al' + adhe refcere
to tuo: ⁊ eris mutus nec quaſi vir obiúrgās: De rem. ca. nīſi.S.
qꝛ domus exáſperans eſt. Cum aūt locutus fū pp mali tiam
ero tibi: apériam os tuū: ⁊ dices ad eos. Hec
dicit dñs deus. Qui áudit áudiat: ⁊ qui quié-
ſcit quiéſcat: qꝛ domus exáſperans eſt.

¶ Ca. Sū. ¶ Per laterem ſignificatur inſtā
tia obſidionis ira dei irrefragabilis p ſangui-
nem diuturnitas captiuitatis decem tribuuȝ.
De anguſtia famis. ¶ IIII

ET tu fili hominis: ſume tibi lá A
terem ⁊ pones eum coram te: ⁊
deſcribes in eo ciuitateȝ hieru-
ſalém. Et ordinábis aduerſus
eam obſidiónem: ⁊ edificábis
munitiónes: ⁊ comportábis ág
gerem: ⁊ dabis contra eā caſtra ⁊ pones arie
tes in gýro. Et tu ſume tibi ſartágineȝ férre-
am ⁊ pones eam +in murū férreum inter te al' nō hꝫ +in
⁊ inter ciuitatē: ⁊ obfirmábis faciem tuaȝ ad
eam: ⁊ erit in obſidionem: ⁊ circūdabis eam.
Signum eſt domui iſraél. Et tu dórmies ſup Ifra.ca.8.
latus tuū ſiniſtrum ⁊ pones iniqtates domus
iſraél ſuper eo numero dierum quibus dór-
mies: ſuper illud: ⁊ aſſúmes iniquitates eoꝝ.
Ego aūt dedi tibi annos iniquitatis eorū nū- B
mero dierū trecéntos ⁊ nonagīta dies: ⁊ por-
tabis iniquitatem domus iſraél. Et cum com
pléueris hec: dórmies ſuper latus tuum déx-
trum ſecūdo: ⁊ aſſúmes iniquitatem domus
iudá quadragínta diebus. Dieȝ pro anno: di Nu.14.f
em inqȝ pro anno dedi tibi. Et ad obſidioneȝ
hieruſalém conuértes faciem tuam ⁊ brachi
um tuū erit +exténtum: ⁊ prophetabis aduer
ſus eam. Ecce circūdedi te vínculis: ⁊ non te al' + circd
conuértes a látere tuo in latus + aliud: do- al' + aliud
nec cómpleas dies obſidiónis tue. Et tu ſume

tibi frumentum ꝛ hóꝛdeum ꝛ ſábam ꝛ lénté
al's + mi. nam ꝛ milium ꝛ+viciam:ꝛ mittes ea in vas vnū:
ꝛ facies tibi panes numero dierūȝ quibꝰ dóꝛ-
mies ſuper latus tuum.Trecéntis ꝛ nonagin
C ta diebus cómedes illud.Cibus autem tuus
quo veſcéris erit in póndere viginti ſtáteres
in die.A tempoꝛe vſqȝ ad tempus cómedes il
lud.Et aquam in menſura bibes ſextam par-
tem hin.A tempoꝛe vſqȝ ad tempus bibes il-
lud.Et quaſi ſubcinericium hoꝛdeáceum có-
al's + hu. mano medes illud:ꝛ ſtércoꝛe+qḋ egréditur de ho-
mine opéries illud in oculis eoꝛum+.Hec di
al's + Et dixis infra.20.g cit dominus.Sic cómedent filij iſraél panem
ſuum pollútum inter gentes ad quas eijciaȝ
al's + ha ha ha eos.Et dixi+.A.a.a.domine deꝰ.Ecce anima
al's + ah ah ah mea non eſt pollúta:ꝛ moꝛticinū ꝛ lacerátuȝ
a béſtijs nō comedi ab infantia mea vſqȝ nūc
D ꝛ non eſt ingreſſa os meum omnis caro imū
da.Et dixit ad me.Ecce dedi tibi fimū boum
pro ſtercóꝛibus humanis:ꝛ facies panem tuū
in eo.Et dixit ad me.Fili hoīs ecce ego cón-
infra.5.d c.14.d teram báculum panis in hieruſalém:ꝛ cóme
al's nō hȝ +ſuum dent panem ſuum in póndere ꝛ in ſolicitudi-
ne:ꝛ aquam in menſura ꝛ in angúſtia bibēt:
vt deficientibus pane ꝛ aqua córruat vnuſqſ-
qȝ ad fratrem ſuum ꝛ ꝯtabéſcat in iniquitati
bus ſuis.

¶ Ca.Sū.¶ In ceſarie ꝛ barba diuerſa iu-
dicia populi ſignificátur.Et de malis futuris
ſuper hieruſalem. ¶ V

A T tu fili hóminis ſume tibi glá
dium acutum radenteȝ pilos:
ꝛ aſſúmes eum ꝛ duces ꝑ ca-
al's nō hȝ +per put tuum ꝛ+per barbam tuá:
ꝛ aſſúmes tibi ſtatéram pōde-
ris:ꝛ diuides eos.Tertiā par-
tem igni combúres in medio ciuitatis iuxta
al's + con cluſionis cōpletionē dierū+obſidiónis:ꝛ aſſúmes ter-
tiam partē:ꝛ concides gladio in circuitu eiꝰ:
tertiā vero aliam diſpérges in ventum:ꝛ glá
al's + nu. dabo diū+nudábis poſt eos.Et ſumes inde paruū
numerū:ꝛ ligabis eos in ſūmitate pállij tui.
Et ex eis rurſum tólles ꝛ proijcies eos in me-
al's + eo vel ea dio ignis:ꝛ cōbúres eos igni:ꝛ ex+eis egre-
al's + e ſgon diétur ignis in omnem domum iſraél.Hec
dicit dominus deus.Iſta eſt hieruſalé.In me
dio gentium poſui eam:ꝛ in circuitu eius ter-
B ras.Et contempſit iudicia mea vt plus eēt im
pia qȝ gentes:ꝛ precepta mea vltra qȝ terre q̄
in circuitu eius ſunt.Iudicia enim mea proie
cérunt:ꝛ in preceptis meis nō ambulauerūt.

Idcirco hec dicit dominus deus.Quia ſupá-
ſtis gētes que in circúitu veſtro ſunt:ꝛ in ꝑce
ptis meis non ambulaſtis:ꝛ iudicia mea non
feciſtis:ꝛ iuxta iudicia gentium que in circúi
tu veſtro ſunt nō eſtis opati:ideo hec dicit do-
minus deus.Ecce ego ad te:ꝛ ipſe ego fáciaȝ
in medio tui iudicia in oculis gentium:ꝛ fa-
ciam in te que nō feci ꝛ qbus ſimilia vltra nō
faciā ꝑpter omnes abominatiōes tuas.Ideo
patres cómedent filios ſuos in medio tui:ꝛ fi
lij cómedent patres ſuos.Et faciaȝ in te iudi- E
cia:et ventilábo vniuerſas reliqas tuas in oēȝ
ventum.+Idcirco viuo ego dicit dn̄s deus:ni al's+ideo
ſi,pro eo ꝙ ſanctum meū violaſti in omnibus
offenſionibus tuis ꝛ in cunctis abominationi
bus tuis:ego quoqȝ confríngaȝ ꝛ non párcet
oculus meus ꝛ nō miſerebor.Tertia pars tui
peſte moriétur ꝛ fame conſumétur in medio
tui:ꝛ tertia pars tui in gladio cadet in circui-
tu tuo.Tertiam vō partem tuam in omnem
ventum diſpérgam:ꝛ gladiuȝ euaginábo poſt
eos.Et complebo furorē meum:ꝛ requiéſcere
faciam indignationem meam in eis ꝛ conſo-
labor.Et ſcient quia ego dn̄s locutus ſum in
zelo meo:cum impleuero oēm indignationē D
meā in eis.Et dabo te in deſertuȝ ꝛ in obpró-
briuȝ gentibus que in circúitu tuo ſunt:in cō al's nō hȝ +in
ſpectu omnis pretereúntis.Et eris obpróbriū
ꝛ blaſphemia exéplū ꝛ ſtupoꝛ in gentibus que
in circúitu tuo ſunt:cum fécero in te iudicia
in furóꝛe ꝛ in indignatione ꝛ in increpationi
bus ire:+que ego dn̄s locutus ſum qn̄ míſe-
ro ſagittas famis péſſimas+que erunt moꝛti al's nō hȝ que.
fere:ꝛ quas mittam vt diſpérdam vos.Et fa- al's+in cōſ
mē ꝯgregabo ſup vos ꝛ cónterā+in vobis bá ſupra.4.d infra.14.d
culum panis:ꝛ immittā in vos famē ꝛ beſtias al's nō hȝ +in
péſſimas vſqȝ ad internitionē.Et peſtilentia ꝛ
ſanguis tranſibūt ꝑ te:ꝛ gladium indúcaȝ ſu-
per te.Ego dominus locutus ſum.

¶ Ca.Sum.¶ Propter peccatum idolatrie
oſtendit populum plagis ꝑcuſſum. ¶ VI

T factus eſt ſermo dn̄i ad me A
dicens.Fili hominis pone faciē
tuā ad montes iſraél:ꝛ ꝓphetā
bis ad eas ꝛ dices.Mōtes iſrl̄ infra.36.a
audite verbum dn̄i dei.Hec di
cit dn̄s deus montibus ꝛ colli-
bus rupibus ꝛ vállibus.Ecce ego indúcā ſup
vos gládium:ꝛ diſpérdaȝ excélſa veſtra ꝛ de-
móliar áras veſtras:ꝛ ꝯfringētur ſimulacra
veſtra:ꝛ deijciam interfectos veſtros añ idola

veſtra. Et dabo cadauera filioꝝ iſraël añ faciẽ
B ſimulacrórum vr̃oꝝ. Et diſpgam oſſa vr̃a cir
ca áras vr̃as in oĩbus habitationibus veſtris.
Urbes deſerte erunt: ⁊ excelſa demoliéntur ⁊
diſſipabuntur: ⁊ interíbunt áre vr̃e ⁊ confrin
géntur: ⁊ ceſſabunt idola veſtra: ⁊ conterenť
délubra veſtra ⁊ delebunť opa veſtra: ⁊ cádet
interfectus in medio veſtri: ⁊ ſcietis quia ego
al's nõ hȝ +ſum. +ſum dñs. Et relinquã in vobis eos qui fúge
C rint gládium in gentibus: cum diſperſero vos
in terris ⁊ recordabuntur mei liberáti veſtri
in gentibus ad quas captiui ducti ſunt: q2 cõ
tríui cor eorum fornicans ⁊ recédens a me: ⁊
oculos eoꝝ fornicãtes poſt idola ſua: ⁊ diſpli
cebunt ſibimet ſup malis que fécerant in vni
al's+quo niam. uerſis abominationibus illis: ⁊ ſcient+q2 ego
dominus non fruſtra locutus ſum vt facerem
eis malū hoc. Hec dicit dominus deus. Pér
al's +ma nu tua cute+manum tuā ⁊ allíde pedem tuū: ⁊ dic
heu ad omnes abominationes maloꝝ domus
al's+ qui iſraél: +quia gladio fame ⁊ peſte ruituri ſunt.
Qui longe eſt peſte morietur: qui autē prope
gladio corruet: ⁊ qui relictus fuerit ⁊ obſéſ
al's+imple bo. ſus fame moriétur. Et+complebo ĩdignatio
nem meam in eis: ⁊ ſciétis q2 ego dominus:
D cum fúerint interfecti veſtri in medio ido
lórum veſtrorum in circúitu ararum veſtrarũ
in omni colle excelſo: ⁊ in cunctis ſummitati
bus montium: ⁊ ſubtus omne lignum nemo
al's+ſub ter. róſum: ⁊+ſubtus vniuerſam quercum fron
al's+ideſt dóſam+locum vbi+aſcendérunt thúra redo
al's+accen derunt léntia vniuerſis idolis ſuis. Et extendā ma
num meam ſuper eos: ⁊ faciam terram eoꝝ
deſolátam ⁊ deſtitútam a deſerto deblatá in
omnibus habitationibus eoꝝ: ⁊ ſcient quia
ego dominus.

¶ Ca. Sum. ¶ De inſtanti ⁊ longa captiui
tate ⁊ cauſa eiuſdem: ⁊ populus non rebellãs
proiecit diuitias longe propter fugā. ¶ VII

A Et factus eſt ſermo domini ad
infra c.o. me dicens. Et tu fili hominis:
hec dicit domin⁹ deus terre iſrl̃.
Finis venit: venit finis ſup qua
tuor plagas terre. Nunc finis
ſuper te: ⁊ immittā furorẽ me
um in te. Et iudicabo te iuxta vias tuas. Et po
nam cõtra te omnes abominationes tuas. Et
infra.9.b. non parcet oculus meus ſuper te: ⁊ non miſe
rebor: ſed vias tuas ponam ſuper te: ⁊ abomi
nationes tue in medio tui erunt: ⁊ ſcietis q2
ego dominus deus. Afflictio vna afflictio ec

ce venit. Finis venit: venit finis. + Euigilauit al's+ euigilauit.
aduerſum te: ecce venit. Uenit+contritio ſu B
per te qui habitas in terra. Uenit tempus: pro infra eo.
pe eſt dies occiſionis ⁊ non glorie montium. al's+cõtri tio.
Nunc de propinquo effúndam iram meā ſu
per te: ⁊ complébo furorem meū in te. Et iu C
dicabo te ſm̃ vias tuas: ⁊ impónã tibi omnia
ſcélera tua. Et non párcet oculus meus nec
miſerébor: ſed vias tuas imponā tibi: ⁊ abo
minationes tue in medio tui erunt: ⁊ ſcietis
quia ego ſum dominus percútiens: Ecce di
es: ecce venit. Egreſſa eſt+cõtritio. Floruit vir al's+con tractio.
ga: germináuit ſuperbia: iniqtas ſurréxit in
virga impietatis. Non ex eis: ⁊ non ex popu
lo: neq3 ex ſonitu eorum: ⁊ non erit requies+ al's nõ hȝ +in
in eis. Uenit tempus: appropinquáuit dies.
Qui emit non letétur: ⁊ qui véndit nõ lúge D
at: quia ira ſuper omnem populum eius: q2 q
véndit: ad id quod véndidit non reuertetur:
⁊ adhuc in viuentibus vita eorũ. Uiſio enim
ad omnem multitudinem eius nõ regredie
tur: ⁊ vir in iniquitate vite ſue non conforta
bitur. Cánite tuba: pparéntur omnes: ⁊ non
eſt qui vadat ad prelium. Ira enim mea ſup
vniuerſum populum eius. Gládius foris: pe
ſtis ⁊ fames intrinſecus. Qui in agro eſt gla
dio morietur: ⁊ qui in ciuitate peſtilentia ⁊ fa E
me deuorabuntur: ⁊ ſaluabũtur qui fúgerint
ex eis. Et erunt in montibus quaſi colũbe cõ
ualliũ omnes trepidi: vnuſquiſq3 in iniquita
te ſua. Omnes manus diſſoluentur: ⁊ omnia
génua fluent aquis. Et accingent ſe ciliciis: ⁊ Eſa.15.c.
operiet eos formido: ⁊ in omni facie confuſio Soph.1.d.
⁊ in vniuerſis capitibus eorum caluiciū. Ar
gentum eorum foris proijciétur: ⁊ aurum eo
rum in ſterquilinium erit. Argentum eorum
⁊ aurum eorum non valebit liberare eos: in
die furoris domini. Animam ſuam non ſatu
rabunt: ⁊ ventres eorum non implebuntur: F
quia ſcandalum iniquitatis eorum factū eſt:
⁊ ornamentum monilium ſuoꝝ in ſuperbiã
poſuerunt: ⁊ imagines abominationum ſuaꝝ
⁊ ſimulacrórum fecérunt ex eo. Propter hoc
dedi eis illud in immundiciam: ⁊ dabo illud
in manus alienórum ad dirlpiéndum: ⁊ ím
pijs terre in prédam ⁊ contaminábunt illud.
Et auertam facieȝ meam ab eis ⁊ violábunt
arcanum meum: ⁊ introibunt in illud emiſſa
rij ⁊ contaminabunt illud. Fac concluſionē:
quoniam terra plena eſt iudicio ſanguinum
⁊ ciuitas plena iniquitate. Et addúcam péſ

G ſimos de gentibus: ⁊ poſſidébunt domos eo-
rum. Et quieſcere faciam ſuperbiam potenti
um: ⁊ poſſidebunt ſanctuaria eorũ. Anguſtia
ſuperueniente requirent pacẽ: ⁊ non erit. Cõ
turbatio ſuper conturbationem veniet: ⁊ audi
al's + erit tus ſuper auditum +. Et querent viſionem de
propheta: ⁊ lex peribit a ſacerdote: ⁊ conſiliũ
a ſenioribus. Rex lugébit: ⁊ principes induẽ
tur merore: ⁊ manus populi terre conturba-
buntur. Secundum viam eorum faciam eis ⁊
ſm iudicium eoꝝ iudicabo eos: ⁊ ſcient quia
ego ſum dominus.

¶ Ca. Sũ. ¶ De apparitione ſimilitudinis
dei: de pariete effoſſo: de viris tenentibus thu-
ribulum: ⁊ ad ortũ ſolis adorantibus: ⁊ de ap
plicantibus ramũ ad nares ſuas. ¶ VIII

A ET factũ eſt in anno ſexto: in ſex
to menſe in quinta menſis: ego
ſedébã in domo mea: ⁊ ſenes
iudá ſedébant coram me. Et cé
cidit ibi ſuper me manus domi
ni dei. Et vidi ⁊ ecce ſimilitúdo
quaſi aſpectus ignis. Ab aſpectu lumboꝝ eius
⁊ deorſum ignis: ⁊ a lumbis eius ⁊ ſurſũ qua
ſi aſpectus ſplendóris: vt viſio electri. Et emiſ
B ſa ſimilitudo manus apprehéndit me i cincin
no capitis mei: ⁊ eleuauit me ſpiritus iter ce
lum ⁊ terram: ⁊ addúxit me in hieruſalém in
viſione dei iuxta óſtium intérius: qđ reſpicie-
bat ad aquilónem: vbi erat ſtatutum idolum
zeli ad prouocandum emulationem. Et ecce
ibi gloria dei iſraél ſm viſionem quam vide-
ram in campo: ⁊ dixit ad me. Fili hominis le
C ua oculos tuos ad viam aquilónis. Et leuaui
oculos meos ad viam aquilónis: ⁊ ecce ab aq
lóne porte altaris idolum zeli in ipſo introi-
tu. Et dixit ad me. Fili hominis: putas ne vi-
des tu qđ iſti fáciunt abominationes magnas
quas domus iſraél facit hic: vt procul recedã
a ſanctuario meo? Et adhuc conuerſus vide-
bis abominatiões maiores. Et introduxit me
ad óſtium átrij. Et vidi: ⁊ ecce forámen vnuz
in pariete. Et dixit ad me. Fili hominis fóde
D parietem. Et cum fodiſſem parietem apparu
it oſtium vnuz: ⁊ dixit ad me. Ingrédere ⁊ vi-
de abominationes péſſimas: quas iſti faciunt
hic. Et igreſſus vidi: ⁊ ecce omnis ſimilitudo
reptilium ⁊ animalium abominatio: ⁊ vniuer
ſa idola domus iſraél depicta erant in parie-
E te: in circuitu per totuz. Et ſeptuaginta viri de
ſenióribus domus iſraél: ⁊ iechonias filius ſa-
phán ſtabat in medio eorum ſtantium ante pi
ctúras: ⁊ vnuſquiſq; habebat thuribulum in
manu ſua: ⁊ vápor nébule de thure conſurge-
bat. Et dixit ad me. Certe vides fili hominis q̃
ſeniores domus iſraél faciũt in tenebris. vnuſ
quiſq; in abſcondito + cubilis ſui. Dicunt eni. al's + cubiculi
Non videt dominus nos. Dereliquit domi-
nus terram. Et dixit ad me. Adhuc cóuerſus
videbis abominationes maiores: quas iſti fa
ciunt. Et introdúxit me per óſtium porte do-
mus domini qđ reſpiciebat ad aquilónez. Et F
ecce ibi mulieres ſedébant plangentes: adó-
nidem. Et dixit ad me. Certe vidiſti fili homi
nis. Adhuc conuerſus vidébis abominatiões
maiores his. Et introdúxit me in átrium do-
mus domini intérius. Et ecce in óſtio templi
domini inter veſtibulum ⁊ altare quaſi vigin
tiquinq; viri dorſa habentes contra templum
domini: ⁊ facies ad orientẽ: ⁊ adorabãt ad or
tum ſolis. Et dixit ad me. Certe vidiſti fili ho G
minis. Nunquid leue eſt hoc domui iudá: vt
fácerent abominationes iſtas quas fecerunt
hic: q2 replentes terram iniquitate conuerſi
ſunt ad irritándum me? Et ecce applicant ra
mum ad nares ſuas. Ergo ⁊ ego faciam in fu
rore + nõ párcet oculus meus nec miſerébor: al's + ⁊
⁊ cum clamauerint ad aures meas voce ma-
gna non exáudiam eos.

¶ Ca. Sum. ¶ De ſex viris miſſis ad vaſta-
tionem populi: de viro lineis induto ⁊ atra-
mentario: de ſigno thau: quo ſignati libera-
bantur. ¶ IX

A ET clamauit i auribus meis vo
ce magna dicẽs. Appropinqua-
uerũt viſitatiões vrbis: ⁊ + vnuſ al's + vnuſcuiuſq;
quiſq; vas interfectionis habet
in manu ſua. Et ecce ſex viri ve
niebant de via porte ſuperioris
que réſpicit ad aquilónez: ⁊ vniuſcuiuſq; vas
interitus in manu eius. Vir quoq; vnus i me
dio eorum veſtitus + erat lineis: ⁊ atramentã al's nõ h3 + erat
rium ſcriptoris ad renes eius. Et ingreſſi ſunt
⁊ ſteterunt iuxta altare + éreuz: ⁊ gloria domi al's + eneũ
ni iſraél aſſumpta eſt de cherúb que erat ſuper B
eum ad limen domus. Et vocauit virum qui
indútus erat lineis: ⁊ atramentáriuz ſcriptó ſup ca. 4.
ris habebat i lumbis ſuis. Et dixit dominus di. xl. c. ec-
ad eum. Tranſi per médiam ciuitatem in me cleſiaſtica.
dio hieruſalém: ⁊ ſigna thaũ ſuper + frótes vi- in glo. al's + frontes
roꝝ geméntium ⁊ dolentiũ ſuper cũctis abo- 23. q. 4. ce.
minationibus q̃ fiunt in medio eius. Et illis non pot

dixit audiente me. Tranſite p ciuitatẽ ſequen
tes eum: ⁊ pcútite. Non párcat oculus vr̃: ne
q̃ʒ misereámini. Senẽ + adoleſcéntulum ⁊ vir
ginẽ páruulum ⁊ mulieres interficite vſq̃ʒ ad
internitiónem. Oẽm aũt ſup quem vidéritis
tháu ne occidátis: ⁊ a ſanctuario meo incipi-
C te. Cepérunt ergo a viris ſenioꝛibus qui erát
ante faciẽ domus. Et dixit ad eos. Contaminá
te domũ: ⁊ impléte átria interfectis: Egredí-
mini. Et ingreſſi ſunt: ⁊ pcutiebant eos q erát
in ciuitate. Et cede cõpleta remãſi ego: ruiq̃ʒ
ſup faciẽ meaʒ: ⁊ clamãs áio. Heu. heu. heu:
dñe deus. Ergo ne + diſperdes oẽs reliquias iſ
D rael effundens furoꝛẽ tuũ ſuper hierl'm? Et di
xit ad me. Iniquitas domus iſraél ⁊ iudá ma
gna eſt nimis valde: ⁊ repleta eſt terra ſanguí
nibus: ⁊ ciuitas repleta eſt auerſione. Dixerũt
enim. Dereliq̃t dñs terram: ⁊ dñs non videt.
Igiť ⁊ me⁹ nõ parcet oculus neq̃ʒ miserébo:.
Uiam eoꝝ ſuper caput eoꝝ réddam. Et ecce
vir qui erat indutus líneis qui habebat atra
mentáriũ in dóꝛſo ſuo rñdit verbum dicens.
Feci ſicut pꝛecepiſti mihi.

C Ca. Sũ. C De viro qui accepit carbones
de medio rotarum ⁊ cherubin: ⁊ repetitio p
dicte viſionis dei ⁊ cherubin ⁊ quattuoꝛ ro-
tarum. C X

A Et vidi: ⁊ ecce in firmamento
quod erat ſup caput cherubim
quaſi lapis ſaphýrus: ⁊ q̃ſi ſpẽs
ſimilitúdinis ſolij apparuit ſu-
per ea. Et dixit ad virum qui in
dutus erat líneis: ⁊ ait. Ingré-
dere in medio rotárum que ſunt ſúbtus che-
rubím ⁊ ímple manũ tuam pꝛúnis ignis que
ſunt inter cherubín: ⁊ effúnde ſuper ciuitatẽ.
Ingreſſúſq̃ʒ eſt in cõſpectu meo. Cherubím
aũt ſtabant a dextris domus cũ ingrederétur
vir: ⁊ nubes impléuit átriũ intérius. Et eleua
ta eſt gloꝛia dñi déſuper + cherúb ad límẽ do-
mus: ⁊ repleta eſt domus nube. Et átriũ replé
tum ẽ ſplendóꝛe gl'ie dñi: ⁊ ſónitus alarũ che-
rubím audiebať vſq̃ʒ ad átriũ extérius: quaſi
vox dei oipotentis loquẽtis. Cũq̃ʒ p̃cepiſſet vi-
ro qui indútus erat líneis dicens: ſume ignẽ
de medio rotarũ que ſunt inter cherubím: in
B greſſus ille ſtetit iuxta rotã. Et extendit che-
rúb manũ de medio cherubím ad ignẽ q erat
inter cherubím: ⁊ ſúmpſit ⁊ dedit in man⁹ ei⁹
qui indútus erat líneis. Qui accipiens egreſ-
ſus eſt. Et apparuit in cherubím ſĩlitudo ma-
nus hominis ſúbtus pénnas eoꝝ. Et vidi: ⁊
ecce quattuoꝛ rote iuxta cherubim. Rota vna
iuxta cherúb vnum: ⁊ rota alia iuxta cherúb
+ vnum. Species aũt rotarum erat quaſi viſio
lápidis chryſóliti ⁊ aſpectus earũ ſimilitudo
vna quattuoꝛ: quaſi ſi ſit rota in medio rote.
C Cũq̃ʒ ambularent: in quattuoꝛ partes gradie
báñť: ⁊ non reuertebanť ambulantes: ſed ad
locum ad queʒ ire declinabat que pꝛima erat
ſequebanť ⁊ cetere: nec reuertebãť. Et omne
coꝛpus earũ ⁊ colla ⁊ manus ⁊ pénne ⁊ circu
li pleni erant oculis in circúitu quattuoꝛ ro-
tarũ: ⁊ rotas iſtas vocauit volubiles audiente
me. Quattuoꝛ autem facies habebat vnum.
Facies vna facies cherúb: ⁊ facies ſecũda fa-
cies hóminis: ⁊ i tertio facies leónis: ⁊ in q̃r-
to facies áquile. Et eleuata ſunt cherubim i-
pſuʒ eſt animal quod viderã iuxta flumẽ cho-
bár. Cũq̃ʒ ambularent cherubím: ibant páriter
⁊ rote iuxta ea: ⁊ cũ eleuárent cherubim
álas ſuas vt exaltarentur de terra: non reſidé-
bant rote ſed ⁊ ipſe iuxta erant. Stantibus il-
lis ſtabant: ⁊ cum eleuatis eleuabantur. Spíri
D tus enim vite erat in eis. Et egreſſa eſt gloꝛia
domini a límine tẽpli: ⁊ ſtetit ſup cherubím.
Et eleuántia cherubím alas ſuas: + exaltata
ſunt a terra coꝛã me: ⁊ illis egredientibus: ro
te quoq̃ʒ ſubſecúte ſũt. Et ſtetit in introítu poꝛ
te domus dñi oꝛiẽtális: ⁊ gloꝛia dei iſraél erat
ſuper eos. Ipſum eſt animal quod vidi ſúbter
deum iſraél iuxta flúuium chobár: ⁊ intellexi
q: cherubín eſſent. Quattuoꝛ + p quattuoꝛ vul
tus vni: ⁊ quattuoꝛ ale vni: ⁊ ſimilitudo ma-
nus hoïs ſub alis eoꝝ. Et ſimilitudo + vúltuũ
eoꝝ ipſi vultus quos víderam iuxta flúuium
chobár: ⁊ intúitus eoꝛum ⁊ ímpetus ſingulóꝝ
ante faciem ſuam ingredi.

C Ca. Sum. C De. xxv. viris. de captiuitate
alioꝛũ: q: ipſi erát carnes ⁊ iſrael lebes: de moꝛ
te pheltie: de diſperſione populi: de congrega-
tione diſperſoꝛum: ⁊ conſolatione tranſmigra
tionis. C XI

A Et eleuauit me ſpũs ⁊ introdu
xit me ad poꝛtam domus domí-
ni oꝛientalem: que réſpicit ad
ſolis oꝛtum. Et ecce in introítu
poꝛte vigintiquinq̃ʒ viri. Et vi-
di in medio eoꝝ + iechoníaʒ fi
liũ azúr ⁊ pheltiã filiũ bananie pꝛincipes po-
puli: dixitq̃ʒ ad me. Fili hominis hi ſunt viri q
cógitant iniquitatẽ: ⁊ tráctant ꝯſiliũ peſſimũ

in vrbe iſta dicentes. Nõne dudũ edificate ſũt
domus: Hic eſt lebes: nos aũt carnes. Idcirco
vaticinare de his: vaticinare fili hoĩs. Et irru
it ĩ me ſpũs dñi: ⁊ dixit ad me. Loquere. Hec
dicit dñs. Sic locuti eſtis domus iſrael: ⁊ co-
gitationes cordis veſtri ego noui. Plurimos
occidiſtis in vrbe hac: ⁊ impleſtis vias eius in
terfectis. Propterea hec dicit dñs. Interfecti
veſtri quos poſuiſtis in medio eius hi ſunt car
nes: ⁊ hic eſt lebes: ⁊ educam vos in medio
eius. Gladium metuiſtis: ⁊ gladium inducã
ſuper vos dicit dominus deus: ⁊ eijciam vos
B de medio eius. Daboq; vos in manu hoſtium:
⁊ faciã in vobis iudicia. Gladio cadetis. In
finibus iſrael iudicabo vos: ⁊ ſcietis quia ego
dominus. Hec non erit vobis in lebetẽ: ⁊ vos
non eritis in medio eius in carnes. In finibꝰ
iſrael iudicabo vos: ⁊ ſcietis q: ego dominus.
q: in preceptis meis non ambulaſtis: ⁊ iudi-
cia mea non feciſtis: ſed iuxta iudicia gentiũ
que in circuitu veſtro ſunt: eſtis operati. Et fa
ctum eſt cũ ꝓphetarem: pheltias filius bana-
ie mortuus eſt. Et cecidi in faciem meam
C clamans voce magna. Et dixi. Heu: heu: heu:
domine deus cõſummationẽ tu facis reliq̃
rum iſrael. Et factũ eſt verbũ domini ad me
dicens. Fili hominis fratres tui†: viri propin
qui tui ⁊ omnis domus iſrael vniuerſi q̃bus
dixerunt habitatores hieruſalem: longe rece
dite a dño: nobis data eſt terra in poſſeſſionẽ:
ꝓpterea hec dicit dñs deus. Q: longe feci eos
in gentibus: ⁊ q: diſperſi eos ĩ terris: ero eis
in ſanctificationem modicã in terris ad quas
venerunt. Propterea loquere. Hec dicit do-
minus deus. Cõgregabo vos de populis ⁊ adu
nabo de terris in quibus diſperſi eſtis daboq;
vobis humum iſrael: ⁊ ingredientur illuc: ⁊
auferent omnes offenſiones cunctaſq; abomi
D nationes eiꝰ de illa. Et dabo eis cor vnũ ⁊ ſpiri
tum nouum tribuam in viſceribus eorũ. Et
auferam cor lapideum de carne eorum: ⁊ da-
bo eis cor carneum vt in preceptis meis am-
bulent: ⁊ iudicia mea cuſtodiãt faciantq; ea:
⁊ ſint mihi in populum: ⁊ ego ſim eis in deũ.
Quorum autem cor poſt offendicula ⁊ abomi
nationes ſuas† ambulat: horũ † viam in capi
te ſuo ponam: dicit dominus deus. Et eleua-
uerunt cherubim alas ſuas ⁊ rote cum eis: ⁊
gloria dei iſrael erat ſup eos. Et aſcendit glo
ria domini de medio ciuitatis: ſtetitq; ſup mõ
tem qui eſt ad orientem vrbis. Et ſpiritus le-

alias gemi- nati† fra- trum

Hiere. 31. f.

alias† am- bulabat
alias † viã

leuauit me adduxitq; in chaldeã ad trãſmi
grationẽ in viſionẽ in ſpũ dei. Et ſublata eſt a
me viſio quã videram. Et locutus ſũ ad trãſ-
migrationẽ oĩa ṽba dñi que oſtẽderat mihi.
¶ Ca. Sũ. ¶ Probat exemplo ezechiel an-
guſtiam obſidionis hieruſalem: ⁊ inſtantiam
obſidionis. ¶ XII

Et factus eſt ſmo dñi ad me di A
cẽs. Fili hominis: in medio do
mus exaſperãtis tu habitas: qui
oculos habent ad videndum ⁊
nõ vidẽt: ⁊ aures ad audiẽdũ
⁊ nõ audiũt: q: domus exaſpe-
rans eſt. Tu ergo fili hoĩs fac tibi vaſa trãſmi
grationis: ⁊ trãſmigrabis per diẽ corã eis.
Tranſmigrabis autẽ de loco tuo ad locum al
terũ in conſpectu eoꝝ: ſi forte aſpiciant q: do-
mus exaſperans eſt. Et efferes foras vaſa tua
quaſi vaſa tranſmigrantis per diem in conſpe
ctu eoꝝ. Tu autẽ egredieris veſpere corã eis: B
ſicut egreditur migrans ante oculos eorum.
Perfode tibi parietem: ⁊ egredieris per eũ
in conſpectu eorum. In humeris† portaberis:
in caligine† efferẽris: Faciẽ tuã velabis ⁊ nõ
videbis terrã: q: portentũ dedi te domui iſrl'.
Feci ergo ſicut preceperat mihi dñs. Uaſa mea
protuli q̃ſi vaſa tranſmigrantis per diem ⁊ ve
ſpere perfodi mihi parietem manu: ⁊ in cali
gine egreſſus ſum: ⁊ in humeris† portatus in
conſpectu eorum. Et factus eſt ſermo domini
† mane ad me dicẽs. Fili hominis: nũq̃d nõ C
dixerunt ad te domus iſrael: domus exaſpe-
rans quid tu facis? Dic ad eos. Hec dicit do-
minus deus. Super† ducẽ onus iſtd: qui eſt in
hierl'm: ⁊ ſuper omnẽ domũ iſrael que eſt in
medio eoꝝ. Dic. Ergo portentũ veſtrũ. Quo
feci: ſic fiet illis. In trãſmigrationẽ ⁊ in capti
uitatẽ ibũt: ⁊ † dux qui ẽ in medio eoꝝ in hu
meris portabit: in caligine egredietur. Parietẽ
† perfodiẽt vt educant eũ: facies eius operiet:
vt nõ videat† oculo terrã. Et extendam rhete
meũ ſup eũ: ⁊ capietur in ſagena mea. Et ad D
ducam eũ in babylonẽ in terrã chaldeorũ:
⁊ ipſam non videbit: ibiq; morietur: ⁊ oẽs qui
circa eũ ſunt. Preſidiũ eiꝰ ⁊ agmina eius di-
ſpergam in oẽm ventũ: ⁊ gladium euaginabo
poſt eos. Et ſcient q̃a ego dñs: qñ diſperſero
illos in gentibus: ⁊ diſſeminauero eos in† ter
ris. Et relinquam ex eis viros paucos a gla-
dio ⁊ fame ⁊ peſtilentia: vt narrent oĩa ſcele-
ra eoꝝ in gẽtibꝰ ad q̃s ingredientur. Et ſciẽt q:

alias † por- tabis
al† effu- gies
alias† por- tatus.
alias nõ hi †mane.
al† nũq̃d dixerunt.
alias† prin cipem.
alias† prin ceps.
a † effo dient.
alias† ocu- lis.
al† terras

ego dominus. Et factus eſt ſermo domini ad
me dicens. Fili hominis: panem tuum in con
turbatione comede: ſed & aquam tuaȝ in fe-
ſtinatione & merore bibe: & dices ad populuȝ
terre. Hec dicit dominus deus ad eos qui ha-
bitant in hieruſalem in terra iſrael: Panem
al's nõ hȝ + in al's + ſolitudine. ſuum in + ſolitudine comedent & aquã ſuam
in deſolatione bibẽt: vt deſoletur terra a mul-
titudine ſua propter iniquitates omniuȝ qui
habitant in ea: & ciuitates que nunc habitan
tur deſolate erunt terraqȝ deſerta. Et ſcietis q̄
ego dominus. Et factus eſt ſermo domini ad
F me dicens. Fili hominis quod eſt prouerbiũ
2.pe.3.f. iſtud in terra iſrael dicentium: in longum diſ
ferentur dies & peribit omnis viſio? Ideo dic
ad eos. Hec dicit dominus de⁹. Quieſcere fa-
ciam prouerbium iſtud: neqȝ vulgo dicetur
al's + Sed vltro in iſrael. + Et loquere ad eos q̄ appro-
pinquauerint dies: & ſermo omnis viſionis.
Non enim erit vltra omnis viſio caſſa: neqȝ
diuinatio ambigua in medio filiorum iſrael:
quia ego dominus loquar & quodcunqȝ locu
G tus fuero verbum + fiet. Non prolongabitur
al's + t. amplius: ſed diebus veſtris domus exaſpe-
rans loquar verbum: & faciam illud dicit do-
minus deus. Et factus eſt ſmo domini ad me
dicens. Fili hominis: ecce domus iſrael dicẽ
tium. Viſio quam hic videt in dies multos: &
in tẽpora longa iſte prophetat. Propterea dic
ad eos. Hec dicit dominus deus. Non prolon
gabitur vltra omnis ſermo meus. Verbum
quod locutus fuero cõplebitur: dicit dñs de⁹.
¶ Capituli Summarium. ¶ Sermo dei cõ
tra pſeudo prophetas decipientes populum
domini. ¶ XIII

A Et factus eſt ſermo domini ad
me dicens. Fili hominis: vati-
cinare ad prophetas iſrael qui
prophetant: & dices prophetan-
tibus de corde ſuo. Audite ver
bũ domini: hec dicit dñs deus.
Ve prophetis inſipientibus qui ſequũtur ſpi
al' + deſertis ritum ſuum: & nihil vident. Quaſi vulpes in
al's habet + errant. + deſerto prophete tui iſrael + erant.[a] Nõ aſcẽ
al's nõ hȝ + erant ditis ex aduerſo: neqȝ oppoſuiſtis murum p
domo iſrael: vt ſtaretis in prelio in die domi-
a diſt.43. capi.j. ni. Vident vana & diuinãt mendacium dicen
tes: ait dominus cum dñs non miſerit eos: &
pſeuerauerũt ɔfirmare ſermonẽ. Nũquid nõ
viſionem caſſam vidiſtis: & diuinationẽ mẽda-
cem locuti eſtis? Et dicitis ait dñs: cũ ego nõ

ſim locut⁹. Propterea hec dicit domin⁹ deus.
Quia locuti eſtis vana & vidiſtis mẽdacium: B
ideo ecce ego ad vos: ait dominus deus: & erit
manus mea ſuper prophetas qui vident vana
& diuinant mendacium. In + conſilio populi al' + ɔcilio
mei non erunt: in ſcriptura domus iſrael non
ſcribent: nec in terra iſrael ingredient: & ſcie-
tis q̄ ego dominus deus. Eo q̄ deceperint po
pulũ meũ dicẽtes: pax: pax: & nõ eſt pax: &[b] ipſe b vide.46. capi.2.
edificabat parietem: illi aũt liniebant eum lu-
to abſqȝ paleis. Dic ad eos qui liniunt abſqȝ
tẽperatura: q̄ caſurus ſit. Erit enim imber in
undans: & dabo lapides pergrandes & deſuper
irruentes: & ventum procelle diſſipantem. Si
quidem. Ecce cecidit paries: Nunqd nõ di-
cet vobis vbi eſt litura quã liniſtis? Propte-
rea hec dicit dñs deus. Et erumpere faciã ſpũm
tempeſtatum in indignatiõe mea: & imber in
undans in furore meo erit: & lapides grãdes
in terra in ɔſumptiõem. Et deſtruam parietem C
quẽ liniſtis abſqȝ temperamẽto: & adeq̄bo euȝ
terre: & reuelabitur fundamẽtũ eius & cadet
& ɔſumetur in medio eius: & ſcietis quia ego
ſum dñs. Et complebo indignationem meaȝ
in pariete & in his qui liniunt euȝ abſqȝ tem-
peramento: dicãqȝ vobis. Nõ eſt paries: & nõ
ſunt q̄ liniunt eum. Prophete iſrael qui pro-
phetant ad hierl'm & vident ei viſionẽ pacis: &
nõ eſt pax: ait dñs deus. Et tu fili hominis po-
ne faciem tuã ɔtra + filias populi tui + que pro al' + filios
phetãt de corde ſuo: & vaticinare ſuper + eas & al's + qui
dic. Hec dicit dominus deus. Ve que conſuũt al's + eos
puluillos ſub omni cubito manus: & faciunt
ceruicalia ſub capite vniuerſe etatis ad capiẽ
das animas. Et cũ caperent aĩas populi mei:
viuificabãt aĩas eorum. Et violabant me ad po-
pulum meũ pp pugillum hordei & + fragmẽ al's + fragmentum
panis[c]: vt interficerẽt animas que nõ moriũ c 11.q.3.c.
tur: & viuificarent animas que nõ viuunt: mẽ pleriqȝ.
tiẽtes populo meo credenti mẽdacijs. + Pro- D
pter hoc dicit dominus deus. Ecce ego ad pul al' + propter
uillos veſtros quibus vos capitis animas vo-
lantes: & dirumpam eos de brachijs veſtris: &
dimittam animas quas vos capitis animas
ad volandum. Et dirumpã ceruicalia veſtra:
& liberabo populum meum de manu veſtra: ne
qȝ erunt vltra in manibus veſtris ad predan-
dum. Et ſcietis quia ego dominus. Pro eo q̄
merere feciſtis cor iuſti mendaciter quẽ ego
non contriſtaui: & cõfortaſtis manus impij vt
non reuerteretur a via ſua mala & viueret;

propterea vana non videbitis ⁊ diuinationes
non diuinabitis amplius: ⁊ eruam populum
meum de manu veſtra. Et ſcietis quia ego
dominus.

¶ Cap. Sum. ¶ Propter hominum immū-
dicias non predicat eis: ⁊ nec a prophetis nec
a plagis liberantur. ¶ XIIII

A Et venerunt ad me viri ſenio-
rum iſraél: ⁊ ſedérunt coram
me. Et factus eſt ſermo domini
ad me dicens. Fili hominis vi-
ri iſti poſuerunt immundicias
ſuas in cordibus ſuis: ⁊ ſcanda
lum iniquitatis ſue ſtatuérunt contra faciem
ſuam. Nūquid interrogatus reſpondebo eis?
Propter hoc lóquere eis: ⁊ dices ad eos. Hec
dicit dñs deus. Homo homo de domo iſraél q
poſuérit imūdicias ſuas in corde ſuo: ⁊ ſcan
B dalum iniquitatis ſue ſtatuerit contra faciem
ſuam: ⁊ venerit ad prophetam intérrogans per
eum me. ego dominus reſpondébo ei in mul
titudine immundiciarum ſuaruꝫ vt capiátur
domus iſraél in corde ſuo quo receſſerit a me
in cunctis idolis ſuis. Propterea dic ad do-
mum iſraél. Hec dicit dominus deus. Conuer
timini ⁊ recédite ab idolis veſtris: ⁊ ab vni-
uerſis contaminationibus veſtris auértite fa
cies veſtras. Quia homo homo de domo iſrl':
⁊ de proſélitis quicunqꝫ áduena fuerit in iſrl'.
ſi alienatus fuerit a me ⁊ poſuerit idola ſua in
C corde ſuo ⁊ ſcandalum iniquitatis ſue ſtatúe-
rit contra faciem ſuaꝫ: ⁊ venerit ad prophetaꝫ
vt interroget per eum me. ego dominus reſpō
debo ei per me: ⁊ ponam faciem meam ſuper
hominem illum: ⁊ faciam eum in exemplum
⁊ in prouérbium: ⁊ diſperdam euꝫ de medio
populi mei. Et ſcietis quia ego dominus. Et
propheta cum erráuerit ⁊ locutus fuerit ver-
al's+ deci piam bum: ego dominus+ decepi prophetam illū.
al's+ por tabat. Et extendam manum meam ſuper illuꝫ: ⁊ de
lébo eum de medio populi mei iſraél: ⁊+por
D tabunt iniquitatem ſuam. Iuxta iniquitatem
Ro. 14. Gal. 6. 23. q. 4. c. forte. 83. q. 2. Lhi perit. interrogantis: ſic iniquitas prophete erit: vt
non erret vltra domus iſraél a me: neqꝫ pol-
luátur in vniuerſis preuaricationibus ſuis: ſꝫ
al's+ ſint. +ſit mihi in populum ⁊ ego ſim+eis in deuꝫ:
al's+ ei ait dominus exercituum. Et factus eſt ſermo
domini ad me dicens. Fili hominis terra cū
Suſ. 4. d peccáuerit mihi vt preuaricetur preuári-
c. E. 5. d. cans: extendam manum meam ſuper eam ⁊
al'+ firma mentum conteram+virgam panis eius: ⁊ immittaꝫ in

eam famē ⁊ interficiam de ea hominẽꝫ ⁊ iu- E
mentum. Et ſi fuerint tres viri iſti in medio
eius noé dániel ⁊ iób: ipſi iuſtitia ſua libera-
bunt animas ſuas: ait dominus exercituum.
Quod ſi beſtias péſſimas indúxero ſup terram
vt vaſtent eam: ⁊ fuerit in via eo qꝫ non ſit p
tranſiens propter beſtias: tres viri iſti+ ſi fue- al's+ qui
rint in ea: viuo ego dicit dominus deus: quia
nec filios nec filias liberabunt: ſed ipſi ſoli li
berabuntur: terra autē deſolábitur. Uel ſi gla
dium indúxero ſuper terram illam: ⁊ dixero F
gladio: tranſi per terram: ⁊+interfecero de ea al'+inter-
hominem ⁊ iumentuꝫ: ⁊ tres viri iſti fúerint ficio.
in medio eius: viuo ego dicit dominus deus:
non liberabunt filios neqꝫ filias ſed ipſi ſoli li
berabuntur. Si autem ⁊ peſtilentiam immiſe
ro ſuper terram illam: ⁊ effúdero indignatio
nem meam ſuper eam in ſanguine: vt áuferā
ex ea hominē ⁊ iumentuꝫ: ⁊ noé dániel ⁊ iob
fuerint+in medio eius: viuo ego dicit domi- al'+ in eo
nus deus: quia filium ⁊ filiam nō liberabunt:
ſed ipſi iuſtitia ſua liberabunt aīas ſuas. Quo
niam hec dicit dominus: qꝫ ⁊ ſi quattuor iudí- G
cia mea peſſima gladiū ⁊ famē ac beſtias ma
las ⁊ peſtiléntiam immiſero in hieruſalē vt
interficiam de ea hominēꝫ ⁊ pecus: tamen re-
linquétur in ea ſaluatio educentium filios ⁊
filias. Ecce ipſi egredientur ad vos ⁊ videbi-
tis viam eorum: ⁊ adinuentiones eoruꝫ: ⁊ cō-
ſolabimini ſuper malo qđ indúxi in hieruſa-
lém in omnibus que importáui ſuper eam: ⁊ al'+ſuper
conſolabuntur+vos cum videritis viam eo-
rum ⁊ adinuentiones eoruꝫ: ⁊ cognoſcétis qꝫ
non fruſtra fécerim omnia que feci in ea: ait
dominus deus.

¶ Ca. Sum. ¶ Sermo domini contra hieru
ſalem vitem infructuoſam. ¶ XV

A Et factus eſt ſermo dñi ad me
dicens. Fili hominis qd fiet de
ligno vitis ex omnibus lignis
nemorum que ſunt inter ligna
ſiluarum? Nūquid tollétur de
ea lignum vt fiat opus: aut fa-
bricabit de ea paxillus vt dependeat in eo qđ-
cunqꝫ vas? Ecce igni datum eſt in eſcaꝫ: vtrā-
qꝫ partem eius conſúmpſit ignis: ⁊ medietas
eius redacta eſt in fauillaꝫ. Nūquid útile erit
ad opus. +Etiam cum eſſet integrum nō erat al's+ & ſic.
B aptum ad opus: qūtomagis cum illud ignis
deuoráuerit ⁊ combúſſerit: nihil ex eo fiet ope
ris. Propterea hec dicit dominus deus. Que-

modo lignum vitis inter ligna ſiluaruꝫ quod
dedi igni ad deuorandū: ſic tradam habitato-
res hieruſalem: ⁊ ponam faciem meā in eos.
De igne egredientur: ⁊ ignis conſumet eos.
Et ſcietis q: ego dominus cū poſuero facieꝫ
meam in eos: ⁊ dedero terram inuiaꝫ ⁊ deſo-
latam: eo ꝙ preuaricatores extiterint: dicit do
minus deus.

¶ Capituli Summariū. ¶ Cathalogus im-
mundiciarum ⁊ iniquitatū hieruſalem ⁊ cor
reptio qua reuocatur ad ſalutem ſcribitur: iu
ſtificat dominus ſodomam ⁊ ſamariam com
paratione hieruſalem. ¶ XVI

A Et factus eſt ſermo domini ad
me dicēs. Fili hominis: notas
fac hieruſaleꝫ abominationes
ſuas: ⁊ dices. Hec dicit domi-
nus deus hieruſalē. Radix tua
ali⁺cana nea. ⁊ generatio tua de terra⁺ cha-
de pe. di. 2. c ſi enim. in glo. infra eo. nāan pater tuus ammorreus: ⁊ mater tua ce-
thea. Et quando nata es in die ortus tui non
eſt preciſus vmbilicus tuus: ⁊ aqua non es lo
al⁺ iuūs. ta in ſalutem: nec ſale ſalita nec inuoluta pan-
als⁺ me⁹. nis. Non pepercit ſuper te oculus⁺ vt⁺ faceret
als⁺ face rem. tibi vnū de his miſertus tui: ſed proiecta es ſu
per faciē terre in abiectione anime tue: in die
qua nata es. Tranſiēs autem per te: vidi te cō
culcari in ſanguine tuo. Et dixi tibi cum eſſes
in ſanguine tuo. Viue. Dixi inquā tibi in ſan
guine tuo. Viue: multiplicatam quaſi germē
agri dedi te: ⁊ multiplicata es: ⁊ grandis effe
cta: ⁊ ingreſſa es ⁊ peruniſti ad mundum mu
liebrem. Vbera tua intumuerunt: ⁊ pilus tu⁹
germinauit: ⁊ eras nuda ⁊ confuſione plena:
⁊ trāſiui ꝑ te ⁊ vidi te: ⁊ ecce tempus tuū: tp̄s
B amantiū. Et expandi amictum meū ſuper te:
⁊ operui ignominiam tuam. Et iuraui tibi ⁊
ingreſſus ſum pactū tecuꝫ: ait dominus deus.
als⁺ mūdaui. Et facta es mihi: ⁊ laui te aqua ⁊⁺ emundaui
ſanguinem tuum ex te. Et vnxi te oleo ⁊ veſti
ui te diſcoloribus: ⁊ calciaui te hyacintho. Et
cinxi te byſſo: ⁊ indui te ſubtilibus: ⁊ ornaui
te ornamento. Et dedi armillas in manib⁹ tu
is: ⁊ torquem circa collum tuum: ⁊ dedi inau
rem ſuper os tuum: ⁊ circulos naribus tuis ⁊
coronam decoris in capite tuo. Et ornata es
auro ⁊ argento: ⁊ veſtita es byſſo ⁊ polimito
al⁺ multi coloribus. ⁊⁺ multis coloribus. Similam ⁊ mel ⁊ oleuꝫ
comediſti: ⁊ decora facta es vehemēter nimis.
Et profeciſti in regnum: ⁊ egreſſum eſt nomē
tuum in gentes propter ſpeciem tuaꝫ: quia ꝑ-
fecta eras in decore meo quem poſueram ſu-
per te: dicit dominus deus. Et habens fiduciā
in pulcritudine tua fornicata es in noīe tuo:
⁊ expoſuiſti fornicationem tuam omni tran-
ſeunti: vt eius fieres. Et ſumens de veſtimen
tis meis feciſti tibi excelſa hincinde conſuta.
⁊ fornicata es ſuper eis. ſicut non eſt factuꝫ: ne
ꝗꝫ futurum eſt. Et tuliſti vaſa decoris tui de au
ro meo ⁊⁺ argento meo que dedi tibi: ⁊ feci- als⁺ meo
ſti tibi imagines maſculinas ⁊ fornicata es in C
eis: ⁊ ſumpſiſti veſtimēta ⁺ tua multicoloria: als⁺ tua
⁊⁺ operuiſti illas. Et oleum meum ⁊ thimia- als veſtiſti eas
ma meum poſuiſti coram eis: ⁊ panem meū
queꝫ dedi tibi ſimilaꝫ ⁊ oleuꝫ ⁊ mel ꝗbus enu
triui te poſuiſti⁺ in conſpectu eoꝝ in odorem als⁺ coram eis.
ſuauitatis. Et factū eſt: ait dn̄s deus: ⁊ tuliſti fi
lios tuos ⁊ filias tuas q̄s generaſti mihi ⁊ im
molaſti eis ad deuorandum. Nunqd parua
eſt fornicatio tua. Immolaſti filios meos: ⁊ de
diſti illos conſecrans eis. Et poſt omnes abo-
minationes tuas ⁊ fornicationes: nō es recor
data dierum adoleſcētie tue: quādo eras nu
da ⁊ confuſione plena: conculcata in ſanguīe
tuo. Et accidit poſt omnē maliciam tuam: ve
ve tibi: ait dn̄s deus. Et edificaſti tibi lupanar
⁊ feciſti tibi proſtibulū in cunctis plateis. Ad de conſe. di. 5. ca. nō iſti in fi.
omne caput vie edificaſti ſignum proſtitutio
nis tue: ⁊ abominabileꝫ feciſti decorem tuuꝫ. D
Et diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti ⁊ mul
tiplicaſti omnes fornicationes tuas. Et forni-
cata es cum filijs egypti vicinis tuis magna-
ruꝫ carniū: ⁊ multiplicaſti fornicationē tuam
ad irritanduꝫ me. Ecce ego⁺ extendā manuꝫ al⁺ extēdā
meā ſuper te: ⁊ auferā⁺ iuſtificationē tuaꝫ. Et als⁺ iu ſtitiam.
dabo te in⁺ animas odientiuꝫ te filiaꝝ paleſti als⁺ ani mas.
narū: que erubeſcunt in via tua ſcelerata. Et
fornicata es in filijs aſſyriorum: eo ꝙ necduꝫ
fueris expleta. Et poſtquā fornicata es nec ſic
es⁺ ſatiata: ⁊ multiplicaſti fornicationem tuā als⁺ ſatiata.
in terra chanaan cū chaldeis: ⁊ nec ſic ſatia-
ta es. In quo mundabo cor tuū: ait dn̄s deus.
cuꝫ facias oīa hec opa mulieris meretricis ⁊
procacis: q: fabricaſti lupanar tuuꝫ in capite
omnis vie: ⁊ excelſuꝫ tuū feciſti in omni pla-
tea. Nec facta es quaſi⁺ meretrix faſtidio au als⁺ mu lier faſti dioſa.
gens preciū: ſed q̄ſi mulier adultera que ſup
virū ſuū inducit alienos. Oībus meretricib⁹
dātur mercedes: tu aūt dediſti mercedes cū-
ctis amatoribus tuis ⁊ dona donabas eis: vt in
trarent ad te vndiqꝫ ad fornicandum tecum.
Factūqꝫ eſt in te cōtra ꝯſuetudinem mulierū

in fornicationibus tuis:⁊ poſt te nõ erit forni
catio. In eo enim ꝙ dediſti mercédes: ⁊ mer
cédes non accepiſti: factũ eſt in te cõtrarium.
Propterea méretrix audí verbũ dómini. Hec
dicit dominus deus. Quia effúſum eſt es tuũ:
⁊ reuelata eſt ignominia tua in fornicationi-
bus tuis ſuper amatores tuos:⁊ ſup idola abo
minationũ tuaꝝ in ſanguie filioꝝ tuoꝝ quos
dediſti eis:ecce ego cõgregábo oẽs amatores
E tuos qbus cõmixta es ⁊ omnes quos dilexiſti
cum vniuerſis quos ódera̾s. Et congregabo
eos ſuper te úndiqꝫ ⁊ nudábo ignominiã tuaꝫ
corã eis:⁊ videbũt oẽm turpitudinẽ tuam: ⁊
iudicabo te iudicijs adulterárũ effundentiuꝫ
ſanguinẽ. Et dabo te in ſanguinẽ furóris ⁊ ze-
li:⁊ dabo te in manus eoꝝ. Et déſtruent lupá
nar tuũ:⁊ demolientꝰ proſtíbulũ tuũ. Et denu
dabunt te veſtimentis tuis:⁊ áuferent vaſa de
córis tui:⁊ derelinquẽt te nudaꝫ plenãqꝫ igno
minia:⁊ addúcent ſuper te multitudinem. Et
4.re.25.b. lapidábunt te lapídibus:⁊ trucídabũt te glá
dijs ſuis. Et combúrent domos tuas igni:⁊ fa
cient in te iudicia in oculis mulierum pluri-
marum. Et deſines fornicári:⁊ mercédes vl-
tra non dabis. Et requiéſcet indignatio mea
in te:⁊ auferétur zelus meus a te ⁊ quieſcam
nec iráſcar amplius:eo ꝙ non fúeris recor-
dáta dieruꝫ adoleſcentie tue:⁊ prouocaſti me
in omnibus his. Quapropter ⁊ ego vias tuas
in capite tuo dedi:ait dominus deus:⁊ non fe-
ci iuxta ſcélera tua in omnibus abominatio-
nibꝰ tuis. Ecce omnis qui dicit vulgo prouer-
bium:in te aſſúmet illud dicẽs. Sicut mater:
ita ⁊ filia eius. Filia matris tue es tu: que pro
iécit virum ſuum:⁊ filios ſuos ⁊ ſoror ſororũ
tuaruꝫ:que proiecérunt viros ſuos ⁊ filios ſu-
F os. Mater veſtra cethéa:⁊ pater veſter amor
ſupra 10. réus. Et ſoror tua maior ſamária: ipſa ⁊ filie
eius que habitant ad ſiniſtram tuam. Soror
auteꝫ tua minor te:que habitat a dextris tuis
ſódoma ⁊ filie eius. Sed nec in vijs earũ am
al+ puſil-lum. buláſti:neqꝫ ſm ſcelera earum feciſti. + Pau
xillum minus pene ſceleratiora feciſti illis: in
omnibus vijs tuis. Viuo ego dicit dominus
deus:quia non fecit ſódoma ſoror tua ipſa ⁊ fi
lie eius:ſicut feciſti tu ⁊ filie tue. Ecce hec fuit
iniquitas ſódome ſororis tue:ſuperbia ſatúri
tas panis ⁊ abundantia ⁊ ócium ipſius ⁊ filia-
rum eius:⁊ manuꝫ egéno ⁊ páuperi non por-
rigébant:⁊ eleuáte ſunt ⁊ fecerunt abomina-
Ge.19.f. tiones coraꝫ me:⁊ abſtuli eas ſicut vidiſti. Et

ſamária dimidium pctõrum tuoruꝫ non pec-
cauit:ſed viciſti + eas ſceleribus tuis:⁊ iuſtifi- al+e:tu j.q.i.c.nõ.ne.
caſti ſorores tuas in omnibus abominationi-
bus tuis quas opata es. Ergo ⁊ tu porta ꝯfu-
ſionem tuaꝫ:que viciſti ſorores tuas peccatis
tuis ſcelerátius agens ab eis. Iuſtificate ſunt diſt.50.c.
enim a te. Ergo ⁊ tu confúndere ⁊ porta igno dominus.
miniã tuaꝫ:que iuſtificaſti ſorores tuas. Et cõ
uértam reſtituens eas + conuerſione ſodomo al+cõuerſioni
rum cum filiabus ſuis:⁊ cõuerſione ſamárie
⁊ + filiarum eius. Et conuértam reuerſionem al+reuerſione
tuam in medio earuꝫ: vt portes ignominiam al+filiarum
tuam:⁊ confuudáris in omnibus que feciſti
conſólans eos. Et ſoror tua ſódoma ⁊ filie eiꝰ
reuerténtur ad antiquitatem ſuam: ⁊ ſamá- diſ.50.ca.
ria ⁊ filie eius reuerténtur ad antiquitatem dominus.
ſuam:⁊ tu ⁊ filie tue reuertémini ad antiqui-
tatem veſtram. Non fuit auteꝫ ſódoma ſoror G
tua audita in ore tuo in die ſuperbie tue:ante
quã reuelarétur malicia tua ſicut hoc tempo-
re in obprobrium filiaruꝫ ſýrie ⁊ cunctarum
in circuitu tuo filiarum paleſtinárũ que ám
biunt te per gýrum. Scélus tuũ ⁊ ignomini-
am tuam tu portaſti:ait dominus deus. Quia
hec dicit dominus deus. Et fáciã tibi ſicut de-
ſpexiſti iuramentum vt irrituꝫ fáceres pactũ:
⁊ recordábor ego pacti mei tecum in diebus
adoleſcentie tue:⁊ ſuſcitabo tibi pactuꝫ ſem-
piternum. Et recordáberis viarũ tuaruꝫ:⁊ cõ
fundéris cum recéperis ſorores tuas te maio
res cuꝫ minoribus tuis. Et dabo eas tibi in fi-
lias:ſed non ex pacto tuo:⁊ ſuſcitabo ego pa-
ctum meũ tecum. Et ſcies quia ego dominus
vt recordéris ⁊ confundáris ⁊ non ſit tibi vl-
tra aperire os pre ꝯfuſiõe tua:cũ placatus tibi
fuero in oĩbus que feciſti:ait dñs deus.

¶ Capituli Summariuꝫ. ¶ Ioachim in ba
bylone captiuo ſedechia ⁊ hieruſalem datur
in manibꝰ nabuchodonoſor:⁊ ꝓphetia de chri-
ſto ponitur. ¶ XVII A

ET factuꝫ eſt ſermo dñi ad me
dicens. Fili hominis:propóne
enigma: ⁊ narra parabolaꝫ ad
domum iſraél ⁊ dices. Hec di
cit dñs deus. Aquila grandis
magnarum alarũ longo mem
brorum ductu plena plũmis ⁊ varietáte ve-
nit ad líbanum: ⁊ tulit medúllam cédri.
Súmitátem fróndium eius auúlſit ⁊ tran-
ſportauit eam in terram chanaán: in vrbe + al+negociationis
negociatorum póſuit illam. Et tulit de ſe-

B míne terre ꝛ póſuit illud in terra pro ſemine:
vt firmaret radicem ſuper aquas multas. In
ſuperficie poſuit illud. Cúq́ʒ germináſſet cré-
uit in vineaʒ latiorē: húmili ſtatúra: reſpicien
tibus ramis eius ad eaʒ ꝛ radices eius ſub il-
la erant. Facta eſt ergo vinea ꝛ fructificauit in
pálmites ꝛ emiſit propagines. Et facta eſt aq
la altera grándis: magnis alis: multiſq́ʒ plú-
mis. Et ecce vinea iſta quaſi mittens radíces
ſuas ad eam pálmites ſuos exténdit ad illam
vt irrigaret eam de aréolis gérminis ſui. In
terra bona ſuper aquas multas plãtata eſt: vt
faciat fróndes ꝛ portet fructum: vt ſit in vine
C am grandeʒ. Dic. Hec dicit dominus deꝰ. Er-
go ne pſperabitur? Nóne radices eiꝰ euéllet:
al'+ fru- ꝛ+fructus eius diſtringet ꝛ ſiccábit omnes
ctū eiꝰ ex- pálmites gérminis eius ꝛ aréſcet: ꝛ nõ eſt in
tinguet. brachio grandi neq́ʒ in populo multo vt euél
leret eaʒ radicitus? Ecce plantata eſt. Ergo ne
proſperabitur? Nõne cũ tetigerit eam ventus
vrẽs ſiccabit: ꝛ in áreis germinis ſui areſcet?
Et factũ eſt verbũ dñi ad me dicens. Dic ad
domũ exaſperantẽ. Neſcitis quid iſta ſignifi-
al'+venit. cent? Dic. Ecce+veniet rex babylónis in hie-
D ruſalém: ꝛ aſſumet regẽ ꝛ pncipes eius ꝛ ad-
dúcet eos ad ſemetipſum in babylónẽ: ꝛ tól-
let de ſémine régni: ferietq́ʒ cũ eo fédus ꝛ ab
eo accipiet iuſiurãdũ. Sʒ ꝛ fortes terre tóllet
vt ſit regnum humile ꝛ non eleuétur: ſed cu-
ſtódiat pactum eius: ꝛ ſeruet illud. Qui rece-
dens ab eo miſit nuncios ad egýptum: vt da-
ret ſibi equos ꝛ pplm multum. Nũqd pſpabi
tur vel ꝯſequetur ſaluteʒ qui fecit hec? Et qui
E diſſóluit pactum nũquid effugiet? Uiuo ego
dicit dominus deus: qm̃ in loco regis q cõſti-
tuit eũ regem: cuius fecit irritum iuramentũ
ꝛ sóluit pactum qḋ habebat cuʒ eo in medio
babylónis morieẽ. Et non in exercitu grandi
neq́ʒ in populo multo faciet contra euʒ pha-
rao prélium in iactu ággeris: ꝛ in extructiõe
vallorum: vt interficiat aïas multas. Spreue
rat enim iuramentuʒ vt sólueret fedus: ꝛ ec-
ce dedit manuʒ ſuam. Et cum omnia hec féce
rit nõ effúgiet. Propterea hec dicit dominus
deus. Uiuo: qm̃ iuramẽtuʒ qḋ ſpreuit ꝛ fédus
F qḋ pͣuaricátus eſt ponã in caput eius. Et expã
dam ſuper eũ rhéte meũ: ꝛ comprehendétur
in ſagéna mea: ꝛ addúcam euʒ in babylónẽ
al'+preua ꝛ iudicabo eũ ibi preuaricatione qua+deſpé-
ricatꝰ ē in rit me ꝛ oẽs prófugi eius cũ vniuerſo ágmine
ſuo gládio cádent. Reſidui aũt in oẽʒ ventuʒ
diſpgẽtur: ꝛ ſcietis: q: ego dñs locutus ſum. G
Hec dicit dominus deus. Et ſumã ego de me-
dúlla cedri ſublimis ꝛ ponã ď+vértice ramo al'+ger-
rũ eiꝰ teneꝛ: +diſpgam ꝛ plãtabo ſup mõteʒ mine
excelſum ꝛ eminẽteʒ. In mõte ſublimi iſraél al'+diſtin
plantabo+illud: ꝛ erũpet in gérmen ꝛ faciet guam.
fructuʒ: ꝛ erit in cedrũ magnã. Et habitabũt al'+diſtri
ſub+ea omnes vólucres: ꝛ vniuerſum volátí gam.
le ſub vmbra fróndium eius nidificábit. Et al'+illud
ſcient omnia ligna regiónis: q: ego dñs húi- al'+eo
liáui lignũ ſublime. ꝛ exaltaui lignũ húmileꝛ
ꝛ ſiccáui lignum viride ꝛ frondére feci lignũ
árıduʒ. Ego dñs locutus ſuʒ ꝛ feci.

¶ Capituli Summarium. ¶ De vua acer-
ba: q: nõ pater pro filio nec filius pro patre te
netur in pctis: ſed vnuſq́ſq́ʒ onus ſuuʒ porta-
bit: ꝛ vbi inuenietur ibi iudicabit: ꝛ reuocan
tur peccatores ad penitentiaʒ. ¶ XVIII

ET factus eſt ſermo dñi ad me A
dicẽs. Quid eſt q inter vos pa
rabolam vértitis in prouerbiũ
iſtud in terra iſraél dicẽtes: pa dic' eʒk'
tres comedérunt vuaʒ acérbã
ꝛ dentes filiorũ+obſtupeſcunt? al'+obſtu
Uiuo ego dicit dñs deꝰ: ſi erit vltra vobis pa- puerunt.
rabola hec in prouérbium in iſraél. Ecce oẽs
aïe mee ſunt. Ut aïa patris: ita ꝛ aïa filij mea
eſtᵃ. Anima que peccáuerit ipa morieẽ. Et vir
ſi fuerit iuſtus ꝛ fécerit iudiciũ ꝛ iuſtitiam in
montibus nõ comédeꝛit: ꝛ oculos ſuos nõ le-
uáuerit ad idola domus iſraél ꝛ vxorem pro-
ximi ſui nõ violáuerit: ꝛ ad mulierẽ mẽſtrua-
tam non accéſſerit: ꝛ hominẽʒ non contriſtá-
uerit: pignus debitori reddiderit: per vim ni-
hil rapúerit: panem ſuum eſurienti déderit: B
ꝛ nudũ operuerit veſtimento: ᶜad vſurã non
cõmodáuerit: ꝛ amplius nõ accéperit: ab ini
quitate auerterit manum ſuam: ꝛ iudicium
veruʒ fécerit inter viruʒ ꝛ viꝛ: ꝛ in preceptis
meis ambuláuerit ꝛ iudicia mea cuſtodierit
vt faciat veritatem: hic iuſtus eſt. Uita viuet:
ait dñs deus. Qꝫ ſi genúerit filium latrónem C
effundenteʒ ſanguinẽ: ꝛ fecerit vnũ de iſtis: ꝛ
hec quidẽ omnia nõ facientem: ſed in monti-
bus comedẽteʒ ꝛ vxorẽ pximi ſui polluẽteʒ:
egenũ ꝛ páupem cõtriſtãtem: rapientẽ rapi
nas: pignus nõ reddẽtẽ: ꝛ ad idola leuanteʒ
oculos ſuos: abomiatiõẽ faciẽtẽ: ad vſuram
dãtẽ: ꝛ ãplius accipiẽtẽ: nũqd viuet? Non vi-
uet. Cum vniuerſa hec deteſtanda fécerit: mor
te morieẽ. Sanguis eius in ipſo erit. Qꝫ ſi ge-

a 1 q. 4. c. oꝛd. 24. q. 3. c. ſi habea. b 1 q. 4. c. io vaqꝫ 24. q. 3. c. ii. pꝫs de conſe. diſt. 4. c. quens
c 14. q. 3. c. plerique c. putant. de vſu. c. conſuluit

nuerit filiũ q videns oĩa peccata pr̃is ſui que
fecit: timuerit ⁊ non fecerit ſile eis: ſup mon
tes nõ comederit: ⁊ oculos ſuos nõ leuauerit
ad idola domus iſrl' ⁊ vxorem ꝓximi ſui non
violauerit: ⁊ viꝝ non ꝯtriſtauerit: pignus nõ
D retinuerit: ⁊ rapinã nõ rapuerit: panẽ ſuum
eſurienti dederit: ⁊ nudũ operuerit veſtimẽto
a paupis iniuria auerterit manũ ſuã: vſuram
⁊ ſupabundantiã nõ acceperit: ⁊ iudicia mea
fecerit: ⁊ in preceptis meis ambulauerit: hic
nõ morieꝫ in iniqtate pr̃is ſui: ſed vita viuet.
Pr̃ eius q: calũniatus eſt: ⁊ vim fecit fratri ⁊
maluꝫ opatus eſt in medio ppl'i ſui: ecce mor
E tuus eſt in iniqtate ſua. Et dicitis. Quare nõ
portabit filius iniqtatẽ pr̃is? Uidelicet q: fili
us iudiciũ ⁊ iuſtitiã opatus eſt: omnia ꝑcepta
mea cuſtodiuit ⁊ fecit illa: viuet vita. Aĩa que
peccauerit: ipſa morieꝫ. [b] Filius nõ portabit ini
qtatem pr̃is: ⁊ pater nõ portabit iniqtatẽ filij
Juſtitia iuſti ſup euꝫ erit: ⁊ ĩpietas impij erit
ſup eũ. [c] Si aũt impius egerit pniãꝫ ab oĩbus
peccatis ſuis que opat⁹ eſt: ⁊ cuſtodierit + oĩa
ꝑcepta mea: ⁊ fecerit iudicium ⁊ iuſtitiã: vita
viuet ⁊ nõ morieꝫ. Oĩum iniqtatuꝫ eius quas
opatus eſt nõ recordabor. Jn iuſtitia ſua quã
opatus eſt viuet. Nunqd voluntatis mee eſt
mors impij dicit dñs deus: ⁊ nõ vt cõuertaꝫ a
vijs ſuis: ⁊ viuat? [f] Si autẽ auerterit ſe iuſtus a
iuſtitia ſua: ⁊ fecerit iniqtatẽ ſm oẽs abomina
tiones q̃s operari ſolet ĩpius: nunquid viuet?
Omnes iuſtitie eius q̃s fecerat nõ recordabũ
tur. Jn ꝑuaricatione qua preuaricatus eſt: ⁊
F in pctõ ſuo qd̃ peccauit: in ipſis morieꝫ. Et di
xiſtis. Nõ eſt equa via dñi. Audite ergo dom⁹
iſrl'. Nũqd via mea nõ eſt equa: ⁊ non magis
vie veſtre praue ſunt? Cum eni auerterit ſe iu
ſtus a iuſtitia ſua: ⁊ fecerit iniqtatẽ: morietur
in + eis. Jn iniuſtitia quã operatus eſt morieꝫ:
Et cuꝫ auerterit ſe impius ab + impietate ſua
quã opatus eſt: ⁊ fecerit iudiciuꝫ ⁊ iuſtitiam
ipſe aĩam ſuaꝫ viuificabit. Cõſiderãs enim ⁊
G ⁊ auertens ſe ab oĩbus iniqtatibus ſuis quas
opatus eſt: vita viuet ⁊ nõ morieꝫ. Et dicunt fi
lij iſrl'. Nõ eſt equa via dñi. Nũquid vie mee
nõ ſunt eque domus iſrael: ⁊ nõ magis vie ve
ſtre praue? Jdcirco vnũquẽqꝫ iuxta vias ſuas
iudicabo dom⁹ iſrael: ait dñs deus. Cõuertimi
ni ⁊ agite pniam ab oĩbus iniqtatibus vr̃is:
⁊ non erit vobis in ruinam iniquitas. Proij
cite a vobis oẽs iniqtates vr̃as in qb⁹ ꝑuarica
ti eſtis: ⁊ facite vobis cor nouũ ⁊ ſpũm nouũ.

Deu. 24. c.
4. reg. 14. b
2. par. 25. a.
D i. q. 4. c.
iudei.
i. q. 7. c. cõ.
ueniẽtib⁹
d pe. di. 4.
ca. qd eſt.
al's + vni
uerſa.
e De pe.
di. 4. c. liet
mittẽtes.
di. 50. c. põ
deret.
f De pe.
di. 4. c. hic
ſocietatẽ
⁊ c. ſi auer
terit.

Infra. eo. ⁊
infra. 33. d.

al's + ea
al's + iniq
tate.

ſupra. eo.

Et q̃re moriemini dom⁹ iſrl'. [g] Q: nolo mortẽ
morietis dicit dñs de⁹. + reuertimini ⁊ viuite.
¶ Ca. Sũ. ¶ De ioachim ⁊ iechonia: de filio
ioachim captiuitatis: de reliquijs iude: q̃ non
habuerunt regem. ¶ XIX

ET tu + fili hoĩs aſſume planctuꝫ
ſup ꝑncipes iſrl': ⁊ dices. Qua
re mr̃ tua leena inter leones cu
bauit. Jn medio leunculoꝝ enu
triuit catulos ſuos. Et eduxit
vnũ de leunculis ſuis: leo fact⁹
eſt ⁊ didicit cape predam + hoĩemqꝫ comede
re. Et audierunt de eo gentes ⁊ nõ abſqꝫ vul
neribus ſuis ceperunt eum: ⁊ adduxerunt eũ
in cathenis in terrã egypti. Que cuꝫ vidiſſet
qm̃ infirmata eſt ⁊ perijt expectatio eius tulit
vnũ de leunculis ſuis: leonẽ ꝯſtituit euꝫ. Qui
incedebat inter leones. Et factus eſt leo ⁊ di
dicit predaꝫ cape ⁊ hoĩes deuorare didicit vi
duas facere ⁊ ciuitates eaꝝ in deſertuꝫ addũ
cere: ⁊ deſolata eſt terra ⁊ plenitudo eius a vo
ce rugitus illius. Et conuenerũt aduerſus eũ
gentes undiqꝫ de ꝓuincijs: ⁊ expanderunt ſup
eum rhete ſuũ. Jn vulneribus eaꝝ captus eſt
⁊ miſerũt eaꝫ in caueaꝫ. Jn cathenis adduxẽ
runt eum ad regem babylonis: miſerũtqꝫ eũ
in carcereꝫ ne audiretur vox eius vltra mon
C tes iſrl'. Mater tua quaſi vinea in ſanguĩe tuo
ſuper aquã plantata eſt. Fructus eius ⁊ fron
des eius creuerũt ex aquis multis: ⁊ facte ſũt
ei virge ſolide in ſceptra dñantiuꝫ: ⁊ exaltata
eſt ſtatura eius inter frondes. Et vidit altitu
dinem ſuam in multitudine palmitũ ſuoruꝫ:
⁊ euulſa eſt in ira in terrãqꝫ ꝓiecta: ⁊ ventus
urens ſiccauit fructũ eius: marcuerũt ⁊ are
D facte ſunt virge roboris eius. Jgnis comedit
eã. Et nũc tranſplantata eſt in deſertuꝫ in ter
ra inuia ⁊ ſitienti: ⁊ egreſſus eſt ignis de vir
ga ramoꝝ eius: qui fructum eius comedit: ⁊
non fuit in ea v̓ga fortis: ſceptruꝫ dñantium.
Planctus eſt: ⁊ erit in planctum.
¶ Ca. Sũ. ¶ Dicit dñs q̃ nõ rñdebit inter
rogantib⁹ pp pctã ⁊ exprobrat eis ſcelera ſua
⁊ blaſphemias: de reprobatiõe legis ⁊ ſacrifi
cioꝝ: de reditu captiuoꝝ in terrã ſuã. ¶ XX

A ET factũ eſt in anno ſeptimo: in
qnto in decima mẽſis: venerunt
viri de ſeniorib⁹ iſrael vt inter
rogarent dñꝫ ⁊ ſederunt coraꝫ
me: Et factus eſt ſermo domini
ad me dicens. Fili hoĩs: loqre

al's qd̃ ed
ditur + ſi
vt cõuer
tatur ⁊ vi
uat nõ eſt
de textu.
infra. 33. c.
A
al's nõ hꝫ
+ fili hoĩs
g 3. q. 4.
ca. hi qui.
23. q. ſi. ca.
his ⁊ gᵒ
26. q. 6. ca.
ãſpenulti
mo ⁊ pe.
de pe. diſ.
3. c. adhuc
inſtant.
33. q. 2. ca.
admonere.
de here. c.
ad abolen
dam.
de here. c.
4. lib. 6.
al's + homi
neſqꝫ.
B

senioribus iſraél: ⁊ dices ad eos. Hec dicit do
minus deus. + Nunquid ad interrogandum
al' + Num ad. me vos veniſtis? Uiuo ego quia nó reſponde-
bo vobis: ait dominus deus. Si iudicas eos:
ſi iudicas fili hominis. Abominationes pa-
trum eorum oſténde eis: ⁊ dices ad eos. Hec
dicit dominus deus. In die qua elegi iſraél ⁊
leuaui manum meaꝫ pro ſtirpe domus iacób:
⁊ appárui eis in terra egýpti: ⁊ leuaui manū
meam pro eis: dicens: ego dominus deus ve-
ſter in die illa leuaui manum meam ꝓ eis vt
edúcerem eos de terra egýpti in terram quaꝫ
prouideram eis fluentem lacte ⁊ melle: que
eſt egregia iter omnes terras. Et dixi ad eos.
Unuſquiſqꝫ offenſiones oculorum ſuorū abij
B ciat: ⁊ idolis egýpti nolite pólluí. Ego domi-
nus deus veſter. Et irritauérūt me: noluerūt-
qꝫ me audire. Unuſquiſqꝫ abominatiões ocu
lorum ſuorum non proiecit: nec idola egýpti
reliquérunt. Et dixi vt effúnderem indigna-
tionem meam ſuper eos ⁊ impléreꝫ iram me
Infra eo. am in eis in medio terre egýpti. Et feci pro-
pter nomen meum: vt non violarétur coram
gentibus in quarum medio erant ⁊ inter quos
apparui eis: vt educereꝫ eos de terra egýpti.
Eieci ergo eos de terra egýpti ⁊ edúxi eos in
deſertum: ⁊ dedi eis precepta mea: ⁊ iudícia
al' + facit mea oſtendi eis: que + faciēs homo + viuet in
al' + ⁊ viuat. eis. Inſuper ⁊ ſábbata mea dedi eis: vt eſſet
Exo.20.b. ſignum inter me ⁊ eos: ⁊ ſcient quia ego do-
⁊ 31.c. minus ſanctificās eos. Et irritauérunt me do
mus iſraél in deſerto: in preceptis meis non
ambulauerunt: ⁊ iudicia mea ꝓiecerunt que
Exo.16.f. faciens homo viuet in eis ⁊ ſábbata mea vio
C lauérunt vehementer. Dixi ergo vt effúnde-
rem furorem meuꝫ ſuper eos in deſerto: ⁊ cō
ſúmerem eos. Et feci propter nomen meuꝫ
Supra eo. ⁊ infra eo. ne violarétur coram gentibus de quibus eie
ci eos in conſpectu earum. Ego igitur leua-
ui manum meam ſuper eos in deſerto ne in-
dúcerem eos in terram quam dedi eis fluen-
tem lacte ⁊ melle precipuam terrarum omni
um: quia iudícia mea proiecerunt ⁊ in prece-
ptis meis non ambulauerunt: ⁊ ſábbata mea
violauérunt. Poſt idola enim cor eorum gra
diebátur. Et pepércit oculus meus ſuper eos
vt non interficerem eos: nec conſumpſi eos
in deſerto. Dixi autem ad filios eorum in ſo-
litudine. In preceptis patrū veſtrorum nolite
incédere: nec iudicia eorum cuſtodiátis: nec
in idolis eoꝝ polluámini. Ego dñs de⁹ veſter.

In preceptis meis ambuláte: ⁊ iudicia mea
cuſtodite: ⁊ facite ea: ⁊ ſábbata mea ſanctifica
te: vt ſit ſignuꝫ inter me ⁊ vos: ⁊ + ſciátis quia al' + ſciat
ego dñs deus veſter. Et exacerbauerunt me fi
lij: + ⁊ in preceptis meis non ambulauérunt: al' + con
⁊ iudicia mea non cuſtodiérunt vt facerēt ea:
que cuꝫ fécerit homo viuet in eis: ⁊ ſabbata D
mea violauérunt. Et cōminatus ſum vt effún
derem furorem meum ſuper eos: ⁊ implerē
iram meā in eis in deſerto. Auérti autēꝫ ma
num meā: ⁊ feci ꝓpter nomē meū vt nó vio- S. eodem.
larétur corā gentibus: de quibus eieci eos in
oculis eaꝝ. Iterū leuaui manū meaꝫ + in eos al' + ſig
in ſolitudine vt diſpgerē illos in nationes: ⁊
ventilárem in terras: eo ꝙ iudicia mea nō fe
ciſſent ⁊ ꝓcepta mea reprobáſſent: ⁊ ſabbata
mea violáſſent: ⁊ poſt idola patrum ſuoꝝ fuiſ
ſent oculi eoruꝫ. Ergo ⁊ ego dedi eis precepta
non bona: ⁊ iudicia in quibus nō viuēt: ⁊ pol-
lui eos in muneribus ſuis cuꝫ offérrēt omne
qđ áperit úuluā ꝓpter delicta ſua: ⁊ ſcient qꝛ
ego dñs. Quāobreꝫ lóquere ad domū iſraél:
fili homīs: ⁊ dices ad eos. Hec dicit dñs deus.
Adhuc ⁊ in hoc blaſphemauerunt me pr̄es
veſtri cum ſpreuiſſent me cōtēnentes: ⁊ indu
xiſſem eos in terram ſuper quam leuaui ma-
nuꝫ meā vt darem eis. Uiderunt omnē collē E
excelſum: ⁊ omne lignum nemoroſum: ⁊ im
molauérunt ibi victimas ſuas: ⁊ dédérunt ibi
irritationem oblationis ſue: ⁊ poſuérunt ibi
odorem ſuauitatis ſue: ⁊ libauerunt libatió-
nes ſuas. Et dixi ad eos. Quid eſt excelſuꝫ ad
qđ vos ingredimini? Et vocatum eſt nomen
eius excelſum vſqꝫ ad hanc diem. Propterea
dic ad domum iſraél. Hec dicit dominus de⁹.
Certe in via patrū veſtroꝝ vos polluimini: ⁊
poſt offendicula eoꝝ vos fornicamini: ⁊ in ob
latione donoꝝ veſtrorum: cum tradúcitis fili
os veſtros per ignem: vos polluimini in omni
bus idolis veſtris vſqꝫ hodie: ⁊ ego reſponde-
bo vobis domus iſraél. Uiuo ego dicit domi-
nus deus: qꝛ non reſpondebo vobis: neqꝫ cogi
tatio mentis veſtre fiet dicentiuꝫ. Erimus ſi-
cut gentes ⁊ ſicut cognationes terre: vt cola-
mus ligna ⁊ lápides. Uiuo ego dicit domin⁹ F
deus: qm̄ in manu forti ⁊ in brachio extento
⁊ in furóre effúſo regnabo ſuper vos. Et edú-
cam vos de populis: ⁊ congregabo vos de ter-
ris in quibus diſperſi eſtis. In manu válida
⁊ in brachio exténto ⁊ in furóre effúſo regna al' + adducam.
bo ſuper vos: et + edúcam vos in deſertuꝫ po-

pulorum: ⁊ iudicabor vobiſcum ibi facie ad
faciem. Sicut iudicio contendi aduerſum pa
tres veſtros in deſerto terre egypti: ſic indica-
bo vos dicit dominus. Et ſubijciã vos ſceptro
meo: ⁊ inducam vos in vinculis fęderis. Et
eligam de vobis tranſgreſſores ⁊ impios: ⁊ de
terra incolatus eorum educam eos: ⁊ in ter-
ram iſrael non ingredientur: ⁊ ſcietis q: ego
dominus: ⁊ vos domus iſrael: hec dicit domi
nus deus. Singuli poſt idola veſtra ambulate:
⁊ ſeruite eis. Qḋ ſi ⁊ in hoc nõ audieritis me
⁊ nomen meum ſanctum pollueritis vltra in
muneribus veſtris ⁊ in idolis veſtris in mon
te ſancto meo in monte excelſo iſrael: ait do-
minus deus ibi ſeruiet mihi omnis dom⁹ iſrl'.
al's + eis. +Omnes inquã in terra in qua placebũt mi
hi. Et ibi queram primitias veſtras: ⁊ initium
decimarum veſtrarum in omnibus ſanctifica
tionibus veſtris. In odorem ſuauitatis ſuſcipi
am vos cum eduxero vos de populis: ⁊ con-
gregauero vos de terris in quas diſperſi eſtis:
⁊ ſanctificabor in vobis in oculis nationum.
G Et ſcietis quia ego dominus cuz eduxero vos
ad terram iſrael: in terra pro qua leuaui ma-
num meam vt darem eam patribus veſtris.
Et recordabimini ibi viarum veſtraruz ⁊ oi-
um ſcelerum veſtrorum quibus polluti eſtis
in eis: ⁊ diſplicebitis vobis in cõſpectu veſtro
in omnibus malicijs veſtris quas feciſtis: ⁊
ſcietis quia ego dominus cum benefecero vo
bis propter nomen meum: ⁊ non ſ̃m vias ve-
ſtras malas neq; ſecundum ſcelera veſtra peſ
ſima domus iſrael: ait dominus deus. Et fact⁹
eſt ſermo domini ad me dicẽs. Fili hominis:
pone faciem tuam contra viam auſtri ⁊ ſtilla
ad africum ⁊ propheta ad ſaltum agri meri-
diani: ⁊ dices ſaltui meridiano. Audi verbuz
domini. Hec dicit dominus de⁹. Ecce ego ſuc-
cendam in te ignem: ⁊ comburã in te omne
lignum viride ⁊ omne lignum aridum. Nõ
extinguetur flamma ſuccenſionis: ⁊ combu-
retur in ea omnis facies ab auſtro vſq; ad aq
lonem: ⁊ videbit vniuerſa caro quia ego dñs
ep'a.4.e / lo + ⁊ nõ / is nõ hȝ / mon. succendi eã +nec extinguetur. Et dixi. A.a.a.
domine deus. Ipſi dicunt de me. Nunqd +nõ
+per parabolas loquitur iſte?
i+ g am. / elano ℭ Capituli Summarium. ℭ Sermo domi-
ni: de hieruſalem prius in ſententia ignis: ſe-
cundo de miſeria gladij duplicati ac triplica-
ti. Sermo domini contra filios amon pro gla
dio euaginato. ℭ XXI

ET factus eſt ſermo domini ad A
me dicens. Fili hominis pone
faciem tuam ad hieruſalẽm: ⁊
ſtilla ad ſanctuaria ⁊ prophetã
cõtra humuz iſrl': ⁊ dices ter-
re iſrl'. hec dicit dñs deus. Ecce
ego ad te: ⁊ eijciaz gladiũ meũ de vagina ſua:
⁊ +occidã in te iuſtũ ⁊ ĩpiuz. Pro eo aũt q: oc al's + occi-
cidi in te iuſtũ ⁊ ĩpium: idcirco egredietᷣ gla det.
dius meus de vagina ſua ad oẽm carnẽ ab au
ſtro vſq; ad aqlonem: vt ſciat oĩs caro q: ego B
dñs eduxi gladiũ meũ de vagina ſua irreuo-
cabilem. Et tu fili hoĩs ingemiſce in ↄtritiõe
lũborũ: ⁊ in amaritudinibus ingemiſce corã
eis. Cũq; dixerint ad te: q̃re tu gemis? dices.
Pro auditu: q: venit ⁊ tabeſcet oẽ cor ⁊ diſſol
uetur vniuerſe man⁹: ⁊ infirmabitᷣ oĩs ſpũs:
⁊ ꝑ cũcta genua fluent aque. Ecce venit: ⁊ fiet
ait dñs deus. Et factus eſt ſ̃mo dñi ad me di-
cens. Fili hoĩs: ꝓpheta ⁊ dices. Hec dicit dñs
deus. Loquere. Gladius gladius exacutus eſt
⁊ limatus. Ut cędat victimas exacutus eſt: vt
ſplendeat limatus eſt. Qui +moues ſceptruz al's + mo-
filij mei ſuccidiſti oẽ lignũ. Et dedi eum ad le uens
uigãdũ: vt teneatᷣ manu. Iſte exacutus eſt gla C
dius: ⁊ iſte limatus eſt in manu interficiẽtis.
Clama ⁊ ulula fili hoĩs: q: hic fact⁹ eſt in popu
lo meo: hic in cũctis ducibus iſrl' q fugerãt + al's + gla-
gladio traditi ſunt cuz populo meo. Idcirco dium.
plaude ſuper femur q: ꝓbatus eſt: ⁊ hoc cum
ſceptrum ſubuerterit: ⁊ nõ erit dicit dñs de⁹.
Tu ergo fili hoĩs propheta: ⁊ percute +manũ al's + ma
ad manũ ⁊ duplicetur gladius: ac triplicetur nu.
gladius interfectorꝫ. Hic eſt gladius occiſiõis
magne: q obſtupeſcere eos facit ⁊ corde tabe-
ſcere ⁊ multiplicat ruinas. In oĩbus portis eo D
rũ dedi conturbationem gladij acuti ⁊ lima-
ti ad fulgenduz amicti ad cędẽ. Exacuere va-
de ad dexteram ſiue ad ſiniſtram: quocũq; fa-
ciei tue eſt appetitus. Quin ⁊ ego plaudã ma
nu ad manuz: ⁊ implebo indignationez meã.
Ego dominus locutus ſum. Et factus eſt ſer-
mo domini ad me dicens. Et tu fili hominis
pone tibi duas vias: vt veniat gladius regis
babylonis. De terra vna egredietᷣ + ãbo. Et al's + ambe
manu capiet coniecturã: in capite vie ciuita-
tis conijciet. Uiam +pones vt veniat gladius al's + pones
ad rabbath filiorꝫ ammon ⁊ ad iudaz in hie-
ruſalẽm munitiſſimaz. Stetit enim rex baby
lonis in biuio in capite duarum viarum di-
uinationem querens commiſcens ſagittas.

Interrogáuit idola: exta cōſúluit. Ad dexte-
E ram eius facta eſt diuinatio ſuper hieruſalē
vt ponat arietes vt apériat os in cede: vt ele-
uet vocem in vlulátu: vt ponat arietes contra
portas vt comportet ággerem: vt edificet mu
nitiónes. Eritq; quaſi cónſulens fruſtra ora-
culum in oculis eorum: ⁊ ſabbatorum ocium
imitans. Ipſe autē recordabitur iniquitatis
ad capiēdū. Idcirco hec dicit dominus deus.
Pro eo ꝙ recordati eſtis iniquitatis veſtre ⁊
reuelaſtis preuaricationes veſtras: ⁊ apparue
runt peccata veſtra in omnibus cogitatióibus
F veſtris: pro eo inꝗ ꝙ recordati eſtis: manu ca
piémini. Tu autem prophane impie dux iſrl
cuius venit dies in tempore iniquitatis prefi-
nita. Hec dicit domin⁹ deus. Aufer cydarim:
tolle coronam. Nonne hec eſt que humilem
ſubleuáuit: ⁊ ſublímem humiliauit? Iniqui-
tatem iniqtatem iniqtatem ponam eam. Et
hoc non factum eſt donec veniret cuius eſt iu
dicium: ⁊ trádam ei. Et tu fili hominis ꝓphe-
ta ⁊ dic. Hec dicit dominus de⁹ ad filios am-
món: ⁊ ad obprobrium eorū. Et dices. Mú-
cro: múcro euagina te ad occidendum: lima
te vt interficias ⁊ fúlgeas cum tibi viderén-
G tur vana ⁊ diuinarentur mendacia: vt dare-
ris ſuper colla vulneratorum impiorum quo-
al.+ venit rum+ veniet dies in tempore iniquitatis pre-
finita. Reuertere ad vaginam tuam: in locū
in quo creatus es. In terra natiuitatis tue iu
dicabo te: ⁊ effúndam ſup te indignationem
meā. In igne furoris mei ſufflabo in te dabo-
al.+ manu. que te in+ manus hominum inſipientium ⁊ fa-
al.+ corrumpentium bricantium+ interitum. Igni eris cibus. Sá-
guis tuus erit in medio terre: obliuióni tra-
deris: q: ego dominus locutus ſum.

¶ Ca. Sum. ¶ Sermo domini contra hieru
ſalem pro effuſione ſanguinis: ⁊ inhonoratio-
ne parentum ⁊ ceteris malis plurimis: de po-
pulo conflando ſicut metallum in fornace: ⁊
de ſceleribus populi: vbi eſt q interponat ſpē:
de leone rugiēte ꝙ ſacerdotes polluerūt ſan-
A ctuarium. ¶ XXII

al.+ ſermo. al.+ nōne. ET factum eſt+ verbum domini
ad me dicens. Et tu fili homi-
nis num iúdicas+ ciuitatē ſan-
guinū: ⁊ oſtendes ei oēs abomi
natióes ſuas? Et dices. Hec di
cit dñs deus. Ciuitas effundens ſánguinē in
medio ſui vt veniat tps eius ⁊ que fecit idola
B ꝯtra ſemetipſam vt polluerétur. In ſanguine
tuo q a te effuſus eſt deliquiſti ⁊ in idolis tuis
que feciſti polluta es. Et appropiquare feciſti
dies tuos: ⁊ adduxiſti tempus annoꝝ tuoꝝ.
Propterea dedi te obprobriū gētibus: ⁊ irri
ſionē vniuerſis terris que iuxta ſūt ⁊ que pro-
cul a te. Triūphabūt ꝺ te ſordida: nobilis grā
dis interitu. Ecce ꝓncipes iſraél ſinguli in bra
chio ſuo fuerūt in te ad effundendum ſangui
nem: patrem ⁊ matrem cōtumelijs affecerūt
in te. Aduenam calúniáti ſunt in medio tui: E
pupillum ⁊ viduā contriſtauerunt apud te:
ſanctuaria mea ſpreuiſtis ⁊ ſábbata mea pol-
luiſtis. Uiri detractóres fuerūt in te ad effun
dendum ſanguinē: ⁊ ſup mōtes comedérūt
in te: ſcélus operáti ſunt in medio tui. Uere-
cundiora patris diſcooperuérunt in te: immū
diciam menſtruáte humiliauerunt in te. Et
vnuſquiſq; in vxorē proximi ſui operatus eſt hiere. 5.a.
abominationē: ⁊ ſocer núrū ſuā polluit ne- a 14.e.t. c. putant.
phárie: frater ſororem ſuam filiā patris ſui c. pierios.
oppréſſit in te. Múnera acceperunt apud te d vſu.e.ʒ. 4.4.
ad effundendum ſanguinē: vſurā ⁊ ſupabū- 4.c. conſtituit
dantiā+ accepiſti: ⁊ auare proximos tuos ca- al.+ acceperunt
lumniaberis: meiq; oblita es: dicit dominus
deus. Ecce cōploſi manus meas ſup auariciā
tuā quam feciſti: ⁊ ſuper ſanguinem qui effu-
ſus eſt in medio tui. Nunquid ſuſtinébit cor
tuum: aut preualébunt manus tue in diebus
quos ego faciā tibi? Ego+ dominus locutus al.+ enī.
ſum: ⁊ faciam. Et diſpergam te in natiónes: ⁊ D
ventilábo te in terras: ⁊ deficere faciam imū-
diciam tuam a te: ⁊ poſſidébo te in conſpectu
gentium: ⁊ ſcies quia ego dominus. Et factū
eſt verbum domini ad me dicens. Fili homi-
nis verſa eſt mihi domus iſraél in ſcóriam.
Omnes iſti es ⁊ ſtánnum ⁊ ferrū ⁊ plúmbū
in medio fornácis: ſcória argenti facti ſunt.
Propterea hec dicit dominus deus. Eo ꝙ ver
ſi eſtis omnes in ſcóriam: propterea ecce ego
congregabo vos in medio hieruſalém cōgre
gatione argēti ⁊ eris ⁊ ſtánni ⁊ ferri ⁊ plúm- E
bi in+ medio fornacis+ vt ſuccédā in ea ignē al.+ medium.
ad conflándū. Sic ꝯgregabo in furore meo: al. nō ꝓs +ve.
⁊ in ira mea ⁊ requieſcam. Et conflábo vos
⁊ congregabo vos: ⁊ ſuccéndam vos in igne
furoris mei: ⁊ conflabímini in medio eius vt
conflátur argéntū in medio fornácis: ſic eri
tis in medio eius. Et ſcietis quia ego domi-
nus: cum effúderim indignationem ſup vos. F
Et factum eſt verbum dñi ad me dicens. Fili
hominis: dic ei. Tu es terra immunda ⁊ non

complúta in die furoris. Coniuratio pphetarũ in medio eius. Sicut leo rúgiens rapiẽſq̃ prédam + animas deuorauerunt: opes ⁊ preciũ accepérunt: viduas eius multiplicauerũt in medio illius. Sacerdotes eius contempſerunt legem meam ⁊ polluérunt ſanctuária mea. Inter ſanctũ ⁊ prophánũ nõ habuerũt diſtántiam: + inter pollútũ ⁊ mundum nõ intellexérunt: ⁊ a ſábbatis meis auertérunt oculos ſuos: ⁊ coinquinabar in medio eoꝝ. Principes eius in medio illius quaſi lupi rapiẽtes prédam: ad effundéndum ſanguinem ⁊ ad ꝑdendas animas: ⁊ auare ſectãdo lucra.

C Prophete autem eius liniebant eos abſq̃ temperamento videntes vana ⁊ diuinantes + ei mẽdacium dicentes: hec dicit dominus deus: cum dominus non ſit locutus. Populi terre calúmniabantur calúmniam ⁊ rapiébant violẽter: egénum ⁊ páuperem affligébant: ⁊ áduenam opprimébant calũnia abſq̃ iudício. Et queſiui de eis virum qui interpóneret ſépem: ⁊ ſtaret oppóſitus contra me pro terra ne diſſipárem eam ⁊ non inueni. Et effúdi ſuper eos indignationem meam: ⁊ in igne ire mee ↄſumpſi eos. Uiam eorum in caput eoꝝ réddidi: ait dominus deus.

¶ Ca. Sum. ¶ Sermo domini contra oollã ⁊ oolibam ſorores meretrices: de imundicijs ipſoꝝ: de vltiõe dei in illas ꝑ idolis. ¶ XXIII

A ET factus eſt ſermo domini ad me dicẽs. Fili hominis: due muliéres filie matris vnius fuérunt ⁊ fornicate ſunt in egýpto. In adoleſcẽtia ſua fornicate ſunt. Ibi ſubácta ſunt úbera earum: ⁊ fracte ſunt mámme pubertátis earum. Nomina autẽ earum oollá maior: ⁊ oolibá ſoror eius minor. Et habui eas: ⁊ peperérunt filios ⁊ filias. Porro earum nomina: ſamária oollá ⁊ hieruſalém oolibá. Fornicata eſt igiť ſuper me oolá ⁊ inſaniuit in amatores ſuos in aſſýrios propinquantes: veſtitos hyacintho ꝑncipes ⁊ magiſtratus: iuuenes cupidinis vniuerſos équites ⁊ aſcenſores equoꝝ: ⁊ dedit fornicationes ſuas ſuper eos electos filios aſſyrióꝝ vniuerſos: + ⁊ in omnibus + in quos inſaniuit in immundicijs eoꝝ pollúta eſt. Inſuper ⁊ fornicationes ſuas quas habúerat in egýpto nõ reliquit. Nam ⁊ illi dormiérunt cũ ea in ado-

B leſcentia ſua: ⁊ illi confregérunt úbera pubertatis eius ⁊ effudérunt fornicationem ſuaꝫ ſuper eam. Proptérea trádidi eam in manus amatoꝝ ſuoꝝ: in manᵘ filioꝝ aſſúr: ſuper quorum inſaniuit libídine. Ipſi diſcooperuérunt ignominiam eius: filios ⁊ filias eius tulerunt ⁊ ipſaꝫ occidérunt gládio. Et facte ſunt famoſe mulieres: ⁊ iudicia ꝑpetrauerũt in + ea. Quod cum vidiſſet ſoror eius oolibá: pluſq̃ illa inſaniuit libídine: ⁊ fornicationem ſuam ſup fornicationem ſororis ſue: ad filios aſſyrioꝝ prébuit impudenter: ducibus ⁊ magiſtratibᵘ ad ſe venientibus indútis veſte + vária equitibᵘ qui vectabantur equis: ⁊ adoleſcentibus forma cũctis egrégia. Et vidi ꝙ pollúta eẽt via vna ambáꝝ: ⁊ auxit fornicationes ſuas. Cũq̃ vidiſſet viros depictos in pariete: imagines chaldeórum expreſſas coloribus ⁊ accinctos báltheis rénes: ⁊ thyáras tinctas in capitibᵘ eoꝝ formã ducũ oĩum: ſimilitudinẽ filiorum babylónis terréq̃ chaldeóꝝ in q̃ orti ſunt inſaniuit ſup eos ↄcupiſcẽtia oculoꝝ ſuoꝝ: ⁊ miſit nũcios ad eos in chaldéaꝫ.

C Cumq̃ veniſſent ad eam filij babylónis ad cubile mamárum polluérunt eã ſtúpris ſuis ⁊ pollúta eſt ab eis: ⁊ ſaturata eſt aĩa eiᵘ ab illis. Denudauit quoq̃ fornicationes ſuas: ⁊ diſcoopéruit ignomíniam ſuam. Et receſſit aĩa mea ab ea: ſicut receſſerat aĩa mea a ſorore eius. Multiplicauit enim fornicationes ſuas recordans dies adoleſcentie ſue quibus fornicata eſt in terra egýpti: ⁊ inſaniuit libídine ſup cubitũ eoꝝ quoꝝ carnes ſunt vt carnes aſinoꝝ: ⁊ ſicut fluxus equorum fluxus eoꝝ: ⁊ viſitaſti ſcélus adoleſcẽtie tue: qñ ſubacta ſunt in egýpto úbera tua ⁊ ↄfracte ſũt máme pubertátis tue.

D Propterea oolibá: hec dicit dñs deus. Ecce ego ſuſcitabo oẽs amatores tuos ↄtra te de q̃bus ſatiata eſt aĩa tua: ⁊ ↄgregabo eos aduerſuꝫ te in circúitu: filios babylónis ⁊ vniuerſos chaldéos nobiles tyrannoſq̃ ⁊ ꝑncipes: oẽs filios aſſyriórum iuuenes forma egregia: duces ⁊ magiſtratus vniuerſos ꝑncipes ꝑncipũ: ⁊ noĩatos aſcẽſores equóꝝ. Et vénient ſup te inſtructi cúrru ⁊ rota multitudo ꝑploꝝ. Lorica ⁊ clýpeo ⁊ gálea armabuntur cõtra te úndiq̃. Et dabo corã eis iudiciũ: ⁊ iudicabunt te iudicijs ſuis. Et ponã zelũ meum in te quẽ + exércent tecũ in furore. Naſum tuũ ⁊ aures tuas precidẽt: ⁊ q̃ remáſerint gladio concident. Ipſi filios tuos ⁊ filias tuas cápient: ⁊ nouiſſimũ tuum deuorabit igni. Et denudabunt te veſtimentis tuis: ⁊ tollẽt vaſa glie tue. Et requiéſcere faciã ſcé-

lus tuum de te:⁊ fornicationem tuam de terra
egýpti:nec leuabis oculos tuos ad eos: ⁊ egý
pti non recordáberis ámplius:quia hec dicit
dominus deus.Ecce ego tradã te in manus
eorum quos odiſti:in manus de quibus ſatiá
ta eſt anima tua:⁊ agēt tecū in odio. Et tóllēt
E oēs labores tuos:⁊ dimittent te nudã ⁊ igno
minia plenā:⁊ reuelábitur ignominia forni
cationū tuarū.Scelus tuū ⁊ fornicatiões tue
fecerūt hec tibi:q: fornicata es poſt gētes inter
quas pollúta es in idolis earum. In via ſoro
ris tue ambulaſti:⁊ dabo calicem ei⁹ in manu
tua.Hec dicit dominus deus. Cálicē ſororis
tue bibes ꝓfundū ⁊ latū.+ Eris in deriſū ⁊
al+ eris in ſubſannationem que eſt capaciſſima:ebrie
tate ⁊ dolore repleberis: cálice meroris ⁊ tri
ſtitie:calice ſororis tue ſamárie.Et bibes illū
⁊+potabis vſq; ad feces:⁊ fragménta eius de
al+ epotabis uorabis:⁊ vbera tua lacerábis:q: ego locutus
ſum:ait dominus de⁹. Propterea hec dicit do
minus deus.Quia oblita es mei ⁊ pieciſti me
poſt corpus tuum:tu quoq; porta ſcelus tuum
⁊ fornicationes tuas.Et ait dñs ad me dicēs.
F Fili hominis nūqd iudicas oóllā ⁊ oolíbā ⁊
annuncias eis ſcélera eaꝝ:q: adulterate ſunt
⁊ ſanguis in manibus eaꝝ: ⁊ cum idolis ſuis
fornicate ſunt:inſuper ⁊ filios ſuos quos genu
erunt mihi ⁊ obtulerunt eis ad deuorandū?
Sz ⁊ hec fecerūt mihi.Polluérūt ſanctuariū
meū in die illa:⁊ ſabbata mea ꝓphanauerūt.
Cūq; immolárēt filios ſuos idolis ſuis:⁊ in
grederēt ſanctuariū meū in die illa vt pol
lúerent illud:ēt hec fecerunt in medio domus
mee.Miſerunt ad viros veniētes délonge ad
quos núcios miſerant.Itaq; ecce venérunt q
bus te lauiſti:⁊ circuliniſti ſtibio oculos tuos
⁊ ornata es mundo muliébri.Sediſti in lecto
pulcherrimo:menſa ornata eſt añ te.Thimi
áma meum ⁊ vnguentū meū poſuiſti ſup eā
⁊ vox multitudinis exultantis erat in ea.Et in
viris qui de multitudine hominū adducebā
tur ⁊ veniebāt de deſerto:poſuerunt armillas
in manibus eoꝝ:⁊ coronas ſpecioſas in capiti
bus eorū.Et dixi ei que attrita eſt in adulte
G rijs. Nunc fornicabitur in fornicatione ſua ēt
hec.Et ingreſſi ſunt ad eā:quaſi ad mulierem
meretricem:ſic ingrediebātur ad oóllā ⁊ ad
oolíbā mulieres nephárias. Uiri ergo iuſti
ſunt.Hi iudicabunt eas iudicio adulterárū ⁊
iudicio effundentiū ſanguinē : q: adulterate
ſunt ⁊ ſanguis in manibus eaꝝ. Et cū idolis
ſuis fornicate ſunt.Hec enim dicit dñs deus.
Adduc ad eas multitudinem ⁊ tráde eas in
tumultū ⁊ in rapinam:⁊ lapidéntur lapidib⁹
populorum:⁊ confodiátur gladijs eoꝝ.Filios
⁊ filias earum interficiēt:⁊ domos earū igne
ſuccéndent.Et áuferam ſcelus de terra: ⁊ di
ſcent omnes mulieres ne faciāt ſm ſcélus ea
rum.Et dabunt ſcelus veſtrū ſuper vos:⁊ pec
cata idolórum veſtrorum portabitis:⁊ ſcietis
quia ego dominus deus.
¶ Capituli.Summarium. ¶Per ollam li
quefactam ꝓbatur incendium hieruſalē pre
dicat quoq; populū interficiendū ⁊ captiuā
dum per nabuchodonoſor. ¶XXIIII
ET factum eſt v̄bum dñi ad me A
in áno nono in menſe decimo:
decima die menſis:dicens.Fili
hominis:ſcribe tibi nomē diei
huius in qua confirmatus ē rex
babylónis aduerſū hierlm ho
die:⁊ dices per ꝓuerbium ad domū irritatri
cem parábolam ⁊ loquéris ad eos. Hec dicit
dominus deus.Pone ollam+eneam : ⁊ pone al's nō hꝫ + eneam
inquā ⁊ mitte in eam aquā. Cóngere fruſta
eius in eam:oēm ptē bonā ⁊ fémur ⁊ armū B
electa ⁊ óſſibus plena.Pinguiſſimū pecus aſ
ſúme cōpóne quoq; ſtrúes óſſium ſub ea.Ef
férbuit cóctio eius:⁊+diſcocta ſunt oſſa illius al's + diſſoluta
in medio eius.Propterea hec dicit dominus
deus.Ue ciuitati ſánguinum+ólle cuius ru al+ olle. naū 3. a abac. 2. b
bígo in ea eſt:⁊ rubigo eius non exiuit de ea.
Per ptes ⁊ per ptes ſuas éijce eā.Non céci
dit ſuper eam ſors.Sanguis enim eius in me
dio eius eſt:ſuper límpidiſſimam petram ef
fúdit illum.Non effúdit illū ſup terrā vt poſ
ſit operiri púluere:+vt ſupindúcerē indignatio al's +vt.
nē meā:⁊ vindicta vlciſcerer.+Dedi ſangui al + veni ſanguis.
nem eius ſup petrā límpidiſſimā: ne operiret. C
Propterea hec dicit dñs deus.Ue ciuitati ſán ſupra co
guinum cuius ego grandē faciā pirā.Cónge
re oſſa que igne ſuccēndam.Cōſumentur car
nes:⁊ coquátur vniuerſa cópoſitio: ⁊ oſſa ta
bēſcent.Pone quoq; eā ſup prunas vácuā
vt incaléſcat ⁊ liqfiat es eius: ⁊ cōflet in me
dio eius inqnamentū eius: ⁊ ꝯſumat rubigo
eius.Multo labore ſudátū eſt:⁊ non exiuit de
ea nimia rubigo eius neq; p ignem. Immun D
dicia tua execrabilis:qa mundáre te volui ⁊
non es mūdata a ſórdibus tuis. Sz nec mun
daberis prius:donec quiéſcere faciā indigna
tionē meā in te. Ego dñs locutus ſum. Ueni

⁊ faciā:non tranſeā:nec parcā nec placabor.
Juxta vias tuas ⁊ iuxta adinuētiones tuas iu-
dicabo te:dicit dn̄s.Et factū eſt vbū dn̄i ad
me dicēs.Fili hoīs ecce ego+tollo a te deſide- al+auferam.
rabile oculoꝝ tuoꝝ in plaga:⁊ nō plāges ne-
qꝫ plorabis:neqꝫ fluent lachryme tue. Inge-
miſce tacens:mortuoꝝ luctum nō facies.Co-
E rona tua circūligata ſit tibi: ⁊ calciamēta tua
erūt in pedibus tuis:nec amictu ora velabis:
nec cibos lugentiū comedes.Locutus ſū er-
go ad populū mane:⁊ mortua eſt vxor mea ve
ſpere.Feciqꝫ mane ſicut pceperat mihi. Et di
xit ad me populus. Quare nō indicas nobis
F qd iſta ſignificēt:que tu facis? Et dixi ad eos.
Sermo dn̄i factus eſt ad me dicēs. Loquere
domui iſraēl.Hec dicit dominus deus. Ecce
ego polluā ſanctuarium meū:ſuperbiam im-
pij veſtri:⁊ deſiderabile oculoꝝ veſtroꝝ ⁊ ſu
per quo pauet aīa vr̄a:⁊ filij veſtri ⁊ filie veſtre
quas reliquiſtis gladio cadent: ⁊ facietis ſi-
cut feci.Ora amictu non velabitis:⁊ cibos lu-
gentium non comedetis.Coronas habebitis
in capitibus veſtris:⁊ calciamēta in pedibus.
Non plangetis neqꝫ flebitis:ſed tabeſcetis in
G iniquitatibus vr̄is : ⁊ vnuſqſqꝫ gemet ad fra-
trem ſuum.Eritqꝫ+ezechiel vobis in porten- al+hiezechiel
tū. Juxta omnia que fecit: facietis cum vene-
rit iſtud:⁊ ſcietis quia ego dominus deus . Et
tu fili hominis ecce in die qua tollā ab eis for
titudinē eoꝝ ⁊ gaudiū dignitatis:⁊ deſideriū
oculoꝝ eoꝝ ſuper quo requieſcunt aīe eoꝝ: ⁊ fi-
lios ⁊ filias eoꝝ:in die illa cum venerit fugi-
ens ad te vt annūciet tibi: in die inquam illa
aperietur os tuum cum eo qui fugit:⁊ loque- al+aperietur.
ris ⁊ non ſilebis vltra:erisqꝫ eis in portentū:
⁊ ſcietis quia ego dominus.

¶ Capituli Summarium. ¶ Sermo dn̄i cō
tra filios ammon:⁊ moab:⁊ ſeyr:⁊ cōtra pa-
leſtinos:qui gauiſi ſunt de ruina hierl'm: ⁊ af-
flixerunt filias iude. ¶ XXV

A ET factus eſt ſermo dn̄i ad me
dicens.Fili hominis:pone faciē
tuam ꝯtra filios ammon ⁊ pro-
phetabis d̄ eis:⁊ dices filijs am
mon.Audite verbum dn̄i dei.
Hec dicit dominus de⁹.Pro eo
qd+dixiſti euge euge ſuper ſanctuariū meū: al+vindicta.
qꝛ pollutū eſt ⁊ ſup terrā iſrl':qm̄ deſolata eſt:
⁊ ſup domū iuda qm̄ ducti ſūt in captiuitatē:
idcirco+ecce ego tradā te filijs orientalibus al nō hʒ ecce ego
in hereditatem:⁊ collocabunt caulas ſuas in
te:⁊ ponēt in te tentoria ſua.Ipſi comedēt frū
ges tuas:⁊ ipſi bibēt lac tuū.Daboqꝫ rabath
in habitaculū cameloꝝ:⁊ filios ammon in cu
bile pecoꝝ:⁊ ſcietis qꝛ ego dn̄s. Qꝛ hec dicit
dominus deus. Pro eo qd plauſiſti manu ⁊ p- B
cuſſiſti pede:⁊ gauiſa es ex toto affectu ſup ter
ram iſraēl:idcirco ecce ego extendā manū
meam ſup te:⁊ tradā te in direptionem gen-
tium ⁊ interficiā te de populis:⁊ pdam de ter
ris:⁊ conteram:⁊ ſcietis qꝛ ego dn̄s. Hec di-
cit dominus deus.Pro eo qd dixerūt moab ⁊
ſeyr:ecce ſicut omnes gentes domus iuda:id
circo ecce ego aperiam humerū moab de ciui
tatibus:de ciuitatibus inquā eius ⁊ de finib⁹
eius inclytas terre bethieſimoth ⁊ beelmeon
⁊ cariathaim filijs orientis cū filijs ammon.
Et dabo eam in hereditatem: vt non ſit vltra
memoria filiorum āmon in gentibus. Et in
moab faciam iudicia:⁊ ſcient quia ego domi
nus deus.Pro eo qd fecit idumea vltionē vt C
ſe vindicaret de filijs iuda: peccauitqꝫ delin-
quens ⁊ vindictā expetiuit de eis:idcirco hec
dicit dominus deus.Extendam manum meā
ſup idumeā:⁊ auferam de ea hominem ⁊ iu
mentum:⁊ faciā eā deſertā ab auſtro: ⁊ qui
ſunt in dedā gladio cadēt.Et dabo vltionē me
am ſuper idumeā per manū populi mei iſrl':
⁊ facient in edom iuxta irā meā ⁊ furorē meū
⁊ ſcient vindictā meā dicit dominus de⁹.Hec D
dicit dn̄s deus.Pro eo qd fecerūt paleſtini vin-
dictam ⁊ vlti ſe ſunt toto aīo:interficiētes et
implentes inimicitias veteres:propterea hec
dicit dn̄s deus.Ecce ego extendam manū me
am ſuper paleſtinos ⁊ interficiam interfecto-
res:⁊ perdā reliquias maritime regionis:fa-
ciamqꝫ in eis vltiōes magnas arguens in fu
rore:⁊ ſcient quia ego dominus cum dedero
vindictam meam ſuper eos.

¶ Ca.Sum. ¶ Tyrus quia exultauit ſup cō
tritionē hieruſalem predicatur deſtruenda per
nabuchodonoſor. ¶ XXVI

ET factū eſt in vndecimo anno A
prima menſis factus eſt ſermo
domini ad me dicens. Fili ho-
minis pro eo qd dixit +tyrus de al+ſor
hieruſalem:euge cōfracte ſunt
porte populorū:conuerſa eſt ad
me:implebor:deſerta eſt. Propterea hec di-
cit dn̄s deus.[a]Ecce ego ſuper te tyre:⁊ aſcen- a 23.q.4.c.de ſhurgo
dere faciā ad te gentes multas ſicut aſcendit
mare fluctuans. Et diſſipabunt muros tyri ⁊

déſtruent túrres eius. Et rádam púluerē ei⁹ de ea: ⁊ dabo eaꝫ in limpidiſſimā petram. Sic-
catio ſagenárum erit in medio maris: qꝛ ego
locutus ſum: ait dñs deus: ⁊ erit in direptionē
gentib⁹. Filię quoqꝫ eius que ſunt in agro gla
dio interficienť: ⁊ ſcient qꝛ ego dñs. Quia hec
dicit dñs deus. Ecce ego addúcaꝫ ad tyrū na-
buchodonoſóꝛ regem babylónis ab aquilóne
regeꝫ regū: cū eqs ⁊ cúrribus ⁊ eqtibus ⁊ ce-
B tu pplóqꝫ magno. Filias tuas que ſūt in agro
gladio interficiet: ⁊ circúndabit te munitioni
bus: ⁊ cōpoꝛtábit ággerē in gýro. Et eleuabit
cōtra te clýpeuꝫ: ⁊ víneas ⁊ arietes tēpabit+
in muros tuos: ⁊ turres tuas dſtruet in arma-
túra ſua. Inundatione equoꝝ eius opériet te
puluis eoꝝ: a ſónitu équituꝫ ⁊ rotaꝝ ⁊ curruū
monebunť muri tui. Cū ingreſſus fueris por-
tas tuas q̄ſi p̄ introitum vrbis diſſipate: úngu
lis equoꝝ ſuoꝝ cōculcabit oēs platéas tuas:
pplm̄ tuū gladio cédet ⁊ ſtátue tue nobiles in
terraꝫ coꝛruent. Vaſtabunt opes tuas diripiēt
negociationes tuas: ⁊ déſtruent muros tuos:
⁊ domus tuas preclāras ſubuertēt: ⁊ lapides
tuos ⁊ ligna tua ⁊ puluerem tuum in medio
C aquaꝝ ponent. Et quiéſcere faciam multitu-
dinem+canticoꝝ tuoꝝ: ⁊ ſónitus citharaꝝ
tuarū non audieť ámplius. Et dabo te in lym
pidiſſimam petram: ſiccátio ſagenaꝝ eris: nec
edificaberis vltra: qꝛ ego dñs locutus ſum: ait
dñs deus. Hec dicit dñs deus de týro. Nunqd
non a ſónitu ruine tue ⁊ gémitu interfectoꝝ
tuoꝛum cum occiſi fuerint in medio tui: com
mouebuntur inſule ⁊ deſcendent de ſédibus
ſuis omnes principes maris: ⁊ áuferēt exúui-
as ſuas: ⁊ veſtimenta ſua varia abijcient ⁊ in-
duéntur ſtupoꝛe. In terra ſedebunt: ⁊ attoniti
ſup repentino caſu tuo ammirabúntur: ⁊ aſ-
ſuméntes ſuper te lamentum dicēt tibi. Quō
periſti que hábitas in mari vrbs inclyta: que
D fuiſti foꝛtis in mari cum habitatoꝛibus tuis:
quos formidábant vniuerſi?+Nunc ſtupebūt
naues in die pauóꝛis tui: ⁊ turbabuntur inſu-
le in mari: eo qꝫ nullus egrediať ex te. Qꝛ hec
dicit dñs deus. Cum dédero te vrbem deſola-
tam ſicut ciuitates que non habitanť: ⁊ addu
xero ſuper te abýſſum: ⁊ operúerint te aque
multe ⁊ detráxero te cum illis qui deſcendunt
in lacum ad populum ſempiternum: ⁊ collo-
cáuero in terra nouiſſima ſicut ſolitudines ve
teres cum his qui deducuntur in lacuꝫ: vt nō
habitéris: poꝛro cū dédero gloꝛiam+in terra

al. et de pe- / des nō ha- / bitum

bi. ere. 7. g. / al+canto / rum

al+ Nunc

al+ iam

viuentium in nihilum redigaꝫ te ⁊ non eris:
⁊ requiſita non inuenieris vltra in ſempiter-
num: dicit dominus.

¶ Ca. Sum. ¶ De fletu ⁊ ruina tyri que cō-
paratur naui: terrarum negociationes deſcri-
buntur. ¶ XXVII

E T factum eſt verbuꝫ domini ad
A me dicens. Tu ergo fili homi-
nis aſſúme ſuper tyrum lamen
tum: ⁊ dices tyro: que habitat
in introitu maris: negociationi
populoꝛum ad inſulas multas.
Hec dicit dñs deus. O tire: tu dixiſti. Perfecti
decóris ego ſum: ⁊ in coꝛde maris ſita. Finiti-
mi tui qui te edificauérunt impleuérunt decó
rem tuum abiétibus de ſanir extruxérunt te
cum omnibus+tabulátis maris. Cédrum de
líbano tulérunt vt facerent tibi malum: quer
cus de baſán dolauérūt in remos tuos: ⁊ trān
ſtra tua fecerunt tibi ex ébore indico: ⁊ pꝛeto-
riola de inſulis itálie. Biſſus vária de egýpto
térta eſt tibi in vélum vt poneretur in malo:
hiacinctus ⁊ púrpura de iſulis eliſá facta ſūt
B operiméntum tuū. Habitatoꝛes ſidónis ⁊ ará
dij fuerunt rémiges tui: ſapientes tui týre fa-
cti ſunt gubernatoꝛes tui: ſenes biblij ⁊ pꝛudē
tes eius habuerunt náutas ad miniſteriū va-
rie ſuppelléctilis tue. Omnes naues maris ⁊
náute earum fuerunt in populo negociatiōis
tue: pérſe ⁊ lidij ⁊ libies erant in exercitu tuo
viri bellatoꝛes tui: clipeum ⁊ gáleam ſuſpende
rūt in te pꝛo oꝛnatu tuo. Filij arádij cum exer
citu+ſuo ſup muros tuos in circúitu: ſꝫ ⁊ pig-
méi qui erant in túrribus tuis pharétras ſu-
as ſuſpendérunt in muris tuis per girum. Ipſi
cōpleuerunt pulcritudinem tuam. Carthagi-
C nénſes negociatoꝛes tui a multitudine cūcta
rum diuitiarum argento: ferro: ſtanno: plum
boqꝫ repleuérūt núndinas tuas. Grécia ⁊ tu
bál ⁊ moſóch: ipſi inſtitóꝛes tui. Mancipia ⁊
vaſa+érea adduxérunt pplo tuo de domo tho
goꝛmá: equos ⁊ équites ⁊ múlos adduxérunt
ad foꝛum tuum. Filij dedán negociatoꝛes tui.
Inſule multe negociatio manus tue. Dentes
ebúrneos ⁊ hebeninos cōmutauérunt in p̄cio
tuo. Sýrus negociatoꝛ tuus. Propter multitu
dinem operum tuoꝛum gúttam ⁊ púrpuram
⁊ ſcutuláta ⁊ býſſum ⁊ ſéricum ⁊ chodchód
pꝓpoſuerunt in mercátu tuo. Iúda ⁊ terra iſrl̄
ipſi inſtitóꝛes tui in frumēto pꝛimo: bálſamū
⁊ mel ⁊ óleum ⁊ reſinaꝫ pꝓpoſuérunt in nún-
dinis tuis.

al+ ex [illegible]

al+ [illegible]

al+ [illegible]

D dinis tuis. Damaſcenus negociator tuus in
multitudine operum tuoꝝ: in multitudine di
uerſarum opum: in vino pingui: in lanis co
loris optimi. Dan ⁊ grecia ⁊ mozel in nun
dinis tuis propoſuerunt ferrum fabrefactum
de+ De. dan ſtactem ⁊ calamus in negociatione tua+. Da
dan inſtitores tui in tapetibus ad ſedendum.
Arabia ⁊ vniuerſi principes cedar ipſi nego-
ciatores manus tue cum agnis ⁊ arietibus ⁊
E hedis venerunt ad te negociatores tui. Uen-
hoc ſacramentum. Tunc rex daniélem in ſub
líme éxtulit: ⁊ munera multa ⁊ magna dedit
ei. Et conſtituit eum principem ſuper omnes
prouincias babylónis: ⁊ prefectum ⁊ magi-
ſtrum ſuper cunctos ſapientes babylónis. Dá
niel autem poſtuláuit a rege: ⁊ conſtituit ſup
opera prouincie babylónis ſidrác miſác ⁊ ab
denagó. Ipſe aūt dániel erat in fóꝛibus regis.
¶ Capituli Summariū. ¶ De ſtatua aurea
quam adoꝛari precepit rex: quā quia nō ado
rauerunt pueri miſſi ſunt in foꝛnacem: de oꝛa
tione azarie: de cantico trium pueroꝛum: ⁊ de
liberatione eoꝛum: ⁊ qualiter a rege exalta-
ti ſunt.

¶ III

NAbuchodonoſóꝛ rex fecit ſtátu A
am áureā altitudine cubitoꝛū
ſexagita: latitudie cubitoꝛ ſex
⁊ ſtatuit eā in campo durán p-
uincie babylónis. Itaqꝫ nabu-
chodonoſóꝛ rex miſit ad cógre
gandos ſátrapas magiſtratus ⁊ iudices: + du-
ces ⁊ tyránnos ⁊ prefectos: ceſqꝫ pncipes regiō
num vt conuenirent ad dedicationem ſtátue
quam eréxerat nabuchodonoſóꝛ rex. Tunc
congregati ſunt ſátrape magiſtratus ⁊ iudi-
ces: duces: ⁊ tyranni ⁊ optimátes: qui erant
in poteſtatibus conſtituti: ⁊ vniuerſi principes
regionum: vt conuenirent ad dedicationē ſta-

tue quam eréxerat nabuchodonoſóꝛ rex. Sta
bant autem in conſpectu ſtátue quã poſúerat
nabuchodonoſóꝛ rex: ⁊ préco clamabat valen
ter. Uobis dicit̃ populis: tríbubus ⁊ linguis:
in hora qua audiéritis ſónitũ tube ⁊ fiſtule ⁊
cýthare ⁊ ſambúce ⁊ pſaltérij ⁊ ſymphonie ⁊
al. + ado-rare / alia nõ hꝫ / Quartum — vniuerſi géneris muſicóꝛũ cadentes + adora-
te ſtátuã + áuream quã cõſtituit nabuchodo-
noſóꝛ rex. Si quis aũt nõ proſtratus adoráue
rit: eádem hora mittétur in fornácẽ ignis ar
dentis. Poſt hec igitur ſtatiꝫ vt audiérũt oẽs
populi ſónitũ tube: fiſtule ⁊ cýthare: ſambú
ce ⁊ pſaltérij: ſymphonie ⁊ oĩs generis muſi
cóꝛum cadẽtes omnes populi: tribus ⁊ lingue
adorauerunt ſtátuam áureã quã conſtitúe-
rat nabuchodonoſóꝛ rex. Statimq; in ipſo tẽ-
poꝛe accedentes viri chaldéi accuſauerunt iu
B déos: dixerúntq; nabuchodonoſóꝛ regi. Rex
ſupra 2. a / ſupra 3. b. / infra 6. b. — ineternum viue. Tu rex poſuiſti decretum vt
omnis homo qui audierit ſónitum tube fiſtu-
le ⁊ cýthare: ⁊ ſambúce ⁊ pſaltérij ⁊ ſympho
nie: ⁊ vniuerſi géneris muſicóꝛum proſternat
ſe ⁊ adóꝛet ſtátuam áuream. Siquis autem
non prócidens adorauerit: mittátur in forna
cem ignis ardẽtis. Sunt ergo viri iudéi quos
conſtituiſti ſuper opera regiónis babylónie +
alia + ſe-drach — ſidrác miſác ⁊ abdenagó. viri iſti contempſé
runt rex decretum tuũ. Deos tuos non colũt:
⁊ ſtátuam áuream quã erexiſti non adóꝛant.
Tũc nabuchodonoſóꝛ in furoꝛe ⁊ ira precépit
vt adducerentur ſidrác miſác ⁊ abdenagó.
Qui confeſtim addúcti ſunt in conſpectu re-
gis. Pronũciãſq; nabuchodonoſóꝛ rex ait eis
Uere ne ſidrác miſác ⁊ abdenago deos meos
nõ cólitis ⁊ ſtátuam áureã quã conſtitui nõ
adoratis? Nunc ergo ſi eſtis parati: quacun-
q; hora audiéritis ſónitum tube fiſtule cýtha
re ſambúce ⁊ pſalterij ⁊ ſymphonie: omniſq;
géneris muſicóꝛum proſternite vos ⁊ adora-
te ſtátuam quã feci. Q, ſi non adoraueritis:
eadem hora mittémini in fornacem ignis ar-
dentis. Et quis eſt deus qui eripiat vos de ma
nu mea. Reſpondentes ſidrác miſác ⁊ abde-
nagó: dixerunt regi nabuchodonoſóꝛ. Non
opóꝛtet nos de hac re reſpõdére tibi. Ecce enĩ
deus noſter quẽ cólimus poteſt erípere nos đ
camíno ignis ardentis: ⁊ de manibus tuis o
rex liberare. Q, ſi noluerit: notum ſit tibi rex
quia deos tuos non cólimus: ⁊ ſtátuã áureã
C quã erexiſti non adoramus. Tunc nabucho-
donoſóꝛ repletus eſt furoꝛe: ⁊ aſpectus faciéi

illius immutatus eſt ſuper ſidrác miſác ⁊ ab-
denagó. Et precépit vt ſuccenderétur fornax
ſéptuplum q̃ ſuccéndi cõſuéuerat: ⁊ viris foꝛ
tiſſimis de exércitu ſuo iuſſit vt ligatis pedib⁹
ſidrác miſác ⁊ abdenagó mitterẽt eos in foꝛ-
nacem ignis ardentis. Et confeſtim viri illi:
vincti cum brachijs ſuis ⁊ thiáris ⁊ calciamẽ
tis ⁊ veſtibus: miſſi ſunt in medium fornacis
ignis ardentis. Nã iuſſio regis vrgebat. Foꝛ
nax autem ſuccénſa erat nimis. Porro viros
illos qui miſerãt ſidrác miſác ⁊ abdenagó in
terfécit flamma ignis. Uiri autem hi tres id
eſt ſidrác miſác ⁊ abdenagó cecidérũt in me
dio camini ignis ardentis colligáti. ¶ Que
ſequuntur in hebꝛeis volumínibus non rep-
peri. Et ambulabant in medio flãme laudan
tes deum: ⁊ benedicentes domino. Stans aũt
azarias oꝛauit ſic. Aperienſq; os ſuum in me-
dio ignis ait. Benedictus es domine deus pa — infra
trum noſtroꝛum: ⁊ laudábile ⁊ glorioſum no
men tuum in ſecula: quia iuſtus es in omni-
bus que feciſti nobis: ⁊ vniuerſa opera tua ve-
ra: ⁊ vie tue recte: ⁊ omnia iudicia tua vera.
Judicia enim vera feciſti iuxta omnia que in
duxiſti ſuper nos ⁊ ſuper ciuitatem ſanctã pa
trum noſtroꝛum hieruſalém: q2 in veritate ⁊
in iudicio induxiſti omnia hec propter pecca-
ta noſtra. Peccáuimus enim ⁊ inique égim⁹ — 3. reg. 8. a
recedentes a te: ⁊ deliquimus in omnibus: ⁊
precepta tua non audiuimus: nec obſeruáui-
mus nec fécimus ſicut pcéperas nobis: vt be-
ne nobis eſſet. Omnia ergo que induxiſti ſup
nos: ⁊ vniuerſa que feciſti nobis in vero iudi
cio feciſti: ⁊ tradidiſti nos in manibus inimi
coꝛum noſtroꝛum iniquoꝝ ⁊ peſſimóꝛum pre
uaricatoꝛũq; ⁊ regi iniúſto ⁊ péſſimo vltra
omnem terram. Et nunc non poſſumus aperi
re os. Confuſio ⁊ obpꝛóbꝛiũ facti ſumus ſer- — D
uis tuis: ⁊ his qui colébant te. Ne quéſumus
trádas nos in + perpétuũ ꝑpter nomen tuũ: — al. + obro-brium
⁊ ne diſſipes teſtamẽtũ tuũ: neq; áuferas mi
ſericoꝛdiam tuam a nobis propter habꝛaám
dilectum tuum: ⁊ iſaác ſeruũ tuum: ⁊ iſraél
ſanctum tuum: quibus locutus es pollicẽs q̃
multiplicáres ſemẽ eoꝝ ſicut ſtellas celi: ⁊ ſi
cut arénã que eſt in littoꝛe maris: quia domi
ne imminúti ſumus pluſq̃ omnes gentes: ſu
múſq; húmiles in vniuerſa terra hodie ꝑpter
peccata noſtra. Et non eſt in tempoꝛe hoc prin
ceps ⁊ dux ⁊ ꝓpheta: neq; holocáuſtũ neq;
ſacrificium neq; oblátio neq; incénſum neq;
locus primitiárum

locus pꝛimitiārum corā te:vt poſſimus inue-
nire miſericordiā tuam:ſed in animo contri-
to ꝛ ſpiritu humilitatis ſuſcipiāmur.Sicut in
holocāuſto arietū ꝛ thaurōꝛum:ꝛ ſicut in mi
libus agnoꝝ pinguium:ſic fiat ſacrificium no
ſtrum in conſpectu tuo hodie vt plāceat tibi:
quoniā non eſt confuſio confidēntibus in te.
Et nūc ſequimur te in toto corde:ꝛ timemus
te ꝛ quērimus faciem tuā.Ne ɔfūndas nos
ſed fac nobiſcū iuxta māſuetudinē tuā:ꝛ ſm
multitudinē miſericordie tue.Et ērue nos in
mirabilibus tuis:ꝛ da gloriā nomini tuo do-
mine:ꝛ cōfundantur oēs qui oſtendūt ſeruis
tuis mala.Confundanꝛ in omnipotētia tua:ꝛ
rōbur eoꝝ conteraꝛ:ꝛ ſciant q: tu eſt dño deus
E ſolus:ꝛ glorioſus ſup orbē terraꝝ.Et nō ceſſā-
bant qui miſerāt eos miniſtri regis ſuccēnde
re fornācē nāpta ꝛ ſtūppa ꝛ pice ꝛ mallēolis:
ꝛ effundebātur flāma ſup fornacem cūbitis
quadragintanouē:ꝛ erūpit ꝛ incēndit quos
rēpperit iuxta fornācē de chaldēis. Angelus
aūt domini deſcēdit cum azāria ꝛ ſōcijs ei9 in
fornācē.Et excūſſit flāmmā ignis de fornace:
ꝛ fecit mediū fornācis quaſi ventū roris flan
tem:ꝛ nō tētigit eos oīno ignis neq; cōtriſtā-
uit:nec quicq; moleſtie intulit.Tunc hi tres
quaſi ex vno ore laudabant ꝛ glorificabant ꝛ
Hpsa co. benedicebant deū in fōrnace dicētes.Benedi
ctus es dñe deus patrū noſtroꝝ:ꝛ laudābilis
Eo nō ha bet + glo rioſus + ꝛ glorioſus ꝛ ſuperaltātus in ſecula.Et bñ-
dictū nomen glorie tue ſanctū:ꝛ laudābile ꝛ
ſuperexaltatū in oībus ſeculis.Benedict9:es
in templo ſcō glorie tue:ꝛ ſuperlaudabilis ꝛ
ſupglorioſus in ſecula.Bñdictus es in thro-
no regni tui:ꝛ ſuplaudabilis ꝛ ſuperaltatus
in ſecula.Bñdictus es qui intuēris abyſſos ꝛ
ſedes ſuper cherubim:ꝛ laudabilis ꝛ ſuperal-
tatus in ſecula.Bñdictus es in firmamēto ce
li:ꝛ laudabilis ꝛ glorioſus in ſecula.Bñdici-
te oia opera dñi dño:laudate ꝛ ſuperaltate eū
in ſecula.Benedicite angeli dñi dño:lauda-
pſ.148. te ꝛc.Bñdicite celi dño:lauda.Bñdicite aq
oēs que ſup celos ſunt dño:lau.Bñdicite oēs
virtutes dñi dño:lau.Bñdicite ſol ꝛ luna do-
mino:lau.Benedicite ſtelle celi dño:lauda.
Eo + oīs Benedicite + imber ꝛ ros dño:lau.Benedi-
cite omnis ſpūs dei dño:lauda . Benedicite
ignis ꝛ eſtus domino:lauda. Benedicite fri-
F gus ꝛ eſtas dño:lauda.Benedicite rores ꝛ +
aſ + pruīe pruina dño:lauda.Benedicite gelu ꝛ frigus
domino:laudate.Benedicite glācies ꝛ niues

domino:lauda.Benedicite noctes ꝛ dies do-
mino:lauda.Bñdicite lux ꝛ tenebꝛe dño:lau
da.Benedicite fūlgura ꝛ nubes domino:lau
da.Benedicat terra dominū:laudet ꝛ ſuper
altet eū in ſecula.Benedicite mōtes ꝛ colles
dño:lauda.Benedicite vniuerſa germinan-
tia in terra dño:lauda.Benedicite fontes do
mino.lauda.Benedicite maria ꝛ flumina do
mino.lauda.Benedicite cete ꝛ oia que mo-
uentur in aquis dño lau.Benedicite oēs vo-
lucres celi dño.lauda.Benedicite oēs beſtie
ꝛ pecora dño.lau.Bñdicite filij hoīum domi-
no.lauda.Bñdicat iſraēl dñm.laudet ꝛ ſup-
altet eū in ſecula.Bñdicite ſacerdotes domi-
ni dño.lau. Bñdicite ſerui dñi domino.lau-
da.Bñdicite ſpūs ꝛ aīe iuſtoꝝ dño:lau.Be-
nedicite ſancti ꝛ humiles corde dño.Benedi
cite anania azāria miſaēl dño.laudate ꝛ ſup-
exaltate eum in ſecula.Qui ēruit nos de infer
no:ꝛ ſaluos fecit de manu mortis:ꝛ liberauit
nos de medio ardēntis flāmme:ꝛ de medio
ignis ēruit nos.Cōfitēmini domino quonia;
bonus:quoniā in ſeculum miſericordia eius.
Benedicite omnes religioſi dño deo deoꝝ:
laudate ꝛ confitēmini ei q: in omnia ſecula
miſericordia eius. ¶Huc vſq; in hebrēo non
habetur:ꝛ que poſūimus de theodotiōnis edi
tiōne trāſlata ſunt.Tūc nabuchodonoſoꝛ rex
obſtūpuit:ꝛ ſurrērit prōpere:ꝛ ait optimāti-
bus ſuis.Nōne tres viros miſimus in medio
ignis compeditos?Qui reſpondētes regi dixe
runt.Uere rex.Reſpōdit + rex ꝛ ait.Ecce ego aſs nō ha bet + rex
video quattuoꝛ viros ſolutos ꝛ ambulantes in D
medio ignis:ꝛ nihil corruptiōnis in eis eſt:ꝛ
ſpecies quarti ſimilis filio dei.Tunc acceſſit
rex nabuchodonoſōꝛ ad oſtium fornacis ignis
ardentis:ꝛ ait.Sidrāc miſāc ꝛ abdenagō ſer
ui dei excelſi:egredimini ꝛ venite . Statimq;
egreſſi ſunt ſidrāc miſāc ꝛ abdenagō de me-
dio ignis.Et congregati ſātrape magiſtratus
ꝛ iudices ꝛ potentes regis contemplabantur
viros illos : quoniā nihil poteſtatis habuiſſet
ignis in corpoꝛibus eoꝝ:ꝛ capillus capitis eo
rum non eſſet adūſtus:ꝛ ſarabālla eoꝝ nō
fuiſſent imutata:ꝛ odoꝛ ignis non trāſiſſet per
eos.Et erūmpens nabuchodonoſōꝛ ait : Be-
nedictus deus deoꝝ ſidrāc + videlicet miſāc
ꝛ abdenagō:qui miſit angelum ſuū : ꝛ ēruit aſs nō ha bet + vi delicet
ſeruos ſuos qui credidērunt in eum:ꝛ verbū
regis imutauērunt ꝛ tradidērunt corpora ſua
ne ſeruirent ꝛ ne adorārent omnē deum ex-

cepto deo ſuo. A me ergo póſitum eſt hoc decretum: vt omnis populus: tribus: & lingua quecunqȝ locuta fuerit blaſphemiā contra deum ſidrac miſác & abdenagó diſpéreat: & domus eius vaſtétur. Neqȝ enim eſt alius deus: qui poſſit ita ſaluare. Tūc rex ꝓmouit ſidrác miſác & abdenagó in ꝓuincia babylonis. Nabuchodonoſór rex oibꝰ populis gentibus & linguis qui habitant in vniuerſa terra: pax vobis multiplicet. Signa & mirabilia fecit apud me deus excelſus. Placuit ergo mihi predicáre eius ſigna q2 magna ſunt: & mirabilia eiꝰ quia fortia: & regnū eius quia regnum ſempiternū & poteſtas eiꝰ in generatiōe & generationem.

di.5t. ca.l. n.q.3. ca. ſpatores. 23.q.4. ca. qui vult. ca.nō luc. nif.ca.nabuchodonoſor

infra.7.c.

¶ Ca. 4ū. ¶ Aliud ſomnium regis & de interpretatione danielis. de amiſſione regni: & habitatione eius cum beſtijs: comeditqȝ fenū vt bos: & reſtitutione propter penitentiam regis. & de arbore. ¶ IIII.

A E go nabuchodonoſór quiétus eram in domo mea: & florés in palátio meo. Sómnium vidi quod pertérruit me: & cogitationes mee in ſtratu meo: & + viſiónes cápitis + mei conturbauerunt me. Et per me propóſitum eſt decretū vt introducerentur in conſpectu meo cuncti ſapientes babylónis: & vt ſolutionem ſómnij indicarent mihi. Tunc ingrediebantur arioli magi chaldéi & arúſpices: & ſómnium narráui in conſpectu eorum: & ſolutionem eiꝰ nō indicauerunt mihi: dónec collega ingreſſus eſt in conſpectu meo dániel: cui nomen balthaſár ſm̄ nomen dei mei qui habet ſpiritū deorum ſanctorū in ſemetipſo: & ſomnium corā ipſo locutus ſū. Balthaſár princeps arioléum: quoniā ego ſcio q ſpiritum ſanctorū deoꝝ habeas in te: & omne ſacramentū nō eſt

ale + viſio ale nō hȝ + mei

B impoſſibile tibi: viſiones ſomniorū meorum quas vidi: & ſolutionem earū nárra. Viſio capitis mei in cubiculo meo. Uidebam: & ecce arbor in medio terre: & altitudo eius nimia. Magna arbor & fortis: & procéritas eius contingens celū. Aſpectus illius erat vſqȝ ad términos vniuerſe terre. Fólia eius pulcherrima: & fructus eius nimius: & eſca vniuerſorū in ea. Súbter eam habitabant animália & beſtie: & in ramis eius conuerſabant vólucres celi: & ex ea veſcebátur omnis caro. + Uidebam in viſione capitis mei ſuper ſtratum meum: & ecce vigil & ſanctus de celo deſcédit: clamauit fortiter & ſic ait. Succídite árborem & precidite ramos eius: excútite fólia eius & diſpergite fructus eius: fugiant beſtie que ſubter eam ſunt: & vólucres de ramis eius. Uerū tamen gérmen radícum eius in terra ſinite: E

ale + Sic videbam

& alligétur vínculo férreo & éreo in hérbis q foris ſunt: & rore celi tingátur: & cū féris pars eius in herba terre. Cor eius ab humano cōmutétur: & cor fére detur ei: & ſeptem tempora muténtur ſuper eum. In ſententia vigilū decretum eſt: & ſermo ſanctorū & petitio donec cognoſcant viuentes: quoniam dominat excelſus in regno hominum: & cuicunqȝ voluerit dabit illud: & humílimum hominem + cōſtitúerit ſuper eum. Hoc ſómniū vidi ego nabuchodonoſó rex. Tu ergo balthaſár interpretationem narra feſtinus: q2 oēs ſapientes regni mei non quéunt ſolutionem edícere mihi. Tu autem potes: q2 ſpiritus deorū ſanctorum in te eſt. Tunc dániel + cuius nomen balthaſár cepit intra ſemetipſum tácitus cogitáre quaſi vna hora: & cogitationes eius cōturbábant eum. Reſpondens autem rex ait. Balthaſár: ſómnium & interpretatio eiꝰ non contúrbent te. Reſpondit balthaſár: & dixit. D Domine mi ſómnium his qui te odérunt: & + interpretatio eius hóſtibus tuis ſit. Arborē quam vidiſti ſublímem atqȝ robúſtam: cuius altitudo pertingit ad celum: & aſpectus illius in omnem terram: & rami eius pulcherrimi: & fructus eius nimius: & eſca omnium in ea: ſubter eam habitantes beſtie agri: & in ramis eius commorantes aues celi: tu es rex + qui magnificatꝰ es & inualuiſti. & magnitudo tua créuit & peruénit vſqȝ ad celū: & poteſtas tua & términos vniuerſe terre. Quod autē vidit rex vígilem & ſanctum deſcendere de celo & dicere: ſuccídite arborem & diſſipate illam: attamen gérmen radícum eius in terra dimíttite & vinciátur ferro & ere in herbis foris: & rore celi conſpergátur & cum feris ſit pábulum eius donec ſeptem tempora muténtur ſup eū. E Hec eſt interpretatio ſententie altiſſimi: que peruenit ſuper dominū meum regem. Eyciēt te ab hominibus: & cū beſtijs feriſqȝ erit habitatio tua: & fenum vt bos cómedes: & rore celi infundéris. Septem quoqȝ tempora mutabuntur ſuper te: donec ſcias q dominet excelſus ſuper regnum hominū: & cuicúnqȝ volúerit det illud. Quod autem precépit vt relinquerétur gérmen radicū eius id eſt arboris: re-

iob.40.b infra.5.l infra.co.

gnum tuum tibi manebit poſtq̃ cognoueris
poteſtatem eſſe celeſtem. Quãobrem rex con
ſilium meũ placeat tibi: ⁊ peccata tua elemo
ſynis redime: ⁊ iniquitates tuas misericordi
is pauperũ: forſitan ignoſcet deus delictis tu
is. Omnia + hec venerunt ſuper nabuchodono
ſor regem. Poſt finẽ menſiũ duodecim in au
F la babylonis deambulabat. Reſponditq̨ rex
⁊ ait. Nonne hec eſt babylon ciuitas magna
quam ego edificaui in domum regni in robo
re fortitudinis mee: ⁊ in gloria decoris mei?
Cũq̨ ſermo adhuc eſſet in ore regis: vox de ce
lo ruit. Tibi dicit nabuchodonoſor rex. Re
gnũ tuũ tranſibit a te: ⁊ ab hoĩbus eijciet te:
⁊ cũ beſtijs ⁊ feris erit habitatio tua: fenũ q̃ſi
bos comedes ⁊ ſeptem tẽpora mutabunt ſup
te: donec ſcias q̨ dominet̃ excelſus in regno
hoĩum: ⁊ cuicũq̨ voluerit det illud. Eadẽ ho
ra ſermo completus ẽ ſup nabuchodonoſor:
⁊ ex hoĩbus abiectus eſt: ⁊ fenũ vt bos come
dit: ⁊ rore celi corpus eius infectũ ẽ donec ca
pilli eius in ſimilitudinẽ aquilar̃ creſcerent:
G ⁊ vngues eius quaſi vngues auiũ. Igit̃ poſt fi
nem dier̃ ego nabuchodonoſor oculos meos
ad celũ leuaui ⁊ ſenſus meus redditus ẽ mi
hi ⁊ altiſſimo benedixi: ⁊ viuentẽ in ſempiter
nũ laudaui ⁊ glorificaui: quia ptãs eius ptãs
ſempiterna: ⁊ regnũ eius in generatione ⁊ ge
neratione: ⁊ oẽs habitatores terre apud eum
in nihilũ reputati ſunt. Iuxta voluntatẽ enim
ſuã + facit tã in virtutib⁹ celi q̃3 in habitatori
bus terre: ⁊ non eſt qui reſiſtat manui eius ⁊
dicat ei: quare feciſti. In ipſo tpe ſenſus me⁹
reuerſus eſt ad me: ⁊ ad honorem regni mei
decoreq̨ perueni: ⁊ figura mea reuerſa eſt ad
me: ⁊ optimates mei ⁊ magiſtratus mei req
ſierũt me: ⁊ in regno meo reſtitutus ſũ: ⁊ ma
gnificentia amplior addita eſt mihi. Nunc
igit̃ ego nabuchodonoſor laudo ⁊ magnifico
⁊ glorifico regem celi: q2 oĩa opera eius vera:
⁊ omnes vie eius iudicia: ⁊ gradientes in ſu
perbia poteſt humiliare.

¶ Ca. Sũ. ¶ Balthaſar bibens in vaſis tẽ
pli vidit manũ ſcribẽtẽ i pariete: mane thetel
phares. ⁊ iuxta interpͣtationẽ danielis pdidit
A regnũ. ⁊ ſucceſſit ei dari⁹. ¶ V

Balthaſar rex fecit grande cõui
uiũ optimatibus ſuis mille: ⁊
vnuſq̨ſq̨ ſm ſuã bibebat etatẽ.
Precepit ergo iã temulentus:
vt afferrent vaſa aurea ⁊ argẽ
tea: que aſportauerat nabuchodonoſor pater
eius de templo q̃d fuit in hierlm: vt biberent
in eis rex ⁊ optimates eius: vxoreſq̨ ei⁹ ⁊ cõ
cubine. Tũc allata ſunt vaſa aurea que aſpor
tauerat de templo q̃d fuerat in hieruſalem:
+ ⁊ biberunt in eis rex ⁊ optimates eius vxo
res ⁊ cõcubine illius. Bibebant vinum ⁊ lau
dabant deos ſuos aureos ⁊ argenteos ⁊ ereos
ferreos ligneoſq̨ ⁊ lapideos. In eadem hora
apparuerũt digiti quaſi manus hoĩs ſcriben
tis cõtra candelabrũ in ſuperficie parietis au
le regie. Et rex aſpiciebat articulos man⁹ ſcri- B
bentis. Tunc facies regis cõmutata eſt: ⁊ co
gitationes eius cõturbabãt eũ: ⁊ compages
renum eius ſoluebantur: ⁊ genua eius ad ſe
inuicem collidebantur. Exclamauit itaq̨ rex
fortiter vt introducerent magos chaldeos ⁊
aruſpices. Et proloquens rex ait ſapientibus
babylonis. Quicũq̨ legerit ſcripturã hãc:
⁊ interpretationem eius manifeſtã mihi fe
cerit: purpura veſtietur: ⁊ torquẽ auream ha
bebit in collo: ⁊ terti⁹ in regno meo erit. Tũc
ingreſſi oẽs ſapientes regis non potuerũt nec
ſcripturã legere: nec interpretationem ei⁹ in
dicare regi. Unde rex balthaſar ſatis contur
batus eſt: vt vultus illius imutatus eſt. Sed ⁊
optimates eius turbabant̃. Regina autẽ pro C
re que acciderat regi ⁊ optimatibus eius do
mũ conuiuij ingreſſa eſt: ⁊ proloquens ait.
Rex ineternũ viue. Non te conturbent cogi
tationes tue: neq̨ facies tua immutetur. Eſt
vir in regno qui ſpiritũ deorũ ſanctor̃ habet
in ſe: ⁊ in diebus patris tui ſcĩa ⁊ ſapiẽtia in
uente ſunt in eo. Nã ⁊ rex nabuchodonoſor
pr̃ tuus principem magor̃ incãtator̃ chaldeo
rũ ⁊ aruſpicũ conſtituit eũ. Pater inq̃3 tuus o
rex: q2 ſpũs amplior ⁊ prudentia intelligẽtiã
q̨ ⁊ interpretatio + ſomnior̃ + ⁊ oſtẽſio ſecre
torũ ac ſolutio ligator̃ inuẽte ſunt in eo: hoc
eſt in daniele: cui rex poſuit nomẽ balthaſar.
Nunc itaq̨ daniel vocet̃ ⁊ interpretationem
narrabit. Igit̃ introductus eſt daniel coram
rege. Ad quẽ prefatus rex ait. Tu es daniel de
filijs captiuitatis iude: quẽ adduxerat pr̃ me
us rex de iudea. Audiui de te qm̃ ſpiritũ deor̃
habeas: ⁊ ſcĩa intelligentiaq̨ ac ſapiẽtia am
pliores inuente ſunt in te. Et nunc introgreſ
ſi ſunt in conſpectu meo ſapiẽtes magi vt ſcri
pturã hanc legerent: ⁊ interpͣtationẽ eius in
dicarent mihi. ⁊ nequiuerunt ſenſum huius
ſermonis edicere. Porro ego audiui de te q̨

so nõ hs pec — ipsa eo — isra.7.d. — so + fecit 1.q.4.ca. niroz. 1.q.5.c.f. 5.q.5.c.f. ve pe. di. deniq̨ i qbo.e s.q.4.ci. abucho onosor. — aso + vi berent — E.2.a.c.d. 3.b.c.ultra c.b. — aso + ser monum aso nõ hs + ⁊

poſſis obſcūra īterpretari: ⁊ ligata diſſoluere. Si ergo vales ſcripturam legere ⁊ interpretationē eius indicare mihi: púrpura veſtiéris: ⁊ torquē áuream circa collum tuū habébis: ⁊ tértius in regno meo pꝛīceps eris. Ad que

E respondens daniel: ait coram rege. Munera tua ſint tibi: ⁊ dona domus tue alteri da: ſcripturam autē legam tibi rex: ⁊ interpretationē eius oſtendam tibi. O rex: deus altiſſimus regnū ⁊ magnificētiam gloriam ⁊ honorē dedit nabuchodonoſoꝛ patri tuo: ⁊ ꝓpter magnificentiā quā déderat ei vniuerſi populi tribus ⁊ lingue tremébant ⁊ metuébant eum. Quos volébat interficiébat: quos volebat percutiébat: quos volébat exaltabat: ⁊ quos volebat humiliabat. Quādo autem eleuatū eſt coꝛ eius: ⁊ ſpiritus illius obfirmátus eſt ad ſuꝑbiam: depóſitus eſt de ſólio regni ſui: ⁊ gloria eius ab

F lata eſt: ⁊ a filijs hoīum eiéctus eſt. Sed ⁊ coꝛ eius cum beſtijs póſitū eſt: ⁊ cū ónagris erat

Supra.4.c habitatio ei⁹. Fenū quoq; vt bos comedebat: ⁊ roꝛe celi coꝛpus eius inféctum eſt: donec cognóſceret ꝙ poteſtatē haberet altiſſimus in regno hominum: ⁊ quécunq; volúerit ſuſcitabit ſuper illud. Tu quoq; filius eius balthaſár nō humiliáſti coꝛ tuū cum ſcires hec omnia: ſed aduerſum dominatorē celi eleuátus es. Et vaſa domus eius allata ſunt coram te: ⁊ tu ⁊ optimátes tui ⁊ vxores tue ⁊ cōcubine tue vinū bibiſtis in eis. Deos quoq; argénteos ⁊ áureos ⁊ éreos férreos ligneóſq; ⁊ lapídeos q non vident neq; áudiunt neq; ſentiunt laudaſti: Porro deum qui habet flatum tuum in manu

G ſua ⁊ omnes vias tuas: non gloꝛificaſti. Idcirco ab eo miſſus eſt articulus manus que ſcripſit hoc quod exarátum eſt. Hec eſt autē ſcri-

Re.q.1.ca. aureus. de ver. ſig. ca. q. de ꝯſe. Di.1. ca. de aumenta. ptura que digéſta eſt. Mané thecél pharés. Et hec interpretatio ſermonis. Mane numerauit deus regnum tuum ⁊ compléuit illud. Thecél: appenſus es in ſtatéra: ⁊ inuéntus es minus habens. Pharés: diuiſum eſt regnum tuum: ⁊ datum eſt médis ⁊ pérſis. Tunc iubente rege: indútus eſt dániel púrpura: ⁊ circúndata eſt tóꝛques áurea collo eius: ⁊ predicátum eſt de eo ꝙ haberet poteſtatem tertius in regno. Eadem nocte interféctus eſt balthaſár rex chaldéus: ⁊ dárius médus ſuccéſſit in regnum annos natus ſexagintaduos.

¶ Ca. Sum. ¶ Satrape accuſant regi dario danielem. miſſus eſt in lacum leonum: ⁊ a domino liberatus. ¶ VI.

Placuit dario ⁊ conſtituit ſuper A
† regnum ſátrapas centum vi- al' ‡ regnū
gintivt eſſent i toto regno ſuo: ⁊ ſuper eos príncipes tres ex quibus dániel vnus erat vt ſátrape illis rédderēt rationē: ⁊ rex non ſuſtinéret moléſtiam. Igitur dániel ſuperabat oēs pꝛincipes ⁊ ſátrapas: qꝛ ſpūs dei amplioꝛ erat in illo. Porro rex cogitabat cōſtituere eū ſuper omne regnū. Unde pꝛincipes ⁊ ſatrape querebant occaſionē vt inuenirēt danieli ex látere regis: nulláq; cauſam ⁊ ſuſpitionē reperire potuerūt: eo ꝙ fidelis eſſet: ⁊ omnis culpa ⁊ ſuſpitio nō inueniref in eo. Dixerunt

ergo viri illi. Non inuenimus danieli huic B
aliquā occaſionē: niſi foꝛte in lege dei ſui. Tūc príncipes ⁊ ſátrape ſurripuérunt regi: ⁊ ſic locuti ſunt ei. Dari rex in eternū viue. Conſiliū iniérunt omnes pꝛincipes regni tui: magiſtratus ⁊ ſátrape ſenatóꝛes ⁊ iúdices, vt decretum † imperatoꝛiū exeat ⁊ edictū: vt omnis qui petierit aliquā petitionē a quocūq; deo ⁊ homine vſq; ad triginta dies niſi a te rex: mittátur in lacum leónum. Nūc itaq; rex cōfirma ſententiā: ⁊ ſcribe decretum vt nō immutétur qḋ ſtatutum eſt a médis ⁊ pérſis: nec preuaricari cuiqꝫ liceat. Porro rex dárius propóſuit edictum ⁊ ſtátuit. Q; cum dániel comperiſſet. ſ. ſupra.2.a. ſup.3.a. ſup.4.c. infra.c. al' ‡ imperatoꝛiū

C conſtitútam legē: ingreſſus eſt domū ſuam: ⁊ feneſtris apértis in cenáculo ſuo cōtra hieruſalém tribus tēpoꝛibus in die flectébat génua ſua ⁊ adoꝛábat: confitebatúrq; corā deo ſuo ſicut ⁊ ante facere conſuéuerat. Uiri ergo illi curióſius inquiréntes inuenérunt danielem orantem ⁊ obſecrántem deū ſuū. Et accedētes locuti ſunt regi ſuper edicto. Rex nunquid non cōſtituiſti vt omnis homo q rogáret quēqꝫ de dijs ⁊ hominibus vſq; ad dies trigīta niſi te rex: mitterétur in lacū leonum? Ad quos respondēs rex ait. Uerus eſt ſermo iuxta decretum medóꝛum atq; perſárum: qḋ preuaricári

non licet. Tunc reſpōdentes dixerunt coram D
rege. Dániel de filijs captiuitatis iude nō curauit de lege tua ⁊ de edicto quod cōſtituiſti: ſed tribus tempoꝛibus per diem oꝛat obſecratione ſua. Quod verbū cum audiſſet rex: ſatis contriſtatus eſt: ⁊ pro daniéle póſuit coꝛ vt liberáret eum: ⁊ vſq; ad occáſū ſolis laboꝛábat vt erúeret illum. Uiri aūt illi intelligentes regem: dixerunt ei. Scito rex qꝛ lex medóꝛum atq; perſárum eſt: vt omne decretū quod con-

E ſtituérit rex nõ liceat immutári. Tũc rex pcé-
Infra.14.c pit ⁊ adduxérunt daniélem ⁊ miſérunt eum
in lacum leonum. Dixitq; rex danieli. Deus
tuus quem colis ſemper: ipſe liberábit te. Al-
latúſq; eſt lapis vnus ⁊ poſitus eſt ſuper os la-
ci: quẽ obſignáuit rex ánnulo ſuo ⁊ ánnulo
optimátum ſuorum: ne quid fieret contra da-
niélem. Et ábijt rex in domum ſuam ⁊ dormí-
uit incenátus: cibiq; nõ ſunt allati coram eo:
inſuper ⁊ ſomnus recéſſit ab eo. Tunc rex pri-
mo dilúculo conſúrgens feſtinus ad lacũ leó-
num pérrexit. Appropinquánſq; lácui: danié-
lem voce lachrymabili inclamauit: ⁊ affátus
mat.2.f. eſt eum. Dániel ſerue dei viuentis: deus tuus
F cui tu ſeruis ſemper: putáſne valuit te libera-
re a leonibus? Et dániel regi reſpondens ait.
Rex ineternum viue. Deus meus miſit ange-
3.2.a.c.3.b a.5.c. lum ſuum ⁊ cõclúſit ora leonum ⁊ nõ nocué-
ſupra.eo. runt mihi: q2 coram eo iuſtitia inuenta eſt in
me. Sed ⁊ coram te rex delictũ nõ feci. Tũc

vehemẽnter rex gauiſus eſt ſuper eo: ⁊ danié-
lem precépit edúci de lacu. Eductúſq; eſt dá-
niel de lacu: ⁊ nulla leſio inuenta eſt in eo: q2
crédidit deo ſuo. Iubente autem rege addú-
cti ſunt viri illi qui accuſauerunt daniélem ⁊
in lácum leonum miſſi ſunt: ipſi filij ⁊ vxores
eorum: ⁊ non peruenérunt vſq; ad pauimén-
tum laci donec arriperent eos leones: ⁊ omnia
oſſa eorum cõminuerunt. Tunc darius rex ſcri- G
pſit vniuerſis populis: tribubus ⁊ linguis ha-
bitantibus in vniuerſa terra. Pax vobis mul-
tiplicétur. A me conſtitútum eſt decretum: vt
in vniuerſo império ⁊ regno meo tremiſcát
⁊ páueant deum daniélis. Ipſe eſt enim deus
viuens ⁊ eternus in ſecula: ⁊ regnum eius nõ
diſſipabitur: ⁊ poteſtas eius vſq; ineternum.
Ipſe liberator atq; ſaluator faciẽs ſigna ⁊ mi-
rabilia in celo ⁊ in terra: q liberauit daniélẽ
de + lácu leónum. Pórro dániel perſeuerauit ſic ⁊ ma-nu.
vſq; ad regnũ dárij regnúmq; cyri perſe.



¶ Ca. Sũ. ¶ Viſio q̃tuor aialiũ in figura
q̃tuor regnorũ: de antiquo dierũ: de auditu fi-
lij hoīs: ⁊ de antixp̃o: ⁊ de iudicio. ¶ VII.

A Anno pmo balthaſar regis ba-
bylónis dániel ſomniũ vidit.
Viſio autem capitis eius in cu-
bili ſuo. Et ſomnium ſcribens
breui ſermone comprehéndit:
ſummatímq; perſtringens ait.
Videbam in viſione mea nocte: ⁊ ecce qua-
tuor venti celi pugnabant in mari magno: ⁊
quatuor beſtie grandes aſcendebant de mari

diuerſe inter ſe. Prime quaſi leéna: ⁊ álas ha-
bebat aquile. Aſpiciebam donec euulſe ſunt
ale eius: ⁊ ſubláta eſt de terra: ⁊ ſup pedes q̃ſi
homo ſtetit: ⁊ cor eius datum eſt ei. Et ecce be- B
ſtia alia ſimilis vrſo: in pte ſtetit: ⁊ tres ordines
erãt in ore eius ⁊ in dentibus eius: ⁊ ſic dice-
bãt ei. Surge comede carnes plúrimas. Poſt
hec aſpiciébam ⁊ ecce alia quaſi párdus: ⁊
álas habebat quaſi auis quatuor ſuper ſe. Et
q̃tuor capita erãt in béſtia: ⁊ ptãs data eſt ei.
Poſt hec aſpiciébã in viſiõe noctis: ⁊ ecce be-
ſtia q̃rta terribilis atq; mirabilis: ⁊ fortis ni- infra.eo.

mis. Dētes ferreos hēbat magnos: cōmedēs
atq; cōminuens: ⁊ reliqua pedibus ſuis ↄcul-
cans. Diſſimilis aūt erat ceteris beſtijs quas
viderā añ eā: ⁊ hēbat cornua decē. Cōſiderā-
bam cornua: ⁊ ecce cornu aliō paruulū ortū
eſt de medio eoꝝ: ⁊ tria de cornib⁹ ꝑmis euulſa
C ſunt a facie eius. Et ecce oculi q̄ſi oculi hoīs
erāt in cornu iſto: ⁊ os loquēs ingentia. Aſpi-
ciebā donec throni poſiti ſūt: ⁊ antiquus dieꝝ
ſedit. Ueſtimentū ei⁹ cādidū q̄ſi nix: ⁊ capil-
al + flāma li capitis ei⁹ q̄ſi lana mūda. Thron⁹ ei⁹ + flam
al + currus. me ignis +: rote ei⁹ ignis accēſus: fluui⁹ igne⁹
D rapiduſq; egrediebātur a facie ei⁹. Milia mi
Apoca. 5.c. liū miniſtrabant ei: ⁊ decies + cētena milia aſſi-
al + milies ſtebant ei. Judiciū ſedit: ⁊ libri apti ſūt. Aſpi-
ciebā ꝓp vocē ſmonū grandiū quos cornu il
lud loquebat. Et vidi qm̄ iterfecta eēt beſtia: ⁊
periſſet corp⁹ ei⁹: ⁊ traditū eſſet ad cōburēdū
igni: aliarū quoq; beſtiaꝝ ablata eēt ptās: ⁊ tē
pora vite ↄſtituta eſſent eis vſq; ad tps ⁊ tps.
Supra eo. Aſpiciebā ergo in viſiōe noctis ⁊ ecce cū nu-
Matth. 24. bib⁹ celi q̄ſi fili⁹ hoīs veniebat: ⁊ vſq; ad anti-
quū dieꝝ ꝑuenit: ⁊ i ↄſpectu ei⁹ obtulerūt eū.
Et dedit ei ptātē ⁊ honorē ⁊ regnū: ⁊ oēs ppl'i
trib⁹ ⁊ lingue ipſi ſeruiēt. Ptās ei⁹ ptās eter-
Supra 4.g. na que nō auferēt: ⁊ regnū ei⁹ qd̄ nō corrūpē-
tur. Horruit ſpūs me⁹. Ego daniel territus ſuꝫ
E in his: ⁊ viſiones capitis mei conturbauerunt
me. Acceſſi ad vnū de aſſiſtentib⁹: ⁊ veritateꝫ
q̄rebā ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi
iterpretationē ſmonū: ⁊ docuit me. Hę q̄tuor
beſtie magne: q̄tuor ſunt regna q̄ ↄſurgent de

terra. Suſcipient aūt regnū ſancti dei altiſſi-
mi: ⁊ obtinebunt regnū vſq; in ſeculū ⁊ in ſe-
culū ſeculoꝝ. Poſt hoc volui libenter diſcere
de beſtia q̄rta: q̄ erat diſſilis valde ab oībus ⁊
terribilis nimis. Dentes ⁊ vngues ei⁹ ferrei
comedebat ⁊ cōminuebat: ⁊ reliq̄ pedib⁹ ſu-
is cōculcabat. Et de cornib⁹ decē q̄ hēbat in ca- F
pite: ⁊ de illo qd̄ ortū fuerat: añ qd̄ ceciderāt
tria cornua: ⁊ de cornu illo qd̄ hēbat oculos: ⁊
os loquēs grādia: ⁊ mai⁹ erat ceteris. Aſpiciē
bam ⁊ ecce cornu illud faciebat bellū aduer-
ſus ſcōs: ⁊ ꝑualebat eis: donec venit antiquus
dierū: ⁊ iudiciū dedit ſanctis excelſi: ⁊ tps ad-
uenit: ⁊ regnū obtinuerūt ſcti. Et ſic ait. Be-
ſtia quarta: regnū quartū erit in terra qd̄ ma
ius erit oib⁹ regnis: ⁊ deuorabit vniuerſaꝫ ter
rā: ⁊ ↄculcabit ⁊ cōminuet eaꝫ. Porro cornua
decē ipſius regni decē reges erūt: ⁊ alius ↄſur-
get poſt eos: ⁊ ipſe potentior erit prioribus ⁊ G
tres reges humiliabit. Et ſermōes ↄtra excel
ſum loquetur: ⁊ ſanctos altiſſimi conteret. Et
putabit ꝙ poſſit mutare tpa ⁊ leges: ⁊ traden
tur in manu eius vſq; ad tēpus ⁊ tpa ⁊ dimi-
diū tpis. Et iudiciū ſedebit vt auferatur po-
tentia: ⁊ conteratur ⁊ diſpereat vſq; in fineꝫ.
Regnū aūt ⁊ ptās ⁊ magnitudo regni que ē
+ ſubter oē celuꝫ detur populo ſcōꝝ altiſſimi: cu al + ſubter.
ius regnū: regnū ſempiternū eſt: ⁊ oēs reges Luce. 1.c.
ſeruient ei ⁊ obediēt. Huculq; finis vbi. Ego
daniel multuꝫ cogitationib⁹ meis ↄturbabar:
⁊ facies mea mutata eſt in me: vba autem in
corde meo conſeruaui.



¶ Ca. Sum. ¶ De ariete ⁊ hyrco: ⁊ interpre
tationibus arietis ⁊ hyrci. ¶ VIII.
A Anno tertio regni balthaſar re
gis viſio apparuit mihi. Ego da
niel poſt id quod videram in prin
cipio vidi in viſione mea cum
eſſem in ſuſis caſtro quod eſt in
elam regione. Uidi autem in vi
Ro. ciui. vc. ſione eſſe me ſuper portam vlai: ⁊ leuaui oculos
meos ⁊ vidi. Et ecce aries vnus ſtabat ante pa
ludem habens cornua excelſa: ⁊ vnum excelſius
altero atque ſuccreſcens. Poſtea vidi arietem
cornibus ventilantem contra occidentem ⁊ contra aquilo
nem ⁊ contra meridiem ⁊ omnes beſtie non poterant re
ſiſtere ei neque liberari de manu eius: Fecitque ſecundum
B voluntatem ſuam: ⁊ magnificatus eſt. Et ego intelli
gebam. Ecce autem hyrcus caprarum veniebat ab
occidente ſuper faciem totius terre: ⁊ non tange
bat terram. Porro hyrcus habebat cornu in
ſigne inter oculos ſuos: ⁊ venit vſque ad arietem
illum cornutum quem videram ſtantem ante portam: ⁊ cu
currit ad eum in impetu fortitudinis ſue. Cumque
appropinquaſſet prope arietem efferatus eſt in
eum: ⁊ percuſſit arietem ⁊ comminuit duo cor
nua eius: ⁊ non poterat aries reſiſtere ei. Cumque
miſiſſet eum in terram conculcauit: ⁊ nemo quibat li
C berare arietem de manu eius. Hyrcus autem capra
rum magnus factus eſt nimis. Cumque creuiſſet fractum
eſt cornu magnum: ⁊ orta ſunt quatuor cornua ſub
ter illud per quatuor ventos celi. De vno autem ex
eis egreſſum eſt cornu vnum modicum: ⁊ factum
eſt grande contra meridiem ⁊ contra orientem ⁊ contra fortitu
dinem. Et magnificatum eſt vſque ad fortitudinem
celi: ⁊ deiecit de fortitudine ⁊ de ſtellis: ⁊ concul
cauit eas. Et vſque ad principem fortitudinis ma
gnificatum eſt: ⁊ ab eo tulit iuge ſacrificium: ⁊
D deiecit locum ſanctificationis eius. Robur autem
Io. nō hȝ ei. datum eſt ei contra iuge ſacrificium propter pec
cata: ⁊ proſternetur veritas in terra: ⁊ proſpera
bitur ⁊ faciet. Et audiui vnum de ſanctis loquen
tem: ⁊ dixit vnus ſanctus alteri neſcio cui loquenti.
Uſquequo viſio ⁊ iuge ſacrificium ⁊ peccatum deſo
lationis que facta eſt ⁊ ſanctuarium ⁊ fortitudo
conculcabitur? Et dixit ei. Uſque ad veſperam ⁊ ma
Io. nō hȝ dies. ne dies duo milia trecenti: ⁊ mundabitur ſan
ctuarium. Factum eſt autem cum viderem ego daniel
viſionem: ⁊ quererem intelligentiam ecce ſtetit in con
ſpectu meo quaſi ſpecies viri. Et audiui vocem vi
E ri inter vlai ⁊ clamauit ⁊ ait. Gabriel fac intel
Infra. 9. f. ligere iſtam viſionem. Et venit: ⁊ ſtetit iuxta vbi
ego ſtabam. Cumque veniſſet pauens corrui in fa

ciem meam: ⁊ ait ad me. Intellige fili hominis:
quoniam in tempore finis complebitur viſio. Cumque loque
retur ad me: collapſus ſum pronus in terram. Et
tetigit me: ⁊ ſtatuit me in gradu meo: dixitque F
mihi. Ego oſtendam tibi que futura ſunt in no
uiſſimo maledictionis: quoniam habet tempus finem ſuum.
Aries quem vidiſti habere cornua: rex medorum eſt
atque perſarum. Porro hyrcus caprarum: rex gre
corum eſt: ⁊ cornu grande quod erat inter oculos
eius: ipſe eſt rex primus. Quod autem fracto illo
ſurrexerunt quatuor pro eo: quatuor reges de gen
te eius conſurgent: ſed non in fortitudine eius. Et
poſt regnum eorum cum creuerint iniquitates: conſur
get rex impudens facie: ⁊ intelligens propoſitiones:
⁊ roborabitur fortitudo eius: ſed non in viribus
ſuis: ⁊ ſupra quam credi poteſt vniuerſa vaſtabit: ⁊ G
proſperabitur ⁊ faciet. Et interficiet robuſtos ⁊
populum ſanctorum ſecundum voluntatem ſuam: ⁊ di
rigetur dolus in manu eius: ⁊ cor ſuum magni
ficabit: ⁊ in copia rerum omnium occidet plu
rimos. Et contra principem principum conſurget:
⁊ ſine manu conteretur. Et viſio veſpere ⁊ ma
ne que dicta eſt: vera eſt. Tu ergo viſionem ſi
gna: quia poſt multos dies erit. Et ego daniel
langui ⁊ egrotaui per dies. Cumque ſurrexiſ
ſem faciebam opera regis: ⁊ ſtupebam ad viſio
nem: ⁊ non erat qui interpretaretur.
¶ Capituli Summarium. ¶ De oratione da
nielis: de verbo angeli: ⁊ de ſeptuaginta hebdo
madibus. ¶ IX.
In anno primo darij filij aſſueri A
de ſemine medorum qui impera
uit ſuper regnum chaldeorum
anno vno regni eius: ego daniel De pc. vl. f. c. duxerat
intellexi in libris numerum an
norum de quo eſt ſermo domini ad hie
remiam prophetam vt complerentur deſolationis hieruſalem
ſeptuaginta anni. Et poſui faciem meam ad
dominum deum meum rogare ⁊ deprecari in ieiu
nijs ſacco ⁊ cinere: ⁊ oraui ad dominum deum: ⁊ con
feſſus ſum: ⁊ dixi. Obſecro domine deus magne 2. eſd. 1. b.
⁊ terribilis cuſtodiens pactum ⁊ miſericor
diam diligentibus te ⁊ cuſtodientibus manda
ta tua. Peccauimus: iniquitatem fecimus: im Infra eo.
pie egimus: ⁊ receſſimus ⁊ declinauimus a
mandatis tuis ac iudicijs. Non obediuimus B
ſeruis tuis prophetis qui locuti ſunt in nomine
tuo regibus noſtris: principibus noſtris: patribus
noſtris: omnique populo terre. Tibi domine iuſtitia: nobis
autem confuſio faciei ſicut eſt hodie viro iuda ⁊
habitatoribus hieruſalem ⁊ omni iſrael his


qui prope ſunt: ⁊ his qui ꝓcul in vniuerſis ter
ris ad quas eieciſti eos ꝓpter iniquitates eo-
rum: in quibus peccauerũt in te dñe. Nobis cõ
fuſio faciei: regibus nr̃is: principibus noſtris
⁊ pr̃ibus nr̃is q peccauerũt. Tibi autem dño
deo noſtro miſericordia ⁊ ꝓpitiatio: qꝛ receſſi-
mus a te: ⁊ non audiuimus vocem dñi dei no
ſtri vt ambularemus in lege eius quã poſuit
nobis per ſuos ſuos ꝓphetas: ⁊ oĩs iſrael pre-
uaricati ſunt legem tuam: ⁊ declinauerũt ne
audirent vocem tuã: ⁊ ſtillauit ſuper nos ma-
ledictio ⁊ deteſtatio q̃ ſcripta ẽ in libro moyſi
C ſerui dei: quia peccauimus ei. Et ſtatuit ſmo-
nes ſuos quos locutus eſt ſup nos ⁊ ſup prin-
al+ ſuper induceret cipes noſtros q iudicauerunt nos: vt + ſupin-
duceret in nos magnũ maluz quale nunquã
fuit ab omni celo: ſm q factũ eſt in hierl'm: ſi
cut ſcriptum eſt in lege moyſi. Omne maluz
hoc venit ſuper nos. Et nõ rogauimus faciez
tuã dñe deus noſter vt reuerteremur ab iniq
tatibus noſtris: ⁊ cogitaremus ṽitatez tuam.
Et vigilauit dñs ſup malitiã: ⁊ adduxit eam
ſup nos. Juſtus dñs deus noſter in oĩbus ope-
D ribus ſuis que fecit. Nõ enim audiuimus vo
Bar. i. c. ſupra eo. cem eius. Et nunc dñe deus nr̃ q eduxiſti po-
pulum tuũ de terra egypti in manu forti. ⁊ fe-
ciſti tibi nomẽ ſm diem hãc: peccauimus: ini
qtatem fecimus dñe in oẽm iuſtitiam tuam.
Auertatur obſecro ira tua: ⁊ furor tuus a ciui
al' nõ hz + a. tate tua hierl'm ⁊ + a monte ſancto tuo. Pro-
pter peccata enim noſtra ⁊ iniquitates patrũ
noſtroꝝ: hierl'm ⁊ populus tuus in obprobriũ
al' nõ hz ergo. ſũt oĩbus per circuituz nr̃m. Nũc + ergo exau
di deus noſter orõnez ſerui tui: ⁊ preces eius:
⁊ oñde faciem tuã ſup ſanctuariũ tuũ qḋ de-
E ſertum eſt. Propter temetipſum inclina deus
meus aurẽ tuã ⁊ audi: aperi oculos tuos ⁊ vi-
de deſolationẽ nr̃am ⁊ ciuitatẽ: ſup quã inuo-
catũ eſt nomẽ tuũ. Neqꝫ eni in iuſtificationi-
bus noſtris ꝓſternimus preces añ faciẽ tuaz:
ſed in miſerationib9 tuis multis. Exaudi dñe:
placare dñe: attende ⁊ fac. Ne moreris ꝓpter
Al. xi c. eccleſiaſticarũ. in gl. de pe. di. i. ſ. predicti. temetipſum deus meus: qꝛ nomen tuũ inuo-
catuz eſt ſup ciuitatẽ ⁊ ſup populũ tuuz. Cũqꝫ
adhuc loquerer ⁊ orarem ⁊ ꝯfiterer peccata
mea ⁊ pctã populi mei iſrael vt ꝓſternerẽ pre-
F ces meas in conſpectu dei mei: ꝓ monte ſctõ
Supra. 8. c. dei mei: adhuc me loquẽte in orõne mea ecce
vir gabriel quẽ viderã in viſione a principio
cito volans tetigit me in tempore ſacrificij ve
ſpertini ⁊ docuit me ⁊ locutus eſt mihi. dixitqꝫ.
Daniel nunc egreſſus ſum vt docerem te ⁊ in
telligeres. Ab exordio precum tuarum egreſ
ſus eſt ſermo. Ego autem veni vt indicarez ti Mat. 24.
bi: qꝛ vir deſideriorũ es. Tu aũt animaduer
te ſmonem: ⁊ intellige viſionem. Septuagin
ta hebdomades abbreuiate ſunt ſuper popu-
lum tuũ: ⁊ ſuper vrbem ſanctam tuã vt conſu
metur preuaricatio: ⁊ finem accipiat peccatũ:
⁊ deleatur iniqtas: ⁊ adducatur iuſtitia ſem-
piterna: ⁊ impleatur viſio ⁊ ꝓphetia ⁊ vngã-
G tur ſanctuſſanctoꝝ. Scito ergo ⁊ animaduer-
te ab exitu ſermonis vt iterũ edificetur hie-
ruſalem vſqꝫ ad xp̃m ducez: hebdomades ſe
ptem: ⁊ hebdomades ſexagintadue erunt. Et
rurſum edificabit platea ⁊ muri in anguſtia
tempoꝝ. Et poſt hebdomades ſexagintaduas
occidet chriſtus: ⁊ non erit eius populus qui
eũ negaturus eſt. Et ciuitatem ⁊ ſanctuarium
diſſipabit populus cum duce venturo: ⁊ finis
eius vaſtitas: ⁊ poſt finem belli ſtatuta deſola
tio. Confirmabit autez pactis multis hebdo-
mas vna: ⁊ in dimidio hebdomadis deficiet
hoſtia ⁊ ſacrificium: ⁊ erit in templo abomi- Mat. 24.
natio deſolationis: ⁊ vſqꝫ ad conſummationẽ
⁊ finem perſeuerabit deſolatio.

¶ Ca. Xũ. ¶ De appitione viri veſtiti lineis: ⁊
de michaele ⁊ ꝓncipib9 grecoꝝ ⁊ pſaꝝ. ¶ X.

A Anno tertio regni cyri regis ꝑ-
ſarum ṽbum reuelatum eſt da
nieli cognomento balthaſar ⁊
verbum verum ⁊ fortitudo ma-
gna: intellexitqꝫ ſmonem. In-
telligentia eni eſt opus in viſio
ne. In diebus illis ego daniel lugebam triuz
hebdomadarum diebus: panem deſiderabi
lem nõ comedi: ⁊ caro ⁊ vinum non introie-
runt in os meum. Sed neqꝫ vnguento vnctus
ſum: donec cõplerent triũ hebdomadaruz di
es. Die aũt viceſima ⁊ quarta mẽſis ꝑmi erã
iuxta fluuiũ magnũ qui eſt tigris: ⁊ leuaui ocu
los meos ⁊ vidi. Et ecce vir vnus veſtitus li-
neis: ⁊ renes eius accincti auro obrizo: ⁊ cor-
pus eius quaſi chryſolitus: ⁊ facies eius velut
ſpecies fulguris: ⁊ oculi ei9 vt lampas ardens
⁊ brachia eius ⁊ que deorſum ſunt vſqꝫ ad pe
des quaſi ſpẽs eris candentis: ⁊ vox ſmonum
B ei9 vt vox multitudinis. Uidi autẽ ego daniel
ſolus viſionẽ. Porro viri q erãt mecũ non vi-
derũt: ſed terror nimius irruit ſup eos: ⁊ fu-
gerunt in abſcõditũ. Ego autẽ relictus ſolus
vidi viſionẽ grãdez hanc ⁊ nõ remanſit in me infra

fortitudo:ſed ꝛ ſpecies mea immutáta eſt in
me:ꝛ emárcui:nec habui quicq̄ꝫ virium. Et
audiui vocem ſermonum eius:ꝛ audiens ia
cébam conſternátus ſuper faciem meā:ꝛ vul
tus meꝰ hęrébat terre. Et ecce manus tétigit
me:ꝛ eréxit me ſuper génua mea ꝛ ſuper arti
Ro.ſ.e. infra eo. culos manuū mearuꝫ. Et dixit ad me: Dániel
vir deſideriorum: intéllige verba que ego lo-
C quor ad te:ꝛ ſta in grádu tuo. Nūc eniꝫ ſum
miſſus ad te. Cumq̄ꝫ dixiſſet mihi ſermonem
iſtum ſteti trémens:ꝛ ait ad me. Noli metue
re dániel:quia ex die primo quo poſuiſti cor
tuum ad intelligendum vt te affligeres in cō
ſpectu dei tui:exaudita ſunt v̇ba tua:ꝛ ego ve
ni ꝑpter ſermones tuos. Princeps autem re
gni perſarum réſtitit mihi viginti ꝛ vno die
bus:ꝛ ecce míchael vnus de principibus pri
mis venit in adiutorium meū:ꝛ ego remanſi
ibi iuxta regem perſárum. Ueni autem vt do
cérem te que ventura ſunt populo tuo in no-
uiſſimis diebus:quoniaꝫ adhuc viſio in dies.

Cumq̄ꝫ loqueréturmihi huiuſcémodi v̇bis
deiéci vultum meum ad terraꝫ:ꝛ tacui. Et ec
ce quaſi ſimilitudo filij hominis tétigit labia
mea:ꝛ apériens os meuꝫ locutus ſum: ꝛ dixi
ad eum qui ſtabat contra me. Domine mi in D
viſiōe tua diſſolúte ſunt compáges mee ꝛ ni-
hil in me remanſit virium. Et quomodo po-
terit ſuus domini mei loqui cū domino meo?
Nihil enim in me remanſit virium:ſed ꝛ áli ſupra eo.
tus meus interclúditur. Rurſuꝫ ergo tétigit
me quaſi viſio hominis:ꝛ cōfortáuit me ꝛ di
xit. Noli timére vir deſideriorꝫ:pax tibi:con- Ro.ſ.e.ſ.
fortare ꝛ eſto robúſtus. Cūq̄ꝫ loquereť mecū eodem
conualui:ꝛ dixi. Lóquere dn̄e mi:q̄ꝛ confor-
taſti me. Et Ait. Nunq̄d ſcis quare vénerim
ad te. Et nunc reuértar vt prelier aduerſum
principem perſarum. Cum enim ingrederer
appáruit princeps grecorum veniens. Uerū
tamen annunciabo tibi qđ expreſſuꝫ eſt in ſcri
ptura v̇itatis:ꝛ nemo eſt adiutor meus in om-
nibus his:niſi michael princeps veſter.



C Ca.Sū. C Predicit angelus danieli de re
gibus pſarum:ꝛ de rege qui eſt antichriſtus q
extollit ſe contra dominum. C XI.

A Go autem ꝛ a primo anno da-
al ꝛ ab anno primo. rij medi ſtabam vt ꝯfortaretur
ꝛ roboraretur. Et nunc verita-
tem annunciabo tibi. Ecce ad-
huc tres reges ſtabunt in perſi
de: ꝛ quartus ditábitur opibꝰ
C nimijs ſup omnes. Et cuꝫ inualúerit diuitijs
ſuis concitábit omnes aduerſum regnuꝫ gre
cie. Surget v̇o rex fortis ꝛ dominabitur pote
ſtate multa:ꝛ faciet quod placúerit ei. Et cuꝫ
ſtéterit conterétur regnum eius ꝛ diuideť in
quatuor ventos celi:ſed non in póſteros eius
neq̄ꝫ ſm̄ poténtiaꝫ illius qua dominatus eſt.
Lacerábitur enim regnum eius etiam in ꝛ ex al ꝛ ex-
ternos excéptis his Et confortabitur rex áu- teros.
ſtri:ꝛ de principibus eius preualebit ſuper eū.
Et dominabitur ditione. Multa enim domi

natio eius. Et post finem annorum federabū
tur. Filiaq; regis áustri veniet ad regem aq-
lónis fácere amicitiam: ⁊ non obtinébit forti
B tudinem brachij: nec stabit semē eius. Et tra
detur ipsa: ⁊ qui adduxérunt eam adolescen-
tes eius: ⁊ qui confortabant eam in tempori-
bus. Et stabit de gérmine radicum eius plā-
tatio: ⁊ veniet cum exercitu: ⁊ ingrediétur ꝓ-
uinciam regis aquilónis: ⁊ abutétur eis ⁊ ob
tinebit. Insuper ⁊ deos eorum ⁊ sculptília: va-
sa quoq; preciósa áuri ⁊ argenti captiua du-
cet in egyptum. Ipse preualébit aduersus re-
gem aquilónis. Et intrabit in regnum rex áu
stri: ⁊ reuertétur ad terram suam. Filij autē
eius prouocabuntur ⁊ congregabunt multitu
dinem exercítuū plurimorū. Et veniet pro-
perans ⁊ inúndans: ⁊ reuertetur ⁊ concitabi
tur ⁊ cōgredietur cum róbore eius. Et prouo
catus rex áustri egrediétur ⁊ pugnabit aduer
sus regem aquilónis: ⁊ preparabit multitudi
nem nimiam ⁊ dabitur multitudo in manus
al's+ cornu eius: ⁊ capiet multitudinē ⁊ exaltabitur + cor
eius: ⁊ deijciet multa millia: sed non preualé-
C bit. Conuertetur enim rex aquilónis ⁊ prepa-
rabit multitudinem multo maiorē q̄ prius.
Et in fine temporum annorumq; veniet prop̄e
rans cum exercitu magno ⁊ ópibus nimijs.
In tēporibus illis multi ↄsurgent aduersus re
gem austri. Filij quoq; preuaricatorum popu
li tui extollentur vt impleant visionem: ⁊ cor-
ruent. Et veniet rex aquilónis ⁊ comportabit
ággerem ⁊ cápiet vrbes munitissimas ⁊ bra-
chia áustri non sustinebūt. Et consúrgent ele-
cti eius ad resistendum: ⁊ non erit fortitudo.
Et faciet veniens super eum iuxta plácitū su-
um: ⁊ non erit qui stet contra faciē eius: ⁊ sta
bit in terra inclyta ⁊ cōsumetur in manu ei⁹:
⁊ ponet faciem suam: ⁊ veniet ad tenendum
vniuersum regnum eius: ⁊ recta faciet cū eo.
al'+ illud Et filiam feminarū dabit ei vt euertat + illū:
D ⁊ non stabit nec illius erit. Et conuertet faciē
suā ad insulas et capiet mltas: ⁊ cessare faciet
p̄ncipē obpróbrij sui: ⁊ obpróbriū ei⁹ ↄuertēt
in eum. Et conuértet faciem suā ad imperiū
terre sue: ⁊ impinget ⁊ córruet ⁊ non inuenié-
tur. Et stabit in loco eius vilissimus ⁊ indign⁹
decore régio: ⁊ in paucis diebus conterétur
nō in furore nec in prélio. Et stabit in loco ei⁹
despéctus: ⁊ nō tribuétur ei honor régius. Et
véniet clam ⁊ obtinébit regnū in fraudulén
tia. Et brachia pugnantis expugnabūtur a fa-
cie eius ⁊ cōterentur. Insuper ⁊ dux féderis.
Et post amicitias cum eo faciet dolū: ⁊ ascē-
det ⁊ superabit in modico populo: ⁊ abundā
tes ⁊ úberes vrbes ingredietur. Et faciet que
non fecérunt patres eius: ⁊ patres patrū ei⁹.
Rapinas ⁊ prédam ⁊ diuitias eorum dissipā-
bit: ⁊ contra firmissimas cogitatiōes + inibit: al'+ inibit
E ⁊ hoc vsq; ad tempus. Et concitabitur fortitu
do eius: ⁊ cor eius aduersum regem áustri in
exercitu magno. Et rex áustri ꝓuocábitur ad
bellum multis auxilijs ⁊ fortibus nimis: ⁊ nō
stabunt: quia inibunt aduersus eum consilia.
Et comedentes panem cū eo cónterent illū:
exercitusq; eius opprimétur: ⁊ cadent interfe
cti plurimi. Duorum quoq; regum cor erit vt
male fáciant: ⁊ ad mensam vnam mēdaciū
loquéntur ⁊ non proficient: quia adhuc finis
in aliud tempus. Et reuertétur in terram suā
cum ópibus multis: ⁊ cor eius aduersū testa-
mentum sanctum: ⁊ faciet ⁊ reuertétur in ter
ram suam. Statuto tempore reuertétur ⁊ ve-
niet ad áustrum: ⁊ non erit priori simile nouis
simum. Et vénient super eum trieres ⁊ roma
ni: ⁊ percutiétur ⁊ reuertétur. Et indignabit
contra testamentum sanctuarij ⁊ faciet reuer
tetúrq;: ⁊ cogitabit aduersum eos qui dereli-
querunt testamentum sanctuarij. Et brachia
ex eo stabunt ⁊ pólluent sanctuarium fortitu-
dinis: ⁊ áuferent iúge sacrificium: ⁊ dabunt
abominationem in desolationē. Et impij in
testamentum simulabunt fraudulenter. Po-
pulus autem sciens deum suum obtinébit ⁊
faciet. Et docti in populo docebūt plúrimos:
⁊ rúent in gladio ⁊ in flamma: ⁊ in + captiui- al'+ captiuitatem
tate ⁊ in + rapina dierum. Cumq; corrúerint al's+ rapinam
subleuabunt auxilio páruulo: ⁊ applicabunt
eis plúrimi fraudulēter. Et de erudítis rúent F
vt conflentur ⁊ eligantur ⁊ dealbentur: vsq; ad
tempus prefinitū: quia adhuc aliud tempus infra. 12.
erit. Et faciet iuxta voluntatem suam rex. Et
leuabitur ⁊ magnificabitur aduersus omnē
deum: ⁊ aduersus deū deorum loquétur ma
gnifica: ⁊ dirigétur: donec compleátur iracū-
dia. Perpetráta quippe est definitio. Et deū
patrum suorum non reputabit: ⁊ erit in con-
cupiscentijs feminarum: nec quēq; deorū cu
rabit: quia aduersū vniuersa consurget. Deū
autem maozim in loco suo venerábitur ⁊ de
um quem ignorauerunt patres eius colet au-
ro ⁊ argento ⁊ lapide precioso rebúsq; precio
sis. Et faciet vt múniat maozim cū deo alie G

nō quē non cognouit:z multiplicabit gl̃iam:
z dabit eis poteſtatem in multis:z terram di
uidet gratuito.Et in tempore prefinito prelia
bitur aduerſus eū rex auſtri:z quaſi tempeſtas
ueniet contra illum rex aqlonis in curribus:z
in equitibus z in claſſe magna:z ingredietur
terras:z conteret z pertranſeat.Et itroibit in
terram glorioſam:z multi corruent. He autē
ſole ſaluabūtur de manu eius edom z moab
al'+principum z+principes filiorum ammon.Et mittet ma-
num ſuam in terras:z terra egypti non effu-
giet.Et dominabitur theſaurorum auri z ar-
genti z in omnibus precioſis egypti.Per ly-
biam quoqz z ethyopiam trāſibit:z fama tur
babit eum ab oriente z ab aquilone:z veniet
in multitudine magna vt cōterat z interficiat
al'+apedno plurimos.Et figet tabnaculū ſuū a+pethno
inter duo maria ſuper mōtez inclytum z ſan-
ctum:z veniet vſqz ad ſummitatem eius z ne
mo auxiliabitur ei.

¶Cap.Sū. ¶De reſurrectione bonorum z malorum:de eminentia z claritate doctorū: de iudicio domini: de libro clauſo:de ſignatis ſermonibus. ¶XII.

A In tpe aūt illo ɔſurget michael
princeps magnus q ſtat ꝓ filijs
populi tui:z veniet tps quale nō
fuit ab eo ex quo gentes eē cepe
rūt vſqz ad tempus illud. Et in
tpe illo ſaluabit ppls tuus:oēs
q inuētus fuerit ſcriptus in libro.Et multi de
his qui dormiūt in terre puluere euigilabūt:
alij in vitam eternam:alij in obprobriū:vt vi
B De magiſtris ca.x. deant ſemp.Qui aūt docti fuerint fulgebunt
quaſi ſplendor firmamenti: z q ad iuſtitiam
erudiunt multos:quaſi ſtelle in ppetuas eter
nitates. Tu autem daniel claude ſermones:
z ſigna librum vſqz ad tempus ſtatutū. Plu
rimi pertranſibūt:z multiplex erit ſcia.Et vi
di,ego daniel:z ecce quaſi duo alij ſtabāt vn⁹
hinc ſuper ripa fluminis:z alius inde ex alte
ra ripa fluminis.Et dixi viro qui erat indut⁹
C lineis:qui ſtabat ſuper aquas fluminis.Uſqz
quo finis horum mirabiliū? Et audiui virū
qui indutus erat lineis qui ſtabat ſup aquas
fluminis:cum eleuaſſet dexteram z ſiniſtrā
ſuā in celum:z iuraſſet per viuentem ineter-
num:qz in tp̄s z tpa dimidiū tpis.Et cum cō
pleta fuerit diſperſio manus ppl̄i ſancti:com
plebunt vniuerſa hec.Et ego audiui z nō in-
tellexi.Et dixi.Dn̄e mi quid erit poſt hec?Et
ait.Uade daniel:quia clauſi ſūt ſignatiqz ſer-
mones:vſqz ad prefinitum tempus. Eligent
z dealbabuntur z quaſi ignis probabunt mul Supra.11.f
ti.Et impie agent impij:neqz intelligent oēs D
impij.Porro docti intelligent:z a tpe cū ab-
latum fuerit iuge+ ſacrificium z poſita fue- al's nō hz +ſacrificium
rit abhominatio in deſolationem: dies mille
ducēti nonaginta. Beat⁹q expectat:z puenit
vſqz ad dies mille trecētos trigintaqnqz. Tu
autem daniel vade ad prefinitum:z requie-
replebímini in+eis:⁊ non dabo vos vltra ob- no+eo
próbrium in gentibus. Et eū qui ab aquilóne
eſt procul faciā a vobis:⁊ expéllam eum in ter
ram inuiā ⁊ deſertaȝ. Faciē eius contra mare E
oriētale:⁊ extremū eius vſq; ad mare nouiſſi
mū. Et aſcédet fetor eius ⁊ aſcendet putredo
eius:q᷑ ſuperbe egit. Noli timére terra:exulta
⁊ letare:qm̄ magnificauit dominus vt faceret
Nolite timére aialia regionis:q᷑ germinaue
runt ſpecioſa deſerti:q᷑ lignū áttulit fructum
ſuum:ficus ⁊ vínea dederunt virtutem ſuam.
Et filie ſyón exultáte ⁊ letámini in dño deo ve F
ſtro:q᷑ dedit vobis doctorem iuſtitie:⁊ deſcén-

dere faciet ad vos imbrem matutinū ꝛ seroti-
al's nō ha beo ficut num✚ſicut in principio. Et implebuntur áree
frumento: ꝛ redūdabūt torcularia vino ꝛ oleo
Et réddam vobis annos quos comédit locú-
ſta: brúchꝰ: ꝛ rubigo: ꝛ erúca. Fortitudo mea
magna quā miſi in vos. Et comedétis veſcen-
tes ꝛ ſaturabímini: ꝛ laudabitis nomen do-
mini dei veſtri qui fecit mirabilia vobiſcū. Et
non confundetur populus meus in ſempiter-
num: ꝛ ſcietis quia in medio iſraél ego ſum.
G Et ego dominus deus veſter: ꝛ non eſt ámpli-
us: ꝛ non confundetur populus meus in eter-
Act'. 2. G. al's de ✚ ſpū meo num. Et erit poſt hec effúndam✚ſpiritū meū
ſuper omnem carnem: ꝛ prophetabunt filij ve
ſtri ꝛ filie veſtre. Senes veſtri ſomnia ſomnia-
bunt: ꝛ iuuenes veſtri viſiones videbūt. Sed
ꝛ ſuper ſeruos meos ꝛ ancillas in diebus illis
effundam ſpiritum meū: ꝛ dabo prodigia in
celo: ꝛ in terra: ſanguinem ꝛ ignem ꝛ vaporē
al's✚ver-tetur fumi. Sol✚conuertetur in tenebras: ꝛ luna in
ſanguinē: anteq̄ꝫ veniat dies domini magnus
al's✚qui-cunq̄ ꝛ horribilis. Et erit: Omnis ✚qui inuocauerit
nomen domini ſaluus erit: q: in montē ſyón
ꝛ in hieruſalém erit ſaluatio ſicut dixit domi-
nus: ꝛ in reſiduis quos dominus vocauerit.

¶ Ca. Sum. ¶ De iudicio poſt conuerſionē iudeorum ſub nomine: ꝛ ſynodus contra romanos qui vaſa templi hieruſalém poſuerunt in templo pacis: ꝛ de liberatiōe populi tempore cyri: vocantur viui ꝛ mortui ad iudicium. de ſepulchris. de felicitate ſanctorum. de predicatione apoſtolorum ꝛ fonte baptiſmi: ꝛ de vltione ſanctorum. ¶ III.

A Uia ecce in diebus illis in tem
pore illo cum conuértero capti
uitatem iudá ꝛ hieruſalém cō
gregabo omnes gētes: ꝛ dedu-
cam✚eas in vallem ioſaphát:
al✚illas ꝛ diſceptábo cum eis ibi ſuper
populo meo ꝛ hereditate mea iſraél: quos di-
ſperſérunt in nationibus: ꝛ terram meam di-
uiſerunt: ꝛ ſuper populū meum miſerunt ſor-
tem. Et poſuérunt púer in proſtibulo: ꝛ puel-
lam vendidérunt pro vino vt biberent. Uerū
quid mihi ꝛ vobis týrus ꝛ ſydón ꝛ ōis termi
nus paleſtinórum? Núquid vltionem vos red
détis mihi? Et ſi vlciſcimini vos cōtra me: ci-
to velóciter réddam viciſſitúdinem vobis ſup
B caput veſtrum. Argentū enim meum ꝛ áurū
tuliſtis ꝛ deſiderabilia mea ꝛ pulchérrima in
tuliſtis in delubra veſtra. Et filios iudá ꝛ filios
hieruſalém vendidiſtis filijs grecoꝝ: vt longe
faceretis eos de finibus ſuis. Ecce ego ſuſcita
bo eos de loco in quo vendidiſtis eos: ꝛ conuer
tam retributionē veſtram in caput veſtrum. Et
vendam filios veſtros ꝛ filias veſtras in mani-
bus filioꝝ iudá: ꝛ venúndabūt eos ſabéis gen
ti longinque: q: dn̄s locutus eſt. Clamate hec
in gentibus ſanctificate bellū: ſuſcitate robu-
ſtos. Accedant: aſcēdant omnes viri bellato-
res. Concidite arátra veſtra in gládios: ꝛ ligó
nes veſtros in lánceas. Infirmus dicat: q: ego
C fortis ſum. Erúmpite ꝛ venite oēs gentes de
circúitu: ꝛ ꝯgregamini. Ibi occúmbere faciet
dn̄s robúſtos tuos. Cōſurgant ꝛ aſcendāt gen
tes in vallem ioſaphát: q: ibi ſedebo vt iudicē
omnes gentes in circúitu. Mittite falces: q:
apo. 14. d. maturauit meſſis. Uenite ꝛ deſcéndite: q: ple
nū eſt torcular. Exúberant torcularia: q: mul
tiplicata eſt malicia eoꝝ. Populi populi ī val
le conciſiónis: q: iuxta eſt dies dn̄i in valle cō
ſupra 2. e. eſa. 13. b. hier. 25. f. amos 1. a. ciſiónis. Sol ꝛ luna obtenebráti ſunt: ꝛ ſtelle
retraxérunt ſplendórē ſuū. Et dn̄s de ſyón rú
giet: ꝛ de hieruſalém dabit vocē ſuam. Et mo
D uebuntur celi ꝛ terra: ꝛ dn̄s ſpes populi ſui et
fortitudo filioꝝ iſraél. Et ſcietis q: ego domi-
nus deus veſter habitās in ſyón: in mōte ſan-
cto meo. Et erit hieruſalém ſancta: ꝛ alienī
non trāſibunt per eū amplius. Et erit: In die
illa ſtillábunt mōtes dulcedinē: ꝛ cólles fluēt
al✚ſuper lacte. Et✚per oēs riuos iudá ibūt aque: ꝛ fons
de domo dn̄i egredietur: ꝛ irrigabit torrentē
ſpinaꝝ. Egýptus in deſolatione erit: ꝛ idumea
in deſertū perditiónis: pro eo q̄ inique égerit
in filios iudá: ꝛ effúderint ſanguine innocen-
tem in terra ſua. Et iudéa in eternum habita
bitur: ꝛ hieruſalém in generationem ꝛ gene-
rationem. Et mūdabo ſanguinem eorū quos
non mundáueram ꝛ dn̄s cōmorabit in ſyón.

¶ Explicit Iohel propheta.

¶ Incipit prologus in Amos prophetam.

Ozias rex cum religionem ſolli
cite emularétur: nimio religio
nis amore ꝓuocatus circa pre-
ceptū legis móyſi arrépto thu-
ribulo: vt in hyſtoria libri ſecū-
di paralypomenón oſtēditur:
zach. 14. b. ſacerdotale officiū preſúmere conátus ē. Ob
eam rem terremotū in templo dei exortum
cónſtat: cuius etiā ȝacharias propheta mémi-
nit. Ante hunc itaq̄ꝫ terremotum amos ꝓphe
ta tpibus predicti regis ꝛ tpibus hieroboám

filij ioás

filij ioás regis iſraél: in eas gétes que lectio-
ne comprehénſe ſunt iram dei ob eas cauſas
quas memorauit affutúram denúnciat. Et quod
Amos .i. b.c.i.a. idem pphéta in ſequétibus ait: ſuper tribus i-
pietátibus et ſup quattuor non conuértã eũ:
tertio peccatorũ indulgéntiam deũ dare poſſe
ſignificat: quẽ quarto eadem peccata admittẽ
tibus nec penitentiam nec indulgentiam da-
turum annúnciat. Nam per ignis ſimilitudi-
nem quẽ in predictas gentes imittendum pre
dixit: grauem atq3 irreuocábilem dei iram
ad euerſiónem earúndem ciuitatum proceſ-
ſúram vóluit demonſtrare.

¶ Item alius prologus.

Amós prophéta paſtor et rúſti-
cus et rubórum móra diſtrín-
gẽs: paucis verbis explicári nõ
poteſt. Quis enim digne éxpri
mat tria et quattuor ſcélera da
máſci: gáçe týri: idumée filio
rũ ammón et moab: et ſeptimo octauóq3 gra
du iúde et iſraél. Hic loqt ad vaccas pingues
Amos .4. a. vide(m) 6.a. que ſunt in mõte ſamárie: ét ruitúram domũ
maiorẽ minorémq3 teſtatur. Ipſe cérnit fictó-
rem locúſte: et ſtantem dñm ſuper murum li-
tum: vel adamantínũ: et vncinum pomorũ at-
trahéntem ſupplícia peccatoribus et famẽ in
terra: non famẽ panis neq3 ſitim aque ſed au-
diendi verbum dñi: non dixit verba ſed verbũ.
Amós vero interpretatur onúſtus. Hic amos
ſpũali gratía plenus prophetauit inter céteros
prophetas. Non enim ſolus ipſe erat prophé-
tes: ſed etiam alij. Et quippe non póterat pro-
phetes eſſe: niſi paſtor ante fuiſſet. Qui etiam
túba ſua clángit per ſingulos dies erúdiens et
docens in eccleſia. In veritate enim vox oĩum
prophetarum tanq3 tuba ſpũalis eſt prédicãs
in eccleſia ſm quod ſcriptũ eſt. Aſcénde in mon-
Eſa. 14.b tem excelſum tu qui euangelíças ſyón: exalta
vocem tuam qui prédicas hieruſalém.

¶ Incipit alius prologus.

Hic amós propheta et paſtor: nõ
fuit pater eſaie prophete: q̃q3 et
ille prophéta extiterit. Nã alijs
litteris ille: alijs iſte apud he-
bréos ſcribitur: que differẽtia
lĩarum apud latinos non habe
tur: et ille fortis vel robúſtus: hic vero auúlſus
interpretatur: quia loqtur contra decem tribus
que per idolátriã a cultu dei et a regno dauid
erant auúlſe. Fuit ergo cognatio eius ex óp-
pido thécue quod ſex miliaribus diſtat a beth-
leém: curam gerens pécorũ in latitudine cã-
pórum qui ſunt proximi óppido thécue: in q-
bus + humo árida atq3 arenóſa nihil oino frú al's + humi aride atq3 are. noſe
gum gignitur: ſed vbérrimis páſcuis abun-
dant: et ideo cũcta ſunt plena paſtoribus: et ſte
rílitas terre cõpenſatur pécorum multitudi-
ne. Ex hoc numero paſtorũ fuit amós impérí-
tus ſermone: ſed plenus ſcia. Prophetáuit au
tem eiſdem tpibus quibus iohél: naúm: ió-
nas: oſeé: eſaías. Sed aliquãtulum exorſus eſt
prophetare anteq3 eſaías. Maxime aũt contra
decem tribus locutus eſt: pauca de duabus in-
térferens. Hunc ablátum de numero paſtorũ
miſit dominus vt in ſamária pphetáret. Quẽ
amaſias ſacerdos frequenter plagis afflixit:
tandem filius eius oçias vécte per témpora
tranſfixit. Poſt hec ſemiuiuus in terrã ſuam
euéctus poſt aliquos dies dolore vúlneris ex-
pirauit. ſepultúſq3 eſt cum patribus ſuis.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit amos propheta.

¶ Ca. Sum. ¶ De vaſtatione decem tribuũ:
de vltione domini contra tres regiones: quas
non conuertit: quia captiuauerunt et conduxé
runt captiuos de iſraél contra filios amon pro
diuiſione. Caplm ¶ I.



Verba amos A
qui fuit in + paſtoribus thé- al's + paſtoralibus
cue: que vidit ſuper iſraél in
diebus oçie regis iudá: et in
diebus hieroboám filij ioás
regis iſraél ante duos annos
terremótus: et dixit. Dñs de Hier. 25.f. Iohel. 3.c.
ſyón rúgiet: et de hieruſaléz
dabit vocẽ ſuã. Et luxérunt
ſpecioſa paſtorũ: et exſiccatus eſt vértex carmẽ
li. Hec dicit dñs deus. Super tribus ſcelérib9 de pe. di. i. c. ip. ſuper tribus.
damáſci et ſup quatuor nõ conuértã eũ: eo quod B
trituráuerunt in pláuſtris férreis galaád. Et
mittã ignem in domũ açahél: et deuorabit do-
mos + benadáb. Et cónteram véctẽ damáſci: al's + be. nadad
et diſpérdam habitatorẽ de campo idoli: et te-
nentem ſcéptrũ de domo voluptatis: et tranſfe
rétur populus ſýrie cyrénem dicit dominus.
Hec dicit dominus. Super tribus ſcéléribus Infra. 2.a
gáçe et ſuper quatuor non conuértam eum: eo
quod tranſtúlerit captiuitatem perfectã vt cõclú-
deret eam in iduméa. Et mittam ignẽ in mu C
rum gáçe et deuorabit édes eius: et diſpérdaz

habitatorem de azóto:⁊ tenētem ſcéptrum de
aſcalóne.⁊ conuértam manum meam ſuper
acharón:⁊ peribunt réliq philiſtinoꝝ dicit do
minus. Hec dicit dñs. Super tribus ſcéleribꝰ
týri ⁊ ſup quatuor nō conuértā eū:eo ꝙ con-
clúſerint captiuitatē perfectā in iduméa:⁊ nō
al + ſunt +ſint recordati féderis fratrū. Et mittā ignez
in muꝝ týri:⁊ deuorabit édes eius. Hec dicit
dñs. Super tribus ſcéleribus edóm ⁊ ſup qua
D tuor nō conuertā euz:eo ꝙ pſecutus ſit in gla
dio fratrē ſuū:⁊ violáuerit miſericordiā eius:
⁊ tenúerit vltra furorem ſuū ⁊ indignationez
ſuam ſeruáuerit vſqꝫ in finem. Mittā ignem
⁊ theman:⁊ deuorabit édes boſré. Hec dicit do
minus. Sup tribus ſcéleribus filioꝝ ammón
⁊ ſup quatuor nō conuértā euz.eo ꝙ diſſecúe
rit pregnantes galaád ad dilatādum términū
al + rabbe ſuum. Et ſuccēndā ignez in muro+rabbáth.
⁊ deuorabit édes eius in vlulátu in die belli:⁊
in túrbine in die commotiónis. Et ibit mel-
chon in captiuitatem:ipſe ⁊ principes eius ſi
mul : dicit dominus.

¶ Ca. Sum. ¶ Vltio domini contra moab
pro crudelitate in mortuos contra iudā iſrael
p contēptu legis pro idolatria:de bñficiis dei
⁊ ingratitudie:de deſtructione ipoꝝ. ¶ II.

A Hec dicit dñs. Super tribus ſce-
léribus moáb ⁊ ſuper quatuor
non conuértā euz:eo ꝙ incén-
derit oſſa regis iduméé vſqꝫ ad
al + verticem +cínerē. Et mittam ignem in
moáb:et deuorabit édes ca-
riótb:⁊ morietur in ſonitu moab in clangóre
túbe: Et diſpérdā iudicem de medio eius : et
oēs principes eius interficiam cuz eo dicit do-
ſupra i.b. minus. Hec dicit dñs. Super tribus ſcéleribꝰ
iudá ⁊ ſup quatuor nō conuertam eum:eo ꝙ
abiécerit legem dñi:⁊ mandata eius non cu-
B ſtodierit. Deceperunt enim eos idola ſua poſt
que abierant patres eoꝝ. Et mittam ignez in
iudam ⁊ deuorabit édes hieruſalém. Hec di-
cit dñs. Super tribus ſcéleribus iſraél:⁊ ſuper
quatuor nō conuértam eū:pro eo ꝙ vēdiderit
pro argēto iuſtuz ⁊ pauperē pro calciaméntis.
Qui conterūt ſuper puluerē terre cápita páu-
C perū:⁊ viam humiliuz declinát. Et filius ac pa-
ter eius ierunt ad puellā vt violárent nomen
ſcm̄ meum:⁊ ſuper veſtiméntis pignerátis ac
cubuérunt iuxta omne altare:⁊ vinū damna-
Nu.13.d. toꝝ bibebant in domo dei ſui. Ego autez exter
minávi amorréum a facie eoꝝ cuius altitu-
do cedrórum altitudo eius:⁊ fortis ipſe quaſi
quércus. Et contriui fructū eius deſuper:⁊ ra
dices eius ſubter. Ego ſum qui aſcéndere vos De pe. di. i.ca. ſi ego mu.i
feci de terra egýpti : ⁊ edúxi vos in deſertum
quadraginta annis vt poſſiderétis terrā amor
réi:⁊ ſuſcitaui de filiis veſtris in pphetas:⁊ de
iuuénibus veſtris naçaréos. Nunqd nō ita eſt D
filij iſraél dicit dñs? Et propinábitis nazaréis
vinum ⁊ pphetis mandabitis:dicētes:ne pro-
phetétis. Ecce ego+ſtridébo+ſúbter vos ſicut al + ſtridā al + ſuper
ſtridet pláuſtrū onúſtum feno. Et peribit fu-
ga a veloce:⁊ fortis nō obtinébit virtutē ſuam:
⁊ robuſtus non ſaluabit aiam ſuam. Et tenēs
arcum non ſtabit:⁊ vélox pedibus ſuis nō ſal-
uabitur. Et aſcenſor equi non ſaluábit animā
ſuam:⁊ robúſtus corde inter fortes nudus ef-
fúgiet in illa die:dicit dominus.

¶ Ca. Sum. ¶ De penis diſcordantium:de
viis domini cōtemptis.de iniqtatibus:de de-
ſtructione iſrl pro idolatria ⁊ delitiis. ¶ III.

A Udite verbum qđ locutus ē do
minus ſuper vos filij iſraél:ſu-
al + oēs cognationes per+oēm cognationem quam
edúxi de terra egýpti dicens.
Tantūmodo vos cognoui ex oī
bus cognatiōibus terre. Jdcir-
co viſitabo ſuper vos oēs iniquitates veſtras.
Nunqd ambulabunt duo pariter:niſi conuē
nerit eis? Nūquid rúgiet leo in ſaltu:niſi ha-
búerit predam? Nunqd dabit cátulus leónis Job.6.a.
vocez de cubili ſuo:niſi aliqd apprehénderit?
Nūquid cadet auis in láqueuz terre abſqꝫ áu
cupe? Nunqd auferétur láqueus de terra an- B
teqꝫ quid céperit? Si clánget tuba in ciuitate: Eſa.45.
⁊ populus nō expauéſcet. Si erit malū in ci- a 24.q.4.
uitate qđ dñs nō+fecerit? Quia nō faciet do- Ca.q.u.ia. a o + ſec
minus deus verbū : niſi reuelauerit ſecretum 6.q.i ca.
ſuū ad ſeruos ſuos pphetas. Leo rúgiet:qs nō Sunt plurimi.
timebit? Dñs deus locutus eſt:quis nō pphe- 26 q. [illegible]
tabit? Auditū facite in édibus azoti:⁊ in édi nec [illegible]
bus terre egýpti:⁊ dicite. Cōgregamini ſuper C
montes ſamárie:⁊ vidéte inſánias multas in
medio eius:⁊ calūniam patiētes in penetráli-
bus eius. Et neſcierūt facere rectū:dicit domi
nus theſaurizantes iniqtatem:⁊ rápinas i édi
bus ſuis. Propterea hec dicit dñs deus. Tribu
lábit ⁊ circuietur terra:⁊ detrahēt ex te forti-
tudo tua ⁊ diripiēt édes tue. Hec dicit dñs: D
Quō ſi éruat paſtor de ore leonis duo crúra al + tam a ſco grabati
aut extremū auricule:ſic eruēt filij iſraél q
habitāt in ſamaria in plaga léctuli ⁊ in+da- al + do mus

maſci grabáto. Audíte ⁊ ꝯteſtámini in domo
iacob: dicit dñs deus exercituum: q: in die cũ
viſitare cépero preuaricatiões iſraél: ſuper euz
viſitabo: ⁊ ſup altaria bethél: ⁊ amputabuntur
cornua altaris ⁊ cadent in terrã. Et pcutiã do
mũ hyemálé cũ domo eſtiua: ⁊ peribũt dom⁹
ebúrnee: ⁊ diſſipabunt édes multe dicit dñs.
¶ Ca. Sum. ¶ De penis optimatum ſiue ti-
po vaccarum pinguium. ⁊ duricia populi q
ſepe non penitet. ¶ IIII.
A AUdite verbũ hoc vácce pingu-
es: que eſtis in mõte ſamárie:
que calũniam fácitis egénis ⁊
confríngitis paupes. Que dici
tis dñis veſtris: afférte ⁊ bibé-
mus. Iurauit dñs deus in ſan-
cto ſuo: q: ecce dies véniet ſuper vos: ⁊ leua-
bunt vos in cóntis: ⁊ reliquias veſtras in ollis
feruéntibus. Et p aperturas exibitis altera cõ
tra álterã: ⁊ proiiciémini in armón dicit do-
min⁹. Uenite ad bethél: ⁊ impie ágite: ad gal
B galáz ⁊ multiplicate puaricatioñe. Et offerte
mane víctimas veſtras: trib⁹ diebus decimas
veſtras. Et ſacrificate de ferméto laudem: ⁊ vo
cate voluntárias oblationes ⁊ annũciate. Sic
enim voluiſtis filij iſraél dicit dñs deus. Un-
de ⁊ ego dedi vobis ſtupórem dentiũ in cũctis
vrbibus veſtris: ⁊ indigéntiã panum in oibus
locis veſtris: ⁊ nõ eſtis reuerſi ad me dicit do-
minus. Ego quoq; phibui a vobis ímbré cum
De pe. di. 3. ca. pluit. adhuc tres mẽſes ſupereſſent vſq; ad meſſem:
⁊ plúi ſup vnam ciuitaté: ⁊ ſuper alterã ciuita
tem nõ plúi. Pars vna cõpluta eſt: ⁊ pe ſuper
quã non plúi áruit. Et venerũt due ⁊ tres ci-
uitates ad vnã ciuitaté vt biberent aquã ⁊ nõ
ſunt ſatiate: ⁊ nõ rediſtis ad me dicit domin⁹.
16. q. i. Cõp. reuertu. Percúſſi vos in véto vréte: ⁊ in aurúgie mul
titudiné hortoꝝ veſtroꝝ ⁊ vineaꝝ veſtrarum:
oliuéta veſtra ⁊ ficéta veſtra comédit erúca: ⁊
nõ rediſtis ad me dicit dñs. Miſi in vos mor
tem in via egýpti: pcuſſi in gladio iuuenes ve-
ſtros vſq; ad captiuitaté equoꝝ vroꝝ: ⁊ aſcén
dere feci putrediné caſtroꝝ veſtroꝝ in nares
veſtras: ⁊ non rediſtis ad me dicit dominus.
D Gene. 19. c. Subuérti vos ſicut ſubuértit dñs ſódomam ⁊
gomórraz: ⁊ facti eſtis quaſi tórris raptus ab
incendio: ⁊ nõ rediſtis ad me: dicit domin⁹.
Quapropter hec faciã tibi iſraél. Poſtq̃ auté
hec fecero tibi preparáre in occurſum dei tui
iſraél. Quia ecce formãs montes ⁊ creãs ven
tum ⁊ enũcians homini elóquium ſuũ: faciẽs
matutinã nébulam ⁊ grádiens ſuper excelſa
terre: domin⁹ deus exercituum nomen eius.
¶ Ca. Sũ. ¶ Deplágit ppetuã captiuitatem
iſrl' p idolis: reuocat ⁊ monet q̃rere dñm: cõ-
memorãs penas de trib⁹ afflictióibus iude: de
reprobatione feſtiuitatum ⁊ ſacrificioꝝ: de
idolatria ipſorum. ¶ V.
AUdite verbũ iſtud qd ego leuo A
ſup vos plãctũ. Domus iſraél
cécidit: ⁊ non adijciet vt reſur-
gat. [a]Uirgo iſraél piecta ẽ i ter a 32. q. 5. c. ſi paulus.
rã ſuam: nõ eſt qui ſúſcitet eã.
Quía hec dicit dñs deus. Urbs de q̃ egredie-
bant mille relinquent in ea cétũ ⁊ de qua egre-
diebant cétũ relinquent in ea decez in domo
iſrl: Quía hec dicit dñs de⁹ domui iſraél. Que
rite me ⁊ viuétis: ⁊ nolite q̃rere bethél. In gal B
galã nolite itrare: ⁊ in berſabeé nõ tranſibitis.
q: gálgala captiua ducet: ⁊ bethél erit inútilis.
Quérite dñm ⁊ viuite: ne forte cõburátur vt
ignis domus ioſéph ⁊ deuorabit: ⁊ nõ erit qui
extinguat+bethél. Qui ꝯuértitis in abſýnthiũ a+is
iudiciũ: ⁊ iuſtitiã in terra relinqtis facientez ar
ctũꝛ ⁊ orioné ⁊ cõuertenté in mane tenebras
⁊ dié in nocte mutanté. Qui vocat aquas ma- C infra 9. b.
ris ⁊ effúndit eas ſup facié terre: dñs nomen
eſt eius. Qui arridet vaſtitaté ſup robúſtuz: ⁊
depopulationé ſup potenté áffert. Odio habue
runt corripiété in porta: ⁊ loquété pfecte abo-
minati ſunt. Idcirco p eo q diripiebatis páu ſopho. i. c.
peré ⁊ predã eléctam tollebatis ab eo: domus
quadro lapide+edificabitis ⁊ nõ habitábitis al+ hedificaſtis et non habitatis
in eis. Uineas plãtabitis amantiſſimas: ⁊ nõ
bibétis vinum eaꝝ: q: cognoui multa ſcélera
veſtra ⁊ fortia peccata veſtra. [b]Hoſtes iuſti acci D b xi. q. 3. c. pauper. et ca. quido
pientes munus: ⁊ pauperes depriméntes in
porta. Ideo prudens in tempore illo tacebit:
quia tépus malũ eſt. Quérite bonũ ⁊ non ma
lum vt viuatis: ⁊ erit dñs deus exercituum vo
biſcum ſicut dixiſtis. Odite malum ⁊ diligite pſal 93.
bonum: ⁊ cõſtituite in porta iudicium: ſi forte
miſereatur dñs deus exercituum reliquijs
ioſéph. Propterea hec dicit domin⁹ deus exer E
citũ dominator. In omnibus plateis plan-
ctus: ⁊ in cũctis que foris ſunt dicet ve ve. Et
vocabunt agricolam ad luctũ: ⁊ ad planctum
eos qui ſciunt plángere. Et in oibus+vijs erit al+ vicis
planctus: q: pertrãſibo in medio tui dicit dñs.
Ue deſiderátibus diem dñi Ad qd eam vo-
bis? Dies dñi iſta ténebre ⁊ non lux. Quomõ F
ſi fugiat vir a facie leonis ⁊ occurrat ei vrſus

τ ingrediatur domū: τ innitatur manu ſua ſu-
per parietem: τ mordeat eū coluber. Nunqd
non tenebre dies dñi: τ non lux τ caligo: τ nō
Eſaie.i.d. mala.i.d. ſplendor in ea? Odi τ proieci feſtiuitates vr̃as:
τ non capiam odorē cetuū veſtrorū. Qz ſi ob
al+ attuleritis.i. tuleritis mihi holocauſtomata τ munera ve-
a q.i.ca. odit.24.q. ſtra. nō ſuſcipiam: τ vota pinguiū veſtrorū non
j.c.a.odi. reſpiciam. Aufer a me tumultum carminum
B tuorū τ cantica lyre tue non audiam. Et reue
actu.7.e. labitur quaſi aqua iudicium: τ iuſticia quaſi
torrens fortis. Nūquid hoſtias τ ſacrificium
obtuliſtis mihi in deſerto quadraginta annis
domus iſrael? Et portaſtis tabernaculum mo-
al+regi loch+ deo vr̃o: τ imaginem idolorū veſtrorū ſy
al+q feciſtis vobis dus dei veſtri+ rephā figuras quas feciſtis vo-
al+ nō habet adorare eas. bis+ adorare eas. Et migrare vos faciā trās da
maſcū dicit dñs deus exercituū nomen eius.

¶ Ca. Sum. ¶ Contra primates populorum
delicioſos: de vaſtatione τ interitu iude τ iſrl q
dominum cogūt naturam mutare. ¶ VI.

A Amos.6.d.
VE vobis q opulēti eſtis in ſyon
τ cōfiditis in monte ſamarie:
optimates capita populorū: in-
gredientes pompatice domū
iſrael. Tranſite in calane τ vi-
dete: τ ite inde in emath ma-
gnam: τ deſcendite in geth paleſtinorū: τ ad
al+ cor optima quoqz regna+ horū: ſi latior terminus
B eorū termino veſtro eſt. Qui ſeparati eſtis in
diem malū: τ appropinquatis ſolio iniqtatis.
Qui dormitis i lectis eburneis: τ laſciuitis in
ſtratis veſtris. Qui comeditis agnū de grege:
al+ vitulum τ+ vitulos de medio armenti: qui canitis ad
vocem pſalterij. Sicut dauid putauerūt ſe ha/
bere vaſa cantici: bibentes vinū in phialis: et
optimo vnguento delibuti. τ nihil patiebant
ſuper cōtritione ioſeph. Quapropter nunc mi
C grabunt in capite tranſmigrantium: τ auferē-
tur factio laſciuientium. Jurauit dñs deus in
hier.51.b. infra 8.b anima ſua: dicit dñs deus exercituum. Dete-
ſtor ego ſuperbiam iacob. τ domos eius odi: τ
tradam ciuitatem cū habitatoribus ſuis. Qz
ſi reliqui fuerit decem viri in domo vna: τ ipſi
morientur. Et tollet eū propinquus ſuus τ cō
buret eū: vt efferat oſſa de domo: τ dicet ei q
in penetralibus domus eſt. Nunqd adhuc eſt
penes te? Et rñdebit. Finis eſt. Et dicet ei. Ta
ce τ non recorderis nominis dñi. Quia ecce
D dominus mandauit: τ percutiet domum maio
al+in rem+ ruinis: τ domū minorem ſciſſionibus.
Nūquid currere queūt in petris equi: aut ara
ri poteſt in bubalis? Qm̄ conuertiſtis in ama
ritudinem iudiciū: τ fructū iuſticie in abſin
thium: qui letamini in nihili: qui dicitis. Nū-
quid non in fortitudine noſtra aſſumpſimus
nobis cornua? Ecce ecce enim ſuſcitabo ſuper
vos domus iſrael: dicit dominus deus exerci-
tuum gentem: τ+ conterent vos ab introitu al+ ter terra
emath vſqz ad torrentem deſerti.

¶ Ca. Sum. ¶ De captiuitate iſrael p aſſy-
rios: τ iude per nabuchodonoſor: de trulla ce-
mentarij: de amaſia ſacerdote contradicen-
te amos. ¶ VII.

HEc oſtendit mihi domin⁹ deus. A
Et ecce fictor locuſte in princi-
pio germinantiū ſerotini im-
bris: τ ecce ſerotinus poſt+ ton al+ tonſurem gregis
ſionem regis. Et factū eſt cum al+ tonſuras regis infra
conſummaſſet comedere her-
bam terre dixit. Domine deus propitius eſto
obſecro. Quis ſuſcitabit iacob: qa paruulus
eſt? Miſertus eſt dominus ſuper hoc. Nō erit
dixit dominus. Hec oſtendit mihi dñs deus.
Et ecce vocabat iudicium ad ignem dominus
deus: τ+ deuorabit abyſſum multā: τ+ come al+ vocauit
det ſimul partem. Et dixi. Domine deus qui- al+ comedit
eſce obſecro. Quis ſuſcitabit iacob: qz paruu
lus eſt? Miſertus eſt dñs ſuper hoc. Sz τ iſtud B
non erit: dicit dñs deus. Hec oſtendit mihi do ſupra co.
minus deus. Et ecce dñs ſtans ſuper murū li-
tum: τ in manu eius trulla cementarij. Et di-
xit dñs ad me. Quid tu vides amos? Et dixi. ſupra 3.d.
Trullam cementarij. Et dixit dominus. Ecce
ego ponam trullā in medio populi mei iſrael.
Non adijciam vltra ſuperinducere eum: τ de
molientur excelſa idoli: τ ſanctificatiōes iſra
el deſolabūtur. τ conſurgam ſuper domū+ hie al+ ydoli
roboam in gladio. Et miſit amaſias ſacerdos C
bethel ad hieroboam regē iſrael: dicens. Re-
bellauit ꝯtra te amos in medio domus iſrael.
Non poterit terra ſuſtinere vniuerſos ſermo
nes eius. Hec eni dicit amos. Jn gladio mo-
rietur hieroboam: τ iſrael captiuus migrauit
de terra ſua. Et dixit amaſias ad amos. Qui
vides gradere: fuge in terram iude τ come-
de ibi panem: τ ꝓphetabis ibi τ in bethel non
adijcies vltra vt ꝓpheres: qz ſcificatio regis ē
τ domus regni eſt. Rñditqz amos τ dixit ad D
amaſiā. Non ſum ꝓpheta: τ nō ſum filius pro
phete: ſed armentarius ego ſum vellicans ſy
comoros. Et tulit me dñs deus cum ſequerer
gregem. Et dixit dñs ad me. Vade propheta

ad populū meum iſraël. Et nūc audi verbū do-
mini. Tu dicis: nō prophetabis ſuper iſraél: z
nō ſtillábis ſuper domū idoli. Propter hoc hec
dicit dñs. Uxor tua in ciuitate fornicabitur: z
filij tui z filie tue in gladio cádent: z humus
tua funiculo metief. Et tu ī terra pollúta mo-
riéris: z iſraél captiuus migrabit de terra ſua.
¶ Ca. Sum. ¶ De vncino z feſtinatiōe vin-
dicte in populū. de auaricia populi. de paſſione
domini. de luctu: de captiuitate populi. z de fa-
me verbi dei. ¶ VIII

A Et oſtendit mihi dñs deus. Ec-
ſup 22.7.b ce vncinus pomoꝝ. Et dixit.
Quid tu vides amos? Et dixi.
Uncinū pomorum. Et dixit do-
minus ad me. Uenit finis ſup
populū meū iſraél. Non adij-
ciam vltra vt pertránſeā eū. Et ſtridébūt cár-
dines templi in die illa dicit dñs deus. Multi
B morienf: in oī loco pꝛoiciétur ſiléntium. Audite
hoc q conterítis páuperē: z deficere facitis egē-
ſ+ mēſis nos terre dicētes. Qñ tranſibit+meſſis z ve-
nūdábimus merces: z ſábbatū: z aperiémus
frumētum. vt īminuámus menſúraz z augea-
mus ſicluz: z ſupponamus ſtatéras doloſas vt
poſſideámus in argēto egénos: z pauperes pro
calciamentis: z qſquilias frumēti vendamus.
ſupra 6.c Iurauit dñs in ſuperbiā iacob. Si oblitus fue-
ro vſqꝫ ad finem oīa opera eoꝝ. Nunqd ſuper
iſto nō cōmouebif terra: z lugébit oīs habita-
C tor eius. Et aſcéndet quaſi flúuius vniuerſus:
z eijcief z défluet quaſi riuus egýpti. Et erit
in die illa dicit dñs: óccidet ſol merídie: z te-
Tob. 2. b. nebréſcere faciam terrā in die luminis. Et cō-
1. mac. 1. e. uertā feſtiuitates veſtras in luctū: z oīa cánti-
ca veſtra in plāctū. Et indúcam ſup oē dorſum
vēm ſaccum: z ſup omne caput caluicium. Et
D ponā eā quaſi luctū vnigeniti: z nouiſſima eius
quaſi diē amaꝝ. Et ecce dies veniūt dicit dñs:
S. q. i. c. eo z emittā famē in terrā: nō famē panis neqꝫ ſi-
decter tim aq: ſed audiēdi verbum dñi. Et cōmoue-
bunf a mari vſqꝫ ad mare: z ab aquilone vſqꝫ
ad orientē circuibunt querētes verbum dñi z
nō inuenient. In die illa deficiēt virgines pul-
32. q. 5. ca. chre: z adoleſcētes in ſiti: qui iurant in delicto
ſi paulus ſamárie. z dicūt. Uiuit deus tuus dan: z viuit
via berſabeé. Et cadent z non reſurgent vltra.
¶ Ca. Sū. ¶ De excidio tēpli z vrbis ꝑpter
auariciā principū: q dñs cōprehendet fugien-
tes z nationes hoium non attendit: ſed mores
eius de tpe reſurrectiōis inſtaurantis eccleſie:
de predicatoribus qui plātauerant eccleſias z
ipſi in eccleſia plantabuntur. ¶ IX.

A Idi dñm ſtantē ſuper altare. Et
dixit. Pércute cárdinem z cō-
moueantur ſuplimināria: Aua-
alś+ ho- ricia eni in capite+oium: z no-
minum uiſſimū eoꝝ in gladio: interfi-
ciam. Nō erit fuga eis: z q fu-
gerit ex eis non ſaluabif. Si deſcénderint vſqꝫ
ad infernū: inde manus mea educet eos: z ſi
aſcénderint vſqꝫ ad celū: inde détraham eos.
Et ſi abſcōditi fuerint in vértice carméli: in-
de ſcrútans áuferā eos: Et ſi celáuerint ſe ab
oculis meis in pfundo maris: ibi mādabo ſer-
penti z mordébit eos. Et ſi abierint in captiui-
B tatē coram inimicis ſuis: ibi mandabo gladió
z occidet eos. Et ponā oculos meos ſuper eos
hier. 44. c in malū: z non in bonū. +Et dñs deus exerci-
alś + ait tuū qui tángit terrā z tabéſcit: z lugébūt oēs
habitātes in ea. Et aſcéndet ſicut riuus oīs: z
défluet ſicut flúuius egýpti. Qui edificat ī ce-
lo aſcenſionē ſuam: z faſciculuz ſuū ſuper ter-
alś+ fun- ram+fundauit. Qui vocat aquas maris: z+ef-
dauit fúndit eas ſup faciem terre. Dñs nomē eius.
ſupra 5. c. Nunqd non vt filij ethýopū vos eſtis mihi fi-
alś+ effū- lij iſraél: ait dñs? Nunqd nō iſraél aſcéndere
dit feci de terra egýpti: z paleſtinos de capadócia
z ſýrios de cyréne. Ecce oculi dñi dei ſuper re-
gnū peccans: z cónterā illud a facie terre. Ue-
rūtamen cónterás non cónteram domum ia-
C cób: dicit dñs Ecce eni mundabo ego: z con-
cútiam in oībus gentibus domuz iſraél: ſicut
concútitur triticū in cribro: z non cadet lapil-
lus ſup terram. In gladio morienf oēs pecca-
tores populi mei qui dicūt: nō appropinqua-
acta. 15. c. bit z nō véniet ſuper nos maluz. In die illa ſu-
ſcitabo tabernaculum dauid qđ cécidit: z re-
edificábo aptúras muroꝝ eius: z ea que cor-
rúerant inſtaurabo. Et reedificabo eū ſicut in
diebus antiquis: vt poſſideant reliquias idu-
meé z oēs natiónes: eo q inuocatum ſit no-
D men meū ſuper eos dicit dñs faciens hec. Ec-
ce dies vénient dicit dñs: z cōprehéndet ará-
tor meſſórem: z calcator vue mittentē ſemen.
iohel. 3. d Et ſtillábunt montes dulcedinē: z omnes cól-
les culti erunt: Et conuértam captiuitatē po-
puli mei iſraél: z edificabunt ciuitates deſer-
tas: z inhabitabūt z plātabunt vineas: z bibēt
vinum earum: z fácient hortos z cómedēt fru-
De pe. di. ctus eoꝝ. Et plantabo eos ſuper humū ſuā:
2. c. i. ſi iga- et non euéllam eos vltra de terra ſua quam
mus. In.

dedi eis: dicit dominus deus.

ℭ Explicit amos propheta.

ℭ Incipit prologus in Abdiam prophetam.

Ge.25.d. Iacob patriarcha habuit fra-
trem eſau: qui ob ruborem cor
poris ſui edom hebréa lingua ap
Ge.27.g. pellatus eſt: quod latine ſangui
neus dr̄. Is memoratum fratrē
ſuū qui iſraél nomen acceperat
graui odio cōmotus interimere conatus eſt.
Qua de cauſa omnes qui populū iſraél .i. fili-
os patriarche iacób predicti eſaú odium imi-
tati perſecuti ſunt: eſaú et edóm appellati ſunt.
1.eſdr.1.b Et qꝛ populus iſraél de captiuitate chaldeorū
per cýrum regē perſaruꝫ nutu dei reuocatus in
hieruſalém ab alio regno grauiter afflictus
atqꝫ oppreſſus eſt: ideo hoc regnum qd more
eſaú predictum populū perſecutus eſt: per de-
nunciationeꝫ abdie prophete increpat: quod
non dei indignatione: ſed ſua virtute populuꝫ
ſeparatum gloriabatur. De quo regno olim
per dauid in pſalmo .cxxxvi. dictum eſt. Me-
moráre domine filiorum edóm: in die hieruſa-
lém. Nam reliqua lectione comprehenſa fu-
turum in gentes iudicium ob cauſas lectione
comprehénſas: regnúmqꝫ dei in populo iſraél
3.reg.18.c ſignificatur. Hebrei hunc dicunt eſſe qui ſub
rege ſamárie achab: et impiiſſima iezabél pá
Ro.11.a uit centum prophetas in ſpecubus: qui non
curuauérunt génua ante baál: et de ſepteꝫ mi-
libus erat quos helýas arguitur ignoraſſe. Se
pulchrum quoqꝫ eius vſqꝫ hodie cum mauſo-
leo heliſei prophete et baptiſte iohannis in ſe-
báſte veneratione habetur: que ólim ſamária
dicebatur. Hanc herodes rex antipatris filius
in honore augúſti ceſaris greco nomine voca
uit augúſtam. Hic igitur qui centum prophe-
tas páuerat: accepit gratiam prophetalem: et
de duce exercitus fit dux eccleſie. Tunc in ſa-
mária paruum gregem páuerat: nunc in toto
Act.6.c. 7.g. orbe chriſti páſcit eccleſias. Et ſicut ſtephanus
coronam méruit paſſionis: ſic hic de ſeruitu-
tis dei cum paulo apoſtolo nomine gloriatur.
qꝛ abdias ſeruus dn̄i in noſtro ſonat elóquio.

ℭ Explicit plogus. ℭ Incipit argumentū.

Abdías qui interpretatur ſer-
uus domini perſonat contra
edóm: ſanguineū terrenúmqꝫ
fratrē fratris quoqꝫ iacób ſem
per émulum háſta pércutit ſpi
ritáli.

ℭ Explicit argumentum.

ℭ Incipit abdias propheta.

ℭ Cap Summa. ℭ Edom propter ſuperbiam
deiicitur et vaſtatur per nabuchodonoſor pro-
pter interfectionem et iniquitatem in fratreꝫ
ſuum. de cauſis propter quas edom captiua-
tur. de reſurrectione iudeorum. de tyro. de di-
latione predicationis: et de ſubiectione popu-
lorum. ℭ Capitulum. I.



Viſio abdie. a
Hec dicit dominus deus ad
edóm. Audituꝫ audiuimus
a domino: et legatum ad gen
tes miſit. Súrgite: et conſur-
gamus aduerſus eum in prē
lium. Ecce páruulum dedi
te in gentibus. Cōtemptibi-
lis tu es valde. Superbia cor-
dis tui éxtulit te habitantem in ſciſſúris+pe-
trarum: exaltantem ſólium+tuum. Qui+di-
cis in corde+tuo. Quis détrahet me in terrā?
Si exaltatus fúeris vt áquila: et ſi inter ſýde-
ra poſúeris nidum tuū: inde détraham te di- B
cit dominus. Si fures introiſſent ad te: ſi latro
nes per noctem: quomodo conticuiſſes? Nō-
ne furati eſſent ſufficiéntia ſibi? Si vindemia
tores introiſſent ad te+: núquid ſaltem+racē
mum reliquiſſent tibi? Quomō ſcrutati ſunt
eſau? Inueſtigauerunt abſcóndita eius. Vſqꝫ
ad terminum emiſérunt te: omnes viri féde C
ris tui illuſérunt tibi. Inualuerunt aduerſuꝫ
te viri pacis tue. Qui cómedunt tecum po-
nent inſídias ſúbter te. Non eſt prudentia in
eo. Nunquid non in die illa dicit dominus: Eſa.29.c 1.cor.1.a
perdam ſapientes de iduméa: et prudentiaꝫ de
monte eſaú? Et timebunt fortes tui+a meri-
die: vt intéreat vir de monte eſaú. Propter in
terfectionem et propter iniquitateꝫ: in fratrē
tuum iacób opériet te confuſio: et peribis in-
eternum. In die cum ſtares aduerſus eū: quā D
do capiebant alieni exercituꝫ eius: et extranei
ingrediebantur portas eius: et ſup hieruſalēꝫ
mittebant ſortem: tu quoqꝫ eras quaſi vnus
ex eis. Et nō deſpicies in die fratris tui: in die
peregrinationis eius. Et non letaberis ſuper fi-
lios iudá in die perditionis eorum: et non ma-
gnificabis os tuum in die anguſtie: neqꝫ in- E
gredieris portam populi mei in die ruine eo-
rum: neqꝫ deſpicies et tu in malis eius in die
vaſtitatis illius. Et nō emittéris aduerſus ex-

exercitum eius in die vaſtitatis illius: neq; ſta-
bis in exitibus vt interficias eos qui fugerit.
Et non concludes reliquos eius in die tribu
lationis: quoniam iuxta eſt dies domini ſuper
omnes gentes. Sicut feciſti fiet tibi: retribu-
tionem tuam conuertam in caput tuū. Quo-
F modo enim bibiſti ſuper montem ſanctū me-
um bibent omnes gentes iugiter: ⁊ bibent: et
abſorbebunt: ⁊ erunt quaſi non ſint. Et in mō
te ſyon erit ſaluatio: ⁊ erit ſanctus. Et poſſidē
bis domos iacob eos qui ſe poſſederant. Et
erit domus iacob ignis: ⁊ domus ioſeph flam
ma: ⁊ domus eſau ſtipula. Et ſuccendentur in
eis ⁊ deuorabunt eos: ⁊ non erunt reliquie do
G mus eſau: quia dominus locutus eſt. Et he-
reditabunt hi qui ad auſtrum ſunt montem
eſau: ⁊ qui in campeſtribus phyliſtijm: ⁊ poſ-
ſidebunt regionem effraim ⁊ regionem ſamā
rie. Et beniamin poſſidebit galaad: ⁊ tranſmi
gratio exercitus huius filiorum iſrael omnia
loca chananeorum vſq; ad sareptā: ⁊ tranſ-
migratio hieruſalem que in boſphoro eſt poſ-
ſidebit ciuitates auſtri. Et aſcendent ſaluato-
res in montem ſyon iudicare montem eſau:
alo habet ⁊ erit domino regnum.+
+ Amen.

¶ Explicit Abdias propheta.

¶ Incipit prologus in Jonam prophetam.

Sanctum ionā hebrei affirmāt
filium fuiſſe mulieris vidue ſe
raptane quē helyas ꝓpheta mor
tuuz ſuſcitauit matre poſtea di
cente ad eum nunc cognoui qꝛ
vir dei es tu: ⁊ verbuz dei in ore
tuo veritas eſt. Ob hanc etiā cauſam ipm̄ pue
3.re.17.b rum ſic vocauit amathi. Amathi enim in nr̄a
lingua veritatem ſonat. Et ex eo ꝙ vere helyas
locutus eſt: ille qui ſuſcitatus eſt filius eſſe dr̄
veritatis. Ideo de veritate colūba naſcitur: qꝛ
ionas colūbam ſonat. In condenationem au
tem iſrael ionas ad gentem mittit: ꝙ niniue
agente penitētiam illi in malicia perſeuerant.
4.re.14.f. Temporibus quippe hieroboam regis iſrael
regis qui deo derelicto cū populo ſuo in ſamā
ria idolis ſacrificabat ionam prophetā fuiſſe:
quartus liber regum indicat. Is cum prophe-
tia illuminate peccatores ciuitatis niniue dei
miſericordiam conſecuturos videret: ne falſa
predicare videretur: ad denūciandum interi-
tum eiuſdem ciuitatis ire nolebat. Nam ſicut
deus ad abraam de impietate ſodomorum ⁊
Gen.18.c. gomorreoꝝ locutus eſt clamor ſodomorum ⁊
gomorreorum peruenit ad me ita ⁊ de niniue Jone.1.a
dicitur: eo ꝙ aſcenderit clamor malicie eius
ad deum. Et quia ſententia dei de ſodomis fa-
cta minime reuocata eſt: ita ⁊ ionas aduerſuz
niniuen prolatam ſententiam reuocari nole-
bat diuine diſpenſationis ignarus qui ſalutez Ezech.33.
hominum ad ſe conuertentium magis vult ꝙ
interitum. Hoc illi acciderat quod ⁊ ſancto
helyſeo qui filiuz ſunamitidis mulieris mor 4.re.4.b
tuum ignorauit. Ideo a conſpectu dei fugere
ſe ionas putabat: humanum aliquid paſſus
dicente dauid. Quo ibo a ſpiritu tuo: ⁊ quo a Psal.138
facie tua fugiam?

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

Jonas columba pulcherrima
naufragio ſuo paſſionem domi
ni prefigurans. mundum ad pe
nitentiam reuocat: ⁊ ſub nomi-
ne niniuen ſalutem gentibus
denunciat.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit Jonas propheta.

¶ Capi. Summa. ¶ Jonas mittitur in ni-
niue ad predicandum ⁊ fugit in tharſis: oritur
tempeſtas ⁊ in mare mittitur: ⁊ ſtat mare: ⁊ ti
ment offerentes domino: ⁊ dominus populi
miſeretur. ¶ Capitulum. I.



Et factuz eſt A
verbum domini ad ionam fi
liuz amathi: dicens. Surge:
et vade in+niniuen ciuita- alo+niniue
tem+grandem: ⁊ predica in alo+magnam
ea: quia aſcendit+malicia e- alo+clamor malicie
ius coram me. Et ſurrexit io
nas vt fugeret in tharſis a fa
cie domini. Et deſcendit iop Gen.18.b.
pēn: ⁊ inuenit nauem euntem in tharſis. Et
dedit naulum eius ⁊ deſcendit in eam: vt iret
cum eis in tharſis a facie domini. Domi-
nus autem miſit ventum magnum in mare:
et facta eſt tempeſtas magna in mari: ⁊ na-
uis periclitabatur conteri. Et timuerunt nau B
te ⁊ clamauerunt viri ad deum ſuum: ⁊ mi-
ſerunt vaſa que erant in naui in mare vt al-
leuiaretur ab eis. Et ionas deſcendit ad in-
teriora nauis: ⁊ dormiebat ſopore graui. Et
acceſſit ad eum gubernator: ⁊ dixit ei. Quid
tu ſopore deprimeris? Surge: inuoca deum
tuum: ſi forte recogitet deus de nobis: ⁊ non

j.q.4.§. bis ita. 26.q.2.ca. j.⁊ ca.non exéplo: ⁊ ca.nó ſtati peréamus. Et dixit vir ad collégam ſuū. Ueni
te ⁊ mittamus ſórtes: ⁊ ſciam⁹ quare hoc ma-
lū ſit nobis. Et miſerunt ſortes. Et cecidit ſors
ſuper ioná. Et dixerunt ad eū. Indica nobis:
C cuius cauſa malū iſtud ſit nobis. Qd eſt opus
tuū: que terra tua: ⁊ quo vadis: vel ex quo po-
pulo es tu? Et dixit ad eos. Hebréus ego ſum:
⁊ dñm deum celi ego timeo: qui fecit mare ⁊
áridam. Et timuerūt viri timore magno: ⁊ di
xerunt ad eū. Quid hoc feciſti. Cognouérunt
enim viri ꝙ a facie dñi fúgeret: q: indicaue-
rat eis iónas: ⁊ dixerunt ad eum. Quid facie
mus tibi: ⁊ ceſſabit mare a nobis? Quia ma-
re ibat ⁊ intumeſcébat ſuper eos. Et dixit ad
D eos. Tóllite me ⁊ mittite in mare: ⁊ ceſſabit
mare a vobis. Scio enim ego qm̄ ꝓpter me tē
peſtas hec grandis venit ſuper vos. Et remiga-
bant viri vt reuerterétur ad áridam ⁊ nō va-
lebant: q: mare ibat: ⁊ intumeſcebat ſup eos.
Deu 21.b Et clamauerunt ad dñm ⁊ dixerunt. Queſu-
mus dñe ne pereamus in aía viri iſtius: ⁊ ne
des ſup nos ſanguinem innocētem: q: tu domi
ne ſicut voluiſti feciſti. Et tulerunt ionā ⁊ mi
ſerunt in mare: ⁊ ſtetit mare a feruóre ſuo. Et
timuerunt viri timore magno dñm: ⁊ immo-
lauérunt hóſtias dño: ⁊ vouerunt vota.

¶ Ca. Sum. ¶ Abſorptus a ceto clamat ad
dominum: exauditur ⁊ euomitur. ¶ II.

A Et preparauit dñs piſcem gran
Mat.12.c dem: vt deglutiret ioná. Et erat
iónas in ventre piſcis trib⁹ die-
bus ⁊ tribus noctibus. Et ora-
uit iónas ad dñm deum ſuū de
Ps.119. ventre piſcis. Et dixit. Clama-
B ui de tribulatióe mea ad dñz: ⁊ exaudiuit me
De ventre inferi clamaui: ⁊ exaudiſti vocem
meā. Et piéciſti me in profundū in corde ma
ris: ⁊ flumen circúndedit me. Omnes gurgi
tes tui ⁊ fluctus tui ſup me tranſiérūt. Et ego
dixi. Abiectus ſum a cōſpectu oculoꝝ tuoꝝ.
Uerūtamen rurſus videbo templū ſcm̄ tuū.
C Circūdedérunt me aque vſq; ad aíam. abyſ-
ſus vallauit me: pelagus operuit caput meū.
Ad extrema mōtium deſcendi. terre vectes cō
cluſerunt me ineternū: Et ſubleuábis de cor-
D ruptione vitā meam dñe deus meus. Cū an-
guſtiarétur in me aía mea dñi recordat⁹ ſū:
vt veniat ad te oratio mea ad templū ſanctum
tuū. Qui cuſtódiunt vanitates: fruſtra miſeri
al's+ dere cordiam ſuā + derelinquunt. Ego autem in vo
linquent ce laudis imolabo tibi quecūq; voui reddā

pro ſalute mea dño. Et dixit dominus piſci. Et
euómuit iónam in áridam.

¶ Ca. Sum. ¶ Iterum ionas mittitur in ní-
niuen predicari. predicat. penitet populus. ⁊ do
minus miſeretur. ¶ III.

Et factum eſt verbum dñi ad A
ioná ſecundo dicens. Surge: ⁊
vade in niniuen ciuitatem ma
gnam: ⁊ predica in ea predica-
tionem quā ego lóquor ad te.
Et ſurrexit ionas ⁊ abijt in ní-
niuen iuxta verbū dñi. Et niniue erat ciuitas
magna+: itinere trium dierū. Et cepit iónas al's+ dei
introire ciuitatem itinere diei vnius: ⁊ cla-
mauit ⁊ dixit. Adhuc quadraginta dies: ⁊ ni- B
niue ſubuertétur. Et crediderūt viri niniuite Mat.12.b Luc.11.d
in domino: ⁊ predicauerūt ieiunium: ⁊ veſtiti C
ſunt ſáccis a maiore vſq; ad minorē. Et peruē
nit verbum ad regem niniue. Et ſurrexit de ſó
lio ſuo: ⁊ abiecit veſtimentū ſuum a ſe: ⁊ indu
tus eſt ſacco ⁊ ſédit in cinere. Et clamauit ⁊ di
xit in niniue ex ore regis ⁊ pricipū eius dicēs.
Homines ⁊ iuménta ⁊ boues ⁊ pécora nō gu
ſtent quicq̄ nec paſcátur: ⁊ aquá non bibant.
⁊ operiántur ſáccis homines ⁊ iumenta: ⁊ cla
ment ad+dominū in fortitudine: ⁊ conuerta- al's+ ad
tur vir a via ſua mala: ⁊ ab iniquitate que eſt
in manibus eorū. Quis ſcit ſi cōuertaƭ ⁊ igno Iohel.2.c.
ſcat deus: ⁊ reuertatur a furore ire ſue: ⁊ nō pe 22.q.4.ca.
ribimus? Et vidit deus opera eorum: quia cō vnuſquiſq; in ſi.c.
uerſi ſunt de via ſua mala: ⁊ miſertus eſt ſuper incōmu. Iohel.is.c.
maliciam quam locutus fuerat vt faceret eis: nō ſemp.
et non fecit. De pe.di.

¶ Ca. Sum. ¶ Dolet Ionas ad mortē et ar j.c.ipoſſ. na.c.de
guitur a domino: dolet Ionas areſacta hede- mag.⁊.di.
ra: ⁊ ex hoc probat ei dominus ꝙ propter nini ſpe.tem. 3.q.i.c.p
uen debuit condolere. ¶ IIII. reor.l.iii. cha.12.

Et afflictus eſt ionas afflictio- A
ne magna: ⁊ iratus eſt ⁊ orauit
ad dominū ⁊ dixit. Obſecro do-
mine: nunquid non hoc eſt ver-
bum meum: cum adhuc eſſem
in terra mea? Propter hoc pre-
occupáui vt fúgerem in tharſis. Scio enim Ps.85.
quia tu deus clemens ⁊ miſericors es: patiēs Iohel 2.c
⁊ multe miſerationis: ⁊ ignóſcens ſuper malí 1.reg.15.i
ciam. Et nunc+dñe tolle queſo animā meam al's+ pro
a me: quia+melior eſt mihi mors q̄ vita. Et al's+ me lius
dixit dominus. Putaſne bene iráſceris tu? Et B
egreſſus eſt iónas de ciuitate: et ſedit contra
orientem ciuitatis. Et fecit ſibimet vmbrácu-

lum ſibi: ⁊ ſedébat ſubter illud in vmbra do-
C nec vidéret quid accideret ciuitati. Et prepa-
rauit dominus deus héderam ⁊ aſcendit ſu-
per caput ióne: vt eſſet vmbra ſuper caput eius
⁊ protegeret eum. Laboráuerat enim. Et leta
tus eſt iónas ſuper hédera leticia magna. Et
parauit deus vermem aſcenſu dilúculi in craſ-
ſtinum: ⁊ percuſſit héderam ⁊ exaruit. Et cuʒ
ortus fuiſſet ſol precepit dominus vento cáli-
do ⁊ uréntiː ⁊ percúſſit ſol ſuper caput ióne et
eſtuábat. Et petiuit anime ſue vt morerétur.
Et dixit. Melius eſt mihi mori ꝙ̃ viuere. Et
dixit dominus ad iónam. Putaſne bene iráſce
ris tu ſuper héderam? Et dixit. Bene iráſcor
al' nō hꝫ et dixit vſqꝫ ad mortem. Et + dixit dominus. Tu doles
D ſuper héderam in qua non laboraſti neqꝫ feci-
ſti vt créſceret que ſub vna nocte nata ė ⁊ ſub
vna nocte périjt: ⁊ ego non pcam niniue ciui-
tati magne in qua ſunt plus ꝙ̃ centum vigin-
ti milia hominum qui neſciunt quid ſit inter
déxteram ⁊ ſiniſtram ſuam ⁊ iuménta multa?

¶ Explicit Jonas propheta.

¶ Incipit prologus in Micheaʒ prophetam.

Temporibus ioáthe ⁊ achaz et
ezechie regum iudá: michéaʒ
prophetam ob hanc prophetiaʒ
ſpirituſancto repletum fuiſſe le
4re. 15.g. ctio ipſa demonſtrat. Sed de ſu
pradicto núero reguʒ ioathan
⁊ ezechiam deo ob religionem placuiſſe: hy-
ſtória libri quarti regum ⁊ ſecundi paralyppo
4re.16.a menón indicat. Achaz vero relicto deo idola
ſamárie quibus etiam filios ſuos in ſacrificiũ
igni in concremándos óbtulerat coluiſſe cón
ſtat. Quobrem deus ſamáriam que reges iſra-
él ⁊ iudá memoratorum ſimulachrórum ſu-
perſtitione feféllerat increpans indignationeʒ
ſuam in eam proceſſúram cóminatus eſt. Po
pulo etiam iſraél preuaricatori ⁊ principibus
eius qui eundem populum fallaci ſuaſione
ad colenda idola impúlerant verbis in ſequẽ-
tibus captiuitatem: ⁊ intéritum affuturum de-
nunciauit.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

Michéas de moraſthi cohéres
chriſti váſtationem annunciat
filie latronis: ⁊ obſidionem po
nit contra eam: quia maxillam
percúſſerit iúdicis iſraél.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit Micheas propheta.

¶ Capi. Summa. ¶ De terrore venturi iudi
cij. de ſubuerſione ſamarie propter idola: plã-
git propheta ꝙ plangant: peruenit ad iudeos ⁊
incitat ad planctum. ¶ Capitulum. I.



Verbum do A
mini quod factũ eſt ad + mi al' + mi-
chéam moraſthitem in die- cham
bus ioatháʒ achaz ⁊ ezechie
regum iudá: quod vidit ſu-
per ſamáriam ⁊ hieruſaléʒ.
Audite populi omnes ⁊ at-
tendat terra ⁊ plenitudo e-
ius: ⁊ ſit dominus deus vo-
bis in teſtem: dominus in templo ſancto ſuo.
Quia ecce dominus egrediétur de loco ſuo: ⁊ Eſa.26.d
+ deſcédet ⁊ calcabit ſuper excelſa terre. Et cõ al' + deſcẽ-
ſumentur montes ſúbtus euʒ: ⁊ válles ſcidén dit ⁊ cal-
tur ſicut cera a facie ignis: ſicut aq̃ que decúr- cauit
runt in précepe. In ſcélere iacób omne iſtud: B
⁊ ĩ peccatis domus iſraél. Quod ſcelus iacob?
Nõne ſamaria? Et que excelſa iude? Nonne
hieruſalém? Et ponã ſamáriam quaſi acéruũ ſupra.3.a.
lapidum in agro cum plãtatur vinea: ⁊ détra
ham in vallem lapides eius. Et fundamenta
eius reuelabo: ⁊ omnia ſculptilia eius ↄcidén
tur. Et omnes mercedes eius cõburẽtꝰ igne
⁊ omnia idola eius ponam in perditionẽ: q: de
mercédibus meretricis cõgregata ſunt: ⁊ vſ-
qꝫ ad mercedẽ meretricis reuertentꝰ. Sup hoc C
plangam ⁊ vlulábo: vadaʒ ſpoliatus ⁊ nudus.
Faciam planctum velut draconum: ⁊ luctum
quaſi ſtrutiónum: q: deſperata eſt plaga eius:
q: venit vſqꝫ ad iúdam: tétigit portam populi
mei vſqꝫ ad hieruſalém. In géth nolite annũ
ciare lachrymis ne plorétis. In domo púlue-
ris púluere vos conſpérgite: ⁊ tranſite vobis
habitatio pulchra: confuſa ignomínia. Non
eſt egreſſa que habitat in éxitu: Planctuʒ do-
mus vicina accipiet ex vobis que ſtetit ſibi-
met: quia infirmata eſt in + bonum que habí- al' + bono
tat in + amaritudinibus. Quia deſcendit ma- al' + ma-
lum a domino in portam hieruſalém: tumul- larib
tus quadrige ſtupóris habitanti lachis. Prin D
cipium peccati eſt filie ſyón: quia in te inuen-
ta ſunt ſcélera iſraél. Propterea dabit emiſſá
rios ſuper hereditatem géth: domos mendacij al' + do-
in deceptionem regibus iſraél. Adhuc here- mus
dem adducam tibi que habitas in mareſá:
vſqꝫ ad + odóllam veniet + gloria iſraél. De- al' + ollã
al' + glorie

caluáre ⁊ tóndere ſuper filios delíciarum tua-
rum: diláta caluicium tuum ſicut áquila. quo
niam captiui ducti ſunt ex te.

¶ Capituli Summarium. ¶ Peccata popu
li deſignat que prouocat vltionem peccantes
in ſpe confutat: ⁊ iubet ire poſt dominum com
patitur propheta populo ſuo ⁊ poſt triſticiam
prophetat leta. de aduentu chriſti et aſcenſio-
ne. ¶ II.

A Ve qui cogitatis inútile: ⁊ ope-
rámini maluȝ in cubílibus ve-
ſtris. In luce matutina faciunt
illud: quoniam contra domi-
num eſt manus eorum. Et con-
cupiérunt agros ⁊ violenter tu
a Di. 56. ca. naſci. lérunt ⁊ rapuérunt domos: et[a] calumniaban
tur virum ⁊ domum eius: virum ⁊ heredita-
tem eius. Idcirco hec dicit dominus. Ecce
ego cógito ſup familiam iſtam malum: vnde
nó auferetis colla veſtra ⁊ non ambulabitis ſu
perbi: qm̄ tempus péſſimum eſt. In die illa ſu
métur ſuper vos parábola: ⁊ cantabiť cánticū
cum ſuauitate dícentium. Depopulatione va
B ſtati ſumus. Pars populi mei cōmutata eſt.
Quó recédis a me: cuȝ reuertatur qui regio
nes noſtras diuidat? Propter hoc nó erit tibi
mittens funiculum ſortis in cetu dñi o iſraél.
Ne loquámini loquentes. Nō ſtillabit ſuper
iſtos: non cōprehéndet confuſio dicit dñs ia-
cób. Nunqd abbreuiatus eſt ſpūs dñi: aut ta-
les ſunt cogitationes eius? Nonne verba mea
C bona ſunt cū eo qui recte gráditur? Et econ-
trario populus meus in aduerſariū conſurré
xit. Deſuper túnicam palliuȝ ſuſtuliſtis: ⁊ eos
qui tranſibāt ſimpliciter cōuertiſtis in belluȝ.
Mulieres populi mei eieciſtis de domo delí-
tiarum ſuaꝝ: a páruulis earum tuliſtis laudeȝ
Heb. 13. c. meam imperpetuū. Súrgite ⁊ ite: qꝛ nō habe-
tis hic requiem. Propter īmundiciā eius cor
rumpétur putrédine péſſima. Utinam nō eſ-
ſem vir habens ſpiritum: ⁊ mendácium poti-
D us lóquerer. Stillábo tibi in vinum ⁊ in ebrie
tatem: ⁊ erit ſuper queȝ ſtillátur populus iſte.
Congregat one cōgregabo iacób totum te: in
vnum condúcam reliquias iſraél. Páriter po
nam illum quaſi gregem in ouíli: quaſi pecus
in medio caulárum. Tumultuabunť a multi
al. + Paſcen dit tudine hominum. + Aſcendet enim pándens
iter ante eos. Diuidet ⁊ tranſibunt portam: ⁊
egredientur per eam. Et tranſibit rex eorum
coram eis: ⁊ dominus in capite eorum.

¶ Capituli Summarium. ¶ Contra crude-
litatem principum: contra fallaciam prophe-
tarum ⁊ doctorum: contra ſcelera primatum
⁊ iudiciū propter que ſyon deſtructa eſt ⁊ hie-
ruſalém. ¶ III.

Et dixi. Audite principes iacób A
⁊ duces domus iſraél. Núquid
+ non veſtrum eſt ſcire iudiciū al. nō habet + non
qui odio habetis bonum: ⁊ di-
ligitis malū: qui violenter tól
litis pelles eorum déſuper eis:
⁊ carnem eoꝝ déſuper óſſibus eorū. Qui co
medérunt carnem populi mei ⁊ pellem eoꝝ
déſuper excoriauérunt: ⁊ oſſa eorum confrege
runt ⁊ concidérunt ſicut in lebéte ⁊ quaſi car
nem in medio olle. Tunc clamabunt ad do- B
minum ⁊ non exáudiet eos: ⁊ abſcondet fa-
ciem ſuam ab eis in tempore illo: ſicut néqui
ter egérunt adinuentionibus ſuis. Hec dicit
dominus ſuper prophetas qui ſedúcunt popu
lum meum: qui mordent dentibus ſuis: ⁊ pré
dicant pacem. Et ſi quis non déderit in ore eo
rum quippiam: ſanctificant ſuper eum pré-
lium. Propterea nox vobis pro viſione erit: et al. nō habet niſi meli + vobis
ténebre vobis pro diuinatione. Et occúmbet
ſol ſuper prophetas: ⁊ obtenebrabitur ſuper eos
dies. Et confundentur qui vident viſiones: ⁊ C
confundentur diuini. Et opérient omnes vul
tus ſuos: qꝛ non eſt reſponſum dei. Uerúmta- Di. 50. ſi cuȝ exhauero.
men ego repletus ſum fortitudine ſpūs domi
ni iudicio ⁊ virtute: vt annunciem iacób ſcé-
lus ſuum ⁊ iſraél peccatū ſuū. Audite hoc pn
cipes domus iacób: ⁊ iudices dom⁹ iſraél. Qui D
abomináмini iudiciuȝ ⁊ omnia recta peruér- Eze. 22. f. ſoph. 3. a. 1. q. 1. ca. nō duces. Di. 35. ca. eccle. 31. q. 1. ca. nō liqua. ca. ol. Die. 26. l. ſupra. a.
titis. Qui edificatis ſyón in ſanguinibus: et
hieruſalém in iniqtate. Principes eius in mu
neribus iudicabant: ⁊ ſacerdotes eius in mer
cede docebant. Et prophete eius in pecúnia di
uinábant: ⁊ ſuper dominū requieſcebant dicē-
tes. Nunquid nō dominus in medio noſtruȝ?
Nunquid venient ſuper nos mala? Propter
hoc cauſa veſtri ſyón quaſi ager arabiť: ⁊ hie-
ruſalém quaſi acéruus lápidum erit: ⁊ mons
templi in excelſa ſiluárum.

¶ Capi. Summarium. ¶ De aduentu chri-
ſti ⁊ fide gentium. de comparatione orbis. de
conuerſione reliquiarum iſraél pro aduentu
chriſti cōſolatur hieruſalém: captiuitatem ba
bylonicam ⁊ liberationem ⁊ futuros predica-
tores predicit: de reliquijs que predicabuntur
⁊ ſaluabuntur. ¶ IIII.

A ET erit in nouiſſimo dierum:
al.+prepa ratus Eſai.2.a erit mons domus domini+pa-
ratus in vértice móntium: et
ſúblimis ſuper colles. Et fluét
ad euȝ populi: ꝛ pperabũt gẽtes
multe: ꝛ dicẽt. Uenite: aſcenda
mus ad montem dñi: ꝛ ad domum dei iacob.
Et docebit nos de vijs ſuis: ꝛ ibimus in ſémi-
tis eius. Quia de ſyón egredíetur lex: ꝛ verbũ
B domini de hieruſalém. Et iudicabit inter po-
pulos multos: ꝛ corripiet gentes fortes vſqȝ
in longinquum. Et concident gládios ſuos
in vómeres ꝛ haſtas ſuas in ligónes. Non ſu
met gens aduerſus gentem gládium: ꝛ non
diſcent vltra belligeráre. Et ſedebit vir ſúb-
tus víneam ſuam ꝛ ſubtus ficum ſuam: ꝛ non
erit qui detérreat: quia os domini exercituuȝ
locutum eſt. quia omnes populi ambulabunt
vnuſquiſqȝ in nomine dei ſui: nos autem am-
bulabimus in nomine dei noſtri in eternum
Soph.3.d. ꝛ vltra. In die illa dicit dominus: congrega-
bo claudicantem: ꝛ eam quam eiéceram col
al. nõ ha bet+cõſo labor ligam: ꝛ quam afflixeram+conſolabor. Et po
nam claudicantem in reliquias: ꝛ eam que
C laboráuerat in gentem robúſtam. Et regna-
Luce.1.c. bit dominus ſuper eos in mõte ſyón: ꝛ ex hoc
nunc ꝛ vſqȝ ineternum. Et tu turris gregis ne
bulóſa filia ſyón vſqȝ ad te véniet: ꝛ veniet po
teſtas prima regnum filie hieruſalém. Nunc
quare meróre contraheris: Nunquid rex nõ
eſt tibi: aut conſiliárius tuus péryt: quia com
prehéndit te dolor ſicut parturientem? Dóle
ꝛ ſátage filia ſyón quaſi partúriens: qꝛ nunc
egrediéris de ciuitate: ꝛ habitabis in regio-
ne: ꝛ vénies vſqȝ ad babylónem. Ibi liberá-
beris: ibi rédimet te dominus de manu ini-
D micorum tuorum. Et nunc congregate ſunt
ſuper te gentes multe: que dicunt lapidétur:
ꝛ aſpiciat in ſyón oculus noſter. Ipſi autem
non cognouerunt cogitationes domini: ꝛ nõ
intellexérunt conſilium eius: quia congrega-
uit eos quaſi fenum áree. Surge ꝛ tritúra fi-
lia ſyón: quia cornu tuum ponam férreum:
ꝛ úngulas tuas ponam éreas. Et comminu-
es populos multos: ꝛ interfícies domino ra-
pinas eorum: ꝛ fortitudinem eorum domino
vniuerſe terre.

Capituli Summarium. De vaſtatio-
ne hieruſalém pro morte chriſti: de natiuitate
ꝛ magnificentia chriſti. de ſeptem paſtoribus
octo primatibus. de apoſtolica predicatione ꝛ
iudeorum exterminatione. CV.

A NUnc vaſtáberis filia latrónis.
Mat.2.a Joh.7.f. Obſidionem poſuérunt ſuper
nos. In virga percútient maxil
lam iúdicis iſraél. Et tu beth-
leém effratá paruulus es in mi
libus iudá. Ex te mihi egredie
tur qui ſit dominator in iſraél: ꝛ egreſſus eius
ab inítio a dieb⁹ eternitatis. Propter hoc da-
bit eos vſqȝ ad tempus in quo partúriens pá-
riet. Et reliquie fratrum eius cõuertentur ad
filios iſraél. Et ſtabit ꝛ paſcet in fortitudie do
mini: in ſublimitate nominis domini dei ſui.
Et conuerténtur qꝛ nũc magnificabitur vſqȝ B
ad términos terre. Et erit iſte pax aſſýrijs cuȝ
vénerit in terram noſtram: ꝛ quãdo calcáue-
rit in domibus noſtris. Et ſuſcitabimus ſuper
eum ſeptẽ paſtores ꝛ octo primátes homines.
Et paſcent terram aſſúr in gladio et terram
nemróth in lánceis éris. Et liberabit ab aſſúr
cum venerit in terram noſtrã: ꝛ cum calcáue
rit+in finibus noſtris. Et erũt reliquie iacób al.+in mõte mõ
in medio populorum multoꝝ quaſi ros a do- al.+termi nis noſtris
mino: ꝛ quaſi ſtille ſuper hérbã que non expe- C
ctat virũ ꝛ non preſtolátur filios hominuȝ. Et
erunt reliquie iacób in gẽtibus in medio po-
pulorum multorum quaſi leo in iuméntis ſil-
uárum: ꝛ quaſi cátulus leonis in grégibus pé
corum. Qui cum tranſierit ꝛ conculcáuerit ꝛ
céperit: non eſt qui éruat. Et exaltabitur ma-
nus tua ſuper hoſtes tuos: ꝛ oẽs inimici tui in
teríbunt. Et erit in die illa dicit dominus. áu
feram equos tuos de medio tui: ꝛ diſperdam
quadrigas tuas. Et perdã ciuitates terre tue: D
ꝛ déſtruam omnes munitiones tuas. Et áu-
feram maleficia de manu tua: ꝛ diuinationes
non erunt in te. Et períre faciã ſculptília tua:
ꝛ ſtátuas tuas de medio tui. ꝛ nõ adorabis vl-
tra opera manuum tuarum? Et euéllaȝ lucos
tuos de medio tui. ꝛ cónteram ciuitates tuas
ꝛ faciam in furóre ꝛ indignatione vltiónem
in omnibus gentibus que non audiérunt.

Capi. Sum. De diſceptatione dñi cum
populo ſuo. de oblatiõe acceptabili dño. de ſce
leribus populi ꝛ afflictiõibus eius. CVI.

AUdíte que dominus lóquitur. A
Súrge cõténde iudicio aduer
ſum montes: ꝛ áudient colles
vocem tuam. Audiát mõtes iu
dicium dñi ꝛ fortia fundamen
ta terre: qꝛ iudicium dñi cum

populo ſuo: ⁊ cum iſraél diiudicabitur. Po-
al's + ea. pule meus quid feci tibi: aut + quid moleſtus
fui tibi? Reſponde mihi. Quia eduxi te de ter
ra egýpti ⁊ de domo ſeruientium liberaui te: ⁊
miſi ante faciem tuam móyſen ⁊ aarón: ⁊ ma
B riam. Populeus meus memento queſo: quid co-
Nu. 23. b. al's nõ ha bet + con tra te al's + curuẽ gitáuerit + cõtra te balách rex moáb: ⁊ quid
reſpónderit ei balaám filius beór de ſethim
vſq; ad gálgalam: vt cognóſceres iuſticias do
mini. Quid dignum ófferam domino? + Cur-
uábo génu deo excelſo. Nunquid ófferam ei
holocauſtómata ⁊ vitulos anniculos? Nunqd
placári poteſt dominus in milibus arietum:
an in multis milibus hyrcórum pinguium?
Nunquid dabo primogénitum meũ pro ſcé-
lere meo: fructum ventris mei pro peccato ani
me mee? Indicabo tibi o homo quid ſit bonũ:
al's + qrat ⁊ quid dominus + requirat a te. Utiq; fácere
iudicium ⁊ diligere miſericordiam: ⁊ ſollici-
C tum ambuláre cum deo tuo. Uox domini ad
al's + ſuum; al's + ſuũ ciuitatem clamat: ⁊ ſalus erit timentibus no
men + eius. Audite tribus. Et quis approba-
bit illud? Adhuc ignis in domo impij theſau-
ri, iniquitatis: ⁊ menſura minor: ire plena.
Nunquid iuſtificabo ſtatéram impiam: ⁊ ſac-
célli póndera doloſa? In quibus diuites eius
repléti ſunt iniquitate: ⁊ habitantes in ea lo
quebantur mendácium: ⁊ lingua eorum frau
dulenta in ore eorum. Et ego ergo cepi percú-
tere te perditione: ſuper peccatis tuis. Tu có-
medes ⁊ non ſaturáberis: ⁊ humiliatio tua
in medio tui. Et apprehéndes ⁊ non ſalua-
bis: ⁊ quos ſaluáueris: in gládium dabo. Tu
D ſeminábis ⁊ non métes: tu calcábis oliuam
Deu. 28. d. Agge. 1. b ⁊ non vngéris oleo: ⁊ muſtum ⁊ non bibes vi
num: ⁊ cuſtodiſti precepta amri ⁊ omne opus
domus achâb: ⁊ ambulaſti in voluptatibus
eorum vt darem te in perditionem: ⁊ habitan
tes in ea in ſibiluʒ: ⁊ obprobrium populi mei
portabis.

¶ Capituli Summarium. ¶ Plangit pro-
pheta quia pauci ſunt iuſti. de liberatione hie-
ruſaléʒ a babylonijs. de chriſto paſtore ⁊ popu
lo naſcendo: de confuſione gẽtium ⁊ laude di
uine clementie. ¶ VII.

A
16. q. 1. c. 2. ⁊ hec di- ximus. al's + imma- turas VE mihi: quia factus ſum ſicut
qui cólligit in autúmno racé-
mos vindémie. Nõ eſt bótrus
ad comedendum +: précoquas
ficus deſiderauit anima mea.
Périjt ſanctus de terra: et re-
ctus in hominibus non eſt. Omnes in ſangui
ne inſidiantur: vir fratrem ſuum ad mortem
venátur. Malum manuum ſuarum dicunt bo
num. Princeps póſtulat: ⁊ iudex in redden-
do eſt. Et magnus locutus eſt deſiderium ani-
me ſue: ⁊ conturbauerunt eaʒ. Qui optimus
in eis eſt quaſi paliúrus: ⁊ qui rectus quaſi
ſpina de ſepe. Dies ſpeculationis tue: viſitatio
tua venit. Nunc erit váſtitas eorum. Nolite
credere amico: ⁊ nolite confidere in duce:
Ab ea que dórmit in ſinu tuo: cuſtódi cláu- B
ſtra oris tui: quia filius contuméliam facit pa Mat. 10. c
tri: ⁊ filia conſúrget aduerſus matrem ſuam:
nurus + aduerſus ſócrum ſuam: ⁊ inimici ho- al's + cõtra
minis doméſtici eius. Ego autem ad domi-
num aſpiciam: expectabo deum ſaluatorem
meum. Audiet me deus meus. Ne letéris ini
mica mea ſuper me: quia cécidi. Conſurgam.
Cuʒ ſédero in tenebris: dominus lux mea eſt.
Iram domini portabo: quoniam peccaui ei: do
nec cauſam meam iúdicet: ⁊ faciat iudicium
meum. Edúcet me in lucem: videbo iuſticiaʒ
eius. Et aſpiciet inímica mea: ⁊ operiétur cõ-
fuſione: que dicit ad me. Ubi eſt dominus de-
us tuus? Oculi mei videbunt + in eam. Nunc C
erit in conculcatione vt lutum plateárum. al's + habetis
Dies vt edificentur macérie tue. In die illa
longe fiet lex. In die illa ⁊ vſq; ad te veniet aſ
ſúr ⁊ vſq; ad ciuitates munitas: ⁊ a ciuitati-
bus munitis vſq; ad flúmẽ: ⁊ ad mare de ma
ri: ⁊ ad montem de monte. Et terra erit in de-
ſolationem propter habitatores ſuos: ⁊ pro-
pter fructum cogitationum eorum. Paſce po
pulum tuum in virga tua: gregem heredita-
tis tue habitantes ſolos in ſáltu. In medio
carméli paſcentur baſán ⁊ galaád iuxta dies
antiquos. Secundum diem egreſſionis tue de
terra egýpti oſtendã ei mirabilia. Uidebunt D
gentes ⁊ confundentur ſuper omni fortitudi-
ne ſua. Ponent manum ſuper os: aures eoruʒ
ſurde erunt. Lingent púluerem ſicut ſerpen-
tes: velut reptilia terre perturbabuntur de édi
bus ſuis. Dominum deum noſtrum non deſi-
derabunt: ⁊ timebunt te. Quis deus ſimilis tui:
qui áuferes iniquitatem: ⁊ + tránſfers peccatũ al's + tollis
reliquiaruʒ hereditatis tue? Non immittet vltra
furorem ſuum: quia volens miſericordiam eſt.
Reuertẽt ⁊ miſerébitur nr̃i. Depónet iniqui
tates noſtras: ⁊ proijciet in profundum maris
omnia peccata noſtra. Dabis veritateʒ iacób:
miſericordiam abraám: que iuraſti patribus

nostris a diebus antiquis.

¶ Explicit Micheas propheta.

¶ Incipit prologus in Naum prophetam.

NAúm prophetam ante aduentũ regis aſſyriorum qui ppl̃m iſraél captiuum in ſuam regionez tranſtulerat: fuiſſe hebreoꝝ traditio confirmat. Siquidem in finem huius lectionis predicti regis aduentum: idem propheta annunciare monſtratur. Sed cuz habitatores niniue iona interitum ciuitatis predicante: et diuina ira denunciatum interitum ſuſtinerent: peccatoꝝ et impietatis pñiam egiſſent: accepta dei miſericordia: grauioribus ſe criminibus implicuerunt. Qua de cauſa memoratus propheta ſpũ ſancto plenus: iudicium dei annuncians ita lo-
Naũ.i.a. cutus eſt. Deus zelans: et vlciſcens dominus ē etc. Jam enim decem tribus ab aſſyriis ducte fuerant in captiuitatem ſub ezechia rege iudá: ſub quo etiam nunc in cõſolatione populi tranſmigrati: aduerſum niniuen viſio cernitur. Nec erat parua conſolatio tam his qui iã aſſyriis ſeruiebant: q̃ reliquis qui ſub ezechia de tribu iudá et beniamin ab eiſdem hoſtibus obſidebantur vt audirent aſſyrios quoqꝫ a chaldeis eſſe capiendos: ſicut in ſequentib⁹ libris huius demonſtrabitur. Sciendum aũt q̄ niniue in noſtra lingua de hebreo ſpecioſam ſonat. Specioſus autẽ hic mundus dicitur. Unde et apud grecos coſmos ab ornatu nomẽ accepit Et quicquid nũc aduerſus niniuen dicitur: de mundo figuraliter predicari ſentiamus. Quã ob cãm et aſſumptio quã ſeptuaginta interpre-
al'o+maſce. tes dicunt: apud hebreos +maſſá ponitur id eſt graue onus: eo q̄ eam aduerſus quam prophetatur premat: nec ſinat eleuare ceruicem. Simulqꝫ hoc attendẽdũ: q̄ hec ipſa vel aſſumptio vel onus vel pondus ꝓphete viſio ſit. Nõ enim loquitur propheta in extaſi: vt montanus et pri-
al'o+maximilla ſcilla: +maxillaqꝫ delirant: ſed qđ prophetat liber eſt viſionis intelligentis vniuerſa qui loquitur: et pondus hoſtiũ facientis ſuo populo viſionem. De cõſũmatione itaqꝫ mũdi ſm̃ anagogen conſolationem ſanctorum prophetia texitur. vt quecunqꝫ in mundo vident quaſi pretereuntia et caduca contemnant: et preparent ſe ad iudiciũ diem. Ubi vltor aduerſus viros aſſyriorum affuturus eſt dominus.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

NAúm conſolator orbis interpretatur. Increpat ciuitatem ſanguinum: et poſt euerſionez illius loquitur. Ecce ſuper montes pedes euangelizantis et annunciantis pacem. Naũ.i.d

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit Naum propheta.

¶ Cap. Sũ. ¶ De emulatiõe dñi: et ponitur ad vindictam cõtra niniuen: et de bonitate dñi ad reducendam captiuitatẽ iſrael: quia nõ deambulabunt eam aſſyrii ſicut captiuitatem iuda et hieruſalem: ſed ipſi igne ſuccendentur: et ſennacherib in templo dei ſui occidetur: et inde reddetur ſecuritas. ¶ Cap. I



Onus niniue A
Liber viſionis Naúm helceſei.[a] Deus emulator et vlciſcens dñs: vlciſcens dominus et habens furorem: vlciſcens dominus in hoſtes ſuos: et iráſcens ipſe inimicis ſuis. Dñs patiens et magnus fortitudine: et mundans nõ faciet innocentez. Dominus in tempeſtate et turbine vie eius: et nebule puluis pedum eius. Increpãs
mare et exiccans illud: et omnia flumina ad de-
ſertum deducens. Infirmatus eſt baſán et car- B
melus: et flos libani elanguit. Montes cõmoti ſunt ab eo: et colles deſolati ſunt. Et contremuit terra a facie eius: et orbis et omnes habitantes in eo. Ante faciem indignationis eius quis ſtabit: et quis reſiſtet in ira furoris eius? Indignatio eius effuſa eſt vt ignis: et petre diſſolute ſunt ab eo. Bonus dominus et confortans in die tribulationis: et ſciens ſperantes in
ſe. Et in diluuio pretereunte conſũmationem C
faciet loci eius: et inimicos eius perſequentur tenebre.[b] Quid cogitatis contra dominũ? Conſummationem ipſe faciet.[c] Non cõſurget duplex tribulatio quia ſicut ſpine ſe inuicem cõplectuntur: ſic conuiuiũ eoꝝ pariter potantiũ. Cõſumentur quaſi ſtipula ariditate plena. Ex te enim exibit cogitans cõtra dominum malitiam: mente pertractans preuaricationẽ. Hec dicit dominus. Si perfecti fuerint et ita plures: ſic quoqꝫ attondentur et pertranſibit. Affixi te
et non affligam te vltra. Et nunc conterã vir- D

a vi.4.ca. naam.

b 24.q. capi. quia ergo.

c De pe. di.iij. §.1 ... cio: itate di.S.ca. ſbyter. 1. q.2.ca. q... iuij.12.q. cap.i.23. ... §.ca. rele gentes.

gam eius de dorſo tuo ⁊ vincula tua dirúmpã: ⁊ precipiet ſuper te dominus. Non ſeminabitur ex nomine tuo amplius. De domo dei tui interficiam. Sculptile ⁊ conflátile ponam ſe-
Eſa.52.b Ro.10.c. pulcrum tuum: q꞉ inhonoratus es. Ecce ſuper montes pedes euangeliçantis ⁊ annunciátis pacem. Célebra iudá feſtiuitates tuas: ⁊ rédde vota tua: q꞉ non adijciet vltra vt pertranſeat in te belial: vniuerſus intérijt.

C Ca. Sum. C De aſcenſu nabuchodonoſor contra niniuen: ⁊ vltione domini. deſcribitur etiam exercitus babyloniorum. ⁊ deſcribitur vaſtitas niniuen: ſub typo mulieris captiue v̄ba exprobrantis ad niniuen. deſcribitur potentia eius. C II.

A Scédit qui diſpergat coram te: qui cuſtodiat obſidioné. Contépláre viam: conforta lúmbos: róbora virtutem valde: q꞉ ſicut
al's+ reddit +réddidit dñs ſuperbiã iacób: ſic ſuperbiam iſraél: q꞉ vaſtatores diſſipauerunt eos: ⁊ ꝓpágines eorum corruperunt. Clýpeus fortium eius ignitus: viri
B exercitus in coccíneis. Ignee habéne currus in die preparationis eius: ⁊ agitatores eius cõſopiti ſunt. In itinéribus cõturbati ſunt: qua-
al's+ ꝯuulſe drige+colliſe ſunt in platéis. Aſpectus eorum quaſi lámpades: quaſi fúlgura diſcurrentia. Recordabitur fortium ſuorum: rúent in itineribus ſuis. Velociter aſcendent muros eius: ⁊ preparabitur vmbráculum. Porte fluuiorꝫ aperte ſunt: ⁊ templum ad ſolum dirutū. Et miles captiuus adductus eſt: ⁊ ancille ei⁹ mínabantur gementes vt columbe: murmurantes in cordibus ſuis. Et niniue quaſi piſcina
C aquarum aque eius: ipſi vero fugerunt. State ſtate: ⁊ non eſt qui reuertatur. Diripite argentum: diripite aurum: ⁊ non eſt finis diuitiarū et omnibus vaſis deſiderabilibus. Diſſipata eſt ⁊ ſciſſa ⁊ dilacerata eſt cor tabéſcens ⁊ diſſolutio geniculórum ⁊ defectio in cunctis re-
Eſa.13.b. nibus: ⁊ facies oīum ſicut nigredo ólle. Vbi
D eſt habitaculum leonū: ⁊ paſcua catulorū leonum? Ad quam iuit leo vt ingrederetur illuc: cátulus leonis: ⁊ nõ eſt qui extérreat. Leo cepit ſufficienter catulis ſuis: ⁊ necáuit leénis ſuis. Et impleuit preda ſpeluncas ſuas: ⁊ cubíle ſuum rapina. Ecce ego ad te dicit dominus
al's+ vrna al's+ fumū + exercituum: ⁊ ſuccéndam vſq꞉ ad+fúmum q̃drigas tuas: ⁊ leúnculos tuos cómedet gladius. Et exterminabo de terra predam tuā: ⁊ non audietur vltra vox nunciorꝫ tuorꝫ.

C Ca. Sum. C Arguitur crudelitas niniue: ⁊ deſpoliantur ſicut adultera deprehenſa. defenſio nulla etiam eius eſt: ſed ſicut alexandria q̄ hic deſcribitur deſtruetur tanq̄ non munita. ⁊ debilis populus eius euolat vt locuſte: occident principes eius: ⁊ erit peſſima plaga eius.

V E ciuitas ſánguinum: C III. A
vniuerſa mendacij dilaceratione plena. Non recédet a te ra- Eze.24.b Abac.2.c
pina. Vox flagelli ⁊ vox impetus rote ⁊ equi freméntis. ⁊ quadrige fruentis. ⁊ eq̄tis aſcendētis: ⁊ micántis gladij: ⁊ fulgurántis háſte ⁊ multitudinis interfecte. ⁊ grauis ruine: nec ē finis cadáuerum. Et corruent in corporibus ſuis propter multitudinem fornicationū me-
retricis+ſpecioſe ⁊ grate ⁊ habētis maleficia: al's+ ſpecioſe
que vendidit gentes in fornicationibus ſuis ⁊
famílias in maleficijs ſuis. Ecce ego ad te di- B
cit dominus exercituum: ⁊ reuelabo pudénda Eſa.47.a
tua in facie tua: ⁊ oſtendam in gentibus nuditatem tuam ⁊ regnis ignomíniam tuam. Et proijciam ſuper te abominatiões: ⁊ contumelijs te afficiam: ⁊ ponam te in exemplum. Et erit: omnis qui viderit te reſiliet a te: ⁊ dicet. Vaſtata eſt niniue. Quis commouebit ſuper te caput? Unde queram conſolatorem tibi? Numquid melior es alexandria populorꝫ que habitant in fluminibus? Aque in circuitu ei⁹ cuius diuitie mare: aque muri eius: ethiopia fortitudo eius: ⁊ egyptus: ⁊ non eſt finis. Africa ⁊ líbies fuerunt in auxilio tuo: ſed ⁊ ipſa in tranſmigratione ducta eſt in captiuitatem.
Páruuli eius eliſi ſunt in capite omniū via- C
rum: ⁊ ſuper inclytos eius miſerunt ſortem: ⁊ omnes optimátes eius confixi ſunt in compédibus. Et tu ergo inebriáberis ⁊ eris deſpe-
cta: ⁊ queres tu auxilium+ab inimico. Om- al's+ eius veſtimus
nes munitiones tue ſicut ficus cū groſſis ſuis: ſi concuſſe fuerint cádent in os comedentis. Ecce populus tuus: mulieres i medio tui. Inimicis tuis ad apertionem pandétur porte terre tue: deuorabit ignis véctes tuos. Aquā propter obſidionem háuri tibi: éxtrue munitiones tuas. Intra in lutum ⁊ calca: ſubigens tene láterē. Ibi cómedet te ignis: peribis gladio: deuorabit te vt brúcus. Congregare ergo
vt bruchus: multiplicare vt locúſta. Plures fe- D

eiſti negociatiões tuas q̃ ſtelle ſint celi. Bru-
cus expanſus eſt ⁊ auoláuit. Cuſtodes tui q̃ſi
locúſte: ⁊ paruuli tui quaſi locuſte locuſtarũ:
al'. ⁊ con ſidens que+conſidũt in ſepibus in die frigoris. Sol
ortus eſt ⁊ auolauerunt: ⁊ non eſt cognitus lo
cus earum vbi fuerint. Dormitauérunt paſto
res tui rex aſſúr: ſepelientur principes tui: La-
titáuit populus tuus in montibus: ⁊ non eſt
qui cóngreget. Non eſt obſcura cõtritio tua:
peſſima eſt plaga tua. Omnes qui audierunt
auditionem tuam: compreſſérunt manum ſu
per te: quia ſuper quem non tranſijt malicia
tua ſemper.

¶ Explicit Naum propheta.

¶ Incipit prologus in Abacuc prophetam.

Quatuor prophete i duó-
decim prophetarum vo-
lúmine ſunt: e quibus
tres in principio lemnã
.i. pondus titulũ habẽt
naúm. abacúc ⁊ mala-
chías. Porro zacharias
in medio ⁊ circa finem
duos huiuſcémodi po-
nũt titulos: e quibus vnꝰ
eſt onus verbi domini in
terra adrách ⁊ damáſci requiéi eius: alter in
fine ſcilicet: onus verbi domini ſup iſraél. De
naúm orationibus tuis iã liber vnus editus
eſt. De zacharía ⁊ malachía: ſi vita comes fu
erit diſſerétur. Nunc abacúc habemus in ma
nibus: qui vel ex eo ꝙ amabilis deo eſt voca-
tur amplexatio: vel ꝙ in certámen ⁊ lúctam
(⁊ vt ita dicam) amplexum cum deo congré-
ditur: amplexántis .i. luctántis ſortitus eſt no
men. Nullus enim tam audáci voce auſus eſt
deum ad diſceptatiónem iuſticie prouocáre:
⁊ dicere ei. cur in rebus humanis mundi iſti-
us pompa tanta rerũ verſétur iniquitas. Vo
ciferábor ad te vim patiens: ⁊ non ſaluabis.
Quare oſtendiſti mihi iniquitatem: ⁊ laborẽ
videre? Laceráta eſt lex: ⁊ non peruénit vſq̃
ad finem iudicium: quia impius preualet ad
uerſum iuſtum: ideo ingrediétur iudiciũ per
uerſum. Vides q̃ temerária vox ſit ⁊ quodã-
modo blaſphemántis creatorem ſuum ad iu
dicium prouocare: ⁊ vas frágile aduerſus fi-
gulum cur tale vel tale factum ſit diſputare?
Necnon ⁊ hoc animaduerténdum ꝙ aſſum
ptio vel pondus que grauia iã eſſe diximus:
prophete viſio eſt ⁊ aduerſum montáni dóg-
ma peruérſum intélligit quod videt: nec vt ã-
mens lóquitur: nec more inſaniéntium femi
narum dat ſine mente ſonum. Unde apoſto- 1.cor.14.f.
lus iubet vt ſi prophetátibus alijs alij fuerit re
uelátum: táceant qui prius loquebantur. Et Ibidem
ſtatim non eſt inquit diſſenſionis deus: ſed pa
cis. Ex quo itelligit cũ qs ex volũtate réticet:
⁊ alijs locũ dat ad loquendũ: poſſit loq ⁊ tacé
re cum velit. Qui iam in éxtaſi .i. inuitus lóq-
tur: nec tacére nec loqui in ſua poteſtate ha-
bet. Illud quoq̃ diſce quia ſemel a me vio-
lénter érigis vt quaſi quoſdam gradus ⁊ ſca-
las ad altiora nitenti: hyſtóriam tibi intérpre
ter: prophetiam eſſe circa babylónem ⁊ nabu-
chodonoſór regem chaldeórum: vt quomo-
do prior propheta naum quem abacúc ſéqui-
tur vaticinium habuit contra niniuẽ ⁊ aſſýri
os qui vaſtauerunt decem tribus que vocatur
iſraél: ita abacúc prophetiam habeat aduer-
ſus babylónem ⁊ nabuchodonoſór: a quibus
iúdas ⁊ hieruſalém tẽplúmq̃ ſubuerſa ſunt.
Et vt ſcias eo tempore fuiſſe abacuc quo iam
due tribus que vocabantur iudá ducte erant
in captiuitatem: dániel docere te póterit: ad
quem in lácum leonum abacúc cum prán- Dan.14.f
dio mittitur: quáq̃ apud hebréos hec ipſa nõ
legatur hiſtória. Igitur ſi quis recipiat ſcri-
pturam illam ſiue non recipiat vtrũq̃ pro no
bis eſt. Aut enim iam récipit: ⁊ poſt factã rẽ
liber abacúc téxitur: aut ſi non récipit quaſi ꝓ
pheta ſcribit que ventura cognoſcit. Interim
ſm litteram cauſatur aduerſum deum prophe
ta: cur nabuchodonoſór templum dei vaſtet ⁊
iúdam: cur hieruſalém quondam vrbs domi
ni deſtruátur: quare clamet populus ⁊ nõ au-
diatur: vociferétur ad dominum oppréſſus a
chaldéis: ⁊ non ſaluetur: quare etiam ipſe ꝓ-
pheta vel populus ex cuius perſona loquit ad
hoc vixerit: ⁊ hucuſq̃ perductus ſit: vt iniqui-
tatem hóſtium ⁊ ſuum laborem viderit cũ in-
iuſticia ꝓuáleat aduerſum ſe. Et hec dicit pre
mentis anguſtia: neſciens aurũ in ignẽ cõfla- Dan.3.c.
ri: ⁊ tres pueros de camino ignis purióres exiſ
ſe q̃ intráuerãt. Sed ⁊ hoc generaliter acci-
pere poſſumus: ꝙ ex ꝑſona humane impatiẽ-
tie loquat: vt in quérulã vocẽ ⁊ plenã doloris
erũpat dicens. Quare réſpicis cõtẽptóres: ⁊ Abac.1.b
táces: cõculcánte impio iuſtiórẽ ſe. Hec autẽ
lóquit: néſciens iudicia dei inueſtigabilia: ⁊

proſundum diuitiarũ ſapiẽtie ⁊ ſcientie eius: ꝙ non ita videat deus vt videt homo. Homo ſtatum preſentia reſpicit: deus futura ⁊ eterna cognoſcit. Et quõ ſi egrótans ⁊ éſtuans fébribus aquã frigidam poſtulet: ⁊ dicat ad medicum: vim patior. crucior: vror. exanimor. vſqꝫ quo medice clamabo ⁊ non exaudies: ⁊ reſpõdeat ei ſapientiſſimus ⁊ clementiſſimus medicus. ſcio quo tempore dare débeam quod poſtulas: nõ miſéreor modo: quia miſericordia iſta crudélitas eſt: ⁊ voluntas tua contra te petit. Ita ⁊ deus noſter ſciens clementie ſue póndera atqꝫ menſúras interdum nõ exáudit clamantem: vt eum probet ⁊ magis prouocet euꝫ ad rogandum: ⁊ quaſi igne excóctum iuſtiórẽ ⁊ puriórem faciat. Quod intelligens apoſtolus ſm id quod miſericordiaꝫ conſecutus eſt a domino ait. Sed nõ deficimus. Et ſcit ꝙ qui perſeuerauerit in finem hic ſaluus erit: ⁊ gloriatur in labore ⁊ dolore. Et cum hieremia dicit. Tribulationem ⁊ miſeriã inuocabo: ⁊ quomõ alius inuocat deum: ſic ſanctus vir ⁊ bellator inuictus ad exercẽndum ſe ad probandũ tribulationẽ ⁊ miſeriã inuenire deſiderat. 2.cor.4.a Pſal.33. Matt.10. 7.14.b

¶ Explicit prologus. ¶ Incipit argumentũ.

Abacúc luctátor fortis ⁊ rigid⁹ ſtat ſuper cuſtódiam ſuam: ⁊ figit grádum ſuper munitióneꝫ: vt xp̃m in cruce contemplétur ⁊ dicat. Operuit celos glĩa eius: ⁊ laudis ei⁹ plena ẽ terra. Splẽdor eius vt lux erit: córnua ĩ manibus ei⁹: ibi abſcondita eſt fortitudo eius.

¶ Explicit argumentum.



¶ Incipit abacúc propheta.

¶ Ca. Sũ. ¶ Diſceptat cum deo de flore malorum ⁊ reſpódet dominus: de potentia chaldeorũ ⁊ ruina ipſorꝫ: ⁊ munitione nabuchodonoſor propheta intelligens iuſticiam dei ⁊ clemẽtiam ex nimia impatientia adhuc diſputat cũ deo: pro illis quos nabuchodonoſor predatur ⁊ deuorat.

¶ Capitulum. I

A Job.19.e Onus quod vidit abacuc propheta. Uſqꝫquo domine clamabo: ⁊ nõ exaudies: vociferabor ad te vi⁹patiẽs ⁊ nõ ſalnabis? Quare oſtẽdiſti mihi iniqtatem ⁊ + laborem: vidére prédam ⁊ iniuſticiã contra me? Quare réſpicis ꝯtẽptores ⁊ taces: ꝯculcante ĩpio iuſtiorẽ ſe? Et + facies hoĩs quaſi piſces maris: ⁊ quaſi reptilia nõ habentia ducem? Et factum eſt iudicium: ⁊ contradictio potentior. Propter hoc lacerata eſt lex: ⁊ nõ peruénit vſqꝫ ad finem iudicium: quia impius préualet aduerſus iuſtum: propterea egrédietur iudicium peruérſum. Aſpicite in gentibus ⁊ videte: ⁊ ammiramini ⁊ obſtupéſcite: qr opus factuꝫ eſt in diebus veſtris: quod nemo credet cum narrábit. Quia ecce ego ſuſcitabo chaldeos al.+ do/lorem Job.21.d Hier.12.a al.+ B Actu.13.f

gentē amarā ⁊ velócem ambulantē ſuper lati-
tudinē terre: vt poſſideat tabernacula non ſua.
Horribilis ⁊ terribilis eſt: ex ſemetipſa iudici
C um ⁊ ónus eius egredietur. Leuióres párdis
equi eius: ⁊ velocióres lupis veſpertinis: ⁊ dif-
fundentur équites eius. Equites nāq; eius ð
longe vénient: volábūt quaſi aquila feſtināſ
ad comedéndū. Oēs ad prédā vénient: facies
eoꝝ ventus úrens. Et cōgregabit quaſi aréna
captiuitatē: ⁊ ipſe de regibus triūphábit: ⁊ ty-
ránni ridiculi eius erunt. Ipſe ſuper oēm mu-
nitiónē ridébit: ⁊ cōportabit ággerem ⁊ cápi
et eam. Tunc mutabit ſpūs: ⁊ pertranſibit ⁊
córruet. Hec eſt fortitudo eius dei ſui. Nūqd
non tu a principio dñe deus meus ſancte me-
us: ⁊ nō moriemur? Domine in iudicium po
ſuiſti eum: ⁊ fortē vt corriperes fundaſti eum.
D Mundi ſunt oculi tui ne videas malū: ⁊ reſpi
cere ad iniquitatē nō póteris. Quare non re-
ſpicis ſuper inique agentes: ⁊ taces deuorante
ímpio iuſtiorē ſe? Et facies hoīs quaſi piſces
maris: ⁊ quaſi réptile nō habens principem.
Totū in hamo ſubleuáuit: tráxit illud in ſa-
géna ſua: ⁊ cōgregauit in rhéte ſuum. Super
hoc letabit ⁊ exultabit: ꝓpterea imolabit ſa-
géne ſue: ⁊ ſacrificabit rhete ſuo. Quia in ipſis
incraſſáta eſt pars eius: ⁊ cibus eius electus.
Propter hoc ergo expándit ſagénam ſuam: ⁊
ſemper interficere gentes non ceſſat.

¶ Ca. Sū. ¶ Stat ꝓpheta ſuper cuſtodiā ſuā
vt videat qd ſequat poſt euerſionē ppl'i ⁊ tem-
pli: de aduentu xp̄i: deſcribit in ſuperbia ſua na
buchodonoſor: ꝓphetat ꝓpter auariciā: ꝓpter
cruentam edificationem: ꝓpter inebriationē
ſedechie. propter idola. ¶ II.

B Uper cuſtódiam meā ſtabo: ⁊ fi
gam gradū ſuper munitiónem.
Et cōtemplabor vt videā quid
dicat mihi: ⁊ quid reſpondeā
ad arguentē me. Et rñdit mihi
dñs: ⁊ dixit. Scribe viſum ⁊ ex-
plána eū ſuper tabulas: vt percúrrat qui lége-
rit eum. Quia adhuc viſus prócul: ⁊ appare-
bit in finē ⁊ non mentiet. Si morā fécerit ex-
pécta illum: q2 véniens véniet ⁊ nō tardábit.
Ecce qui incrédulus eſt: non erit recta anima
eius in ſemetipſo. Iuſtus autē + in fide ſua vi-
uet. Et qūo vinum potantē décipit: ſic erit vir
ſuperbus ⁊ nō decorabitur. Qui dilatáuit qua
ſi infernus aīam ſuā: ⁊ ipſe quaſi mors: ⁊ nō
B adimplétur. Et congregauit ad ſe oēs gētes:

Eſa. 21. c.

Eſa. 21. a
Ro. 1o. f
Heb. 1o. g
al's + ex
24. q. i. ca.
q dignior
De pe. di.
4. c. in do
mo. de ia
cra vnct:o
ne. ca. vni
co.

⁊ coaceruáuit ad ſe oēs pópulos. Nunqd non
oēs iſti ſuper eū parábolā ſúment: ⁊ loquélā
enigmatū eius? Et dicet. Ue ei qui multipli-
cat nō ſua. Uſq; quo ⁊ ággrauat cōtra ſe den-
ſum lutum? Nunquid nō repénte cōſurgent
qui mórdeant te? Et ſuſcitabunt laceráᵗes te:
⁊ eris in rapinam eis. Quia tu ſpoliaſti gētes
multas: ſpoliabunt te oēs qui réliqui fuerint
de populis: ꝓpter ſanguinē hominis ⁊ iniqui-
tatē terre ciuitatis: ⁊ oīum habitantiū in ea.
Ue qui cōgregat auariciā malam domui ſue: C
vt ſit in excelſo nidus eius: ⁊ liberari ſe putat
de manu mali. Cogitaſti ꝯfuſionē domui tue:
cōcidiſti ppl'os multos ⁊ peccáuit aīa tua. Q2
lapis de pariete clamabit: ⁊ lignū qđ inter iū
ctúras edificioꝝ eſt rñdebit. Ue qui edificat Eze. 24. b.
ciuitatē in ſanguinibꝰ: ⁊ préparat vrbē in iniq Naū. 3. a.
tate. Nunqd nō ſunt hec a dño exercituū? La-
borabunt enim populi in multo igni: ⁊ gentes
in vácuū ⁊ deficient. Quia replebitur terra vt
cognoſcant gloriā dñi: quaſi aque operiéntes
mare. Ue qui potū dat amico ſuo mittens fel
ſuū: vt inébrians vt aſpiciat nuditátem eius.
Repletus eſt ignominia ꝓ gloria. Bibe tu q̄-
q; ⁊ cōſopire. Circūdabit te calix dextere dñi: D
⁊ vómitus ignominie ſuper gloriā tuā. Quia
iniquitas libani opériet te: ⁊ váſtitas anima-
lium deterrébit eos: de ſanguinibus hominis:
⁊ iniquitate terre ⁊ ciuitatis: ⁊ oīum habitan
tium in ea. Quid pródeſt ſcúlptile quia ſcul-
pſit illud fictor ſuus cōflátile ⁊ imáginē fal-
ſam: q2 ſuperauit in figmento fictor eius vt fá
ceret ſimúlachra muta. Ue qui dicit ligno: ex
pergiſcere: ſurge: lapidi tacenti. Nunquid ip-
ſe docere poterit? Ecce iſte coopertus eſt auro
⁊ argento: ⁊ omnis ſpūs non eſt in viſceribus
+ eius. Dominus aūt in templo ſancto ſuo: ſi al's + coꝝ
leat a facie eius omnis terra. ¶ III. Pō. 1o.

¶ Oratio abacuc prophete + pro ignorantijs. al's + pro ignorantiis
D Omine audiui auditionē tuā:
⁊ timui. Dñe opꝰ tuū: i medio A
annoꝝ viuifica illud. In medio
annoꝝ notū facies: cū iratꝰ fue
ris miſericordie recordáberis.
Deus ab áuſtro véniet: ⁊ ſan-
ctus de mōte pharán +. Opéruit celos glīa eiꝰ al's + ſemꝑ
⁊ laudis eius plena eſt terra. Splendor eiꝰ vt
lux erit: córnua in manibꝰ eius. Ibi abſcóndi
ta eſt fortitudo eius: ante faciē eiꝰ ibit mors. al's + ⁊ egre
+ Egredietur dyabolus ante pedes eiꝰ: ſtetit ⁊ dietur
menſus eſt terrā. Aſpexit ⁊ diſſoluit gentes: ⁊ B

contriti ſunt mõtes ſeculi. Incuruati ſunt cól
les mũdi: ab itinéribus eternitatis eius. Pro
iniquitate vidi tentoria ethópie: turbabunt
pélles terre madián. Nũquid in fluminibus
iratus es domine: aut in flumínibus furor tu-
al's + tu us: vel in mari indignatio tua+: Qui aſcén-
dis ſuper equos tuos: ⁊ quadrige tue ſaluatio.
Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum: iuramen-
al's ſemp ta tribubus que locutus es+. Flúuios ſcin-
des terre: vidérunt te ⁊ doluerũt montes: gur
ges aquarum tránſijt. Dedit abýſſus vocem
C ſuam: altitudo manus ſuas leuáuit Sol ⁊ lu-
na ſteterunt in habitaculo ſuo: in luce ſagitta
rum tuarum ibunt: in ſplendóre fulgurántis
háſte tue. In frémitu conculcabis terram: ⁊
in furore obſtupefácies gẽtes. Egreſſus es in
ſalutem populi tui: in ſalutem cũ chriſto tuo.
Percuſſiſti caput de domo impij: denudáſti
al's ſemp fundamentum eius vſqꝫ ad collum+. Male-
dixiſti ſcéptris eius cápiti bellatórum eius ve-
niéntibus vt túrbo ad diſpergéndum me. Ex
D ultatio eorum: ſicut eius qui deuorat páupe-
rem in abſcondito. Viã feciſti in mari equis
tuis: in luto aquarum multarũ. Audiui ⁊ cõ-
al's + ad vocem turbatus eſt venter meus: +a voce cõtremué-
runt labia mea. Ingrediátur putrédo in óſſi-
bus meis: ⁊ ſubter me ſcáteat. Ut requieſcã
al's + ⁊ in die tribulationis: +vt aſcéndam ad popu-
lum accinctum noſtrum. Ficus enim nõ flo-
rébit: ⁊ non erit germen in vineis. Mentié-
tur opus oliue: ⁊ árua non áfferent cibũ. Ab
ſcidétur de ouili pécus: ⁊ non erit arméntum
in preſépibus. Ego autem in domino gaude-
bo: +⁊ exultabo in deo. Jeſu meo. Deus domi
al's nõ hꝫ + ⁊ nus fortitudo mea: ⁊ ponet pedes meos quaſi
ceruorꝫ. Et ſuper excelſa mea dedúcet me vi-
ctor in pſalmis canéntem.

¶ Explicit abacúc propheta.

¶ Incipit plogus in Sophoniam prophetã.

TRádunt hebrei cuiuſcũqꝫ p-
phete pater aut áuus ponatur i
titulo ipſos quoqꝫ pphétas fu-
iſſe. Unde ⁊ amós vnus de duó
amos.7.d decim prophetis qui dicit non
ſum propheta nec filius prophé
te: ſed paſtor caprarum véllicans ſycómoros:
patris nomen in título non habere. Hoc ſi ve-
al's + noie rum eſt: ſophonías propheta: qui+ generatio-
ne (vt ita dicam) prophética ⁊ glorioſa maio-
rum ſuorũ ſtirpe generatus eſt. Habuit eniꝫ pa
trem chuſi: auum godolíam: próauum ama-
ſiam: áttauum ezechíam: ⁊ talẽ quadrigam
ipſe velut extrémus auriga cõpleuit. Nomen
ſophonie alij ſpéculam alij arcanum domini
tranſtulérunt. Siue igitur ſpécula: ſiue abſcõ
ditum dñi interpretétur vtrũqꝫ prophete cõ
uenit. Dicitur enim ad ezechiélem. Fili homi Ezech.3.b
nis: ſpeculatorẽ te poſui dómui iſraél. Iſte er-
go prophéta qui erat in ſpécula ⁊ in ſublími-
bus conſtitútus: ⁊ nouerat myſterium domi-
ni: filius erat chuſi qui interpretatur humili-
tas. Habebat quoqꝫ áuum godoliam: qui di-
citur magnitudo dñi: ⁊ proauum amaſiam:
qui ⁊ ipſe vértitur in ſermonem dñi: ⁊ átta-
uum ezechiam: q ſonat fortitudo dñi. De for-
titudine itaqꝫ dñi natus eſt ſermo domini: ⁊
de ſermone dñi nata eſt magnitudo dñi: ⁊ de
magnitúdine domini nata ẽ humilitas: vt cuꝫ
vénerit aliquis ad perfectũ dicat qꝛ nõ ſuꝫ di
gnus vocari apl's. Et illud in pſalmis. Domi-
ne nõ eſt exaltatũ cor meũ: neqꝫ elati ſunt ocu 1.cor.15.b Ps.130.
li mei. Joſiam regeꝫ iúde cuius temporibus
ſophonías prophetaſſe inuenitur: deo pre oĩbꝰ
regibꝰ iúde placuiſſe hyſtoria quarti libri re-
gum ⁊ ſecũdi paralippomenón demónſtrat.
Joſias ſimúlacra q̃ pater ſuus amón vel áuus
manaſſés in templo dei collocáuerat deiécta 4.re.23.f.
cõminuiſſe monſtrátur. In quibus etiam ſer
pentem éreum a móyſe factum cui errore in-
dúctus populus ſuperſtitione idolórum detén
ta admiſerat. Idem cuſtodiſſe paſcha: ⁊ inter
miſſis tépóribus multis ſolus celebraſſe mon-
ſtratur. Ideo deus per prophetam temporibus
memorati regis que prouentura erant oſten-
dens: gentibus quidẽ lectione comprehenſis
affutúrum iudicium: populo vero iſraél ſalu-
tem ⁊ ciuitati hieruſalém reſtaurationẽ tunc
tpis tribuendam: textu lectionis denũciauit.

¶ Explicit plogus. ¶ Incipit argumentuꝫ.

SOphonías ſpeculator ⁊ arcanó-
rum dei cógnitor: audit clamo-
rem a porta píſcium ⁊ eiulátuꝫ
a ſecũda: ⁊ cõtritiõnẽ a collibꝰ.
Indúcit quoqꝫ vlulátum habí
tatóribus pile: quia conticuit
omnis populus chanaán diſperiérunt vniuer
ſi qui inuoluti erant argento.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit ſophonias propheta.

¶ Ca. Sũ. ¶ De interitu hieruſalem ppter
ídola: ⁊ de interitu mundi propter peccata: de
die iudicij. ¶ Capitulum primum.



A Verbũ domi
ni qḋ factũ eſt ad ſophoniã
filium chuſi filij godolie fi-
lij + amaſie filij ezechie i die | al's + amarie
bus ioſie filij amón regis iu
dá. Cóngregans congrega-
bo omnia a facie terre dicit
dominus: cóngregans homi
nem ⁊ pecus: congregãs vo-
latilia celi ⁊ piſces maris. Et ruine impioꝝ
erunt: ⁊ diſpérgã hoies a facie terre dicit do
minus. Et exténdam manũ meã ſuper iúdã:
B ⁊ ſuper omnes habitãtes hieruſalém: ⁊ diſp-
dam de loco hoc reliquias baál ⁊ + noia edi- | al's + nomen
tuórũ cũ ſacerdotibus: ⁊ eos qui adórant ſup
tecta militiam celi: ⁊ adorant ⁊ iúrant in do-
mino ⁊ iurant in melchón: ⁊ qui avertúntur
de poſt tergum dñi: ⁊ qui non queſiérunt do-
minum: nec inveſtigavérunt eũ. Siléte a fa-
cie dñi dei: q2 iuxta eſt dies domini. Quia pre
parávit dñs hoſtiã: ſanctificavit vocatos ſuos.
Et erit in die hoſtie dñi viſitabo ſuper princi-
pes ⁊ ſuper filios regis: ⁊ ſup oẽs qui induti ſũt
veſte peregrina: ⁊ viſitabo ſuper oẽm qui arro-
gánter ingréditur ſup limen in die illa: q cõ-
C plent domũ dñi dei ſui iniqtate ⁊ dolo. Et erit
in die illa dicit dñs vox clamoris a porta piſci
um: ⁊ ululátus a ſcda: ⁊ ꝯtritio magna a cól-
libus. Ululáte habitatores pile. Cõticuit oĩs
ppl's chanaán: diſperiérunt oẽs involúti argẽ
amos.5.c | to. Et erit in tpe illo: ſcrutábor hierl'ʒ in lucér
nis: ⁊ viſitabo ſup viros defixos in fécibus ſu-
is: qui dicũt in córdibus ſuis. Non faciet bene
dñs: ⁊ nõ faciet male. Et erit fortitudo eoꝝ in
direptionẽ ⁊ domus eoꝝ in deſertum. Et edifi
cabũt domos ⁊ nõ habitabũt: ⁊ plãtabunt vi-
neas: ⁊ nõ bibent vinũ earum. Iuxta eſt dies
dñi magnus: iuxta ẽ ⁊ vélox nimis. Vox diei
D dñi amara: tribulabit ibi fortis. Dies ire dies
illa: dies tribulationis ⁊ anguſtie: dies calami
tatis ⁊ miſerie: dies tenebrarũ ⁊ caliginis: di
es nébule ⁊ túrbinis dies tube ⁊ clangóris ſu
per civitates munitas ⁊ ſuper ángulos excél-
ſos. Et tribulabo homines: ⁊ ambulabũt vt ce
ci: q2 dño peccaverunt. Et effundet ſanguis eo
Ezech.7.c | rũ ſicut hum9: ⁊ corpa eoꝝ ſicut ſtércora. Sed
infra.3.b | ⁊ argéntum eoꝝ ⁊ aurũ eoꝝ non póterit libe-
ráre eos in die ire domini. In igne zeli eius
devorabitur omnis terra: q2 cõſũmationẽ cũ
feſtinatiõe faciet cũctis habitantibus terrã.

Ca. Sũ. Provocatur ad pniam vt iram
dei effugiat: predicatur vaſtitas vrbium pale-
ſtine: ⁊ reditus iudeoꝝ captiuitate babylonis
vel deſtructione moab ⁊ amalech: quia iude-
is inſultaverunt: de deſtructione ethiopum aſ-
ſyriorum ⁊ niniven civitatis per nabuchodo-
noſor.

II.

Onvenite congregámini gens A
non amábilis: priuſq2 pariat | al's + viſio
iuſſio. + quaſi púlverem tran-
ſeuntem diem: antequam ve-
niat ſuper vos ira furoris domi
ni: anteq2 veniat ſuper vos + ira | al's + dies
indignationis domini. Quérite dñm omnes
manſuéti terre: q2 iudicium eius eſtis operã-
ti. Quérite iuſtũ: querite manſuetum: ſi quo
mõ abſcõdamini in die furoris domini: quia
gáza deſtructa erit: ⁊ áſcalon in deſertũ. Azó-
tum in meridie eiicient ⁊ acharón eradicabi
tur. Ve qui habitatis funiculum maris: gens B
perditórum. Verbum dñi ſuper vos chanaán
terra philiſtinórum: ⁊ diſpérdam te ita: vt nõ
ſit inhabitator. Et erit funiculus maris réqui
es paſtoꝝ: ⁊ caule pécoꝝ. Et erit funiculus ei9
qui remánſerit de domo iudá. Ibi paſcent in
domibus aſcalónis ad véſperam requieſcent:
q2 viſitabit eos dñs deus eoꝝ: ⁊ avértet capti-
vitatem eoꝝ. Audivi oppróbrium moáb ⁊
blaſphémias filioꝝ ammón: que exprobrave
runt populo meo: ⁊ magnificati ſunt ſup tér-
minos eoꝝ. Propterea vivo ego dicit dñs C
exercituũ de9 iſraél: q2 moáb vt ſódoma erit:
⁊ filij ammón quaſi gomórra: ſiccitas ſpina-
rũ ⁊ acérui ſalis: ⁊ deſertũ vſq2 ineternũ. Re-
liquie ppli mei diripient eos: reſidui gentis
mee poſſidebunt illos. Hoc eis evénit p ſuper
bia ſua: qua blaſphemaverunt ⁊ magnificati
ſunt ſuper pplm dñi exercituũ. Horribilis do
minus ſuper eos: ⁊ attenuábit oẽs deos terre.
Et adorabunt eum viri de loco ſuo: oẽs inſule
gentium. Sed ⁊ vos ethýopes. interfecti gla-
dio meo éritis. Et extendet manũ ſuã ſup aq
lónem: ⁊ pérdet aſſúr. Et ponet ſpecioſam in D
ſolitudinẽ ⁊ in inviũ: ⁊ quaſi deſertũ. Et accu
bábũt in medio eius greges oẽs beſtie gẽtiũ ⁊
onocrótalus ⁊ hericius i liminib9 ei9 morabũ
tur. Vox cãtãtis in feneſtra coꝝ in ſuplimi-
nári: qm̃ attenuábo robur ei9. Hec eſt civitas
glioſa hitãs i ꝯfidẽtia: q dicebat i corde ſuo.
Ego ſũ ⁊ ex̃ me nõ ẽ alia ámpli9. Quõ fcã ẽ i
deſtũ: cubile beſtie. Oĩs q trãſit p eã ſibilábit:

⁊ mouebit manum ſuam.
¶ Ca. Sum. ¶ Increpatur hieruſalē de pec-
catis ſuis: ꝙ culpas ſuas ⁊ vindictas dei non
intellexerit ad vocē ꝓphetaꝝ nō penituit: felici
tatē eius admirabunt aduerſarij ſui: de reſur-
rectione dñi ⁊ humilitate fideliū: arguit ſyna
goga ꝙ ↄuerſis gentibꝰ nō ē ↄuerſa: quare ce
cabit nō exaltabit: ſed reliqe ſaluabunt: iubi
let eccl'ia: nō timeat qꝛ dñs eā ſaluabit ⁊ leti-
ficauit: ⁊ auferet opprobriū eius. ¶ III.
A Ve prouocatrix ⁊ redēpta ciui-
tas: colūba. Nō audiuit vocē: ⁊
non ſuſcepit diſciplinā. In do-
mino nō eſt cōfiſa: ad deū ſuū
nō + appropiquauit. Principes
ſꝫ + ap. propinq. bit eius in medio eiꝰ: quaſi leones
rugientes. Iudices eiꝰ lupi veſpere: nō relin-
Eze.22.f. quebant in mane. Prophete eius veſani: viri in-
mich.3.b fideles. Sacerdotes eius polluerūt ſanctū: in
iuſte egerunt ↄ legē. Dñs iuſtus in medio eiꝰ
Di. 81: ca. nō faciet iniquitatē. Mane mane iudiciū ſuū
oportet. i.q.i.ca. ſa dabit in luce: ⁊ nō abſcondet. Neſciuit autē
cerdotes. iniquus ↄfuſionē. Diſperdidi gentes: ⁊ diſſi-
pati ſunt anguli eaꝝ. Deſertas feci vias eoꝝ:
dū nō ē qui tranſeat. Deſolate ſunt ciuitates
eoꝝ: non remanēte viro neqꝫ vllo habitatore.
B Dixi. Attamē timebis me: ſuſcipies diſcipli-
nam. Et nō peribit habitaculū eius: pꝑ oīa in
qbus viſitaui eā. Uerūtamē diluculo ſurgen-
tes corruperunt oēs cogitationes ſuas. Qua-
propter expecta me dicit dñs i die reſurrectio
nis mee in futurū: qꝛ iudiciū meū vt congre-
gem gentes: ⁊ colligā regna. Et effundā ſuper
eos indignationē meā: oēm irā furoris mei.
ſupra.i.b In igne enim zeli mei deuorabitur oīs terra.
Quia tunc reddā ppl'is labiū electū: vt inuo
cent oēs nomē dñi ⁊ ſeruiant ei humero vno.
Ultra flumina ethiopie: inde ſupplices mei:
filij diſperſoꝝ meoꝝ deferēt munus mihi. In
C die illa nō ↄfunderis ſuper cunctis adinuen-
tionibus tuis: qbus preuaricata es in me. Qꝛ
tunc auferā de medio tui magniloquos ſuper-
bie tue: ⁊ nō adijcies exaltari amplius in mō
18.q.I.ca. te ſctō meo. Et derelinquā in medio tui popu
iudicoruꝫ in glo. lum pauperē ⁊ egenū ⁊ ſperabūt in noīe dñi.
Reliquie iſrael nō facient iniquitatē: nec lo-
quent mendaciū: ⁊ nō inuenient in ore eorum
lingua doloſa. Qm̄ ipſi paſcent ⁊ accubabūt:
⁊ nō erit qui exterreat. Lauda filia ſyon: + iu
al'+ ṗdi. bila iſrael. Letare ⁊ exulta ⁊ i omni corde fi-
catiua ūrt. lia hieruſalem. Abſtulit dñs iudiciū tuum:
auertit inimicos tuos. Rex iſrael dñs in me-
dio tui: nō timebis malū vltra. In die illa di D
cet hierl'm. Noli timere ſyon: non diſſoluant
manꝰ tue. Dñs deus tuus in medio tui fortis:
ipſe ſaluabit. Gaudebit ſup te in leticia: ſile-
bit in dilectiōe tua: ⁊ exultabit ſup te i laude.
Nugas qui a lege receſſerant congregabo: qꝛ
ex te erant: vt nō vltra habeas ſuper eis oppro
briū. Ecce ego interficiā oēs qui afflixerunt
te in tpe illo ⁊ ſaluabo claudicantē: ⁊ eā que
eiecta fuerat cōgregabo. Et ponā eos in laudē mich.4.b
⁊ in nomē in oī terra confuſionis eoꝝ: in tpe
illo quo adducam vos: ⁊ in tpe quo cōgrega-
bo vos. Dabo enim vos in nomen ⁊ in laudē
oībus ppl'is terre: cū ↄuertero captiuitatē ve-
ſtram coram oculis veſtris dicit dñs.

¶ Explicit Sophonias propheta.

¶ Incipit ꝓlogus in Aggeum prophetam.

IEremias propheta ob cāꝫ per-
iurij ſedechie regis vt hyſtoria
libri ſecundi paralippomenōn
indicat. qui fidē promiſſā na- 2.pa.16
buchodonoſor regi chaldeoꝝ
nō ſeruauerat: ppl'm iſrael re-
fert cū memorato rege hierl'ꝫ: expugnata hie
ruſalem captiuū in babylonē fuiſſe perductū.
Sed cū memoratus ppl's multis tēporibꝰ ido
lis ſeruiendo etiā effuſione ſanguinis inocen
tū ſe grauiter impiaſſet: volens deꝰ generatio
nē vniuerſam eiuſdē ppl'i ob cās memoratas
penitus deperire: ſeptuaginta annoꝝ captiui-
tatē eundem ppl'm in regno chaldeoꝝ ſtatuit
ſuſtinere: hac rōne vt completo numero an-
noꝝ: nouus ppl's a memoratis peccatis immu
nis ad reuocationē hieruſalem ꝑueniret. Se-
xageſimo itaqꝫ ſcdo anno regno chaldeorum
ſubuerſo: cui adhuc octo anni reſtabant ad re
gnandū: qd etiam ſexta viſio danielis oſtēdit
cum ꝓpter cām ſacrilegij: qd in eadē viſione
continet fuiſſe extinctū: darius qui medis im
perabat: vt ſeptima viſio danielis oſtēdit: me-
moratus in regno ſucceſſit. Cuius primo āno
regni: vt decima viſio danielis manifeſtat: da
niel ſupputatis annis videns appropinquare
tempus reuerſionis que ꝑ hieremiā fuerat ꝓ
miſſa: orans tam ꝓ ſe qꝫ pro ppl'o eandē ꝓmiſ
ſionē a deo poſtulabat impleri. Cui ꝑ gabrielē
archangelū in eadē viſione iuxta ꝓces eiuſdē
vniuerſa cōpleta eſſe: deus dixit. Nam morien
te ſupradicto dario rege medorū: ⁊ ſucceden
te in regno cyro rege pſarum: ꝓmiſſione dei

cōpleta per eundem regē: populúmq; iſraél in
hieruſalém reductū hyſtoria ſecūdi libri para
lippomenón: ⁊ initium éſdre prophete confir
mant. Cumq; a pplo iſraél ⁊ a ſenioribus té
plum dei edificari cepiſſet: mortuo cýro rege
ac regnante dário rege perſárū qui memora
to cýro ſucceſſerat: vicine gētes ciuitatis hie
ruſalém (vt idem éſdras refert) reſtauratio
nem templi ⁊ ciuitatis reſiſtendo impedire ce
perunt. Qua rōne deterritus ppls iſraél: repa
rationē ſupradicti templi dñi: necdū iuxta ꝓ
miſſionem conceſſam eſſe credebat. Propter
quod in ſecundo anno regni memorati dárij
regis perſárum aggéus propheta a deo miſſus
ad zorobabél qui de tribu erat iudá qui pote
ſtatem regni ſuſceptúrus erat: ⁊ ieſúm filiū
ioſedéch ſummū ſacerdotē ámmonet: vt cre
dant completo numero ānoꝝ tempus reſtau
rationis hieruſalém aduenisſe. Hoc etiā ád
dito: ne incredulitatem populi vellent imitá
ri: d quo deus per eū dixit. Populus hic dicit.
Nondū venit tēpus vt edificetur domus dei.
Omnia aūt que textu huius prophetie conti
nentur: reuerſionem ppli: edificationem tem
pli: renouationem ciuitatis: obſeruantiam ſa
cerdotalem: ⁊ initium regnorum gentium ex
terrárum ſignificant.

¶ Explicit ꝓlogus. ¶ Incipit argumentū.

AGgéus feſtiuus ⁊ letus: qui ſe
minauit in lachrymis vt in gau
dio méteret: deſtructum tēplū
reedificat: deūq; patrem indú
cit loquentem. Adhuc vnū mo
dicum eſt: ⁊ ego cómouebo ce
lum ⁊ terrā: mare ⁊ áridā: ⁊ mouebo oēs gē
tes: ⁊ véniet deſideratus cunctis gentibus.

¶ Explicit argum̄. ¶ Incipit aggéus ꝓpha.

¶ Ca. Sū. ¶ Aggeus excitat ꝓncipes ⁊ pplm
ad edificatōē tēpli: ⁊ pp dilationē edificij di
cit pplm affluentē incomodis. zorobabel. ⁊ ie
ſus filiꝰ ioſedech incboāt opus. ¶ Cap. I

A 

IN anno ſecū
do dárij regis: in menſe ſex
to: in die vna menſis: factū
eſt verbum domini in manu
aggéi prophete ad zorobabél
filium ſalathiél ducē iudá:
⁊ ad ieſúm filium ioſedéch
ſacerdotem magnū dicens.
Hec ait dominus exercituum
dicens. Populus iſte dicit. Nondū venit tem
pus domus dñi edificande. Et factū eſt verbū
dñi in manu aggéi ꝓphete dicens. Nunquid
tēpus vobis eſt: vt habitetis in domibꝰ laque
átis: ⁊ domus iſta deſerta? Et nunc hec dicit do
minus exercituū. Pónite corda veſtra ſup vi B Deu. 28. d mich. 6.
as veſtras. Seminaſtis multū: ⁊ intuliſtis pa
rū. Comediſtis: ⁊ non eſtis ſatiati: Bibiſtis: ⁊
non eſtis inebriati. Operuiſtis vos: ⁊ non eſtis
calefacti. Et qui mercédes congregáuit: miſit D: pe. di j. c. a de p iuſſo.
eas in ſácculū pertúſum. Hec dicit dñs exerci
tuum. Pónite corda veſtra ſuper vias veſtras.
Aſcendite in montem: paráte ligna: ⁊ edifica
te domū: ⁊ acceptábilis mihi erit: ⁊ glorifica C i. q. i. c. prophetia
bor dicit dñs. Reſpexiſtis ad ámplius: ⁊ ecce
factum eſt minus. Et intuliſtis in domū: ⁊ ex
ſufflaui illud. Quam ob cām dicit dñs exerci
tuū? Quia domus mea deſerta eſt: ⁊ vos feſti
naſtis vnuſquiſq; in domū ſuam. Propter hoc
ſuper vos prohibiti ſunt celi ne darent roꝛē:
⁊ terra prohibita eſt ne daret germen ſuū. Et
vocaui ſiccitátem ſuper terram: ⁊ ſuper mon
tes: ⁊ ſuper triticum: ⁊ ſuper vinū: ⁊ ſup oleū:
⁊ quecunq; prófert húmus: ⁊ ſuper homines:
⁊ ſuper iuménta: ⁊ ſuper oēm laborē manuū. D alr ✝ relique
Et audiuit zorobabél filius ſalathiel: ⁊ ieſús
filius ioſedéch ſacerdos magnus: ⁊ oēs ✝ reli
qui ppli vocem dei ſui: ⁊ verba aggéi prophete
ſicut miſit eum dñs deus eoꝝ ad eos: ⁊ timuit
oīs populus a facie dñi. Et dixit aggéus nun
cius dñi de nuncijs dñi populo: dicēs. Ego vo
biſcum ſum dicit dñs. Et ſuſcitáuit deus ſpiri
tum zorobabél filij ſalathiél ducis iudá: ⁊ ſpi
ritum ieſú filij ioſedéch ſacerdotis magni: ⁊
ſpiritum reliquoꝝ de oī pplo: ⁊ ingreſſi ſunt ⁊
faciebāt opus in domo dñi exercituū dei ſui.

¶ Ca. Sū. ¶ Cōuertunt pncipes ⁊ populus:
⁊ dei auxiliū eis promittit. prophetat aduētus
xp̄i eccleſie maior q̄ ſynagoge propter negli
gentiam edificandi templū: dicit oia opa eo
rum polluta ⁊ famem ⁊ plagas veniſſe: ⁊ poſt
cepto opere apparentibus ſignis vbertatē pro
mittit. de aduentu xp̄i ⁊ humiliatiōe hois pri
cipatus ⁊ poteſtatis. de regno eius. ⁊ q ipſe eſt
ſignaculū oīum ſaluandoꝝ. ¶ II

IN die viceſima ⁊ quarta men A
ſis: in ſexto menſe in anno ſecū
do darij regis in ſeptimo men
ſe viceſima ⁊ prima menſis: fa
ctum eſt verbum dñi in manu
aggéi prophete dicens. Loque

re ad ʒoꝛobabél filium ſalathiél ducez iudá:
ꝛ ad ieſúm filiū ioſedéch ſacerdotē magnuz
ꝛ ad reliquos populi dicēs. Quis in vobis eſt
derelictus: qui vidit domū iſtam in gloꝛia ſua
pꝛima? Et quid vos videtis hanc nunc? Nun-
quid nō ita eſt quaſi nō ſit in oculis veſtris? Et
nunc confoꝛtare ʒoꝛobabél dicit dñs: ꝛ cōfoꝛ
táre ieſú filij ioſedéch ſacerdos magne: ꝛ cō-
foꝛtare oīs populus terre dicit dñs exercituū:
ꝛ fácite: qm̄ ego vobiſcum ſum dicit domin⁹
B exercituū. Verbum qd+ pépigi vobiſcum cū
al'+pla:ut egrederémini de terra egýpti: ꝛ ſpūs me⁹ erit
heb.12.g in medio veſtrum. Nolite timere: q2 hec dicit
dominus exercituū. Adhuc vnū módicum ē:
ꝛ ego cōmouébo celum ꝛ terrā ꝛ mare ꝛ árí-
dam. ꝛ mouebo omnes gentes. Et véniet deſi
derátus cunctis gentibus. Et implébo domuz
iſtam gloꝛia dicit dñs exercituum. Meum eſt
argentum ꝛ meū eſt aurum: dicit dñs exerci-
tuum. Magna erit gloꝛia domus iſtius nouíſ
ſime pluſq̄ʒ pꝛime dicit dñs exercituū. Et i lo
co iſto dabo pacem dicit dñs exercituum. In
viceſima ꝛ quarta noni menſis. in anno ſecū-
do dárij regis. factū eſt verbum dñi ad aggé-
um pꝛophetam dicens. Hec dicit dñs exerci-
C tuum. Interroga ſacerdotes legem dicēs. Si
túlerit homo carnem ſanctificatam in oꝛa ve
ſtimenti ſui. ꝛ tetigerit de ſummitate eius pa-
nem aut pulméntum. aut vinū. aut oleuz. aut
oēm cibum: nunquid ſanctificabit? Reſpon-
dentes aūt ſacerdotes dixerunt. Nō. Et dixit
aggéus. Si tetigerit pollútus in anima ex om
nibus his nūquid ꝯtaminabit? Et reſponde-
runt ſacerdotes: ꝛ dixerunt. Cōtaminábitur.
f.q.l.ca.ſic populus. Et reſpōdit aggéus ꝛ dixit. Sic populus iſte: ꝛ
ſic gens iſta ante faciem meaz dicit dñs. ꝛ ſic
omne opus manuū eoꝛū: ꝛ omnia que obtulē
runt ibi ꝯtamináta erunt. Et nunc pónite coꝛ
da veſtra a die hac ꝛ ſupꝛa. anteq̄ʒ poneret la-
pis ſuper lapidē in templo dñi cum accederé
tis ad acéruum viginti modioꝛū ꝛ fierent de-
cem: ꝛ intrarétis ad toꝛcúlar vt expꝛimerétis
quinquaginta lagénas ꝛ fiébant viginti. Per
cuſſi vos vento vrénte ꝛ aurúgine ꝛ grándine
omnia opera manuū veſtrarum: ꝛ non fuit in
D vobis qui reuerteretur ad me dicit dñs. Pó-
nite coꝛda veſtra ex die iſta ꝛ in futurum a die
viceſima ꝛ quarta noni menſis. a die qua fun
al+iacta damenta+iactáta ſunt templi dñi: pónite ſup
coꝛ veſtrum. Nunquid iam ſemen in gérmine
eſt? Et adhuc vinea ꝛ ficus ꝛ malogranátum
ꝛ lignum oliue non floꝛuit? Ex die iſta benedi
cam. Et factū eſt verbuz dñi ſecūdo ad aggé-
um in viceſima ꝛ quarta menſis dicens. Ló-
quere ad ʒoꝛobabél ducem iudá dicēs. Ego
mouebo celum pariter ꝛ terrā: ꝛ ſubuértam
ſolium regnoꝝ: ꝛ cónterā foꝛtitudinem regni
gentium. Et ſubuértam quadrigam ꝛ aſcēſo-
rem eius: ꝛ deſcendent equi ꝛ aſcenſores eoꝝ:
vir in gladio fratris ſui. In die illa dicit domi
nus exercituum aſſúmam te ʒoꝛobabél fili ſa
lathiél ſerue meus dicit dñs: ꝛ ponaz te quaſi
ſignáculū: q2 te elégi dicit dñs exercituum.
¶ Explicit aggéus ꝓpheta. ¶ Incipit ꝓlog⁹
in Zachariam pꝛophetam.

Secundo anno dárij regis me-
dóꝛum aggéum ꝛ zachariam ꝓ
phetaſſe: lectiones eoꝛūdē de-
clarant. Sed hac de cauſa aggé
us zacharie in oꝛdine pꝛophetā
rum pꝛelátus eē videtur: q2 cū
duobus menſibus vt predictoꝝ lectiones oſtē
dunt in pꝛophetia preceſſiſſe inuenitur: ꝛ ad re
parationē templi pꝛecepto dei populū animaſ
nō venit vt miniſtrarēt̄ ei: ſʒ vt miniſtrā- mat.20.b Ioan.10.a [n]115 IIII
ret: ⁊ daret aīam ſuā redēptionē p mul- mat.20.d
tis. Et veniūt hierico. [o] Et p̄ficiſcēte eo de Luc.18.f. [o]116
hiericō ⁊ diſcipulis ei⁹ ⁊ pluria multitu- II
dine: fili⁹ thimei barthimē⁹ cec⁹ ſedēbat
iuxta viā mēdicās. Qui cū audiſſet q̄ ie-
ſus nazarēn⁹ ✝ eſt: cepit clamāre ⁊ dice- als ✝ eſſet
re. Ieſu fili dauid miſerere mei. Et cōmi-
nabant̄ illi multi vt tacēret. At ille mul-
to magis clamabat: fili dauid miſerere
mei. Et ſtās ieſus p̄cepit illum vocari. Et
vocāt cecū: dicētes ei. Animequior eſto: ſurge

vocat te. Qui piecto veſtimento ſuo exi-
liens venit ad eũ. Et rñdens ieſus dixit
illi. Quid tibi vis faciã? Cecus autẽ dixit
ei. Rabboni: vt videã. Jeſus aũt ait illi.
mat.20.b Vade. Fides tua te ſaluum fecit. Et ɔfe-
ſtim vidit: & ſequebatur eum in via.

¶ Ca.Sũ. ¶ De pullo aſine: õ ficu quã dñs maledixit cum eſuriit: de tẽplo eiicit vendentes & emẽtes. Sacerdotes & ſcribe querebant quõ eũ pderent: ficũ aridam factã radicitus: nõ heſitãdũ in corde: credite q accipietis q petitis: dimittite ſiqd habetis aduerſus aliquẽ in oratione. Interrogat in qua ptãte hoc facis. ¶ XI.

a117 ii A
ET cum appropinquarent
hieroſolyme & bethãie ad
mat.21.a Luce.19.c. mõtẽ oliuarũ mittit duos
ex diſcipul' ſuis: & ait illis.
Ite in caſtellũ qd ɔtra vos
ẽ: & ſtatĩ ĩtroeũtes illuc in-
uenietis pullũ ligatũ ſup quẽ nemo ad-
huc hoium ſedit. Soluite illũ & adduci-
te. Et ſiqs vobis dixerit qd facitis: dicite
q dño neceſſarius ẽ: & ɔtinuo illũ dimit-
b118 ii mat.21.a tet illuc. b Et abeũtes inuenerũt pullũ li-
gatũ an ianuã foris in biuio & ſoluũt eũ.
Et qdã õ illic ſtãtib' dicebãt illis. Quid
facitis ſoluẽtes pullũ. Qui dixerũt eis ſi-
cut pcepat illis ieſus: & dimiſerũt eis. Et
duxerũt pullũ ad ieſũ: & + iponũt illi ve-
al's + iponentes ſtimẽta ſua & ſedit ſup eũ. Multi aũt ve-
mat.21.a. Luce.19.f. ſtimẽta ſua ſtrauerũt in via. Alij aũt frõ-
Joan.12.b des cedebãt de arboribus. & ſternebãt in
c119 B via. c Et q preibant & q ſequebant clama
i bãt dicẽtes. Oſanna: bñdictus q venit in
noie dñi: benedictũ qd venit regnũ pris
nri dauid: oſanna in excelſis. d Et introi-
d120 vit hieroſolymã in tẽplũ: & circũſpectis
vi oibus cũ iã veſpa eſſet hora: exijt i betha-
niã cũ duodeci. Et alia die cũ exirẽt a be-
mat.21.b thania eſuriit. Cũqz vidiſſet a lõge ficum
hñtẽ folia venit ſi qd forte inueniret i ea.
Et cũ veniſſet ad eã: nihil iuẽnit pter fo-
lia. Nõ.n.erat tps ficoꝝ. Et rñdens dixit
ei. Jã nõ amplius in eternũ ex te quiſqꝫ
fructũ mãducet. e Et audiebãt diſcipuli
e121 ei': & veniũt iteꝝ hieroſolymã. Et cũ in-
i mat.21.b. Luce.19.g Joan.2.c. troiſſet in tẽplũ cepit eijcere vẽdentes &
emẽtes in tẽplo. & mẽſas nũmulariorum
cathedras vendẽtiũ colũbas euertit. Et
nõ ſinebat vt qſqꝫ trãſferret vas p tẽplũ:
& docebat dicẽs eis. Nõne ſcriptũ eſt: q C Eſa.56.d Hiere.7.b
domus mea domus oronis vocabit oib' mar.21.b. f122
gentib'? Vos aũt feciſtis eã ſpeluncã la- Luc.19.g. i
tronũ. f Quo audito pncipes ſacerdotũ & Joan.7.b.
ſcribe qrebãt quomõ eũ pderẽt. Time-
bãt.n.eũ: qm vniuerſa turba ãmirabãt
ſup doctria ei'. g Et cũ veſpa fcã eẽt egre- mat.21.b g123
diebat de ciuitate. Et cũ mane trãſirent ix
viderũt ficũ aridã factã a radicib'. Et re
cordatus petr' dixit ei. Rabbi: ecce fic' cui
maledixiſti aruit. h Et rñdens ieſus ait il- h124
lis. Hẽte fidẽ dei. Amẽ dico vobis: q qcũ mat.17.c 21.c vi
qꝫ dixerit huic mõti tollere: & mittere i Luce.17.b
mare. & nõ heſitãuerit i corde ſuo ſed cre
diderit q qdcũqz dixẽit fiat: fiet ei i. Pro i125
pterea dico vobis: oĩa qcũqz orãtes petĩ- mat.21.c Joan.14.b iiii
tis credite q accipietis: & eueniet vobis. mat.6.b. k126
k Et cũ ſtabitis ad orãdũ: dimittite ſi qd vi
hẽtis aduerſus aliquẽ: vt & pr veſter q in
celis ẽ dimittat vobis pctã vra. Q ſi vos
nõ dimiſeritis: nec pr vr q in celis eſt di-
mittet vobis pctã vra. l Et veniũt rurſus mat.21.c l127
hieroſolymã. Et cũ ambularet in tẽplo D ii
accedunt ad eũ ſũmi ſacerdotes & ſcribe
& ſeniores: & dicũt ei. In qua ptãte hoc fa mat.21.c.
cis: & qs dedit tibi hãc ptãtẽ vt iſta facias: Luce.20.a
Jeſus ãt rñdẽs ait illis. Interrogabo vos
& ego vnũ verbũ. & rñdete mihi: & dicã vo
bis in q ptãte hec faciã. Baptiſmũ ioan
nis de celo erat: an ex hoib'? Rñdete mi-
hi. At illi cogitabãt ſecũ dicẽtes. Si dixe
rimus de celo: dicet nobis. Qr ergo non
credidiſtis ei? Si dixerim' ex hoib': + ti- al's + timebant
memus pplm. Oẽs.n. hẽbant ioanẽ q ve al's + ei
re pphta eẽt. Et rñdens dicũt + ieſu. Ne
ſcim'. Et rñdẽs ieſus ait illis. Neqꝫ ego
dico vobis in qua ptãte hec faciam.

¶ Ca.Sũ. ¶ Parabolã de vinea & colonis: de denario ceſaris: de muliere q ſeptẽ fratres habuit: de primo mandato interrogatur: & interrogãte dicit nõ eẽ longe a regno dei dicit. Quõ dicũt ſcribe xpz eẽ filiũ dauid cũ ſit dñs: dicit cauere a ſcribis. & vidua & gaçophilatio. ¶ XII

ET cepit illis ĩ pabolis lo- A
q. Vineã paſtinauit hõ. & mat.20.b Luc.20.b Eſa.5.a a128 ii
circũdedit ſepẽ & fodit la-
cũ: & edificauit turriz & lo
cauit eã agricol: & pegre
pfectus ẽ. Et miſit ad agri
colas in tpe ſuũ: vt ab agricolis acciperet

de fructu vinee. Qui apphẽſuz eũ ceciderunt: ⁊ dimiſerũt vacuũ. Et iterz miſit ad illos aliũ ſeruũ. ⁊ illũ in capite vulnera-uerũt ⁊ ↄtumelijs affecerũt. Et rurſum aliũ miſit ⁊ illũ occiderunt: ⁊ plẽs alios quoſdã cedẽtes alios vo occidẽtes. Ad-buc ergo vnũ hñs filiũ cariſſimũ ⁊ illuz miſit ad eos nouiſſimũ dicẽs: q+ reuerebunt filiũ meũ. Coloni aũt dixerũt ad inuicẽ. Hic ẽ heres. Venite occidamus eũ: ⁊ nr̃a erit hereditas. Et apphẽdẽtes eũ occiderũt ⁊ eiecerũt extra vineã. Quid ergo faciet dñs vinee. Veniet ⁊ pdet colonos ⁊ dabit vineã alijs. Nec ſcripturam

al's + vere buntur. Mat. 21. d. Ps. 117. Mat. 21. d. Luc. 20. c. Act. 4. b.

b129 hãc legiſtis. Lapidẽ quẽ reprobauerunt edificãtes: hic fact⁹ ẽ i caput ãguli. a dño factũ eſt iſtud: ⁊ ẽ mirabile i oculis nr̃is[b]. Et q̃rebãt eũ tenere: ⁊ timuerũt turbã. Cognouerũt. n. qm̃ ad eos pabolã hanc

Luc. 20. g. Joan. 7. d. Mat. 22. b. Luc. 20. d.

c130 dixerit. Et relicto eo abierũt.[c] Et mittũt ad eũ quoſdã ex phariſeis ⁊ herodianis: vt eũ caperẽt i verbo. Qui veniẽtes dicũt ei. Magr̃: ſcim⁹ q: verax es ⁊ non curas quẽq̃. Nec. n. vides in faciẽ hoĩum: ſz i veritate viã dei doces. Licet dari+ tributuz ceſari: an nõ dabimus? Qui ſciẽs verſutiã illoꝝ: ait illis. Quid me tẽtatis? Afferte mihi denariũ vt videã. At illi tulerũt ei. Et ait ill'. Cui⁹ ẽ imago hec ⁊ iſcriptio? Dicũt ei. Ceſaris. Rñdẽs aũt ieſus dixit illis. Reddite igit̃ q̃ ſũt ceſaris ceſari: ⁊ q̃ ſũt dei deo. Et mirabant̃ ſup eo. Et venerũt ad eũ ſaducei q dicũt reſurrectionẽ nõ eẽ: ⁊ interrogabãt eũ dicẽtes. Magr̃: moyſes nobis ſcripſit: vt ſi cui⁹ fr̃ mortuus fuerit ⁊ dimiſerit vxorẽ ⁊ filios nõ reliq̃rit: accipiat fr̃ eius vxorẽ ipſi⁹ ⁊ reſuſcitet ſemẽ fr̃i ſuo. Septẽ ergo fr̃es erant: ⁊ pm̃us accepit vxorẽ: ⁊ mortuus ẽ nõ relicto ſemine. Et ſcd̃s accepit eã ⁊ mortuus ẽ: ⁊ nec iſte reliq̃t ſemẽ. Et terti⁹ ſilr̃. Et acceperunt eã ſilr̃ ſeptẽ: ⁊ nõ reliq̃rũt ſemen. Nouiſſima oium defuncta ẽ ⁊ mlr̃. In reſurrectiõe ergo cũ reſurrexerint: cui⁹ de his erit vxor? Septẽ. n. hũerũt eã+ vxorẽ. Et rñdens ieſus ait illis. Nõne iõ erratis: nõ ſciẽtes ſcripturas neq̃ virtutẽ dei? Cũ. n. a mortuis reſurrexerit neq̃ nubẽt neq̃ nubent̃: ſed erũt ſicut angeli dei i celis. De mortuis ãt q reſurgãt nõ legiſtis i libro moyſi ſup rubuz: quõ dixerit illi

B

al' + ceſſuz. Mat. 22. c. Ro. 13. b. Mat. 22. c. Luc. 20. e. Deu. 25. b. Mat. 22. c. Luc. 20. e. al's nõ hȝ + vxorẽ. C

deus ingẽs. ego ſũ de⁹ abrahã. ⁊ de⁹ yſaac ⁊ de⁹ iacob? Non ẽ de⁹ mortuoꝝ. ſz viuorũ. Vos ergo mltũ erratis.[d] Et acceſſit vn⁹

Exo. 3. b. Mat. 22. c. Mat. 22. d.

d131 deſcribis: q audierat illos cõgrẽtes. Et vidẽs qm̃ bñ illis rñderit: iterrogauit+ eũ: qd̃ eẽt primũ oiuz mãdatũ. Ieſus ãt rñdit ei: q: pm̃ũ oium mãdatuz ẽ. Audi iſrl̃ dñs de⁹ tuus de⁹ vn⁹ ẽ. Et diliges dñm deũ tuum ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aĩa tua: ⁊ ex tota mente tua ⁊ ex tota virtute tua. Hoc ẽ primũ mãdatũ. Scd̃z aũt ſile eſt illi. Diliges ꝓximũ tuũ+ tãq̃ teipſuz. Maius hoꝝ aliud mãdatũ nõ ẽ.[e] Et ait illi ſcriba. Bñ magr̃ in veritate dixiſti: q: vnus eſt de⁹ ⁊ nõ ẽ ali⁹ ꝑter eũ. Et diligat̃ ex toto corde: ⁊ ex toto itellectu. ⁊ ex tota aĩa. ⁊ ex tota fortitudine: ⁊ diligere ꝓximũ tãq̃ ſeipſũ maius ẽ oĩb⁹ holocauſtomãtib⁹. ⁊ ſacrificijs. Ieſus ãt vidẽs q ſapiẽter rñdiſſet: dixit illi. Nõ es lõge a regno dei.[f] Et nemo iã audebat eũ iterrogare.[g] Et rñdẽs ieſus dicebat docẽs in tẽplo. Q̃uo dicũt ſcribe xp̃z filiũ eẽ dauid. Ipſe. n. dd̃ dicit i ſpũ ſcõ. Dixit dñs dño meo ſede a dextris meis donec põnã inimicos tuos ſcabellũ pedũ tuoꝝ. Ipſe ergo dd̃ dicit eũ dñz: ⁊ vñ ẽ fili⁹ ei⁹? Et multa turba eũ libẽt audiebat.[h] Et dicebat eis: i doctrina ſua. Cauete a ſcribis: q volũt i ſtolis ambulare. ⁊ ſalutari i foro: ⁊ i pm̃is cathedris ſedẽr i ſynagogis. ⁊ pm̃os diſcubit⁹ i cenis: q deuorãt dom⁹ viduaruz ſub obtẽtu plixe oõnis. Hi accipiẽt plixius iudiciũ. Et ſedẽs ieſus ↄtra gaçophilatiũ aſpiciebat q̃uo turba iactaret es i gaçophilatiũ: ⁊ multi diuites iactabãt mlta. Cũ veniſſet ãt vna vidua+ paup: miſit duo minuta qd̃ ẽ q̃drãs. Et ↄuocãs diſcipulos ſuos: ait illis. Amẽ dico vobis: qm̃ vidua hec paup plus oĩb⁹ miſit q miſerũt in gaçophilatiũ. Oẽs. n. ex eo q abundabat illis miſerũt: hec vero de penuria ſua oia que habuit miſit totũ victum ſuum.

al' + ieſus. Deut. 6. a. Mat. 22. d. Leui. 19. c. Luce. 10. e. al's + ſicut. Mat. 22. d. Luc. 20. g. D. Ps. 109. Mat. 22. d. Luce. 20. g. Mat. 23. a. Luce. 11. f. ⁊ 20. g. al' + paupcula. Luce. 21. a.

e132 X
f133 II
g134 II
h135 II
i136 VIII

℄ C. S. ℄ De tẽpli ſtructura: de venturis aħ o ẽ iudiciũ: de paſſiõe martyꝝ: de abominatiõe ⁊ fuga ⁊ pgnãtib⁹ de tribulationib⁹: abbreuiatio dieꝝ: de pſeudo xp̃is ⁊ ꝓphetis. ſol obtenebrat̃: ⁊ luna nõ dabit ſplẽdorẽ ſuũ: ſtelle erũt decidẽtes ⁊c. d ad uẽtu xp̃i: parabola ficus. diẽ ⁊ horã nemo ſcit: vigilate ⁊ orate: neſcitis tp̃s. ℄ XIII

[a] 137
II



Et[a] cũ egredere‑tur de tẽplo: ait illi vnus ex diſcipulis ſuis. Magiſter: aſpice quales lápides. & q̃les ſtructúre. Et rñdés ieſus ait il‑
li. Uides
A
Mat.24.a
Luc.19.g
e.21.b.
has oẽs magnas edificationes? Non re‑
linquẽt lapis ſup lápidẽ q nõ deſtruatur.
[b] 138
II
[b]Et cũ ſederet in monte oliuarũ contra
tẽplũ: interrogábãt eũ ſeparátim petrus
iacobus & ioãnes & andreas. Dic nobis
qñ iſta fient: & qd̃ ſignũ erit qñ hec oia in
cípient ꝯſumári. Et rñdés ieſus cepit di‑
cere illis. Uidéte ne qs vos ſedúcat. Mul‑
ti.n.vénient in noie meo dicẽtes: qz ego
Mat.24.a
Luc.21.b
1.Cor.3.b
Eph.5.b
Luc.21.b
ſu3: & multos ſedúcẽt. Cũ audiéritis autẽ
bella. & opiniónes belloꝶ ne timuéritis.
Opórtet.n.hec fieri: ſed nõdũ finis. Exur‑
B
get gens ꝯtra gentẽ & regnũ ſup regnũ: &
[c] 139 Mat.10.a
c.24.b
erũt terremotus p loca & fames. Initiu3
I Luc.21.b
Joã.16.a
2.Cor.11.c
doloꝶ hec[c]. Uidete aũt voſmetipſos. Trá‑
dent.n.vos in cõcilijs. & in ſynagógis va‑
[d] 140 Mat.10.b
pulábitis: & ante preſides & reges ſtabi‑
VI Luc.12.b.
tis pp me in teſtimoniu3 illis.[b] Et in oẽs
[e] 141 g.21.c.
gentes primũ opoꝛtet p̃dicari euãgeliũ.
II
[e] Et cũ duxerint vos tradẽtes: nolite pre‑
cogitáre quid loquámini: ſed qd̃ datum
vobis fuerit in illa hoꝛa id loq̃mini. Non
n.vos eſtis loq̃ntes: ſ3 ſpũs ſcũs. Trádet
aũt frater fratrẽ in moꝛtẽ. & pr̃ filiũ & cõ‑
ſurgent filij in parẽtes: & moꝛte afficient
Mat.10.c
14.b.
eos. Et éritis odio oĩbus pp nomẽ meũ.
142
VI
Qui aũt ſuſtinúerit in finẽ: hic ſaluᵘ erit.
[f] Cũ aũt vidéritis abominationẽ deſola‑
143
II
tionis ſtantẽ vbi nõ dꝫ: q legit intélligat.
[g] Tũc q in iudéa ſunt fugiãt in mõtes: &
q ſup tectũ ne deſcẽndat in domũ: nec in‑
troeat vt tollat qd de domo ſua: & qui in
agro erit nõ reuertat̃ retro tóllere veſti‑

mẽtũ ſuũ.[h] Ue aũt p̃gnántibus & nutri‑ Mat.24.b [h] 144
éntibus in illis diebᵘ[i]. Orare vero vt hyẽ‑ Luc.21.e II
me nõ fiant.[k] Erũt.n.dies illi tribulatio‑ mar.14.b
nis tales quales nõ fuérũt ab inítio crea‑ Mat.24.a [i] 145
ture quã cõdidit deus vſqꝫ nũc: neqꝫ fiẽt. Luc.21.c VI
[l] Et niſi breuiáſſet dñs dies: nõ fuiſſet ſal‑ mat.24.b C [l] 146
ua oĩs caro. Sed pp electos quos elégit mat.14.b II
breuiáuit dies.[m] Et tũc ſiqs vobis dixe‑ Luc.17.e
rit. Ecce hic eſt xp̃s: ecce illic: ne credidẽ‑ mat.14.b. [l] 147
ritis.[n] Exúrgent.n.pſeúdo xp̃i & pſeudo VI
p̃phẽte: & dabunt ſigna & poꝛténta ad ſe‑ [m] 148
ducẽndos ſi fieri põt ẽt electos. Uos er‑ II
go vidéte. Ecce predixi vobis oĩa.[o] Sed [n] 149
in illis diebᵘ poſt tribulationẽ illã ſol cõ‑ VI
tenebrábit̃: & luna nõ dabit ſplẽdóꝛẽ ſuũ. [o] 150
Et ſtelle celi erũt decidẽtes: & virtutes q̃ II
in celis ſũt mouebunt̃.[p] Et tũc vidẽbunt Joel.2.e
filiũ hoĩs venientẽ in nubíbus cũ virtute mat.24.c
multa & gloꝛia. Et tũc mittet angelos ſu‑ [p] 151
os: & ꝯgregábit eléctos ſuos a quatuoꝛ vẽ‑ II
tis a ſũmo terre vſqꝫ ad ſũmũ celi. A fi‑ Luc.21.e
cu aũt diſcite parábolã. Cũ iã ramus eiᵘ
téner fúerit & nata fuerint fólia cognoſci‑ mat.24.c.
tis qꝛ in ꝓximo ſit éſtas. Sic & vos cũ vi‑ Luc.21.e.
déritis hec fieri: ſcitóte qꝫ in ꝓximo ſit i
oſtijs. Amẽ dico vobis qm̃ nõ tráſibit ge‑ D
neratio hec donec oĩa iſta fiant. Celum &
terrã tráſibunt verba aũt mea nõ tranſi‑
bunt.[q] De die aũt illo vel hoꝛa nemo ſcit mat.24.c [q] 152
neqꝫ angeli in celo neqꝫ filius niſi pater. Luc.16.b II
[r] Uidete: vigiláte. & oꝛate. Neſcitis.n.qñ 21.f mar.25.a [r] 153
tp̃s ſit[s]. Sicut hõ q pegre pfectus reliqt Luc.19.b VI
domũ ſuã: & dedit ſeruis ſuis ptãtẽ cuiuſ‑ [s] 154
qꝫ opis & ianitóꝛi p̃cépit vt vigilet.[t] Uigi‑ VI
late ergo. Neſcitis.n.qñ dñs domᵘ vẽni‑ mar.24.b [t] 155
at: ſero: an media nocte: an galli cãtu: an c.25.a II
mane: ne cum vẽnerit repente inuéniat Luc.21.e
vos doꝛmientes. Quod aũt vobis dico oĩ‑
bus dico: vigilate.

C Ca. Xiiij. C De vnguento effuſo ſuper caput ieſu: ꝓditio iude: cũ diſcipulis mã‑ducauit paſca: dicit vnus veſtru3 me tra‑det: de ſacramento coꝛpoꝛis & ſanguis &c. & captio ieſu. C XIIII

Erat[a] aũt paſca & ázima pᵒ bi‑ A
duũ[b]: & q̃rebãt ſũmi ſacer‑ mat.26.a [a] 156
dotes & ſcribe q̃modo eu3 Luc.22.a I
dolo tenerẽt & occiderẽt. Joã.11.i. [b] 157
Dicebãt.n. Nõ i die feſto: mat.26.a VI
ne foꝛte tumultᵘ fieret in pplo.[c] Et cũ eẽt
in bethanie in domo ſymonis leproſi & re‑ cũbuiſſet [c] 158
I

cũbeꝛet: venit mulier hñs alabáſtrum vn
guenti nárdi ſpicáti ꝑcioſi. ⁊ fracto ala-
báſtro effúdit ſr caput eius. Erant autẽ
quidã indigne ferẽtes itra ſemetipſos: ⁊
mat.26.a. dicentes. Ut qđ ꝑditio iſta vnguẽti fcã ẽ.
Poterat.n. vnguẽtũ iſtud venũdari pluſ-
q̃ trecentis denarijs: ⁊ dari pauperibus.
mat.26.a. ioan.12.b. Et fremébãt in eã. Jeſus aũt dixit. Sini
te eã. Quid illi moléſti eſtis? Bonũ opꝰ
opáta eſt in me. Semp.n. páupres hẽtis
vobiſcũ: ⁊ cũ voluéritis poteſtis illis bene
fácere: me aũt nõ ſemp hẽbitis. Qđ ha-
159 alſ + hoc buit + hec fecitꝰ: ꝓuénit úngere corpꝰ me
I mat.26.a. um in ſepulturã. Amẽ dico vobis: vbicũ
q̃ ꝑdicatũ fuerit euãgeliũ iſtud i vniuer
ſo mundo: ⁊ qđ hec fecit narrábit in me
160 mat.26.a moriã eius. [c] Et iúdas ſcariothes vnus de
II Luc.22.a duodecim abijt ad ſũmos ſacerdotes vt
B ꝓderet cũ illis. Qui audiẽtes gauiſi ſũt:
⁊ ꝓmiſérunt ei pecuniã ſe daturos. ⁊ q̃re-
bãt quõ illũ opportúne tráderet. Et p̄mo
die azimoꝝ qñ paſca imolabãt: dicũt ei
diſcipuli. Quo vis eamus ⁊ paremꝰ tibi
mat.26.b Luc.22.a vt mãduces paſca? Et mittit duos ex di-
ſcipulis ſuis: ⁊ dicit eis. Ite in ciuitatẽ ⁊
occúrret vobis hõ lagenã aque baiulãs.
Sequímini eũ: ⁊ quocũq̃ introierit dici
te dño domus q: magiſter dicit. Ubi ẽ re
féctio mea. vbi paſca cũ diſcipulis meis
mãducẽ? Et ipſe vobis demõſtrabit cená
culũ grãde ſtrátũ: ⁊ illic paráte nobis.
mat.26.b Luc.22.c. ioan.13.c. Et abiérũt diſcipuli eius ⁊ venérũt in ci-
uitatẽ: ⁊ inuenérũt ſicut dixerat illis ⁊ pa
161 rauérũt paſca [f]. Veſpere aũt fcõ: vénit cũ
IIII duódecĩ. Et diſcũbentibꝰ eis ⁊ mãducã
tibus ait ieſús. Amẽ dico vobis: q: vnus
ex vobis trádet me q mãducat mecum.
162 [g] At illi cepérunt ↄtriſtári ⁊ dicere ei ſin
I gilati [h] Nũqđ ego? Qui ait illis. Unꝰ ex
163 duodecĩ q intingit mecũ manũ in catí-
II E no. Et filius qdẽ hoīs vadit ſicut ſcriptũ
164 mat.26.b. eſt de eo [i]. Ue aũt hoī illi: ꝑ quẽ filꝰ hoīs
VI Luc.22.c. tradẽt. Bonũ erat ei ſi nõ eẽt natꝰ hõ il-
165 mat.26.c Luc.22.c le. [k] Et mãducãtibꝰ illis accépit ieſús pa
I 1.Cor.11.c. nẽ ⁊ bñdicens fregit ⁊ dedit eis ⁊ ait. Sũ
166 mite: hoc ẽ corpus meũ. [l] Et accepto calí-
II ce: grãs agens dedit eis. Et biberunt ex
illo oẽs. Et ait illis. Hic eſt ſanguis meus
mat.26.c noui teſtamẽti: q pro multis effundétur.
Amẽ dico vobis: q: iã nõ bibã de geními
ne vitis vſq̃ i diẽ illũ cũ illud bibã nouũ

i regno dei. [m] Et hymno dicto exiérũt in
mat.26.c ioan.18.a. montẽ oliuaꝝ. Et ait eis ieſús. [n] Oẽs ſcã- 167
daliçabimini i me i nocte iſta: q: ſcriptũ VI
eſt. [o] Percutiã paſtorẽ ⁊ diſpgent oues. 168
zacha.13.c Sed poſtq̃ reſurrẽxero ꝑcedã vos in ga IIII
liléã. [p] Petrus aũt ait illi. Et ſi oẽs ſcãda 169
mat.26.c ligati fuerint: ſed nõ ego. Et ait illi ieſús. VI
Luc.22.d Amẽ dico tibi: q: tu hodie in nocte hac ꝑ 170
us q̃ gallus vocẽ bis dẽderit ter me es I
negaturus [q]. At ille ámpliꝰ loquebaẗ. Et 171
D ſi oportúerit me ſimul cõmori + tibi: non VI
alſ + tecũ te negabo. Silr aũt ⁊ oẽs dicebãt [r]. Et vé- 172
alſ + geſ ſemani. niũt i ꝑdiũ cui nomẽ + gethſemáni [s]. Et I
mat.26.d ait diſcipulis ſuis. Sedẽte hic donec orẽ. 173
Et aſſumit petrũ ⁊ iacobũ ⁊ ioãnẽ ſecũ: ⁊ VI
mat.26.d cepit pauére ⁊ tedẽr. Et ait illis [t]. Triſtis 174
mat.26.d ioan.12.d eſt aĩa mea vſq̃ ad mortẽ. Suſtinẽte hic IIII
al + mecũ ⁊ vigilãte. + Et cũ pceſſiſſet páululũ: pró 175
mat.26.d. Luc.22.d cidit ſup terraȝ: ⁊ orabat vt ſi fieri poſſet I
ioan.6.e trãſiret ab eo hora. Et dixit. Abbá pater:
mat.26.d Luc.22.e oĩa tibi poſſibilia ſunt: trãſfer cálicẽ hũc 176
ioan.6.e a me [x]. Sed nõ qđ ego volo: ſed qđ tu [y]. Et I
mat.26.d. ioan.6.g. venit ⁊ inuenit eos dormientes. Et ait pe- 177
mat.26.d. tro. Sýmon dórmis? Nõ potuiſti vna ho II
ra vigilare mecũ. Uigilate ⁊ orate: vt nõ 178
intrẽtis in tẽtationẽ [z]. Spũs quidẽ próm- IIII
ptus eſt: caro vero infirma. [&] Et iterũ ábi 179
ens orauit: eũdẽ ſermonẽ dicẽs. Et reuer VI
ſus dénuo: inuénit eos dormiẽtes. Erant E
mat.26.d. eni oculi eoꝝ grauati: ⁊ ignorabant quid
rñdérẽt ei. Et venit tertio: ⁊ ait illis. Dor
mite iã: ⁊ requiéſcite. [?] Súfficit venit ho- 180
ra: ecce filius hoīs tradẽtur in manꝰ pec- IIII
mat.26.e. catoꝝ. Súrgite eamꝰ. Ecce q me trádet 181
Luc.22.e. ioan.18.a. ꝓpe eſt. [?] Et adhuc eo loquente: venit iú- I
mat.26.e das ſchárioth vnus de duodecim: ⁊ cum
eo turba multa: cũ gladijs ⁊ lignis a ſũ-
mis ſacerdotibus ⁊ ſcribis ⁊ ſeniorıbus.
Dẽderat aũt tráditor eis ſignũ dicens. 182
Quẽcũq̃ oſculatus fuero ipſe eſt tenẽte II
eũ: ⁊ dúcite caute. Et cũ veniſſet: ſtatĩ ac
cedens ad eũ ait. Rabbi. Et oſculátus eſt
eum. At illi manus iniecérunt in ieſúm
mat.26.e. Luc.22.e. ⁊ tenuérũt eũ. [b] Unus aũt qdã de circũ- 183
ioan.18.b ſtantibus edúcẽs gládiũ percúſſit ſeruũ I
mat.26.e ſũmi ſacerdotis. ⁊ amputauit illi auricu
Luc.22.f. ioan.18.d lam. [c] Et rñdens ieſús ait illis. Tãq̃ ad 184
latrónẽ exiſtis cũ gládijs ⁊ lignis cõpre- I
hẽndere me. Quotidie eram apud vos
mat.26.f in tẽplo docens: ⁊ nõ me tenuíſtis. [d] Sed 185
vt ipleant ſcripture. Tunc diſcipuli eius V

186 relinquentes eum oēs fugerunt.ᶜ Adolé
x ſcens autē quid ſequebatur eū amictus
al's + reli. ſyndone ſuper nudo: ⁊ tenuērunt eū. At
cta ille + reiécta ſyndōe nudus prófugit ab
f 187 F eis.ᶠ Et adduxerūt ieſúm ad ſummū ſa
I mat. 26.f. cerdotē. Et cōuenērūt oēs ſacerdotes ⁊
g 188 Luce. 22.f mar. 6.f. ſcribe ⁊ ſeniōres.ᵍ Petrus autē a longe
I Luce. 12.f ſecutus eſt eū vſqꝫ intro in átriū ſummi
Joan. 18.c ſacerdotis: ⁊ ſedébat cum miniſtris ad
h 189 mat. 26 f. Luce. 22.g. ignē ⁊ calefaciébat ſe.ʰ Summi vero ſa
II cerdotes ⁊ omne concíliū querebāt ad
uerſus ieſuz teſtimoniū: vt eū morti trá
derent: nec inueniebāt. Multi aūt teſti
moniū falſum dicebāt aduerſus eū: ⁊ cō
i 190 Mat. 26.f uenientia teſtimonia nō erāt.ⁱ Et quidaz
VI ſurgentes falſuz teſtimoniū ferebāt ad
uerſus eum dicētes. Quoniā nos audiui
mus euz dicentē. Ego diſſoluā téplū hoc
manufactū: ⁊ poſt triduū aliud nō manu
factū edificabo. Et nō erat cōueniens te
ſtimoniū illoꝝ. Exurgēs autē ſummus ſa
cerdos in mediū interrógauit ieſúm di
cens. Non rñdens qcq̄ȝ ad ea q̄ tibi obij
Mat. 26.f ciúntur ab his? Ille autez tacébat: ⁊ nil
Luce. 22.g rñdit. Rurſuz ſummus ſacerdos interro
mat. 26.f. gabat eū. ⁊ dixit ei. Tu es chriſtus filius
L. 22.g. Jo. 6.g dei benedicti. Jeſús aūt dixit illi. Ego ſuz
k 191 G ᵏEt vidébitis filiuz hoīs ſedentē a dextris
I virtutis dei: ⁊ venientē cū nubibus celi.ˡ
l 192 Mat. 26.g Summus aūt ſacerdos ſcíndens veſtimē
VI Luce. 22.g ta ſua ait.ᵐ Quid adhuc deſiderám⁹ te
m 193 Mat. 26.g Luce. 22.g. ſtes. Audiſtis blaſphémiaz. Quid vobis
II Joan. 18.d videtur? Qui oēs cōdēnauérūt eum eſſe
n 194 reum mortis.ⁿ Et cepérūt quidā cōſpúe
I re eum ⁊ veláre faciē ei⁹: ⁊ cólaphis euz
o 195 cédere ⁊ dicere ei. Prophetiça. Et mini
I ſtri álapis eum cedébāt.ᵒ Et cū eſſet pe
trus i atrio deorſum: venit vna ex ancillis
ſummi ſacerdotis: ⁊ cuz vidiſſet petrū ca
lefacientē ſe: aſpiciēs illuz ait. Et tu cum
ieſu naçaréno eras. At ille negáuit dicēs.
p 196 Mat. 26.g Neqꝫ ſcio neqꝫ noui qd dicas.ᵖ Et exijt
I Luce. 22.f. Joan. 18.c foras ante átriū ⁊ gallus cantáuit. Rur
ſus autē cū vidiſſet illuz ancilla cepit di
cere circunſtántib⁹: q2 hic ex illis eſt. At
ille iterū negauit. Et poſt puſilluz rurſus
qui aſſtábant dicebāt petro. Uere ex illis
es: naz ⁊ galiléus es. Ille autē cepit ana
thematiçáre ⁊ iuráre: q2 neſcio hominez
q 197 Mat. 26.g iſtuz quē dicitis. Et ſtatiz gallus iterū cā
II Luce. 22.g. tauit.ᵠ Et recordatus eſt petrus verbi qd

dixerat ei ieſús: priuſq̄ȝ gallus cántet bis:
ter me negabis. Et cepit flere.


¶ Ca. Sū. ¶ Uinctū ieſuz duxerunt ad
pilatuz: ⁊ illuſio ⁊ crucifixio ⁊ mors ⁊ ſe
pultura ieſu chriſti. ¶ XV

ᵃET cōféſtiz máne cōſiliuz A mat. 27.a. ᵃ198
facientes ſummi ſacerdo Luce. 23.a. II
tes cuz ſeniorib⁹ ⁊ ſcribis Joan. 18.e
⁊ vniuerſo concilio: ᵇvin mat. 27.b. ᵇ199
ciéntes ieſum duxérunt ⁊ Luce. 23.a. I
tradidérūt piláto.ᶜ Et iter Joan. 18.f ᶜ200
rogáuit euz pilatus. Tu es rex iudeórūz? I
At ille rñdēs ait illi. Tu dicis.ᵈ Et accu ᵈ201
ſabant eum ſummi ſacerdotes i multis. IIII
Pilatus autē rurſuz iterrogáuit euz di mat. 27.b.
cens. Non rñdens qcq̄ȝ? Uide in quātis Joan. 19.b
te accuſant. Jeſus autē ámplius nihil rñ
dit: ita vt miraref pilátus.ᵉ Per diē autē Mat. 27.b ᵉ202
feſtum ſolebat dimittere illis vnū ex vín Luce. 23.c.
ctis: quēcūqꝫ petiſſent.ᶠ Erat autē q dice Joan. 18.g mat. 27.b. II ᶠ203
batur bárrabas: qui cū ſeditioſis erat vi Joan. 18.g IIII
ctus q in ſeditiōe fecerat homicidiuz. Et
cum aſcendiſſet turba: cepit rogare ſicut
ſemꝑ faciebat + illis. Pilátus aūt rñdit al's + illuz
eis: ⁊ dixit. Uultis dimittā vobis regem
iudeorū? Sciebat eni qꝫ ꝑ inuidiā tradi
diſſent eum ſummi ſacerdotes.ᵍ Pōtifi mat. 27.b. ᵍ204
ces aūt cōcitauérūt turbā: vt magis bár Luce. 23.c. I
rabam dimitteret eis.ʰ Pilatus aūt ite Joan. 18.g
rum rñdens: ait illis. Quid ergo vultis B ʰ205
faciā regi iudeoꝝ? At illi iteꝝ clamaue I
rūt. Crucifige eū.ⁱ Pilat⁹ vō dicebat illis.
Quid enim mali fecit. At illi magis cla ⁱ206
mabant. Crucifige euz. Pilat⁹ aūt volēs I
ꝑplō ſatiſfácere dimiſit illis bárrabaz: ⁊ Mat. 27.c
trádidit ieſuz flagéllis ceſuz vt crucifige Luce. 23.d Joan. 19
rétur.ᵏ Milites aūt duxerūt eū in átriuz Mat. 27.c Joan. 19.a ᵏ207
pretórij ⁊ cōuocāt totā cohórtē: ⁊ indu Mat. 27.d Joan. 19.a III
unt eū púrpura: ⁊ ipónunt ei plecténtes
ſpineā coronā. Et cepérūt ſalutare eum.
Aue rex iudeoꝝ.ˡ Et ꝑcutiebāt caput ei⁹ ˡ208
arúndine: ⁊ cōſpuébāt eū: ⁊ ponētes gē VI
nua adorabāt eū. Et poſtq̄ȝ illuſérūt ei ex
uérunt illū purpura: ⁊ induérūt eū veſti
mentis ſuis ⁊ educūt illum vt crucifige ᵐ209
rēt eū.ᵐ Et angariauérūt ꝑtereúntē quē I
piam ſýmonē cyrenéuz venientē de villa Mat. 27.d ⁿ210
patrē alexandri ⁊ rúfi: vt tólleret crucez Luce. 23.d I
ei⁹.ⁿ Et ꝑducūt illū in golgothá locū qd Mat. 27.d Luce. 23. ᵒ211
eſt interpretatū caluárie loc⁹.ᵒ Et dabāt Joan. 19.e IIII
ei bibere myrrátū vinū: ⁊ nō accepit.ᵖ Et Mat. 27.d Joan. 19.e ᵖ212
Mat. 27.d I

Luce.23.e crucifigentes eũ diuiſerũt veſtiméta ei⁹:
[g] 213 Joan.19.d mittétes ſortez ſup eis quis qd tolleret.[g]
X Erat auté hora tertia: et crucifixérũt euz.
[r] 214 [r]Et erat titulus cauſe ei⁹ inſcript⁹: rex iu
I deorũ.[s] Et cũ eo crucifigunt duos latro-
[s] 215 nes vnũ a dextris ⁊ aliũ a ſiniſtris ei⁹.[t]Et
I Mat.27.e. ĩpleta eſt ſcriptura q̃ dicit. Et cũ iniqs re
[t] 216 Luce.22.e. putát⁹ eſt.[u] Et ptereũtes blaſphemábát
VIII Luce.19.d Eſa.53.d eum mouétes capita ſua ⁊ dicétes. Uah
[u] 217 Luce.22.d qui déſtruis téplũ dei: ⁊ ĩ trib⁹ dieb⁹ re-
VI Mat.27.e. Mat.27.e edificas. Saluũ fac temetipſuz deſcendés
[x] 218 Luce.23.e. de cruce.[x] Silr ⁊ ſũmi ſacerdotes illudé-
II Mat.27.f. Mat.27.f tes ad alterũ cũ ſcribis dicebát. Alios ſal
[y] 219 Luce.23.e. uos fecit ſeipſuz ñ põt ſaluuz facere. Xp̃s
II Joan.19.e rex iſrael: deſcédat núc de cruce: vt videa
[z] 220 Mat.27.e. mus ⁊ credamus.[y] Et qui cũ eo crucifixi
II erát cõuitiabánt ei.[z] Et fcã hora ſexta: té
nebre facte ſunt per totã terrã vſq ĩ horã
[a] 221 nonã.[a] Et hora nona exclamauit ieſús vo
VI ce magna dicétes. Heloy. Heloy: lama-
ʒabbattani? Quod eſt interpretatũ. De⁹
meus: deus meus: vt qd dereliqſti me? Et
[b] 222 quidaz de circũſtãtib⁹ audiétes dicebát.
II Mat.27.f Luc.23.e Ecce heliaz vocat.[b] Currens auté vnus ⁊
Joan.19.f ĩplens ſpõngiã acéto: circũponénſq
[c] 223 D cálamo: potũ dabat ei dicés.[c] Sinite: vi-
I Mat.27.f deam⁹ ſi veniat helýas ad deponéduz eũ.
[d] 224 Luc.23.f Mat.27.f Jeſús autez emiſſa voce magna: expirá-
II et ſummũ uit.[d] Et velum tépli ſciſſuz eſt in duo: a ✝
[e] 225 ſummo vſq deorſuz.[e] Uidés aũt cẽturio
II qui ex aduerſo ſtabat: q: ſic clamãs expi-
[f] 226 ráſſet: ait. Uere hic homo fili⁹ dei erat.[f]
VI Mat.27.f Erant auté ⁊ mulieres de lõge aſpiciẽtes:
inter quas erat maria magdalené: ⁊ ma
ria iacobi minoris: ⁊ ioſéph mater ⁊ ſalo
mé: ⁊ cuz eſſet in galilea ſequebátur euz
⁊ miniſtrabát ei: et alie multe que ſimul
[g] 227 Mat.27.g cum eo aſcénderát hieroſólymã.[g] Et cũ
I Luc.23.g Joã.19.g iam ſero eſſet fcm̃: q: erat paráſceue qđ
ẽ ãn ſábbatũ: venit ioſéph ab arimathia
nobilis decúrio: q: ⁊ ipſe erat expéctans
regnũ dei. Et audácter itroíuit ad pilatũ
⁊ petijt corp⁹ ieſú. Pilat⁹ auté mirabat:
ſi iaz obiſſet. Et accerſito cẽturióne: iter-
rogauit eũ ſi iã mortu⁹ eſſet. Et cũ cogno
[h] 228 Mat.27.g uiſſet a cẽturióne donauit corp⁹ ioſéph.[h]
I Luc.23.g Joſéph auté mercátus ſýndoné ⁊ depó-
Joan.19.g Mat.27.g nens eum inuóluit ſýndone: ⁊ póſuit eũ
in monumento quod erat exciſuz de pe-
[i] 229 tra ⁊ aduóluit lápidem ad hóſtiuz mo-
VI numéti.[i] Maria auté magdalené ⁊ ma-

ria ioſéph aſpiciébant vbi poneretur.

¶ Ca. Sũ. ¶ Reſurrectio ⁊ oſtẽſio ei⁹: ⁊ q; predicare iubet euangeliũ. ¶ XVI



[a] Et cum tranſiſſet ſábbatũ: maria magda-lené ⁊ maria ia cobi ⁊ ſa lomé e-merũt a-rómata: vt venié-tes vnge rét ieſuz. A [a] 230 VIII
[b] Et val-de mane vna ſab-batórum [b] 231 I
vénũt ad mõumétũ: orto iã ſole. Et dice Mat.28.a Luc.24.a
bát adínuicé. Quis reuóluet nobis lapi Joan.20.a
dé ab óſtio mõuméti? Et reſpiciétes vidé
rũt reuolutũ lapidez. Erat qpp̃ magnus B
valde. Et itroeũtes ĩ mõumétũ viderũt
iúuené ſedenté in dextris cooptũ ſtola cã
dida ⁊ obſtupuérũt.[c] Qui dicit illis. No Mat.28.a [c] 232
lite expauéſcere. Jeſũz querítis naçaré- Luc.24.a II
nuz crucifixũ: ſurrexit nõ eſt hic. Ecce lo-
cus: vbi poſuérũt eũ. Sed ite dicite diſci
pulis ei⁹ ⁊ petro: q: pcédet vos ĩ galileã.
Jbi eũ vidébitis: ſic dixit vobis.[d] At ille Mat.28.b [d] 233 II
exeũtes fugérũt de mõuméto. Jnuáſerat
enĩz eas trémor ⁊ pauor: ⁊ némini qcq̃
dixérũt. Tímebát eni. Surgés aũt ieſús
mane prima ſábbati appuit pmo marie
magdalené de qua eiécerat ſepté demó-
nia. Jlla vadés nũciauit his q cuz eo fue
rát lugéntib⁹ ⁊ fléntib⁹: Et illi audiétes
q: viueret ⁊ viſus eẽt ab ea: nõ credidé-
runt. Poſt hec auté duób⁹ ex his ambulãt [e] 234
tibus oſtéſus eſt in alia effigie eũtibus Luc.24.b VIII
in villam: ⁊ illi euntes nunciauerunt cé-
teris: nec illis credidérunt.[f] Nouiſſime [f] 235
autem recumbéntibus illis vndecim ap X
páruit: ⁊ exprobráuit incredulitatez eo-
rũ ⁊ durítiã cordis: q: his q viderant euz
reſurrexiſſe nõ credidérunt. Et dixit eis. D
Eũtes ĩ mũdũ vniuerſũ pdicáte euágeli
uz oĩ creaturẽ. Qui crediderit ⁊ baptiçát⁹

I a



Ait
in diebus
heródis
regis iu-
deé: ſacer
dos qui-
dam no-
mine ça-
charias d
vice abia
⁊ vxoꝛ il-
lius de fi-
liabus a-
arón: ⁊
nomé e-
ius helíſa
béth. E-
rant aũt iuſti ambo ante deũ: incedéntes
in omnibꝰ mãdatis ⁊ iuſtificatiõibꝰ dñi
ſine queréla. Et nõ erat illis filius: eo q̄
eſſet helíſabeth ſtérilis: ⁊ ambo proceſſiſ-
ſent in diebꝰ ſuis. Factũ eſt aũt cũ ſacer-
alias nõ hz dotio fungerétur + çacharias in oꝛdine
çacharias vícis ſue ante deum: ſm̃ conſuetudinem
ſacerdotij ſoꝛte éxijt vt incenſuz póneret
ingreſſus in tẽplũ dñi. Et omnis multitu
do populi erat oꝛans foꝛis hoꝛa incẽſi. Ap
páruit aũt angelus dñi ſtans a dextris al-
taris incẽſi. Et çacharías turbatus eſt vi-
dens: ⁊ timoꝛ irruit ſup eũ. Ait aũt ad il-
lum angelus. Ne timeas çacharía: quo-
alias + oĩo niaz exaudita eſt + depꝛecatio tua. Et vxoꝛ
tua helíſabeth pariet tibi filiũ: ⁊ vocabis
nomẽ eius ioannẽ. Et erit gaudiũ tibi ⁊
exultatio: ⁊ multi in natiuitate eius gau-
B debunt. Erit enim magnꝰ coꝛã dño: ⁊ vi
num ⁊ ſicerã nõ bibet. Et ſpiritu ſancto
replébitur adhuc ex vtero matris ſue: ⁊
multos filioꝝ cõuértet ad dñm deũ ipſo
rum. Et ipſe pꝛecẽdet ante illuz in ſpũ ⁊
virtute helíe: vt cõuértat coꝛda patruz in
alias + incre- filios ⁊ + incrédulos ad pꝛudentiã iuſto
dibiles ruz. Paráte dño plebẽ perfectã. Et dixit
çacharias ad angeluz. Unde hoc ſciam?
Gen. 8. b Ego eni ſuz ſenex: ⁊ vxoꝛ mea procéſſit i
Judi. 13. b diebꝰ ſuis. Et reſpõdẽs angelus dixit ei.
Ego ſum gábꝛiel qui aſto ante deũ: ⁊ miſ
ſus ſum loqui ad te ⁊ hec tibi euãgeliça-
re: Et ecce eris tacẽs ⁊ nõ póteris lóqui
vſq̄z i diẽ quo hec fiant: pꝛo eo q̄ nõ cre-
didiſti verbis meis q̄ implebũtur in tpe
ſuo. Et erat plebs expectans çachariaz: ⁊
mirabãtur q̄ tardáret ipſe i tẽplo. Egreſ-
ſus aũt nõ póterat loq ad illos. Et cogno
uérunt q̄ viſionẽ vidiſſet in tẽplo. Et ipſe
erat innuens illis: ⁊ permánſit mutꝰ. Et C
factuz eſt vt impleti ſunt dies officij eius
ábijt in domũ ſuã. Poſt hos aũt dies cõ-
cépit helíſabéth vxoꝛ eiꝰ: ⁊ occultabat ſe
mẽſibꝰ q̄nq̄z dicẽs. Q2 ſic fecit mihi dñs
i diebꝰ quibꝰ reſpẽrit auférre oppꝛóbꝛiũ
meũ inter hoies. In mẽſe aũt ſexto miſ-
ſus eſt ángelus gabꝛiél a deo in ciuitatez
galilee cui nomẽ naçaréth ad virginẽ deſ
ponſátã viro cui nomẽ erat ioſéph de do Mat. 1. c
mo dauid: ⁊ nomẽ virgis maria. Et igreſ
ſus angelus ad eaz: dixit. Aue gratia ple- Judit. 13. c
na: dñs tecũ benedícta tu in mulieribꝰ.
Que cũ audiſſet turbata ẽ i ſermõe eiꝰ:
⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et
ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenĩ Eſa. 7. c
ſti eni gratiã apud deũ. Ecce cõcipies in Mat. 1. d
útero ⁊ páries filiũ ⁊ vocabis nomẽ eius
ieſũz. Hic erit magnꝰ: ⁊ filiꝰ altiſſimi vo- mich. 4. c
cabitur. Et dabit illi dñs deus ſedẽ dauid
patris eius: ⁊ regnábit in domo iacób in
eternũ: ⁊ regni eiꝰ nõ erit finis. Dixit aũt
maria ad angelũ. Quo modo fiet iſtud? D
Qm̃ virũ nõ cognoſco. Et reſpõdẽs ange
lus dixit ei. Spũſſcũs ſuperueniet in te: ⁊
virtus altiſſimi obũbꝛábit tibi. Ideóq̄z ⁊ Eſa. 6. b
qd naſcẽtur ex te ſanctũ vocabit̃ filiꝰ dei.
Et ecce helíſabéth cognata tua ⁊ ipſa cõ-
cépit filiuz in ſenectute ſua. Et hic mẽſis
eſt ſextus illi que vocat̃ ſtérilis: q2 nõ erit
impoſſibile apud deũ omne verbuz. Dixit
autem maria. Ecce ancilla dñi: fiat mihi
ſm̃ verbũ tuũ. Et diſcéſſit ab illa ãgelus.
Exúrgens aũt maria in diebꝰ illis ábijt
in montána cũ feſtinatione i ciuitatẽ iu-
dá: ⁊ intrauit in domũ çacharie ⁊ ſalutã
uit helíſabéth. Et fcm̃ eſt vt audiuit ſalu-
tatiónẽ marie helíſabéth: exultauit i fans
in vtero eiꝰ. Et repleta eſt ſpũ ſctõ helíſa-
béth: ⁊ exclamauit voce magna ⁊ dixit.
Bñdicta tu inter + mulieres: ⁊ bñdictꝰ alias + in
fructꝰ vẽtris tui. Et vñ hoc mihi: vt vẽni- mulieri-
bus
at mater dñi mei ad me? Ecce eni vt fa- Judi. 5. d
cta eſt vox ſalutationis tue i áuribꝰ meis: E
exultáuit i gaudio i fans i vtero meo. Et
beata q̄ credidiſti: q̄m̄ pficientur ea q̄ di-

cta ſunt tibi a dño. Et ait maria. Magni
ficat aïa mea dñm. Et exultauit ſpūs me
us in deo ſalutari meo. Quia reſpexit hu
militatē ancille ſue: ecce enim ex hoc bea
tā me dicēt oēs gñatiōes. Quia fecit mi-
hi magna q potēs eſt: z ſcm̄ nomē ei⁹. Et
al's + pge nies mīſicordia ei⁹ a pgenie z + pgenies: timē
tibus eū. Fecit potentiā in brachio ſuo:
diſpſit ſupbos mēte cordis ſui. Depoſuit
potētes de ſede: z exaltauit humiles. Eſu
riētes ipleuit bonis: z diuites dimiſit in-
al' + recor datus anes. Suſcepit iſrl' puerū ſuū + memo-
rari miſericordie ſue: Sicut locut⁹ eſt ad
al's + vſq₃ in ſeculū pſes nr̄os abraā z ſemini ei⁹ + i ſcl'a. Manſ
ſit aūt maria cū illa q̄ſi mēſib⁹ trib⁹: z re
uerſa ē i domū ſuā Heliſabeth aūt ipletū
F ē tps pariēdi: z pēpit filiū. Et audierunt
vicini z cognati ei⁹: qz magnificauit dñs
miam ſuā cū illa: z ꝯgratulabant̄ ei. Et
factū ē in die octauo venērūt circūcide-
re puerū: z vocabant eū nomine pr̄is ſui
zachariā. Et rn̄dens mr̄ ei⁹ dixit. Neq̄-
q̄z ſed vocabit̄ iohānes. Et dixerūt ad il-
lā. Quia nemo ē in cognatiōe tua: q̄ vo-
cet̄ hoc noīe. Innuebāt aūt pr̄i eius: quē
vellet vocari eū. Et poſtulās pugillārem
ſcripſit dicēs. Johānes ē nomen eius. Et
mirati ſūt vniuerſi. Apertū ē aūt ilico os
ei⁹ z lingua ei⁹: z loq̄bat̄ bn̄dicēs deum.
Et fact⁹ ē timor ſup oēs vicinos eoꝝ: z ſu
p oīa mōtana iudeē: z diuulgabant̄ oīa
verba hec. Et poſuerūt oēs q audierant in
corde ſuo dicētes. Quis putas puer iſte
erit? Et eni man⁹ dñi erat cū illo. Et za-
charias pr̄ eius repletus eſt ſpū ſcō: z p-
phetauit dicēs. Bn̄dictus dñs deus iſrl':
qz viſitauit z fecit redēptionē plebis ſue.
G Et erexit cornu ſalutis nobis i domo da
uid pueri ſui. Sicut locutus eſt p os ſcōꝝ
qui a ſeculo ſunt pphetarū eius. Salutē
ex inimicis nr̄is: z de manu oīum q ode
rūt nos. Ad faciēdā miſericordiā cū pa
tribus nr̄is z memorari teſtamēti ſui ſci.
Iuſiurādū qd̄ iurauit ad abraā patrē no
ſtrū daturum ſe nobis. Ut ſine timore de
manu inimicoꝝ noſtroꝝ liberati ſeruia-
mus illi in ſanctitate z iuſtitia corā ipſo
oībus diebus nr̄is. Et tu puer, ppheta al-
tiſſimi vocaberis: preibis eni ante faciem
dñi parare vias eius. Ad dandā ſcientiā
ſalutis plebi eius in remiſſionē peccatoꝝ
eoꝝ. Per viſcera miſericordie dei noſtri i de pe. diſ. 3. c. adhuc
quibus viſitauit nos oriens ex alto. Illu-
minare his qui in tenebris z vmbra mor
tis ſedent: ad dirigēdos pedes noſtros 1. Re. 2. a
in viā pacis. Puer autem creſcebat z cō
fortabatur ſpiritu: z erat i deſertis vſq₃ in
diem oſtenſionis ſue ad iſraël.
C Ca. II. C Edictū auguſti vt deſcribe-
retur orbis: maria peperit filiū ſuū primo
genitū Angelus natiuitatē xp̄i paſtorib⁹
nūciauit z paſtores dicebāt ad inuicem.
Tranſeamus vſq₃ ad bethleem: ieſus cir-
cuncidītur. Simeon accepit ieſum in vl-
nas ſuas: dicens. Nunc dimittis zc̄. Et ſy
meon dixit marie. Ecce poſitus eſt h i ruī
nam zc̄. Et anna propheteſſa ſuperueniens
confitebat̄ domino: z loquebatur de illo
oībus qui expectabant redēptionē iſrael.
Jeſus inuētus in medio doctoꝝ: z q ſub-
ditus erat marie z ioſeph. C II
Actū eſt aūt in diebus il- A
lis exijt edictū a ceſare au
guſto: vt deſcriberet̄ vni-
uerſus orbis. Hec deſcri-
ptio prima facta eſt a preſi
de ſyrie cyrino. Et ibant
oēs vt pfiterentur ſinguli in ſuā ciuitatē.
Aſcēdit aūt z ioſeph a galilea de ciuitate
nazareth in iudeā ciuitatē dauid q̄ vocat̄
bethleem: eo q ēēt de domo z familia da
uid: vt pfiteret̄ cū maria deſponſata ſibi
vxore pgnāte.[a] Factū ē aūt cū eēnt ibi: a 2
ipleti ſunt dies + vt peret. Et peperit filiū al' + marie mat. i. c. d v
ſuū primogenitū: z pānis eū inuoluit[b] z re b 3
clinauit eū in + pſepio: qz nō erat ei loc⁹ z. 2. a al' + pſepe x
in diuerſorio. Et paſtores erāt in regione B
eādē vigilātes: z cuſtodiētes vigilias no
ctis ſup gregē ſuū. Et ecce angel⁹ domini
ſtetit iuxta illos. z claritas dei circūfulſit
illos. Et timuerūt timore magno. Et di-
xit illis angelus. Nolite timere. Ecce. n.
euāgelizo + vobis gaudiū magnū qd̄ erit al' + annūtio
oī pplo: qz natus eſt vobis hodie ſaluator: al' + nobiſ
qui eſt xp̄s dñs. in ciuitate dauid. Et hoc
vobis ſignū. Inueniētis infantē pānis in
uolutū: z poſitū in + preſepio. Et ſubito al' + pſepe
ſcā eſt cū angelo multitudo militie cele-
ſtis: laudantiū deū z dicentiū. Gloria i al de cſe di. i. c. nocte. z. c. ō hym nis. z. c. pe nus.
tiſſimis deo: z in terra pax hoib⁹ bone vo-
lūtatis. Et fcm̄ eſt vt diſceſſerūt ab eis an
geli in celū: paſtores loq̄bant̄ ad inuicē.

C Tranſeámus vſq; bethleē: & videám⁹ hoc
verbū qd̓ factū eſt: qd̓ fecit dñs & oſtēdit no
bis. Et venerūt feſtinántes: & inuenérūt
mariam & ioſéph & infantem póſitū in
al. + hiſcpe + preſépio. Videntes aūt cognouerūt de
verbo: qd̓ dictum erat illis de púero hoc.
Et oēs qui audiérunt mirati ſunt & d̓ his
infra eo. q̄ dicta erant a paſtoribus ad ipſos. Ma-
ria aūt conſeruabat oīa verba hec: cónfe
rens in corde ſuo. Et reuerſi ſūt paſtores
glorificantes & laudantes deum in oībus
que audierant & viderant: ſicut dictū eſt
ad illos. Et poſtq̄ cōſumati ſunt dies octo:
al. nō hꝫ + puer vt circūcideretur + puer: vocatum eſt no
men eius ieſus. Qd̓ vocatum eſt ab ange
lo priuſq̄ in útero conciperēt. Et poſtq̄ i
pleti ſunt dies purgationis eius ſm legē
D móyſi tulérunt illū in hieruſalém vt ſi-
Exo. 34. c. ſterent eum dño: ſicut ſcriptū eſt in lege
dñi: q: oē maſculinū adapériens vúluā
ſctm̄ dño vocábitur. Et vt darent hóſtiā
ſm q̄ dictū eſt in lege dñi: par túrturum
aut duos púllos columbárū. Et ecce hō
erat in hierl̄m cui nomē ſýmeō. Et hō iſte
iuſtus & timorat⁹ expectans cōſolationem
iſraél: & ſpūs ſcūs erat in eo. Et rñſū ac-
céperat a ſpū ſcō. nō viſūꝝ ſe mortē: niſi
prius vidéret xp̄m dñi. Et vénit in ſpū in
téplū. Et cū indúcerent púeꝝ ieſū parē-
tes eius vt fácerent ſm cōſuetudinē legis
p eo: & ipſe accépit eū in úlnas ſuas & be
E nedixit deū & dixit. Nunc dimittis ſeruū
tuū dñe ſm verbū tuū i pace: q: viderūt
oculi mei ſalutare tuū. Qd̓ paraſti añ fa-
ciē oīum pplōꝝ. Lumen ad reuelationē
gentiū: & gl̄iam plebis tue iſraél. Et erāt
pr̄ eius & mr̄ eius mirātes ſup his q̄ dice
bant de illo. Et bñdixit illis ſýmeon: & di
Ie. 14. b xit ad mariā mr̄em eius. Ecce poſitus eſt
hic in ruinā: & i reſurrectionē multoꝝ in
iſraél: & in ſignū cui cōtradicétur. Et tuā
ipſius aīam ptrāſibit gladius: vt reuelēt
ex multis cordibus cogitationes. Et erat
anna pphetiſſa filia phanuél de tribu aſ-
ſér: Hec pceſſerat in diebus multis: & ví-
xerat cū viro ſuo annis ſeptē a virginita-
te ſua. Et hec vidua vſq; ad annos octo-
gintaquatuor: que nō diſcedébat de tem-
F plo ieiunijs & + obſecrationibus ſeruiēs
al. + oro nibus nocte ac die. Et hec ipſa hora ſuperuéniēs
cōfitebat dño: & loquebat de illo oībus q

expectabant redēptionem + iſraél. Et vt p al. + hieruſalem
fecérunt oīa ſm legem dñi: reuerſi ſunt
in galiléā in ciuitatē ſuā naçaréth. Pu-
er āt creſcébat & cōfortabat plenus ſapiā:
& grā dei erat in illo. Et ibant parētes ei⁹
per oēs annos in hierl̄m in die ſolēni pa-
ſce. Et cū factus eſſet annorū duódecim:
aſcendētibus illis in hieroſólymā ſꝫ cō-
ſuetudinē diei feſti cōſumatiſq; diebus cū
redírent: & remāſit puer ieſús in hierl̄m:
& non cognouerunt parentes eius. Exiſti
mātes aūt illum eſſe in comitátu vené-
runt iter diei: & requirébant eū inter co
gnatos & notos. Et non inuenientes re-
greſſi ſunt in hierl̄m: requirētes eum. Et
factū eſt poſt tríduum: inuenérunt illum
in templo ſedentē in medio doctoꝝ: audi
entem illos & interrogantem eos. Stu- G *4
mat. 7. b mar. 6. c pébant autem oēs qui eum audiébant: ii
ſuper prudentia & rñſis eius. Et videntes
ammiráti ſūt. Et dixit mr̄ eius ad illū.
Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce pr̄ tuus & *5
ego dolentes q̄rebam⁹ te. Et ait ad illos. x
Quid ē q̄ me q̄rebatis? Neſciebatis: q:
in his que patris mei ſunt oportet me eē.
Et ipſi nō itellexérūt v̄bū qd̓ locut⁹ ē ad infra. 18. f
eos. Et deſcēdit cū eis & venit naçaréth: &
erat ſúbdit⁹ illis. Et mr̄ ei⁹ cōſeruábat oīa
verba hec in corde ſuo. Et ieſus pficiebat ſ. eo. 1. Re. 2. e
ſapiā & etate & gratia: apud deū & hoīes.
C Ca. III. C Joannes predicat baptiſ-
mum penitentie: dicit turbis. Genimina
viperarū &c. facite fructus dignos penitē-
tie &c. pōt deus de lapidibus iſtis ſuſcita-
re &c. Joannes turbis dicit & publicanis
& militib⁹ qd agere debeāt dicit venit for
tior me cui⁹ ventilabrū in manu. Joānes
corripit herodē: & baptiçat ieſum: celum
aperitur. vox patris auditur. Jeſus erat in
cipiens quaſi annoꝝ triginta vt putabat
filius ioſeph qui fuit heli &c. C III

Anno aūt quintodecimo
impérij tybérij céſaris p A *6
curante póntio piláto iu- iii
déam: tetrárcha autē ga-
liléé heróde: philippo aūt
frē ei⁹ tetrárcha ituree &
traconitidis regiōis: & lyſánia abiline te
trárcha ſb̄ pncipib⁹ ſacerdotū āna & cáy
pha: fcm̄ ē verbū dñi ſup ioánnē çacha- *7
rie filiū in deſerto. Et venit in oēm re- i

mat.3.a mar.1.a gionem iordánis predícans baptíſmum
Joan.3.a penitentie in remiſſionem peccatoꝝ: ſi-
Eſa.40.a cut ſcriptum eſt in libro ſermonum yſaie
mat.3.a prophete. Uox clamantis in deſerto. Pa
mar.1.a Joan.1.c rate viam domini: rectas facite ſémitas
B eius. Omnis vallis implébitur: ⁊ omnis
mons ⁊ collis humiliabitur. Et erūt pra-
ua indirecta ⁊ áſpera in vias planas: ⁊ vi
c 8 debit oīs caro ſalutare dei. ᶜDicebat er-
v go ad turbas: que exibāt vt baptiçarent
mat.3.b ab ipſo. Genímina vipáruꝫ: qs oſtendet
vobis fúgere a ventura ira? Facite ergo
fructus dignos penitentie: ⁊ ne cepéritis
dicere: patrē habemus abraāꝫ. Dico eni
vobis: q2 potens eſt deus de lapidibꝰ iſtis
ſuſcitáre filios ábrahe. Jam eni ſecúris
mat.3.c ad radicem árboris poſita eſt. Omnis er
go arbor nō faciens fructū bonū excidet:
⁊ in ignē mittétur. ᵈEt interrogabant eū
d 9 turbe dicētes. Quid ergo faciémus. Rñ-
x dens aūt dicebat illis. Qui hꝫ duas tú-
nicas det nō hñti: ⁊ q hēt eſcas ſilr faciat.
C Uenérūt aūt ⁊ publicāi vt baptiçarent:
⁊ dixerūt ad illū. Magr qd faciémus?
At ille dixit ad eos. Nihil ámpliꝰ q3 qd
ɔſtitútū eſt vobis faciatis. Interrogabāt
33.q.1.c.pa aūt euꝫ ⁊ milites dicētes. Quid faciémꝰ
ratus.⁊.c. ⁊ nos? Et ait illis. Némínē cōcutiátis ne
qd culpa. q3 calúmniā faciatis: ⁊ cōtenti eſtote ſti-
tus.⁊.c.q. militare. péndijs veſtris. Exiſtimánte autē populo
⁊ cogitantibꝰ omnibꝰ in cordibꝰ ſuis de
ioāne ne forte ipſe eſſet chrs: reſpōdit io-
mat.3.c annes dicēs oībus. ᵉEgo quidē aqua ba-
e 10 mat.1.a Joan.1.d ptiço vos: véniet aūt fortior me poſt me:
I mat.3.c cuius nō ſuꝫ dignus ſóluere corrigiā cal-
D ciamētoꝝ eius: ipſe vos baptiçábit i ſpū
ſcō ⁊ igni. ᶠCuius ventilabrū i manu eiꝰ:
f 11 aſs+pro. ⁊ + purgábit áreā ſuā: ⁊ cōgregábit tri-
v mūdab.i. ticū in hórreū ſuū: páleas aūt cōbúret i-
mat.14.a mar.6.c gni inextinguibili. Multa qdē ⁊ alia ex-
hórtans euāgeliçabat pplo. ᵍHeródes aūt
g 12 tetrárcha cū corriperet ab illo de herodía
II de vxore fratris ſui: ⁊ de omnibꝰ malis q̄
fecit heródes abiécit ⁊ hoc ſup oīa: ⁊ in-
aſs+euꝫ clúſit + ioānē i cárcere. ʰFactū eſt aūt cū
h 13 mat.3.d baptiçaret oīs populus ⁊ ieſú baptiçáto
I mar.1.a Joan.1.a ⁊ oráte: apertū eſt celū ⁊ deſcēdit ſpūs ſan
E ctus corporali ſpecie ſicut colūba in ipſuꝫ.
Et vox de celo fcā eſt. Tu es filius meꝰ di
i 14 aſs+com placuit lectꝰ: in te + cōplacuit mihi. ⁱEt ipſe ieſús
iii mat.1.a erat incipiēs quaſi ānoꝝ triginta vt puta

baſ filiꝰ ioſéph q fuit heli: q fuit mathát:
q fuit leui: q fuit melchí: qui fuit iannē:
qui fuit ioſeph: qui fuit mathathie: q fuit
amós: qui fuit naū3: q fuit heſli: qui fuit
agé: qui fuit maáth: qui fuit mathathie:
qui fuit ſemei: qui fuit ioſeph: qui fuit iu
da: qui fuit ioanná: qui fuit reſa: qui fuit
çorobabel: qui fuit ſalathiél: qui fuit me- F
ri: q fuit melchi: qui fuit addi: q fuit co-
ſán: qui fuit helmadā: qui fuit hér: qui
fuit ieſú: qui fuit elieçér: qui fuit iorim:
qui fuit mathát: qui fuit leui: qui fuit ſy
meon: qui fuit iudá: qui fuit ioſéph: qui
fuit ioná: qui fuit heliachi3: qui fuit mel
chá: qui fuit menna: qui fuit mathata: q G
fuit nathán: qui fuit dauid: qui fuit ieſſe:
qui fuit obéth: q fuit booz: q fuit ſalmón
qui fuit naaſon: q fuit aminadáb: q fuit
arám: qui fuit eſróm: qui fuit pharés: q
fuit iúde: qui fuit iacób: qui fuit yſaác: q aſs+habra am
fuit + ábrahe: q fuit tharé: q fuit nachór:
qui fuit + ſarúch: qui fuit ragaú: qui fuit aſs.+ſa. ruch
phaléch: qui fuit hebér: q fuit ſalé: q fuit
chaynám: qui fuit arphaxát: q fuit ſém:
qui fuit noé: qui fuit lamēch: qui fuit
mathuſalém: qui fuit enóch: qui fuit ia-
réth: qui fuit malalehél: qui fuit chay-
nám: qui fuit enós: qui fuit ſéth: qui fuit
adám: qui fuit dei.
¶ Ca.Sū. ¶ Jeſus plenus ſpiritu ſan-
cto regreſſus eſt a iordane ieiunans qua
draginta diebus eſurijt: ⁊ tēptatur a dia
bolo: conſumata temptatione diabolus
receſſit ab eo vſq3 ad tempus. Jeſus re-
greſſus in virtute ſpiritus in galileam: ⁊
fama exijt per vniuerſam regionē de illo
venit naçareth: ⁊ intrauit ſynagogaꝫ ⁊ le
git in libro eſaie prophete. Spiritus do-
mini ⁊c. omnes teſtimonium dabant: il-
li dicebāt: quia filius ioſeph eſt: ieſus di-
cit. Nemo propheta acceptus eſt i patria
ſua: dicit heliaꝫ miſſum cum fames eſſet
in ſarepta ad viduaꝫ: ⁊ heliſeuꝫ curaſſe a
lepra naamam ſyrum. Eijcitur de ciuita-
te ieſus: ⁊ ducitur vſq3 ad ſupercíliū mō-
tis vt precipitetur: demonium eijcit ieſus
ab homine: ſocrum ſymonis curat: ⁊ ali-
os curat manus imponens: demones cla
mabant cuꝫ exirēt. Tu es filius dei: ⁊ in-
crepans nō ſinebat eos loq: dixit óportet
me euangeliçare regnum dei. ¶IIII.

a 15 A IEſús autez plenus ſpiritu
II ſcō regreſſus eſt a iordane.
al's + in deſertum a ſpir. tu Et agebāť in + ſpiritu ī de
ſerto diebus quadraginta:
b 16 ꝛ tētabatur a diabolo. [b] Et
V nihil māducáuit in dieb⁹
Mat. 4. a Mar. 1. b illis. Et cōſumatis illis eſúrijt. Dixit aūt
illi diabolus. Si filius dei es: dic lápidi
Deu. 8. a huic vt panis fiat. Et reſpondit ad illum
ieſús. Scriptū eſt: q2 nō ī pane ſolo viuit
homo: ſed in oi verbo dei. Et duxit illum
al's + mō. et excelsū diabolus + ꝛ oſtēdit illi oīa regna orbis
terre in moménto tēporis: ꝛ ait illi. Tibi
dabo poteſtatē hanc vniuerſaz ꝛ gloriā il
6 lorum: q2 mihi trádita ſunt: ꝛ cui volo do
illa. Tu ergo prócidēs ſi adoráueris co-
ram me: erūt tua oīa. Et reſpondens ie-
ſús dixit illi. Scriptū eſt. Dn̄m deuz tuū
al's nō hz + pcedēs adorábis: ꝛ illi ſoli ſéruies. Et duxit illū
B in hieruſalēz: ꝛ ſtátuit eū ſup + pinnā tē
Deu. 6. b pli: ꝛ dixit illi. Si fili⁹ dei es: mitte te hic
al's + pinnaculum deorſuz. Scriptū eſt enim q angelis ſuis
Mat. 4. a mandauit de te vt cōſéruent te ꝛ ī mani-
Ps. 90 bus tóllent te: ne forte offéndas ad lápi-
dē pedē tuū. Et rn̄dens ieſús ait illi. Di
Deut. 6. c ctuz eſt. Nō tēptabis dn̄m deū tuū. Et cō
Mat. 4. d. ſumata oī tentatiōe: diabolus recéſſit ab
Mar 3. a illo vſqz ad tēpus. [c] Et regreſſus eſt ieſús
Joā. 6. a C in virtute ſpūs in galiléā: ꝛ fama exijt p
c 17 Mar. 13. g vniuerſaz regionē de illo. Et ipſe docebat
I in ſynagógis eoꝝ: ꝛ magnificabať ab oī
d 18 bus. [d] Et venit naçarēth vbi erat nutrit⁹.
X ꝛ intráuit ſm̄ cōſuetudinē ſuā die ſábba
ti in ſynagógā: ꝛ ſurrēxit légere. Et trá-
ditus eſt illi liber yſaie pphete. Et vt re-
uóluit librū: inuénit locum vbi ſcriptuz
Eſa. 61. a erat. Spirit⁹ dn̄i ſup me: + ppter qđ vn-
al's + eo q xit me: euāgeliçáre paupibus miſit me:
ſanáre contritos corde: p̄dicáre captíuis
remiſſionē: ꝛ cecis viſuz: dimittere con-
D fráctos ī remiſſiónē: predicáre annū dn̄i
acceptū ꝛ diem retributiōis. Et cum ap-
plicuiſſet librum réddidit miniſtro: ꝛ ſé-
dit. Et oīuz in ſynagóga oculi erāt intē-
déntes in euz. Cepit aūt dicere ad illos:
Mar. 6. a quia hodie iplēta eſt hec ſcriptura in áu-
Joan. 4. f ribus vr̄is. [e] Et oēs teſtimoniū illi dabāt
mat. 13 g ꝛ mirabanť in verbis grē q̄ pcedēbāt de
e 19 Joan. 6. e mat. 13. g ore ipſius: ꝛ dicebāt. Nōne hic eſt filius
I mar. 6. a ioſéph? Et ait illis. [f] Utiqz dicētis mihi
f 20 Joan. 4. f hanc ſimilitudinē. Médice cura te ipſū.
I 3. Re. 17. b

+ Quanta audiuim⁹ facta in capharna- al's + dixerūt phariſei ad ieſuz hic g 21
ūm: fac ꝛ hic in pr̄ia tua. Ait aūt. [g] Amē I
dico vobis q2 nemo pphēta accept⁹ eſt in
pr̄ia ſua. [h] In veritate dico vobis: multe h 22
vidue erāt in dieb⁹ helie ī iſraél qn̄ cláu X
ſum eſt celū annis trib⁹ ꝛ mēſib⁹ ſex cuz
facta eſſet fames magna ī oī terra: ꝛ ad
nullā illarū miſſus eſt helias niſi in ſarē-
pta ſidónie ad muliérē viduā. Et multi E
lepróſi erāt in iſraél ſub heliſéo pphēta: 4. Re. 4. b
ꝛ nemo eoꝝ mundatus eſt niſi naamán
ſýrus. Et repleti ſunt oēs ī ſynagóga ira
hec audiētes. Et ſurrexérūt ꝛ eiecérūt il-
luz extra ciuitatē: ꝛ duxérūt illū vſqz ad
ſupciliū mōtis ſup quē ciuitas illoꝝ erat
edificáta: vt p̄cipitarēt eū. Ipſe aūt trán
ſiēs p mediū illoꝝ ibat. [i] Et deſcéndit in i 23
capharnaúz ciuitatē galilée: ibiqz docē- VIII
bat illos ſábbatis. [k] Et ſtupebāt ī doctri- mat. 17. b k 24
na eius: q2 in ptāte erat ſermo ipſius. [l] Et mar. 6. c
in ſynagoga erat hō hn̄s demoniū: imū- II
dum: ꝛ exclámauit voce magna dicens. l 25
Sine qđ nobis: ꝛ tibi ieſú naçaréne. Ue VIII
níſti pérdere nos. Scio te + quia ſis ſcūs F
dei. Et increpáuit illū ieſús dicēs. Obmu al's + qui
téſce: ꝛ exi ab eo. Et cū piecíſſet illū de-
móniuz in mediū: exijt ab illo nihilqz + al's + ei vel
illū nocuit. Et factus eſt pauor in oīb⁹ ꝛ cum
colloquebanť adínuicē dicētes. Qđ eſt
hoc verbū: q2 in ptāte ꝛ virtute impat ī-
mundis ſpiritib⁹ ꝛ exeūt: Et diuulgabať
fama de illo in oēm locū regiōis. [m] Súr-
gens aūt ieſús de ſynagóga ītroiuit i do- m 26
mum ſýmonis. Socrus autē ſýmōis te- mar. 1. c II
nebatur magnis fébrib⁹. Et rogauerūt
illum p ea. Et ſtans ſup illā impáuit fé- G
bri ꝛ dimiſit illaz. Et cōtinuo ſúrgēs mi-
niſtrabat illis. Cum aūt ſol occidiſſet: oēs mar. 1. c
qui hēbant infirmos varijs lāguóribus
ducebāt illos ad eū. At ille ſingulis ma-
nus iponens curabat + eos. [n] Exibat aūt al's + oēs
demónia a multis clamātia ꝛ dicētia: qa mar. 3. b n 27
ˢ317 Ca.4.d E icipient dicere mōtibꝰ cādite ſup nos: ⁊
i Eſa.2.c cōllibꝰ opite nos. Quia ſi viridi ligno hoc
ᵗ318 Oſee.10.c fāciunt in ārido qd fiet?ˢ Ducebant aūt
i Apoc.6.d ⁊ alij duo neq̄ cū eo vt iterficerent.ᵗ Et
ᵘ319 mat.27.d mar.15.b poſtq̄ venērūt in locuꝫ q vocat caluārie:
i Joā.19.c ibi crucifixērūt eūᵘ ⁊ latrones vnū a dex
ˣ320 mat.27.b. mar.15.c tris alteꝝ a ſiniſtris. Ieſūs aūt dicebatˣ.
x Joan.5.d Pr̄ dimitte illis. Nō eni ſciunt qd fāci
ʸ321 unt.ʸ Diuidētes vero veſtimēta eiꝰ miſē
i runt ſortes. Et ſtabat ppls expēctansᶻ ⁊ de
ᶻ322 ridēbant eū pncipes cū eis dicētes. Alios
ii ſaluos fecit: ſe ſaluū faciat: ſi hic eſt chri
ᵃ323 mat.27.f mar.15.c ſtus dei electus.ᵃ Illudēbant aūt ei ⁊ mi
ii Joan.19.f mat.27.e lites accedentes: ⁊ acētū offerentes ei. ⁊

dicētes. Si tu es rex iudeoꝝ ſaluū te fac.
ᵇErat aūt ⁊ ſupſcriptio ſcripta ſup eum mar.15.c ᵇ324
lrīs grēcis ⁊ latinis ⁊ hebraicis: hic ē rex Joā.19.d i
iudeoꝝ.ᶜ Unus aūt de his q pēdēbāt la ᶜ325
tronibꝰ blaſphemābat eū dicēs. Si tu es ii
xp̄s ſaluū fac teipſuꝫ ⁊ nos.ᵈ Rn̄dēs autē F ᵈ326
ālter icrepābat eū dicēs. Neq̄ tu times mat.27.e x
deū: q in eadē dānatione es. Et nos qdeꝫ mar.15.c
iuſte: nā digna factis recepimus. Hic ve 26.q.6.c.ſi
ro nihil mali geſſit. Et dicebat ad ieſūm. presbiter. de pe.di.7
Dn̄e memēnto mei cū vēneris in regnū c nullus de ꝯſe. di.
tuū. Et dixit illi ieſūs. Amē dico tibi: hō 4 c.bapūſ m.
die mecū eris in paradiſoᵉ. Erat āt fere mat.27.f ᵉ327
hora ſexta: ⁊ tēnebre facte ſunt i vniuerſā mar.15.c i
terrā vſq̄ in horā nonā. Et obſcuratus ē Pā.30. ᶠ328
ſol: ⁊ ᶠvēlū tēpli ſciſſuꝫ eſt mēdiū.ᵍ Et cla ii
mans voce magna ieſus ait. Pr̄ in manꝰ ᵍ329
tuas cōmēdo ſpm̄ meū. Et hoc dicens ex i
pirāuit.ʰ Uidēs āt cētūrio qd factū fūe G ʰ330
rat glorificauit deū dicēs. Uere hic hō iu mat.27.f mar.15.e. ii
ſtus erat.ⁱ Et ōis turba eoꝝ q ſimul āde ⁱ331
rant ad ſpectāculū iſtud ⁊ vidēbāt q̄ fiē x
bant pcutientes pēctora ſua reuertebāt.
Stabāt aūt oēs noti eius a lōge: ⁊ mulie
res q̄ ſecute eū erant a galilēa hec viden
tes.ᵏ Et ecce vir noīe ioſēph q erat decū mat.27.g ᵏ332
rio vir bonus ⁊ iuſtꝰ hic nō ꝯſēnſerat cō mar.15.d i
ſilio ⁊ āctibꝰ eoruꝫ ab arimathia ciuitate Joā.19.g.
iudēe q expectabat ⁊ ipſe regnū dei. Hic
accēſſit ad pilatū ⁊ petijt corpꝰ ieſu.ˡ Et de mat.27.g ˡ333
pōſitū inuoluit in ſyndone ⁊ pōſuit eū i mar.15.d Joā.19.g. i
monumēto exciſo i quo nōdū qſq̄ poſitꝰ
fūerat.ᵐ Et dies erat parāſceues: ⁊ ſāb ᵐ334
batū illuceſcēbat. Subſecute aūt mulie x
res q̄ cū eo vēnerāt d galilea viderūt mo
numētū ⁊ quēadmodū pōſitū erat corpꝰ
eiꝰ.ⁿ Et reuertētes parauērūt arōmata ⁊ vn ⁿ335
guēta: ⁊ ſābbato qdē ſiluērūt ſꝫ mādatū. vii

¶ Ca. Sū. ¶ Reſurgit a mortuis: appa
ruit diſcipulis. ¶ XXIIII

ᵃUna aūt ſābbati valde di A ᵃ336
lūculo venērūt ad monu mat.28.a i
mentū portātes q̄ parāue mar.16.a
rāt arōmata: ⁊ inuenērūt Joā.20.a
lāpidē reuolūtū a monu
mēto: ⁊ igreſſe nō inuene
rūt corpus dn̄i ieſu. Et factū eſt dū mēte
ꝯſternāte eſſent de iſto: ecce duo viri ſtete
rūt ✝ ſēcꝰ illas i veſte fulgēti.ᵇ Cū timērēt al' ✝ iuxta ᵇ337
aūt ⁊ declinarent vultū in terrā: dixerūt mat.28.a ii
ad illas. Quid q̄ritis viuētē cū mortuis? mar.16.b.

Non eſt hic:ſed ſurréxit. Recordámini
quáliter locutus eſt vobis:cum adhuc in
galilea eſſet dicēs. Quia opórtet filiū ho
minis trádi in manus hominū peccato-
Mat.17.b ruz ⁊ crucifigi ⁊ die tertia reſúrgere. Et
338 II mar.16.b recordáte ſunt verborū eius.[c] Et regréſ-
B ſe a monumēto núnciauerūt hec omnia
339 X illis úndecim:⁊ cęteris oib⁹.[b] Erat autē
maria magdalené ⁊ ioánna:⁊ maria ia-
cobi ⁊ cétere que cum eis erāt:que dice
bant ad apoſtolos hec. Et viſa ſunt ante
illos ſicut deliraméntuz verba iſta: ⁊ non
crediderūt illis. Petrus autē ſúrgēs cu-
cúrrit ad monumentū: Et procūbens vi
dit lintheámina ſola póſita: ⁊ ábijt ſecū
340 VIII mírans quod factuz fuerat? Et ecce duo
ex illis ibant ipſa die in caſtéllū qd erat
in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab hieru-
ſalém nomine emaús: ⁊ ipſi loquebanť
ad inuicez de his omnib⁹ que acciderāt.
mar.16.c Et factū eſt dum fabularenť ⁊ ſecū que-
E rerent: ⁊ ipſe ieſús appropinquans ibat
cū illis. Oculi autē illorū tenebanť ne eū
agnóſcerent. Et ait ad illos. Qui ſunt hi
ſermones quos cōfértis ad ínuicē ambu
lantes ⁊ eſtis triſtes? Et reſpōdens vnus
cui nomē cleóphas:dixit ei. Tu ſolus pe-
regrínus es in hieruſalēz:⁊ nō cognoui-
ſti que facta ſunt in illa his dieb⁹. Qui-
bus ille dixit. Que? Et dixerūt. De ieſú
naçareno qui fuit vir propheta:potens in
ópere ⁊ ſermōe corā deo ⁊ omni populo.
Et quō euz tradidérūt ſummi ſacerdó-
tes ⁊ principes noſtri in damnatiōez mor
tis:⁊ crucifixérunt eū. Nos aūt ſperaba-
mus:q ipſe eſſet redemptúrus iſraél. Et
nunc ſuper hec oia tertia dies eſt hodie:q
D hec facta ſunt. Sed ⁊ mulieres quedā ex
noſtris terruérūt nos que ante lucē fue-
runt ad monumētū:⁊ nō inuēto corpore
eius venerūt dicētes ſe etiā viſiónē ange
lorum vidiſſe: qui dicūt eum viuere. Et
abiérūt quidā ex noſtris ad monumen-
tum:⁊ ita inuenérūt ſicut mulieres dixé
rūt: ipſuz vero nō īuenerūt. Et ipſe dixit
ad eos. O ſtulti ⁊ tardi corde ad creden-
dum:in omnib⁹ que locuti ſunt prophe-
te. Non ne hec opórtuit pati chriſtū:⁊ ita
intrare in gloriā ſuā? Et incípies a móy
ſe ⁊ omnib⁹ prophetis interpretabāť illis
in omnibus ſcripturis que de ipſo erant.

Et appropinquauérūt caſtéllo quo ibāt.
Et ipſe ſe finxit lóngius ire. Et coegérūt E
illum dicentes. Mane nobiſcū quoniaz
adueſperáſcit:⁊ inclináta eſt iaz dies. Et
intrauit cū illis. Et factū eſt duz recúm-
beret cum eis:accépit panez ⁊ benedixit
ac frēgit:⁊ porrigébat illis. Et aperti ſunt
oculi eorū:⁊ cognouérūt eū. Et ipſe euá
nuit ex oculis eoruz. Et dixérūt ad inui-
cem. Nonne cor noſtrū ardens erat ī no
bis:dum loquerétur in via:⁊ aperíret no
bis ſcripturas? Et ſurgētes eadē hora re-
gréſſi ſunt in hieruſalém:⁊ inuenérūt cō
gregátos vndeciz: ⁊ eos qui cū illis erāt
dicētes: q ſurréxit dñs vere: ⁊ appáruit
ſýmoni. Et ipſi narrábāt que geſta erāt
in via:⁊ quomodo cognouérūt eū in fra F
ctióne panis.[f] Dum aūt hic loquunť ſte- 341 IX
tit ieſús in medio eorū:⁊ dixit. Pax vo-
bis. Ego ſuz nolite timére. Cōturbati ve
ro ⁊ cōterriti exiſtimabāt ſe ſpiritū vidē
re. Et dixit eis. Quid turbati eſtis ⁊ cogi
tatiōes aſcēdunt in corda veſtra. Videte
man⁹ meas ⁊ pedes:q ego ipſe ſuz. Pal
pate videte q ſpirit⁹ carnē ⁊ oſſa nō ha-
bet:ſicut me videtis habere. Et cū hec di-
xiſſet:oſtēdit eis manus ⁊ pedes.[g] Adhuc 342 IX
autē illis nō credentib⁹ ⁊ mirantib⁹ pre
gaudio dixit. Habetis hic aliquid:quod
mādueétur? At illi obtulerūt ei partez Jo.21.c.b
piſcis áſſi:⁊ fáuū mellis. Et cum mādu-
caſſet corā eis:ſumēs reliquias dedit eis.
Et dixit ad eos.[h] Hec ſunt verba q̄ locu- 343 X
tus ſum ad vos cū adhuc eſſem vobiſcū:
quoniā neceſſe eſt impléri oia q̄ ſcripta
ſunt in lege móyſi ⁊ prophetis ⁊ pſalmis
de me. Tunc apéruit illis ſénſuz:vt intel
ligerēt ſcripturas:⁊ dixit eis. Quoniā ſic G
ſcriptū eſt ⁊ ſic opoztebat xp̄m pati ⁊ re- Actis.17.a
ſúrgere a mortuis tertia die: ⁊ predicari
in noie eius penitētiā ⁊ remiſſionē pecca
torū in oēs gentes:incipiētib⁹ ab hiero-
ſólyma. Vos aūt teſtes eſtis horū. Et ego Actis.1.a
mittā promiſſum patris mei in vos. Vos
autem ſedéte in ciuitate quoad vſq̄ in-
duámini virtúte ex alto. Edúxit aūt eos
foras in bethániā:⁊ eleuátis mánib⁹ ſuis
benedixit eis. Et factū eſt dum benedíce
ret illis receſſit ab eis:⁊ ferebátur ī celū.
Et ipſi adorātes regreſſi ſunt in hieruſa- mar.15.d
lém cum gaudio magno: Et erāt ſemp Act.1.b

in templo laudantes ⁊ benedicētes deū.

ℭ Explicit euāgeliū ſecūdū Lucā.

ℭ Incipit prologus beati hieronymi p̄ſbyteri in euangelium ſm̄ Joannem.

Hic eſt Joannes euangeliſta vnus ex diſcipulis dn̄i qui virgo a deo elect⁹ eſt: quē de nuptijs volentē nubere vocauit deus. Joan. 2. a Cui virginitatis in hoc duplex teſtimoniū datur in euangelio: q̄ ⁊ pre ceteris dilectus a deo dicitur: ⁊ huic matrē ſuā pendens in cruce cōmendauit dn̄s: vt virginē virgo ſeruaret. Deniq̄ manifeſtans in euāgelio quod erat ipſe incorruptibilis verbi opus inchoans ſolus verbū carnē factū eſſe: nec lumē a tenebris Joan. 1. b Joan. 2. b cōprehenſum fuiſſe teſtatur: Primū ſignū ponens quod in nuptijs fecit dn̄s: oſtendens quod ipſe erat vt legentib⁹ demonſtraret q̄ vbi dn̄s inuitatus ſit: deficere nuptiarū vinum debeat: ⁊ veterib⁹ immutatis: noua omnia que a chriſto inſtituuntur appareant. Hoc autem euangelium ſcripſit in aſia: poſteaq̄ in pathmos inſula apocalypſim ſcripſerat. vt cui in principio canonis incorruptibile principium prenotatur in geneſi: ei etiam incorruptibilis finis per virginē in apocalypſi redderetur: dicente chriſto: ego ſum Apoc. 1. b alpha ⁊ o. Et hic eſt ioannes: qui ſciens ſuperueniſſe diem receſſus ſui: conuocatis diſcipulis ſuis in epheſo: per multa ſignorum experimenta promens chriſtum deſcendens in defoſſum ſepulture ſue locū facta oratiōe: poſitus eſt ad patres ſuos: tam extraneus a dolore mortis q̄ a corruptione carnis inuenitur alienus. Tamen poſt omnes euangelium ſcripſit: ⁊ hoc virgini debebatur. Quorū tamen vel ſcriptorum temporis diſpoſitio: vel librorum ordinatio: ideo a nobis per ſingula non exponitur vt ſciendi deſiderio collato ⁊ querentibus fructus laboris: ⁊ deo magiſterij doctrina ſeruetur.

ℭ Explicit prologus beati hieronymi p̄ſbyteri in euāgeliū ſm̄ Johannem.

ℭ Incipit prologus ſancti Auguſtini in euangelium ſm̄ Johannem.

Omnibus diuine ſcripture paginis euangeliū excellit: q̄r q̄d lex ⁊ p̄phete futurū p̄dixerunt hoc cōpletū dicit euangeliū. Inter ipſos aūt euangeliorū ſcriptores ⁊ iohānes eminet in diuinorū miſteriorū profunditate: qui a tp̄e dominice aſcenſionis p annos ſexagintaquinq̄ verbū dei abſq̄ adminiculo ſcribēdi vſq̄ ad vltima domiciani p̄dicauit tp̄a. Sed occiſo domiciano cū permittēte nerua de exilio rediſſet epheſū: cōpulſus ab ep̄is aſie d̄ coeterna patri diuinitate chr̄i ſcripſit aduerſus hereticos: q eo abſcente irruperant in ei⁹ eccleſias: q xp̄m ante mariā fuiſſe negabāt. Unde merito in figura quatuor aīaliū aquile volanti cōparatur: q̄ volat altius ceteris auibus: ⁊ ſolis radios irreuerberatis aſpicit luminib⁹. Ceteri quippe euāgeliſte qui tp̄alē chriſti natiuitatē ⁊ tp̄alia ei⁹ facta q̄ geſſit in hoie ſufficienter exponunt: ⁊ de diuinitate pauca: quaſi animalia greſſibilia cum dn̄o ambulant in terra. Hic autē pauca de tēporalibus eius geſtis ediſſerens: ſed diuinitatis potentiam ſublimius cōtemplans cum dn̄o ad celū volat. Qui enim ſupra pectus domini in cena recubuit: celeſtis hauſtum ſapientie ceteris excellentius de ipſo dominici pectoris fonte potauit. Legerat ſiquidem euangelia trium euangeliſtarū: ⁊ approbauerat fidē eorū ⁊ veritatem: in quibus deeſſe vidit aliqua geſtarū rerū hyſtorie: ⁊ ea maxime que dominus geſſit primo predicationis ſue tēpore. ſ. anteq̄ iohānes baptiſta clauderetur in carcere. Hec ergo quaſi dimiſſo ab illis ſcribit iohannes: que fecit ieſus anteq̄ iohānes ⁊ clauderetur: ſed maxime diuinitatem chriſti ⁊ trinitatis myſterium cōmendare curauit. Tres ſiquidem alij euangeliſte dicta ⁊ facta domini temporalia que ad informandos mores vite preſentis maxime valent copioſius proſecuti circa actiuam vitam ſunt verſati: in qua laboratur vt cor mūdetur ad videndum deū. Johannes vero pauca dn̄i facta dicit: verba vero domini q̄ trinitatis vnitatē ⁊ vite eterne felicitatem inſinuant diligentius cōſcribit. Et ſic in cō

templatiua vita virtute cōmendanda in
tentionem ſuam ⁊ predicationem tenu-
it:in qua contemplatiua vacatur vt deus
videatur. Jſte ſiquidē eſt Johannes : quē
dñs de fluctiuaga nuptiarū tēpeſtate voca
uit:⁊ cui mr̄ez ẏginē virgini cōmēdauit.
¶ Explicit prologus beati auguſtini epi
in euangelium ſm̄ Johannem.
¶ Incipit euangelium ſm̄ Johannem.
¶ Ca.Sm̄. ¶ Jn principio erat verbum
⁊c.teſtimonium de chriſto perhibet ioan-
nes baptiſta phariſeoꝝ leuite interrogāt
ioannē. Joānes ieſū vidēs agnū dicit dei:
⁊ andreas petro dicit: iuenimus meſſiaz.
Jeſus dicit nathanael vidi ſub ficu. ¶ I



1 A Mat.1.a Luce.3.e
I [a] N principio erat verbum ⁊ verbuz erat apud deuz ⁊ deus erat verbuz. Hoc erat i pn̄cipio apd deuz. Oia per ipſum facta ſūt: ⁊ ſine ipſo factuz eſt nihil. Quod fa
ctum eſt in ipſo vita erat: ⁊ vita erat lux
hominum:⁊ lux in tenebris lucet:⁊ tene
2 II Mat.3.a infra.3.b. bre eam nō comprehendērunt.[b] Fuit ho-
mo miſſus a deo : cui nomen erat ioan-
nes. Hic venit in teſtimonium vt teſtimo
niuz perhibēret de lūmine vt omnes crē
derent per illum . Non ērat ille lux : ſed
vt teſtimonium perhibēret de lūmine.
3 [c] Erat lux vera: que illūminat omnē ho-
minem venientem in hunc mundū . Jn
mundo erat:⁊ mundus per ipſum factus
4 B eſt:⁊ mundus eum non cognōuit.[d] Jn p
5 de ɔſe.di.4.c.ſi ğs pria venit:⁊ ſui eū non recepērūt. Quot-
quot autem recepērunt euz: dedit eis po-
teſtatem filios dei fieri: his qui crēdunt
in nomine eius . Qui non ex ſanguini-
bus neqꝫ ex voluntate carnis:neqꝫ ex vo-
Mat.1.d luntate viri:ſed ex deo nati ſunt. Et[e] ver-
bum caro factum eſt:⁊ habitauit in no- Luce.3.e
bis . Et vidimus gloriam eius: gloriam Mat.3.c
quaſi vnigeniti a patre plenum gratie ⁊ Mar.1.a
veritatis. [f] Joannes teſtimonium perhi Luce.3.c
bet de ipſo:⁊ clamat dicēs. Hic erat quē f 6
dixi qui poſt me ventūrus eſt:ante me fa I
ctus eſt:quia prior me erat. [g] Et de pleni g 7
tūdine ei⁹ nos omnes accēpimus:⁊ gra de ɔſe.di.
tiam pro gratia:quia lex per moyſen da- 3.c.ſextaʒ X
ta eſt:gratia ⁊ veritas per ieſum chriſtuz de pe. diſ.
facta eſt . Deum [h] nemo vidit ūnquam. 1.c. littere de purg.
Unigēnitus filius qui eſt in ſinu patris: poſt prīuʒ ca. vnico. h 8
ipſe enarrāuit. [i] Et hoc eſt teſtimonium 1.Thi.6.c IIII
ioannis:quando miſērunt iudei ab hie- Mar.11.d i 9
roſōlymis ſacerdotes ⁊ leuitas ad eum Luce.10.d X
vt interrogarent eum. Tu quis es? Et cō 1.Joā.4.c
feſſus eſt:⁊ non negauit. Et confeſſus eſt: infra.5.c C
quia non ſum ego chriſtus. Et interroga
uērunt eum . Quid ergo? Helias es tu?
Et dixit. Non ſum. Propheta es tu ? Et
reſpondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis
es vt reſponſum demus his qui miſerūt
nos? Quid dicis de teipſo? Ait.[k] Ego vox k 10
clamantis in deſerto:dirigite viam domi Eſa.40.a I
ni ſicut dixit yſaias propheta.[l] Et qui mi Math.3.a l 11
ſi fūerant erant ex phariſēis. Et interro- Mar.1.a X
gauērunt eum:⁊ dixerunt ei. Quid ergo Luc.3.a D
baptiʒas:ſi tu non es chriſtus: neqꝫ heli- Mat.3.a
as neqꝫ propheta?[m] Reſpondit eis iohan Mar.1.a m 12
nes dicens. Ego baptiʒo in aqua: mēdi⁹ Luce.3.b I
aūt veſtrum ſtētit queʒ vos neſcitis. Jpſe Act.1.a c.19.a
eſt qui poſt me venturus eſt: qui ante me
factus eſt:cuius ego nō ſum dign⁹ vt ſol
uam eius corrigiā calciamēti.[n] Hec i be n 13
thānia fācta ſunt tranſiordanē: vbi erat X
iohannes baptiʒans. Altera die vidit io
hannes ieſūm venientē ad ſe:⁊ ait. Ecce
agnus dei:ecce qui tōllit peccata mūdi.[o] o 14
Hic eſt de quo dixi. Poſt me venit vir q I
ante me factus eſt:qꝛ prior me erat ⁊ ego
neſciebā eū. Sed vt manifeſtētur in iſra
ēl:proptērea veni ego in aqua baptiʒās.
[p] Et teſtimoniū perhibuit iohānes dicēs. p 15
Quia vidi ſpiritū deſcēdentē quaſi colū- E I
bam de celo:⁊ ✠ mānſit ſuper eū. Et ego de ✠ manentem
neſciebā eū: ſed qui miſit me baptiʒare math.3.d
in aqua:ille mihi dixit. Super quē vide- mar.1.b
ris ſpiritū deſcendentē ⁊ manentē ſuper Luce.3.d
eū:hic eſt qui baptiʒat in ſpiritu ſancto.
Et ego vidi ⁊ teſtimoniū perhibui:qꝛ hic
eſt filius dei.[q] Altera die iterū ſtabat io- q 16
X

hannes: ⁊ ex diſcipulis eiꝰ duo. Et reſpi-
ciens ieſum ambulantē dixit. Ecce agnꝰ
dei. Et audierūt euȝ duo diſcipuli loquē
tem: ⁊ ſecuti ſunt ieſum. Conuerſus aūt
ieſus ⁊ videns eos ſequētes ſe: dicit eis.
Quid queritis? Qui dixerūt ei. Rabbi
quod dicitur interpretatum magiſter:
F vbi habitas? Dicit eis. Uenite ⁊ videte.
Uenerūt ⁊ viderūt vbi maneret: ⁊ apud
eum manſerūt die illo. Hora autē erat
quaſi decima. Erat autē andreas frater
ſymonis petri: vnus ex duobꝰ qui audie
r 17 rant a iohanne: ⁊ ſecuti fuerāt euȝ. r Jn-
1 uenit hic primū fratrē ſuū ſymonē: ⁊ di
cit ei. Jnuenimus meſſiam: quod eſt in-
terpretatū chriſtus. Et adduxit euȝ ad ie
ſum. Jntuitꝰ aūt euȝ ieſus dixit. Tu es ſy
mō filꝰ ioana: tu vocaberis cephas: qđ i
s 18 terptat petrꝰ. s Jn craſtinū voluit exire in
x galileā: ⁊ inuenit philippū. Et dicit ei ie
ſus. Sequere me. Erat autē philippus a
bethſaida ciuitate andree ⁊ petri. Jnue-
G nit philippꝰ nathanahel: ⁊ dicit ei. Quē
ſcripſit moyſes in lege ⁊ prophete: iuēni
mꝰ ieſuȝ filiū ioſeph a naȥareth. Et dixit
ei nathanael. A naȥareth pōt aliquid bo
ni eſſe? Dicit ei philippus. Ueni ⁊ vide.
Uidit ieſus nathanael venientē ad ſe: ⁊
dicit de eo. Ecce vere iſraelita in quo do-
lus nō eſt. Dicit ei nathanael. Unde me
noſti? Reſpondit ieſus ⁊ dixit ei. Priuſqȝ
te philippus vocaret euȝ eſſes ſub ficu vi
di te. Reſpōdit ei nathanahel: ⁊ ait. Rab
bi: tu es filius dei: tu es rex iſrael. Rn̄dit
ieſus: ⁊ dixit ei. Quia dixi tibi vidi te ſub
ficu credis: maiꝰ his videbis. Et dicit ei.
Amē amē dico vobis: videbitis celū aper
tum: ⁊ angelos dei aſcendentes ⁊ deſcen-
dentes ſuper filium hominis.

¶ Ca. Sum. ¶ Jeſus vocatus ad nu-
ptias ⁊ diſcipuli eius: de aqua fecit vinū:
vendētes nummularios eijcit de templo:
dicit: ſoluite templum hoc. ¶ II.

A ET die tertia nuptie facte
ſunt in chanā galilee: ⁊ e-
rat mr̄ iħu ibi. Uocatꝰ ē au
te ⁊ ieſus ⁊ diſcipuli eius
ad nuptias. Et deficiente
vino: dicit mater ieſu ad
eum. Uinū nō habent. Et dicit ei ieſus.
Quid mihi ⁊ tibi eſt mulier? Nondum
venit hora mea. Dicit mater eius mini-
ſtris. Quodcūqȝ dixerit vobis facite. E-
rāt autē ibi lapidee hydrie ſex poſite ſe-
cunduȝ purificationē iudeoꝝ: capientes
B ſingule metretas binas vel ternas. Dicit
ei ieſus. Jmplete hydrias aqua. Et imple
uerunt eas vſqȝ ad ſummū. Et dicit eis
ieſus. Haurite nunc: ⁊ ferte architricli-
no. Et tulerūt. Ut autē guſtauit architri
clinus aquā vinū factū: ⁊ nō ſciebat vn
de eſſet: miniſtri aūt ſciebāt q hauſerāt
aquā vocat ſponſuȝ architriclinus: ⁊ di-
cit ei. Oīs hō primū bonū vinū ponit: ⁊
cum inebriati fuerit id quod deteriꝰ eſt.
Tu autē ſeruaſti bonū vinū vſqȝ adhuc. C
Hoc fecit initiuȝ ſignoꝝ ieſus in chanā mat.4.b
galilee: ⁊ manifeſtauit gl̄iam ſuā: ⁊ cre- mat.12.b mar.12.b
diderunt in eum diſcipuli eiꝰ. a Poſt hec Luce.19.f 19
deſcendit capharnaū ipſe ⁊ mater eius ⁊
fratres eiꝰ ⁊ diſcipuli eius: ⁊ ibi manſe- diſt.45.§. b 20
runt non multis diebꝰ. b Et prope erat pa ſalomon
ſcha iudeoꝝ: ⁊ aſcendit ieſus hieroſoly- i.q.i.c.qui
maȝ: c ⁊ inuenit in tēplo vendētes oues ⁊ ſtudet.c.q c 21
boues ⁊ colūbas: ⁊ nūmularios ſedētes. j.c. ſalua
Et cum feciſſet quaſi flagellū de funicu- tor.c.c.e
lis: oēs eiecit de tēplo: oues quoqȝ ⁊ bo- multis
ues: ⁊ nūmulariorū effudit es. ⁊ menſas
ſubuertit. Et his q colūbas vendebāt di
xit. Auferte iſta hinc: ⁊ nolite facere do-
muȝ patris mei domū negociatiōis. d Re D d 22
cordati ſunt vero diſcipuli eiꝰ: quia ſcri- 88.vi.c.pe
ptum eſt ȥelus domus tue c omedit me. nuin. pſ.68
e Reſponderūt ergo iudei: ⁊ dixerūt ei. Mat.16.a e 23
Quod ſignum oſtendis nobis quia hec Mar.8.b
facis? f Reſpondit ieſus: ⁊ dixit eis. Sol Mat.26.i f 24
uite templum hoc: ⁊ in tribus diebus ex-
citabo illud. Dixerunt ergo iudei. Qua-
draginta ⁊ ſex annis edificatum eſt tem
plum hoc: ⁊ tu in tribus diebus excita-
bis illud? Jlle autem dicebat de templo
corporis ſui. Cū ergo reſurrexiſſet a mor-
tuis recordati ſunt diſcipuli eius qꝛ hoc
dicebat: ⁊ crediderunt ſcripture ⁊ ſer-
moni quem dixit ieſus. Cuȝ autem eſſet
hieroſolymis in paſcha in die feſto: mul
ti crediderunt in nomine eius videntes
ſigna eius que faciebat. Jpſe autē ieſus
non credebat ſemetipſum eis: eo qꝫ ipſe
noſſet omnes: ⁊ qꝛ opus ei nō erat vt qs
teſtimonium perhiberet de homine. Jpſe
enim ſciebat: quid eſſet in homine.

¶ Ca. Sū.

ℭ Ca. Sum. ℭ Jeſus nicodemo dicit
de baptiſmo ⁊ alijs multis dicit: qui cre-
dit in eum non diiudicabitur: qui auteʒ
non credit iã diiudicatus eſt: ieſus in iu-
dea baptiçat: ⁊ ioãnes i ennõ: ioãnes di-
cit xp̃m creſcere ſe autẽ minorari. ℭ III
A Rat auteʒ homo ex phari-
infra.7.g. 8.19.g ſeis nicodémus noĩe prin
ceps iudeorũ. Hic venit ad
ieſuʒ nocte ⁊ dixit ei. Rab
bi: ſcimus q2 a deo veniſti
magiſter. Nemo eniʒ põt
hec ſigna facere q̃ tu facis: niſi fuerit deꝰ
cuʒ eo. Reſpõdit ieſús: ⁊ dixit ei. Amen
amen dico tibi niſi quis renátus fúerit
dénuo: non põt vidére regnũ dei. Dicit
al+ renaſci ad euʒ nicodémus. Qũo põt hõ +naſci:
cum ſit ſenex? Nũquid põt in ventrẽ ma-
aĺs +rurſus tris ſue + iteráto introire ⁊ renaſci? Re-
ſpondit ieſús. Amen amẽ dico tibi: niſi
al's nõ hʒ +ſancto quis renátus fuerit ex aqua ⁊ ſpũ + ſan-
de cõſe.di. cto non põt introire in regnũ dei. Quod
4.c.filius. natũ eſt ex carne caro eſt: ⁊ quod natũ eſt
2.c.nõ dubito. & de ex ſpũ ſpús eſt. Non miréris q2 dixi tibi:
priſ.c. maiores. 2.c. oportet vos naſci denuo. Spiritꝰ vbi vult
debitum & c ſpirat: ⁊ vocẽ eius audis: ſed neſcis vnde
ſequẽti. veniat aut quo vadat. Sic eſt oĩs qui na-
tus eſt ex ſpũ. Rñdit nicodémus ⁊ dixit
ei. Quõ pñt hec fieri? Rñdit ieſus: ⁊ di-
B xit ei. Tu es magiſter i iſraél: ⁊ hec ignó-
ras? Amen amẽ dico tibi: q2 qð ſcimus
lóquimur. ⁊ qð vídimus teſtámur: ⁊ te-
ſtimoniũ noſtrũ nõ accipitis. Si terrena
dixi vobis ⁊ nõ créditis: qũo ſi dixero vo
Eze.4.b bis celeſtia credetis. Et nemo aſcẽdit in
celum niſi q deſcẽdit de celo: filius hoĩs q
eſt in celo. Et ſicut móyſes exaltáuit ſer-
penteʒ in deſérto: ita exaltári oportet filiũ
hoĩs: vt omnis q crédit in ipſo nõ pére-
Nu.21.c at: ſed habeat vitaʒ eternã. Sic eni deus
infra.8.b. dilexit mundũ vt filiũ ſuũ vnigénitũ da
12.e
1.Ioã.4.b. ret: vt oĩs q credit in euʒ nõ péreat: ſed
habeat vitã eternã. Non eniʒ miſit deus
filium ſuum in mundũ vt iúdicet mun-
dum: ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.
De pe.diſ. Qui credit in eũ nõ iudicaf. Qui autem
4.c. benedictus non crédit: iam iudicatus eſt: q2 nõ cre-
dit in noĩe vnigéniti filij dei. Hoc eſt aũt
18.q.2.c. p iudiciũ. q2 lux venit in mundũ: ⁊ dilexé-
nicolam de offi.de runt hoĩes magis ténebras q̃ʒ lucẽ. Erant
le.c.cõſu. lux enim eoꝝ mala opera. Oĩs eni qui male

agit odit lucẽ: ⁊ non venit ad lucẽ vt non
arguánf opera eius. Qui autẽ facit verita
tem vénit ad lucẽ vt manifeſtef opa eiꝰ:
quia i deo ſunt facta. Poſt hec venit ieſús de cõſe.di.
⁊ diſcipuli eius in terrã iudeã. ⁊ illic mo 4.c.qñ ab hieroſoli
rabátur cũ eis ⁊ baptiçábat.[a] Erat autẽ ⁊ mis 25
ioánnes baptiçans in ennón iuxta ſaliʒ. al+ demorabatur III
quia aque multe erãt illic ⁊ veniebant ⁊ mat.3.b
baptiçabanf.[b] Nondũ eni miſſus fuerat Luce.3.a 26
ioãnes in cárcerẽ.[c] Facta eſt + autẽ qué- al + ergo mat.4.b III
ſtio ex diſcipulis ioãnis cuʒ iudeis de pu mar.1.c. 27
rificatiõe. Et venérunt ad ioannẽ ⁊ dixe- X
runt ei. Rabbi: qui erat tecũ trans iordá
nem: cui tu teſtimoniũ perhibuiſti: ecce
hic baptiçat ⁊ oẽs véniunt ad eũ. Rñdit
ioãnes ⁊ dixit. Non põt homo accipere
quicq̃ʒ niſi fúerit ei datum de celo.[d] Ipſi 28
vos mihi teſtimoniuʒ phibétis qð dixe- D I
rim. non ſuʒ ego xp̃s: ſed + q2 miſſus ſuʒ aĺs+qm mat.3.a
ante illũ.[e] Qui habet ſpõſam ſponſus eſt: mar.1.a 29
amicus autẽ ſpõſi qui ſtat ⁊ áuditꝫ eum: Luce.3.c X
gáudio gáudet ꝓpter vocem ſpõſi. Hoc
ergo gaudium meuʒ impletũ eſt. Illum
oportet créſcere me autẽ minui. Qui de
ſurſum venit ſup oẽs eſt. qui eſt de terra:
de terra eſt: ⁊ de terra loquif: q de celo ve-
nit ſuper oẽs eſt. Et qð vidit ⁊ audiuit hoc
teſtaf: ⁊ teſtimóniuʒ eius nemo áccipit.
Qui autẽ accépit eius teſtimoniũ ſigna-
uit: quia deus verax eſt. Queʒ eniʒ miſit Ro.3.a
deus verba dei lóquif. Nõ eni ad mẽſúrã
dat deus ſpm̃.[f] Pater diligit filiũ: ⁊ oĩa mar.ſi.b Luce.10.b 30
dedit in manu eiꝰ.[g] Qui credit i filiuʒ hʒ 1.Ioã.5.b II
vitã eternã: q aũt icrédulus eſt filio. non 31
videbit vitã: ſed ira dei manet ſup eum. X
ℭ Ca. Sũ. ℭ Jeſus cũ muliere ſamari-
tana loqf: ꝓphetã in patria ſua ſine hono
re eẽ: reguli filiũ a morte ſuſcitat. ℭ IIII
T ergo cognouit ieſús q2 A
audiérũt phariſei q ieſús
plures diſcipulos facit ⁊
baptiçat q̃ʒ ioãnes: q̃ʒq̃ʒ ie
ſús ñ baptiçáret ſʒ diſcipu
li eiꝰ:[a] reliqt iudẽã ⁊ abijt 32
iterũ in galiléã.[b] Oportébat aũt eũ trãſi- VII
re p+médiã ſamáriã. Venit ergo i ciuita al's nõ hʒ +mediã 33
teʒ ſamárie q̃ dr̃ ſychár: iuxta prédiũ qð mat.4.b X
dedit iacób ioſéph filio ſuo. Erat aũt ibi
fons iacób. Jeſús aũt fatigatꝰ ex itinere
ſedebat ſic ſuper fontẽ. Hora aũt erat q̃ſi
ſexta. Venit múlier de ſamária haurire

aquā. Dicit ei ieſus. Da mihi bibere. Di
ſcipuli enī ei⁹ abierāt in ciuitatē vt cibos
emerēt. Dicit ergo ei mulier illa ſamari
tána. Quō tu iudéus cū ſis bibere a me
póſcis q̄ ſū mulier ſamaritána: Nō enī
coutūť iudéi ſamaritánis. Rñdit ieſus
B ꝛ dixit ei. Si ſcires dōnū dei: ꝛ qs eſt q̄ di
cit tibi da mihi bibere: tu fórſitan petiſſes
ab eo. ꝛ dediſſet tibi aquā viuā. Dicit ei
mulier. Dñe neq̄ in quo háurias habes:
ꝛ púteus altus eſt. Vñ ergo habes aquā
viuā: Nunqd tu maioꝛ es pře nřo iacob
q̄ dedit nobis púteū: ꝛ ipſe ex eo bibit. ꝛ
filij ei⁹ ꝛ pécoꝛa ei⁹. Rñdit ieſus. ꝛ dixit
ei. Oīs q̄ bibit ex aqua hac ſitiet íterū:
qui aūt biberit ex aqua quā ego dabo ei
nō ſitiet in eternū: ſed aqua quā ego da-
bo ei fiet i eo fons aq̄ ſaliētis in vitā eter
nam. Dicit ad eū mulier. Dñe da mihi
hāc aquā. vt nō ſitiā neq̄ véniā huc hau
C rire. Dicit ei ieſus. Vade voca virū tuū:
ꝛ veni huc. Rñdit mulier: ꝛ dixit. Nō ha
beo virū. Dicit ei ieſus. Bñ dixiſti. q: nō
habeo virū. Quinq̄ enī viros habuiſti: ꝛ
nūc quē hēs nō eſt tuus vir. Hoc vere di-
xiſti. dicit ei múlier. Dñe video q: ppha
ta es tu. Pñes nři in mōte hoc adoraue-
rūt: ꝛ vos dicitis q: hieroſólymis eſt lo-
cus vbi adoráre opóꝛtet. Dicit ei ieſus.
Múlier crede mihi: q: venit hoꝛa quan-
do neq̄ in monte hoc neq̄ in hieroſólý-
mis adorábitis přem. Vos adorátis qđ
neſcitis: nos adoꝛam⁹ qđ ſcim⁹: q: ſalus
ex iudeis eſt. Sed venit hoꝛa ꝛ nūc eſt: qñ
veri adoꝛatóres adoꝛabūt patrē in ſpū ꝛ
1.cor.3.d; 24.q.3.c. quidam. veritate. Nā ꝛ př tales q̄rit q̄ adórēt eū.
Spiritus eſt de⁹: ꝛ eos q̄ adorāt eū in ſpū
ꝛ veritate opóꝛtet adoꝛare. Dicit ei mu-
lier. Scio q: meſſias vénit q̄ dr̄ xp̄s. Cū
ergo vénerit: ille nobis nūciabit oīa. Di
D cit ei ieſus. Ego ſum q̄ loquoꝛ tecū. Et cō
2.Cor.3.D tinuo venērūt diſcipuli ei⁹: ꝛ mirabāť
q: cū muliere loq̄bať. Nemo tñ dixit qđ
q̄ris aut qđ lóqueris cū ea. Reliq̄d er-
go hýdriā ſuā múlier: ꝛ abijt in ciuitatē
ꝛ dicit illis hoīb⁹. Venite ꝛ videte hoiē:
q̄ dixit oīa q̄cūq̄ feci. Nunqd ipſe ē xp̄s:
Exiérunt ergo de ciuitate ꝛ veniebant ad
Infra. eo. al + interrogauerunt eū. + Interea rogabāt eū diſcipuli dicē-
tes. Rabbi mandúca. Jlle aūt dixit eis.
Ego cibū habeo mādúcare: quē vos ne-

ſcitis. Dicebāt ergo diſcipuli ad inuicē.
Nunqd aliq̄s áttulit ei mādúcare. Dicit E
eis ieſus. Meus cib⁹ eſt vt faciā volūtatē
eius q̄ miſit me: vt pficiā opus ei⁹. Nō-
ne vos dicitis q̄ adhuc quatuoꝛ menſes
ſunt ꝛ meſſis venit: Ecce dico vobis: leuā
te oculos vřos: ꝛ videte regiónes: q: albe
ſunt iam ad méſſē. Et q̄ metit mercédē
áccipit. ꝛ cóngregat fructū i vitā eternā:
vt ꝛ q̄ ſéminat ſimul gáudeat ꝛ q̄ métit. 38
Jn hoc enī eſt verbū verū: q: ali⁹ eſt q̄ ſé-
minat: ꝛ alius eſt q̄ métit. Ego miſi vos
métere qđ vos nō laboraſtis. Alij laboꝛa
uerūt: ꝛ vos in laboꝛes eoꝝ introiſtis. Ex
ciuitate aūt illa multi crediderūt in eū
ſamaritanoꝝ ppter verbū mulieris teſti
moniū phibētis: q: dixit mihi oīa quecū
q̄ feci. Cū veniſſent ergo ad illū ſamari-
tani: rogauerūt eum vt ibi manéret. Et
F māſit ibi duos dies. Et multo plures cre
didérūt ppter ſermonē eius. Et mulieri
dicebāt: q: nō ppter tuā loquélā crédi-
mus. Jpſi enī audiuimus ꝛ ſcim⁹ q: hic
eſt vere ſaluatoꝛ mūdi. Poſt duos aūt di 34 VII
Mat.4.b. Mat.13.g Mar.6.a Luce.4.d. es éxijt inde: ꝛ ábijt in galileā. Jpſe enī
ieſus teſtimóniū phibuit: q: pphēta i ſua 35 I
přia honoꝛē nō habet. Cū ergo veniſſet i
galileā excepērūt eū galiléi: cū oīa vidiſ 36 X
ſent q̄ fécerat hieroſólymis in die feſto.
Et ipſi enim vénerāt ad diē feſtū. Venit
ergo iterū i chaná galiléé vbi fecit aquā
vinū. Et erat qdā régulus cui⁹ fili⁹ ifir- 37 III
mabāť capharnaū. Hic cū audiſſet q: ie
G ſus adueniret a iudéa i galiléā ábijt ad
eū: ꝛ rogabat eū vt deſcénderet ꝛ ſanáret
filiū eius. Jncipiebat enī moꝛi. Dixit er
go ieſus ad eū. Niſi ſigna ꝛ pdígia vidē 39
ritis nō créditis. Dicit ad eum régulus.
Dñe. deſcēde priuſq̄ moꝛiať fili⁹ me⁹. Di
cit ei ieſus. Vade fili⁹ tuus viuit. Credi-
dit hō ſermoni quē dixit ei ieſus: ꝛ ibat.
Jā aūt eo deſcēdēte ſerui occurrérūt ei.
ꝛ nūciauérūt dicētes q: filius eius viue-
ret. Jnterrogábat ergo hoꝛā ab eis i qua
melius + habuerat. Et dixerūt ei: q: heri alr + habuerit
hoꝛa ſéptima reliq̄t eū febꝛis. Cognóuit
ergo př q: illa hoꝛa erat i qua dixit ei ie-
ſus fili⁹ tu⁹ viuit. Et credidit ipſe ꝛ dom⁹
eius tota. Hoc iterū ſecundū ſignū fecit
ieſus cum veniſſet a iudéa in galiléā.
¶ Ca. v. ¶ De piſcina pbatica: ſanat

hoiem triginta ⁊ octo annos habentē ĩfir-
mitatē: dicebāt iudei ſanato: nō lꝫ tibi tol
lere grabatū tuū ſabbato: q̄cūq̄ʒ pater fe
cerit: hoc ⁊ filius ſimiliter facit: dicit ie-
ſus: q: venit hora ⁊ nūc eſt quādo mortui
audiūt vocē ⁊c. dicit ieſus: ioānes eſt lu-
cerna ardēs ⁊ lucēs: ſcrutamini ſcriptu-
ras: dicit moyſes accuſat vos: ⁊ ſi credere
tis moyſi crederetis forſitā ⁊ mihi. C V

38 I A Math. 9. a Mar. 2. a Luce. 5. d.

Poſt hec erat dies feſt⁹ iu-
deoꝝ ⁊ aſcendit ieſus hie
roſolymā. Eſt aūt hiero-
ſolymis ꝓbatica piſcina
q̄ cognominat̄ hebraice
betſaida quiq̄ʒ porticus ha
bens. In his iacebat multitudo magna
languentiū cecoꝝ claudoꝝ aridoꝝ expe-
ctantiū aque motū. Angelus aūt dn̄i de-
ſcendebat ſm̄ tēpus in piſcinā: ⁊ moue-
bat̄ aqua. Et q prior deſcēdiſſet ĩ piſcinā:
poſt motionem aque: ſanus fiebat a qua
cunq̄ʒ detinebat̄ infirmitate. Erat autem
qdā hō ibi triginta ⁊ octo annos hn̄s in
infirmitate ſua. Hūc cū vidiſſet ieſus ia-
centē: ⁊ cognouiſſet q: iā multū tēpus ha
beret: dicit ei. Uis ſanus fieri? Rn̄dit ei
languidus. Dn̄e: hoiem nō habeo: vt cuꝫ
turbata fuerit aqua mittat me ĩ piſcinā.
Duꝫ venio enī ego alius añ me deſcēdit.

B Math. 9. a Mar. 2. a Luce. 5. c al's nō hꝫ + homo

Dicit ei ieſus. Surge tolle grabatū tuū ⁊
ambula. Et ſtatī ſanus factus ē + hō ille.
Et ſuſtulit grabatū ſuum ⁊ ambulabat.
Erat aūt ſabbatū in die illo. Dicebāt er
go iudei illi q ſanatus fuerat. Sabbatuꝫ
eſt: nō licet tibi tollere grabatuꝫ tuum. b
Rn̄dit eis. Qui me ſanuꝫ fecit ille mihi
39 X dixit: tolle grabatū tuū ⁊ ambula. Inter
rogauerūt ergo eū. Quis eſt ille hō q di-
xit tibi. tolle grabatū tuū ⁊ ambula? Is
aūt q ſanus fuerat effectus neſciebat qs
eſſet. Jeſus enī declinauit a turba ↄſtitu-
ta in loco. Poſtea inuenit eū ieſus in tē-
plo: ⁊ dixit illi. Ecce ſanus fact⁹ es iā noli
peccare: ne deteri⁹ tibi aliqd ↄtingat. A-
bijt ille hō: ⁊ nūciauit iudeis q: ieſus eēt
qui fecit eū ſanuꝫ. Propterea pſeqbant̄

De pe. di. 3. §. i. De pe. ⁊ re miſ. c. cū ĩfirmitas.

C iudei ieſuꝫ: q: hec faciebat ĩ ſabbato. Je
ſus aūt rn̄dit eis. P̄r meus vſq̄ʒ mō opa
tur: ⁊ ego opor. Propterea ergo magis
q̄rebāt eū iudei interficere: q: nō ſolum
ſoluebat ſabbatū ſed ⁊ p̄rēʒ ſuū dicebat

deū: equalē ſe faciēs deo. Rn̄dit itaq̄ʒ ie- D
ſus: ⁊ dixit eis. Amē amē dico vobis non De pe. di. 5. ca. ſi.
pōt filius a ſe facere qcq̄ʒ niſi qd viderit
p̄rēʒ faciētē. Quecūq̄ʒ enī ille fecerit hec
fili⁹ ſil̄r facit. Pater enī diligit filiū: ⁊ o-
mnia demōſtrat ei q̄ ipſe facit: ⁊ maiora
his demōſtrabit ei opa vt vos miremini.
Sicut enim p̄r ſuſcitat mortuos ⁊ viuifi-
cat: ſic ⁊ filius quos vult viuificat. Neq̄ʒ
enim pater iudicat queq̄ʒ: ſed omne iu-
diciū dedit filio: vt oēs honorificēt filiuꝫ
ſicut honorificāt patrē. c Qui nō honorifi- Luce. 10. c c 40 I
cat filiū: nō honorificat patrē q miſit il-
lum. d Amē amē dico vobis q: q verbum d 41 X
meū audit ⁊ credit ei q miſit me: hꝫ vitā
eternā. Et ĩ iudiciū nō venit: ſed + trāſ- al's + trāſit
ſiet a morte in vitā. Amē amē dico vobis
q: venit hora ⁊ nūc eſt qn̄ mortui audient
vocē filij dei: ⁊ q audierit viuēt. Sicut enī
p̄r hꝫ vitā ĩ ſemetipſo: ſic dedit ⁊ filio hē-
re vitā in ſemetipſo. Et ptātē dedit ei iu- E
diciū facere: q: filius hoīs eſt. Nolite mi
rari hoc q: venit hora ĩ qua oēs q in mon
mentis ſunt audiēt vocē filij dei: Et pcē- Math. 25. d De pe. di. 5. ca. ſi.
dent q bona fecerūt ĩ reſurrectionē vite:
qui vero mala egerūt in reſurrectionē iu Infra. 6. d.
dicij. Non poſſum ego a meipſo facere
quicq̄ʒ. Sicut audio iudico: ⁊ iudicium
meū iuſtum eſt: e quia nō quero volunta e 42 I
teꝫ meā ſed voluntatē eius qui miſit me.
Si f ego teſtimoniū perhibeo de meipſo: Infra. 8. c f 43 X
teſtimoniū meū non eſt verum. Alius eſt
qui teſtimoniū perhibet de me: ⁊ ſcio q:
veruꝫ eſt teſtimoniū eius quod perhibet Supra. 1. c.
de me. Uos miſiſtis ad ioānnē: ⁊ teſtimo
nium perhibuit veritati. Ego autē nō ab
hoīe teſtimoniuꝫ accipio: ſed hec dico vt F
vos ſalui ſitis. Ille erat lucerna ardens ⁊
lucēs. Uos aūt voluiſtis ad horā exultare
in luce eius. Ego aūt habeo teſtimoniuꝫ
maius ioanne. Opera enī que dedit mihi Infra. 14. b.
pater vt perficiam ea: ipſa opera que ego
facio teſtimoniū perhibent de me: q: pa
ter miſit me. Et qui miſit me pater ipſe Infra. 5. e
teſtimoniū perhibuit de me. g Neq̄ʒ vocē g 44 III
eius vnq̄ʒ audiſtis neq̄ʒ ſpeciē eius vidi-
ſtis. h Et verbū eius non habetis in vobis h 45 X
manens: quia quē miſit ille huic vos nō
creditis. Scrutamini ſcripturas: + quia al's + in q̄bus vos putatis ĩ ipſis
vos putatis in ipſis vitam eternā hēre. Et
ille ſunt que teſtimoniū perhibēt de me: G

ꝛ non vúltis venire ad me vt vitã habea-
tis. Claritatẽ ab hoíbꝰ nõ accipio: ſed co-
gnóui vos: qꝛ dilectionẽ dei nõ habetis in
vobis. Ego veni i noíe pr̃is mei: ꝛ nõ ac-
cepiſtis me. Si alius vénerit in noíe ſuo
illuz accipiétis. Quõ vos poteſtis crẽde-
re qui gloriã ab inuicẽ accipitis: ꝛ gloriã
que a ſolo deo eſt nõ quéritis? Nolíte pu
tare qꝛ ego accuſatúrus ſuz vos apud pa-
trez. Eſt q accúſat vos móyſes: i quo vos
ſperátis. Si eni crederétis móyſi: crede-
rétis fórſitan ꝛ mihí. De me eniz ille ſcri
pſit. Si autẽ illius litteris non créditis:
quomodo verbis meis credétis?

¶ Ca. Sũ. ¶ De quinqꝫ panibꝰ ꝛ duobꝰ
piſcibus: ꝛ qꝛ eum regem facere volue-
runt: ieſus ſupra mare ambulat: Opera-
míni nõ cibum que perit de manna ꝛ pa-
ne celeſti loquitur: ego ſuz panis de celo
deſcendi: recedentibus ab eo diſcipulis
vnum ex duodeciz diabolũ dicit. ¶ VI

[a]46 A [a]Poſt hec ábijt ieſús trans
i mare galilée qđ eſt tybe-
ríadis. Et ſequebatur eũ
multitudo magna: qꝛ vi-
debãt ſigna que faciebat
[b]47 ſup his q infirmabãtur.[b]
III al' ✠ ſubijt ✠ Súbijt ergo i mõtẽ ieſús: ꝛ ibi ſedébat
[c]48 mat. 14. b Luce. 9. b cum diſcipulis ſuis.[c] Erat autẽ próximũ
i mat. 14. b páſca dies feſtus iudeórũ.[d] Cum ſuble-
[d]49 mar. 6. e Luce. 9. b uáſſet ergo oculos ieſús ꝛ vidiſſet qꝛ mul
i titudo maxima venit ad eũ: dicit ad phi-
lippum. Unde emémus panes: vt mãdu
cent hi? Hoc aũt dicebat téntãs eũ. Ipſe
enim ſciebat qđ eſſet facturus. Rñdit ei
philippus. Ducentoꝝ denarioꝝ panes nõ
ſufficiũt eis: vt vnuſqſqꝫ módicũ qđ ac-
cipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis eiꝰ an-
mat. 14. b dréas frater ſýmõis petri. Eſt puer vnus
mar. 6. e Luce. 9. b hic: qui habet quinqꝫ panes ordeáceos ꝛ
B duos piſces? Sed hec qđ ſunt iter tãtos.
mat. 14. b Dicit ergo ieſús. Fácite hoíes diſcúmbe
mar. 6. e re. Erat autẽ fenũ multũ in loco. Diſcu-
Luce. 9. b buérunt ergo viri nũero q̃ſi qnqꝫ milia.
Di. 36 c. q eccleſiaſti cas. Accepit ergo ieſus panes: ꝛ cũ gr̃as egiſ
ſet: diſtribuit diſcumbẽtibꝰ. Silr̃ ex piſci
bus quãtũ volebãt. Ut aũt ĩpléti ſunt: di
xit diſcipulis ſuis. Colligite q̃ ſupauérũt
fragménta ne péreant. Collegérunt er-
go ꝛ impleuérunt duodecim cóphinos
fragmentorum ex quinqꝫ panibus or-

deáceis ꝛ duobꝰ piſcibꝰ: q̃ ſupfuerũt his
qui manducáuerãt.[e] Illi ergo hoíes cuz
vidiſſent qđ ieſús fécerat ſignũ dicebãt. [e]50 x
Quia hic eſt vere ꝑpheta: q ventúrus eſt
in mundũ. Ieſús ergo cũ cognouiſſet qꝛ
vẽtúri eſſent vt ráperẽt eũ ꝛ fácerent euz
regem: fúgit iteruz in montẽ ipſe ſolus.
Ut autẽ ſero factũ eſt: deſcenderũt diſci- [f]51
puli eius ad mare. Et cũ aſcẽdiſſent naui mat. 14. e mar. 6. f III
venerũt trãs mare i capharnaũ. Et téne- Luce. 6. b
bre iam facte erant: ꝛ nõ vénerat ad eos
ieſus. Mare autẽ vẽto magno flante ex-
urgébat. Cum remigáſſent ergo q̃ſi ſta-
dia vigintiqnqꝫ aut triginta vident ieſúz mat. 14. e mar. 6. g
ambulantẽ ſupra mare ꝛ ꝓximũ naui fie C
ri: ꝛ timuérũt. Ille aũt dicit eis. Ego ſuz
nolíte timére. Uoluerũt ergo accipe euz
in nauim: ꝛ ſtatiz nauis fuit ad terrã quã
ibãt.[g] Altera die turba q̃ ſtabat trãs ma
re vidit qꝛ nauicula alia non erat ibi niſi [g]52
vna: ꝛ qꝛ nõ introiſſet cuz diſcipulis ſuis x
ieſús in nauim: ſed ſoli diſcipuli eiꝰ abiſ
ſent. Alie vero ſupuenérũt naues a tybe-
ríade iuxta locũ vbi mãducáuerãt panẽ
gratias agẽtes deo. Cuz ergo vidiſſet tur-
ba qꝛ ieſús nõ eſſet ibi neqꝫ diſcipuli eiꝰ:
aſcẽderũt i nauículas ꝛ venérũt caphar-
naúm q̃rẽtes ieſúm. Et cum inueniſſent
eum trans mare: dixerunt ei. Rabbi q̃n
huc veniſti? Rñdit ei ieſús ꝛ dixit. Amẽ
amen dico vobis quéritis me: nõ qꝛ vidi
ſtis ſigna: ſed qꝛ mãducáſtis ex panibꝰ ꝛ
ꝛ ſaturáti eſtis. Opámini nõ cibũ q perit
ſed q pérmanet i vitã eternã: quẽ filius
hoís dabit vobis. Hũc eni pr̃ ſignáuit de-
us. Dixerũt ergo ad eũ. Quid faciémus D
vt opémur opa dei? Rñdit ieſus: ꝛ dixit mat. 16. a mar. 8. b
eis. Hoc eſt opus dei: vt credátis in eum
quẽ miſit ille. Dixerunt ergo ei.[h] Quod
ergo tu facis ſignũ: vt videámꝰ ꝛ credá- [h]53
mus tibi? Quid oparis.[i] Pátres noſtri III
manducauerunt mánna in deſerto: ſicut [i]54
ſcriptũ eſt. Panẽ de celo dedit eis mãdu Pſ. 77 x
care. Dixit ergo eis ieſús. Amẽ amẽ di- Sap. 16. c. de ꝯſe. di. 2. capi. nec moyſes.
co vobis: nõ móyſes dedit vobis panẽ de
celo: ſed pr̃ meꝰ dat vobis panẽ de celo ve
rũ. Panis eni verꝰ eſt q de celo deſcẽdit:
ꝛ dat vitã mũdo. Dixerũt ergo ad eum. mat. 26. c
Dñe ſemp da nobis panẽ hũc. Dixit aũt mar. 14. c
eis ieſus.[k] Ego ſuz panis vite. Qui venit Luce. 22. b infra. 13. a [k]55
ad me nõ eſuriet: ꝛ qui crédit in me nõ i

ſitiet ī eternum. Sʒ dixi vobis: qꝛ ⁊ vidi-
Mat.26.d ſtis me ⁊ nō credidiſtis.[l] Oē qḋ dat mihi
l 56 Mar.14.d pater ad me veniet: ⁊ eū q venit ad me
x Luce.12.c. ſupra.5.c. nō eijciā foras:[m] qꝛ deſcēdi de celo nō vt
m 57 faciā voluntatē meā: ſed voluntatē eius
qui miſit me.[n] Hec eſt † eni voluntas ei⁹
n 58 qui miſit me patris. vt oē qḋ dedit mihi
x nō perdam ex eo: ſed reſuſcitē illud in
nouiſſimo die: hec eſt aūt voluntas patris
E mei qui miſit me: vt oīs qui videt filiū ⁊
credit in eū habeat vitā eternā: ⁊ ego re-
ſuſcitabo eum in nouiſſimo die.[o] Mur-
o 59 murabant ergo iudei de illo: qꝛ dixiſſet
i ego ſuʒ panis viuus q de celo deſcēdi. Et
dicebant. Nōne hic eſt filius ioſeph cui⁹
Mat.13.g nos nouimus patrē ⁊ matrē? Quō ergo
p 60 Mar.6.a. dicit hic. quia de celo deſcēdi?[p] Rn̄dit er-
x Luce.4.d. infra.2.b. go ieſus ⁊ dixit eis. Nolite murmurare
in inuicem. Nemo pōt venire ad me niſi
pater q miſit me traxerit eū: ⁊ ego reſu-
ſcitabo eū i nouiſſimo die. Eſt ſcriptū in
prophetis. Erunt oēs docibiles dei. Oīs q
Mat.11.d. audiuit a pr̄e ⁊ didicit: venit ad me.[q] Nō
q 61 Luce.10.d quia patrē vidit quiſq̄ʒ. niſi is q eſt a deo:
iiii de pe. di. 4.ca. bene hic vidit patrē.[r] Amē amē dico vobis: q
r 62 dictus. credit in me habet vitā eternā.[s] Ego ſuʒ
x de conſe. di.2.ca. re panis vite.[t] Patres veſtri māducauerūt
s 63 uera. manna in deſerto: ⁊ mortui ſunt. Hic eſt
i ꝑ.eo. panis de celo deſcēdens: vt ſi quis ex ipſo
t 64 māducauerit nō moriaꝛ.[u] Ego ſum pa-
x de cōſe.di. 2.c. forte.⁊ nis viuus q de celo deſcēdi. Si quis man-
u 65 c. reuera. ducauerit ex hoc pane viuet in eternum.
i de cōſe.di. 1.ca. xp̄s.⁊ Et panis quē ego dabo caro mea eſt pro
c. vtruʒ.⁊ mundi vita.[x] Litigabāt ergo iudei adin-
x 66 ca. oia. uicē dicentes. Quō pōt hic nobis carneʒ
x F ſuam dare ad māducanduʒ. Dixit ergo
eis ieſus. Amen amē dico vobis: niſi mā
ducaueritis carneʒ filij hoīs ⁊ biberitis
1.Cor.11.g eius ſanguinē nō habebitis vitā in vobis.
de cōſe.di. 2.c.qꝛ cor Qui māducat meā carnē ⁊ bibit meuʒ
pus.⁊ ca. ſanguinē habet vitā eternā: ⁊ ego reſuſci
y 67 in quibus.⁊ c. dupli- tabo eū in nouiſſimo die.[y] Caro eni mea
i ter.⁊ cap. vere eſt cibus: ⁊ ſanguis meus vere eſt po
z 68 verū.⁊.ca. in chriſto tus.[z] Qui māducat meā carnem ⁊ bibit
v ſupra eo. meū ſanguinē: in me manet ⁊ ego ī illo.
Sicut miſit me viuens pater ⁊ ego viuo
de cōſe.di. 2.c. in xp̄o propter patrē: ⁊ qui māducat me ⁊ ipſe
c. inuitat viuet ꝓpter me. Hic eſt panis qui de celo
⁊.c.q man deſcēdit. Non ſicut manducauerūt pr̄es
ducat. veſtri manna ⁊ mortui ſunt. Qui mādu-
cat hunc panē: viuet in eternū. Hec dixit
in ſynagoga docēs in capharnaūʒ. Mul-
ti ergo audiētes ex diſcipulis ei⁹ dixerūt
Durus eſt hic ſermo. Et quis pōt eū au-
dire? Sciēs aūt ieſus apud ſemetipſuʒ qꝛ G
murmurarēt de hoc diſcipuli eius: dixit 24.q.1.ca. audiuimus.
eis. Hoc vos ſcādaliʒat.[a] Si ergo videri-
tis filiū hoīs aſcendentē vbi erat prius? de pe. di. 4.ca. ſi ex a 69
Spūs eſt q viuificat: caro nō ꝓdeſt qcq̄ʒ. bono. i
Verba [b] que ergo locut⁹ ſum vobis. ſpi- de conſe. di.2.c.i. b 70
ritus ⁊ vita ſunt. Sed ſunt qdā ex vobis Mat. 26.f iiii
qui nō credūt.[c] Sciebat eni ab initio ie- Mar.14.g c 71
ſus q eſſent credētes: ⁊ qs traditur⁹ eſſet Luce. 22.g Mat.26.d x
eum.[b] Et dicebat. Propterea dixi vobis: Mar.14.d d 72
quia nemo pōt venire ad me niſi fuerit iiii
ei datū a patre meo. Et hoc multi diſci- b 73
puloꝝ eius abierūt retro: ⁊ iā nō cū illo x
ambulabāt. Dixit ergo ieſus ad duode-
cim. Nunqd ⁊ vos vultis abire?[c] Reſpō- c 74
dit ergo ei ſymon petr⁹. Dn̄e ad quē ibi- Mat.16. 23.q.4.ca. i
mus. Verba vite eterne habes. Et nos diſplicet.
credimus ⁊ cognouim⁹: qꝛ tu es chriſtus de cōſe. di. 2.c.forte.
filius dei. Reſpōdit eis ieſus. Nōne ego d 75
vos duodecim elegi: ⁊ ex vobis vnus dia x
bolus eſt. Dicebant autem de iuda ſymo
nis ſcariothis. Hic eniʒ erat traditurus
eum cum eſſet vnus ex duodecim.

¶ Ca. Sū. ¶ Jeſus in ſcenophegia aſcē dit ad diē feſtū: dicit̄ ieſu: demoniū hēs: de turba multi credebāt in eū: clamat ieſus: ſiqs ſitit veniat ad me ⁊ bibat: cū miniſtris ⁊ nicodeo pn̄cipes ↄtēdūt. ¶ VII

POſt hec auteʒ ambulabat A
ieſus in galileā. Non eni
volebat ī iudeā ambulare
qꝛ q̄rebāt eū iudei iterfi-
cere. Erat aūt ī proxio di-
es feſtus iudeoꝝ ſceno-
phegia. Dixerūt aūt ad eū frēs ei⁹. Trā-
ſi hinc ⁊ vade in iudeā: vt ⁊ diſcipuli tui
videāt opa tua q̄ † facis. Nemo qppe in
occulto aliqd facit. ⁊ q̄rit ipſe ī palā eſſe.
Si hec facis: manifeſta teipſuʒ mūdo. Ne
qʒ eniʒ frēs ei⁹ credebāt in eū. Dicit eis
ergo ieſus. Tp̄s meū nōdū aduenit: tp̄s
aūt vr̄m ſemꝑ ē paratū. Nō pōt mūdus o-
diſſe vos. Me aūt odit: qꝛ ego teſtimōiū
phibeo de illo: qꝛ opa ei⁹ mala ſunt. Vos
aſcēdite ad diē feſtū hūc. Ego.n. nō aſcē-
daʒ ad diē feſtū iſtū: qꝛ meū tp̄s nōdū i-
pletū ē. Hec cū dixiſſet: ipſe māſit i gali-
lea. Vt aūt aſcenderunt frēs eius: tunc ⁊ B

ſupra. 6.c ipſe aſcēdit ad diē feſtū nō māifeſte: ſed
quaſi in occulto. Judei ergo querebāt eū
ī die feſto: ꝛ dicebāt. Ubi ē ille? Et múr-
mur multus erat in turba de eo. Quidā
eni dicebāt qꝛ bonus eſt: alij aūt dicebāt
nó ſed ſedúcit turbas. Nemo tñ palā lo-
quebaꝛ de illo: ꝑpter metū iudeoꝝ. Jam
aūt die feſto mediāte aſcēdit ieſus in tē-
plū: ꝛ docebat. Et mirabanꝛ iudei dicen-
tes. Quō hic lr̄as ſcit cum nō didicerit?
Rn̄dit eis ieſus. ꝛ dixit. Mea doctrina
nó eſt mea: ſed ei⁹ q miſit me. Si quis vo
lúerit volūtatē ei⁹ facere: cognóſcet de do
ctrina vtrū ex deo ſit: an ego a meipſo lo
quar. Qui a ſemetipſo loquiꝛ: gl'iam ꝓ-
priā q̄rit. Qui autē q̄rit gloriā ei⁹ q mi-
ſit eū: hic verax eſt. ꝛ iniuſticia in illo nō
C eſt. Nōne móyſes dedit vobis legē? Et ne
mo ex vobis facit legē. Quid me q̄ritis
interficere? Rn̄dit turba ꝛ dixit. Demó-
niū hēs. Quis te q̄rit interficere? Rn̄dit
Infra. 9. a. ieſús ꝛ dixit eis. Unū opus feci ꝛ oēs mi
ramini. Propterea móyſes dedit vobis
circūciſionē: nō qꝛ ex móyſe eſt ſꝫ ex pꝛi-
bus. Et in ſábbato circunciditis hoiem.
Si circūciſiónē áccipit hō in ſábbato vt
non ſoluaꝛ lex móyſi: mihi īdignamini.
Deu. i. c
D qꝛ totū hoiem ſanū feci ī ſabbato? Noli
te iudicare ſm̄ faciē: ſꝫ iuſtū iudiciū iudi
cate. Dicebāt ergo qdā ex hieroſólymis
Nōne hic eſt quē q̄rūt interficere? Ecce
palā loquiꝛ: ꝛ nihil ei dicūt. Nunqd ve-
re cognouérūt pꝛicipes qꝛ hic eſt xp̄s? Sꝫ
hunc ſcim⁹ vn̄ ſit: xp̄s aūt cū vénerit ne-
mat. ii. b. mo ſcit vn̄ ſit. [a] Clamabat ergo ieſús ī tē-
76 Lu. 10. d
III īfra. 8. b. c plo docēs ꝛ dicēs. Et me ſcitis ꝛ vnde ſi
infra. 8. f. ſcitis: ꝛ a meipſo nō veni: ſꝫ eſt ver⁹ q mi-
ſit me quē vos neſcitis. Ego ſcio eum. ꝛ ſi
dixero qꝛ neſcio eū: ero ſilis vobis men-
mat. xi. dax. Sꝫ ſcio eū. qꝛ ab ipſo ſum: ꝛ ipſe me
mar. ii. miſit. [b] Querebāt ergo eū apphēdere: ꝛ
77 12. a nemo miſit in illū man⁹: qꝛ nōdū vēne-
I Luce. 19 rat hora ei⁹. [c] De turba aūt multi credide
78 20. a. a. rūt in eū. Et dicebāt. Xp̄s cū vénerit: nū
X quid plura ſigna fáciet q̄ꝫ que hic facit?
79 E Audierūt phariſei turbaꝫ murmurantē
I de illo hec⁹. ꝛ miſerūt pꝛicipes ꝛ phariſei
80 miniſtros vt apphēnderēt ieſúm. [e] Dixit
X ergo eis ieſús. Adhuc modicū tp̄s vobi-
81 infra. 13. d ſcū ſuꝫ: ꝛ vado ad eū q me miſit. [f] Quéri
X tis me ꝛ nō inuenietis: ꝛ vbi ego ſuꝫ vos
nō poteſtis venire. Dixerūt ergo iudei ad
ſemetipſos. Quo hic itur⁹ eſt qꝛ nō inue-
niémus eū: hic nūqd in diſpſionē gētiuꝫ
iturus eſt: ꝛ docturus gētes? Quis eſt hic
ſermo quē dixit: q̄retis me ꝛ nō inuenie
tis. ꝛ vbi ſum ego vos nō poteſtis venire?
Jn nouiſſimo aūt die magno feſtiuitatis
ſtabat ieſús ꝛ clamabat dicens. Si quis F
ſitit: véniat ad me ꝛ bibat. Qui credit in Joan. 4. c
me ſicut dicit ſcriptura: flumina de ven-
tre eius fluent aque viue. Hoc autem di-
xit de ſpiritu: quem acceptúri erant cre-
dētes in eum. Nondum eni erat ſp̄us da
tus: qꝛ ieſús nōdū erat gloꝛificat⁹. [g] Ex il- 82
la ergo turba cū audiſſent hos ſermōes VII
eius dicebāt. Hic eſt vere ꝓpheta. Alij di
cebāt. Hic eſt xp̄s. [h] Quidā aūt dicebant mat. 2. a 83
Nunqd a galilea venit xp̄s? Nōne ſcri- VII
ptura dicit qꝛ ex ſemine dauid ꝛ de beth- michee.
leē caſtello vbi erat dauid venit chꝛiſtus? 5. a.
Diſſénſio itaqꝫ facta eſt in turba propter 2. co. b G 84
eum. [k] Quidā aūt ex ipſis volebāt appꝛe- X
hēndere eū: ſed nemo miſit ſup euꝫ ma- 85
nus. [l] Uenerūt ergo miniſtri ad pōtifices I
ꝛ phariſeos: ꝛ dixerūt eis illi. Quare nō 86
adduxiſtis illū? Rn̄derūt miniſtri. Nūn X
q̄ꝫ ſic locut⁹ eſt hō: ſicut hic loquiꝛ. Rn̄-
derūt ergo eis phariſei. Nunqd ꝛ vos ſe
dúcti eſtis? Nunqd ex pꝛincipibus aliqs
credidit in eū: aut ex phariſeis? Sed tur-
ba hec q nō nouit legē: maledicti ſunt. Di infra. 3. a.
xit nicodémus ad eos. ille q venit ad euꝫ infra. 19. e
nocte: q vnus erat ex ipſis. Nunquid lex
noſtra iúdicat hoiem: niſi pꝛius audierit
ab ipſo ꝛ cognóuerit quid faciat? Rn̄de-
runt: ꝛ dixerūt ei. Nunqd ꝛ tu galileus a. 3. f
es? Scrutáre ✝ ſcriptúras ꝛ vide: quia a dꝛ nō h3
galiléa prophéta nō ſurgit. Et reuerſi ſūt ✝ ſcriptu
vnuſquiſqꝫ in domum ſuam. ras

C Ca. Sū. C De muliere adultera: ie-
ſus lucem mūdi ſe eſſe pꝛedicat: ieſus in-
terrogatus pꝛincipium ſe eſſe reſpondit:
qꝫ omnis peccatoꝛ ſeruus ſit: ꝛ qꝫ ieſus an
te abꝛaam ſit. C VIII

IEſus autē perrexit in mōte A
oliueti: ꝛ diluculo iterū ve- Luce. 21. g
nit in templū. ꝛ oīs popul⁹
venit ad eū: ꝛ ſedens doce-
bat eos. Adducunt aūt ſcri
be ꝛ phariſei mulierē ī ad-
ultério depꝛehēnſā: ꝛ ſtatuérūt eā in me-

Leui.20.b dio: ⁊ dixerunt ei. Magiſter: hec mulier
modo deprehenſa eſt in adulterio. In le-
ge autem moyſes mãdauit nobis huiuſ-
modi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hec
autẽ dicebant tentãtes eũ: vt poſſent ac-
cuſare eũ. Jeſus autẽ inclinans ſe deorſũ:
alio + aut digito ſcribebat in terrã. Cũ + ergo pſe-
uerarent interrogantes: erexit ſe. ⁊ dixit
eis. Qui ſine peccato eſt veſtrũ prim᷒ in il-
3.q.7.c.2.q ſine.c.po ſtulatus. 32.q.6.in prin. de pe.diſ. 2.c.ſi enim §.rurſus lam lapidẽ mittat. Et iterũ ſe inclinans
ſcribebat in terra. Audiẽtes aũt hec vnus
poſt vnũ exibãt incipiẽtes a ſenioꝛib᷒: ⁊
remanſit ſolus ieſus. ⁊ mulier in medio
ſtans. Erigens aũt ſe ieſus dixit ei. Mu-
B lier. vbi ſunt q te accuſabãt? Nemo te cõ-
demnauit? Que dixit. Nemo dñe. Dixit
autẽ ieſus. Nec ego te cõdẽnabo. Uade ⁊
iam amplius noli peccare. Iterũ ergo lo-
Infra.12.e. ⁊ infra.14.g. cutus eſt eis ieſus dicẽs. Ego ſuz lux mũ-
di. Qui ſequit᷑ me nõ ambulat in tene-
bris ſed hẽbit lumẽ vite. Dixerũt ergo ei
phariſei. Tu de teipſo teſtimoniũ perhi-
de teſti.c. in omni. bes teſtimoniũ tuũ nõ eſt verũ. Rñdit ie-
ſus ⁊ dixit eis. Et ſi ego teſtimoniũ phi-
beo de meipſo: verũ eſt teſtimoniũ meũ:
qꝛ ſcio vnde veni: ⁊ quo vado. Uos autez
neſcitis vnde venio. aut quo vado. Uos
ſecundum carnem iudicatis: ego non iu-
C dico quenquam. Et ſi iudico ego: iudici-
Deu.17.b um meum verum eſt: quia ſolus nõ ſuz:
mat.18.b. ſed ego ⁊ qui miſit me pater. Et in lege
2.Cor.13.a 8.f. veſtra ſcriptum eſt: qꝛ duorũ hominum
Mat.11.d teſtimoniũ verũ eſt. Ego ſum q teſtimo-
Luce.10.b niũ phibeo de me ipſo: ⁊ teſtimoniũ per-
ſupra.7.d Mat.11.d. hibet de me q miſit me pater. Dicebant
Mar.11.c. ⁊ 12.a ergo ei. Ubi eſt pater tuus? Rñdit ieſus.
87 Luce.19.g 4.20.g.⁊.22 Neqꝫ me ſcitis neqꝫ patrem meum. Si
a.ſup.7.d me ſciretis: foꝛſitan ⁊ patrem meum ſci-
88 retis. Hec verba locutus eſt ieſus in ga-
zophilatio: docens in templo. Et nemo
apprehendit eum: quia necdum venerat
89 hoꝛa eius. Dixit ergo iterum eis ieſus.
Ego vado ⁊ queretis me: ⁊ in peccato ve-
ſtro moꝛiemini. Quo ego vado: vos non
poteſtis venire. Dicebãt ergo iudei. Nũ-
quid interficiet ſemetipſuz: qꝛ dicit quo
ego vado vos nõ poteſtis venire? Et dice-
bat eis. Uos de deoꝛſuz eſtis: ego de ſuper-
nis ſuz. Uos de mundo hoc eſtis: ego nõ
ſum de hoc mũdo. Dixi ergo vobis: quia
moꝛiemini in peccatis veſtris. Si eni non

crediderítis qꝛ ego ſuz: moꝛiemini ĩ pec-
cato veſtro. Dicebãt ergo ei. Tu quis es?
Dicit eis ieſus. Principiũ: qui ⁊ loquoꝛ D
vobis. Multa habeo de vobis loqui ⁊ iu- ſupra.7.e
dicare: ſed qui me miſit verax eſt: ⁊ ego Ro.3.a ſupra.3.b
que audiui ab eo hec loquoꝛ ĩ mũdo. Et infra.12.e.
non cognouerunt quia patrem eius dice-
bat deum. Dixit ergo eis ieſus. Cum ex-
altaueritis filium hominis: tunc cogno-
ſcetis quia ego ſum: ⁊ a meipſo facio ni-
hil: ſed ſicut docuit me pater hec loquoꝛ.
Et qui me miſit mecum eſt: ⁊ non reli-
quit me ſoluz: quia ego que placita ſunt
ei facio ſemper. Hec illo loquente: multi
dñi nr̃i ieſu xp̃i: qui ſcdm̃ miſericordiã ſuã
magnã regenerauit nos in ſpem viuã ꝑ reſur-
rectionẽ ieſu xp̃i ex mortuis in hereditatẽ in-
corruptibilẽ ⁊ incõtaminatã ⁊ immarceſſibileꝫ
ꝯſeruatã in celis in vobis: q i virtute dei cuſto
dimini ꝑ fidẽ in ſalutẽ paratã reuelari in tp̃e
nouiſſimo. In quo exultabitis modicũ nũc ſi B
oꝫ ꝯtriſtari i varijs tẽptatioĩbꝰ: vt pbatio vr̃e Job.1.e Act.4.e Luce.8
fidei multo p̃cioſior ſit auro qd ꝑ ignẽ pbat̃:
inueniat̃ i laudẽ ⁊ gl̃iã ⁊ honore i reuelatiõe
ieſu xp̃i quẽ cũ nõ videritis diligitis. In quẽ
nũc quoq3 nõ videtes creditis: credẽtes aũt ex
ultabitis letitia inenarrabili ⁊ gl̃ificata: repor
tãtes finẽ fidei vr̃e ſalutẽ aĩaꝝ vr̃aꝝ. De q̃ ſa-
lute exq̃ſierũt atq3 ſcrutati ſũt ꝓphete: q de fu-
tura in vobis gr̃a ꝓphetauerunt: ſcrutãtes qd
vel q̃le tp̃s ſignificaret i eis ſpũs xp̃i ꝓnũciãs
eas que in chriſto ſunt paſſiones ⁊ poſteriores

gloriaſ: quibus reuelatum eſt: quia non ſibi-
met ipſis: vobis aūt miniſtrabant ea que nunc
C nunciata ſunt vobis per eos qui euāgeliʒauē-
runt vobis ſpiritu ſancto miſſo de celo: in queʒ
deſiderant angeli proſpicere. Propter qđ ſuc-
cincti lumbos mētis veſtre ſobrij perfecti ſpera
te in eam que offertur vobis gratiā in reuela
tioneʒ ieſu xp̄i quaſi filij obediētie nō cōfigu-
rāti prioribus ignorantie veſtre deſiderijs: ſed
Leui.19.a. ſm̄ eum qui vocauit vos ſcm̄: vt ⁊ ipſi in oī cō
Deu.10.b uerſatione ſancti ſitis: qm̄ ſcriptū eſt. Sancti
Col.3.b ēritis: qm̄ ſanctus ſum. Et ſi patreʒ inuocātis
Ja.2.b. eum qui ſine acceptiōe perſonarū iudicat ſm̄
Ecc.10.f. vniuſcuiuſqʒ opus in timore incolātus veſtri
Ro.2.b D
Eph.6.b tempore cōuerſamini. Scientes qđ non corru-
Heb.9.d ptibilibus auro vel argento redempti eſtis de
1.Jo.1.c vana veſtra cōuerſatione paterne traditiōis: ſʒ
Apoc.1.b precioſo ſanguine quaſi agni immaculāti xp̄i
⁊ incontamināti: precogniti quideʒ ante mū
di conſtitutionē: manifeſtati autē nouiſſimis
temporib⁹ propter vos qui per ipſum fideles
eſtis in deo: qui ſuſcitauit eum a mortuis: ⁊ de
dit ei gloriā: vt fides veſtra: ⁊ ſpes eſſet in deo.
Animas veſtras caſtificātes in obedientia cha
ritatis in fraternitatis amore: ſimplici ex cor-
de inuicem diligite attentius: renati non ex
ſemine corruptibili ſʒ icorruptibili p verbum
Eſa.40.b. dei viui ⁊ permanētis in eternū q: oīs caro
Eccl.14.c. vt fenum: ⁊ oīs gloria ei⁹ tanqʒ flos feni. Exa-
Jaco.1.b ruit fenum ⁊ flos eius decidit: verbum auteʒ
domini manet in eternum. Hoc eſt auteʒ ver-
bum quod euangeliʒatum eſt in vos.

C Ca. Sū. C Jnducit apoſtolus ad ſpiritua-
lis vite perfectionem. atqʒ perfectiōis in alios
diffuſionem. per ſanctam conuerſationem. ac
inſtruit exeuntes in ſtatu ſeruili. C II.

A Deponentes igitur omnē mali-
Ephe.4.f ciam ⁊ omnē dolum. ⁊ ſimula-
Col.3.b tiōes. ⁊ inuidias ⁊ omnes detra
Heb.12.b ctiones: ſicut modo geniti in-
fantes rationabiles ⁊ ſine dolo
lac cōcupiſcite vt in eo creſca-
tis in ſaluteʒ: ſi tn̄ guſtatis qm̄ dulcis eſt dn̄s.
Ad quē accedentes lapidē viuū ab hominib⁹
quidem reprobatum: a deo aūt electū ⁊ hono-
rificatū: ⁊ ipſi tanqʒ lapides viui ſuperedifica
mini domos ſpūales in ſacerdotiū ſanctū: offe
rentes ſpiritales hoſtias acceptabiles deo per
Eſa.28.a ieſum chriſtum. Propter quod continet ſcri-
ptura. Ecce pono in ſion lapideʒ ſummū: an-
gularem probatū. electū precioſum: ⁊ qui cre
diderit in euʒ non cōfundetur. Vobis igitur B
honor credentibus: non credentibus auteʒ la- Dā.17
pis quem reprobauerūt edificātes hic factus Mat.21. Mar.12.b
eſt in caput anguli: ⁊ lapis offenſionis ⁊ petra Luce.20.c
ſcandali: his qui offendunt verbo nec credunt Act.4.b
in quo ⁊ poſiti ſunt. Vos autem genus electū: Ro.9.a
regale ſacerdotium. gens ſancta: populus ac-
quiſitionis: vt virtutes anuncietis eius q de te
nebris vos vocauit in ammirabile lumē ſuuʒ. Oſe.2.d.
Qui aliqñ non populus dei: nunc aūt populus Ro.9.e
dei: q non cōſecuti miſericordiā: nūc aūt mi- Ro.11.d
ſericordiaʒ conſecuti. Chariſſimi obſecro vos
tanqʒ aduenas ⁊ pegrinos abſtinere vos a car
nalibus deſiderijs que militant aduerſus ani E
mam: conuerſationē veſtram inter gentes ha-
bentes bonam: vt in eo quod detractant de vo-
bis tanqʒ de malefacto: ib⁹: ex bonis operibus
vos conſiderātes: glorificent deuʒ in die viſita
tionis. Subiecti igitur eſtote oī humane crea Ro.13.a
ture propter deuʒ. Siue regi quaſi precellēnti: magnus.
ſiue ducibus tanqʒ ab eo miſſis: ad vindictaʒ
malefactorum: laudem vero bonorum: Quia
ſic eſt voluntas dei: vt benefacientes obmutē-
ſcere faciatis iprudētiū hoīuʒ ignorātiā. Qua-
ſi liberi ⁊ non quaſi velamē habentes malicie
libertatem ſed ſicut ſerui dei. Omnes honora- Ro.12.e
te: fraternitatem diligite. Deum timēte regē Ephe.6.a
honorificāte. Serui ſubditi eſtote in omni ti- Col.3.d
more dominis: non tantum bonis ⁊ mode- 1.Timo.2.c
ſtis. ſed etiaʒ diſcholis. Hec eſt enim gratia ſi
propter dei conſcientiam ſuſtinet quis triſti- magnus.
cias patiens iniuſte. Que eniʒ eſt gratia: ſi pec
cantes ⁊ colaphiʒāti ſuffertis? Sed ſi benefa- D
cientes patienter ſuſtinētis. hec eſt gratia a-
pud deum. Jn hoc eniʒ vocati eſtis quia ⁊ chri
ſtus paſſus eſt pro nobis. vobis relinquens ex-
emplum vt ſequamini veſtigia eius. Qui pec- Eſa.53.b
catum non fecit: nec inuentus eſt dolus in ore 1.Jo.3.a
eius. Qui cum malediceretur non maledicē
bat: cum pateretur non cōtaminabatur. Tra
debat autem iudicanti ſe iniuſte. Qui peccata
noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignū: Eſa.53.b
vt peccatis mortui iuſticie viuamus cuius li-
uore ſanati eſtis. Eratis eniʒ ſicut oues erran
tes. ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtoreʒ ⁊ epi-
ſcopum animarum veſtrarum.

C Capituli Summarium. C Jnſtruit apo-
ſtolus exiſtentes in ſtatu coniugali loquens
de mulierum ornatu ac virorum ſcientia ⁊
ordinauit informando homines ad proximū
⁊ ad deum. C III.

A Imiſr ⁊ mulieres ſubdite ſint
i.Cor.ii.a. viris ſuis: vt ⁊ ſi q non credunt
Coloſ.i.c. verbo per mulierũ conuerſatio-
Eph.5.e. nem ſine verbo lucrifiant. conſi-
Timo.ii.f derantes in timore ſcām ꝯuer-
ſationem vr̃am. quaꝝ nō ſit ex-
triſecus capillatura aut circũdatio auri aut in
dumenti veſtimentoꝝ cultus. ſed qui abſcō
ditus eſt cordis: homo in incorruptibilitate qē
ti ⁊ modeſti ſpiritus qui eſt in conſpectu dei
locuplex. Sic enim aliquando ⁊ ſcē mulieres
Gen.18. ſpantes in deo ornabant ſe: ſubiecte ꝓprijs vi-
B ris. Sicut ſara obediebat abrahe dominũ eum
vocans: cuius eſtis filie benefaciētes: ⁊ nō pti-
mentes vllā pturbationem. Uiri ſilr cohabi-
tantes ſm ſcientiam: quaſi infirmiori vaſculo
muliebri ipartientes honorē tanq̃ coheredi-
bus grē vite: vt non impediant orones veſtre.
Pro.20.c. In fide aũt omnes vnanimes ꝯpatiētes: frni-
Ro.12.d. tatis amatores: miſericordes: modeſti humi-
les: non reddentes malum ꝓ malo: nec male
dictum ꝓ maledicto: ſed econtrario bñdicen
tes qꝛ in hoc vocati eſtis vt benedictionē hꝛ̄dita
Pſ.33. te: poſſideatis. Qui.n. vult vitā diligere: ⁊ di-
Ja.i.d. es videre bonos coherceat liguā ſuā a malo:
⁊ labia eius ne loquantur dolum. Declinet āt
al+ proſe a malo ⁊ faciat bonum: inquirat pacem ⁊ ſe-
quatur quatur + eā. Qꝛ oculi dñi ſup iuſtos: ⁊ aures
eius in preces eorum: vultus aũt dñi ſup faciē
tes mala. Et qs eſt q vobis noceat. ſi boni emu
C latores fueritis? Sed ⁊ ſi quid patimini pp iu
Math.5.a ſtitiā: beati. Timorē aũt eoꝝ ne timueritis vt
nō ꝯturbemini. Dñm aũt xp̄m ſanctificate in
cordib⁹ vr̃is: parati ſemꝑ ad ſatiſfationē oī po
ſcenti vos rōnē de ea que in vobis eſt ſpe. ſꝫ cuꝫ
modeſtia ⁊ timore ꝯſcientiā habētes bonaꝫ. vt
in eo qḋ detrahũt de vobis ꝯfundantur qui ca
Hebre.9.g lũniantur vr̃aꝫ bonā in xp̄o ꝯuerſationē. Me
Ro.5.b. lius ē.n. vt benefacites ſi voluntas dei velit pa-
de ꝯſe.di. ti. q̃ꝫ maleficientes. Qꝛ ⁊ xp̄s ſemel pro pctis
2.c.ſemel. noſtris mortuus eſt. iuſtus pro iniuſtis: vt nos
de.c.iteratur. offerret deo mortificatos qdē carne. viuifica-
de.c.ſuf-ficit. tos aũt ſpū. In quo ⁊ his qui in carcere erant
Luc.24. ſpiritu veniens predicauit. qui increduli fue
2.Re.17.f. rāt aliqñ: qñ expectabāt dei patiētiā in diebus
noe cum fabricaretur arca: in qua pauci id ē:
de ꝯſ.di.4 octo anime ſalue facte ſunt per aquaꝫ. Quod
c.vero ⁊ vos nũc ſimilis forme ſaluos facit baptiſma:
non carnis depoſitio ſordium: ſed conſcientie
bone interrogatio in deum per reſurrectioneꝫ
ieſu chriſti a mortuis qui eſt in dextera dei de-
glutiens mortem vt vite eterne heredes effice
remur profectus in celum ſubiectis ſibi ange
lis ⁊ poteſtatibus ⁊ virtutibus.

¶ Capi. ¶ Sũma. Inſtruit apoſtolus ad vitā
dum luxuriam atq̃ꝫ gulam: ac docet hoſpitali-
tatem ⁊ charitatem proximi. Ac exhortatur ad
patientiam ab aduerſarijs fidei. ¶ IIII.

Hriſto igitur paſſo in carne: ⁊
vos eadeꝫ cogitatione armami A
ni: qꝛ qui paſſus eſt in carne de-
ſijt a peccatis vt non iam deſide
rijs hominum ſed voluntate dei
quod reliquum eſt in carne vi-
uat temporis. Sufficit enim preteritum tem- Eph.4.e.
pus ad voluntatem gētiū ꝯſumandam his qui Ja.4.b.
ambulauerũt in luxurijs deſiderijs: + violen- al+ vinolentijs.
tijs: ꝯmeſſationibus: potationib⁹ ebrietatibus
⁊ illicitis idoloꝝ cultib⁹. In quo ammiratur B
nō ꝯcurrētib⁹ vobis i eādē luxurie ꝯfuſionem
blaſphemantes: qui reddent rationē ei q para
tus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos. Propter hoc de ꝯſe.di.
enim ⁊ mortuis euangelizatum eſt: vt iudicen 2.c.ſolai[illegible]
tur quidem ſm homines in carne. viuāt aũt ſꝫ
deũ i ſpū. Oīum āt finis appropinquabit. Eſto
te itaq̃ꝫ prudentes ⁊ vigilāte i orōnib⁹. Añ oīa
āt mutuā i vobiſmetipſos charitatē ꝯtinuam
habentes. Quia charitas opit multitudinē pec 22.q.4.c.q
catoꝝ. Hoſpitales inuicē. ſine murmuratiōe. ſacramento.
Unuſq̃ſq̃ꝫ ſicut accepit gratiā i alteruttꝫ illaꝫ de pe.di.2.
āminiſtrātes: ſicut boni diſpenſatores multifor c. intantū
mis gratie dei. Si quis loquitur quaſi ſmones de bap. c.
dei. Siqs miniſtrat tāq̃ꝫ ex ṽtute quā āminiſtrat mauros.
de⁹: vt in oīb⁹ honorificet de⁹ p ihm xp̄ꝫ. cui ē Pro 10.d
glīa ⁊ ipiū i ſcl'a ſecloꝝ amē. Cariſſimi nolite Ro 12.c
pegrinari i feruore q ad tēptationeꝫ vobis fit: Hebr.13.d
q̃ſi noui aliquid vobis ꝯtingat: ſꝫ cōicātes xp̄i Philip.3.
C
paſſiōib⁹ gaudete: vt ⁊ i reuelatiōe glīe ei⁹ gau i.q.1.c. ab ſolum.
deatis exultātes. Si exprobramini in noīe xp̄i.
bti eritis: qm̄ qḋ ē honoris glīe ⁊ virtutis dei ⁊
qui eſt eius ſpūs ſup vos regeſcet. Nemo aũt D
vr̃m patiāt q̃ſi hōicida aut fur aut maledicus
aut alienoꝝ appetitor. Si āt vt xp̄ian⁹: nō eru
beſcat. Glīficet āt deũ i iſto noīe: qm̄ tp̄s ē vt i
cipiat iudiciũ a domo dei. Si āt pmũ a nobis: Prou.11.
qs finis eoꝝ q nō credũt dei euāgelio? Et ſi iu de.ſe.a[illegible]
ſtus qdē vix ſaluabit: impius ⁊ pctōr vbi pare- purgatis
bunt? Itaq̃ꝫ ⁊ hi q patiūt ſꝫ volūtatē dei: fideli
creatori ꝯmēdent aīas ſuas in benefactis.

¶ Ca. Sũ. ¶ Apoſtolus informat exiſtentes i
ſtatu paſtorali ac ſtatu iuuenili quo ad humili
tatem ⁊ ſobrietatem. ¶ V

A Seniores ergo q̄ i vobis ſunt obſecro conſenior ⁊ teſtis xp̄i paſſionū: q ⁊ eius q̄ in futuro reuelanda eſt. glīe cōicator. Paſcite qui in vobis eſt gregē dei. puidentes nō coacte ſed ſpōtanee ſm deū. neq̃ turpis lucri gratia ſed voluntarie. neq̃ vt dn̄antes in cleris: ſed forma facti
B gregis ex aīo. Et cū apparuerit princeps paſtorum pcipiētis īmarceſſibilē glīe coronā. Silr
ſu ✝ aūt adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus. Oēs ✝
Ja. 4. b enī īuicē hūilitatē īſinuāte. Qr dn̄s ſupbis re
Job 22. c ſiſtit: humilib⁹ aūt dat grāz. Hūliamini igiꝰ
Luc. 12. c ſub potēti manu dei: vt vos exaltet in tp̄e viſi
Ro. 12. c. Ja. 4. c tationis. Oēm ſollicitudinē vr̄az pijciētes in
Ja. q. i. c. nul li. eū: qm̄ ipſi cura eſt de vobis. Sobrij eſtote ⁊ vi
C gilate: qr aduerſarius vr̄ diabolus tāq̄ leo rugiens circuit q̄rēs quē deuoret. Cui reſiſtite fortes in fide: ſciētes eādē paſſionē ei q̄ in mūdo eſt vr̄e fraternitati fieri. Deus aūt oīs grē q vocauit nos i eternā ſuā gliā i xp̄o ieſu mōdicū paſſos ipſe perficiēt ꝯfirmabit ſolidabitq̄. Ipſi glīa ⁊ iperiū: in ſecula ſeculoꝝ amen.
D Per ſiluanum fidelē frēm vobis vt arbitror breuiter ſcripſi obſecrās ⁊ cōteſtās hāc eē verā grām dei in qua ⁊ ſtatis. Salutat vos eccleſia que eſt in babylone collecta: ⁊ marcus filius meus. Salutate inuicē in oſculo ſancto. Grā vobis oīb⁹ qui eſtis in xp̄o ieſu. Amen.

¶ Explicit ep̄la beati Petri apoſtoli prima.

¶ Incipit argumentū in epiſtolā ſecundā.

Simon petrus p fidem huic mūdo ſapientes mortuos eſſe declarat: eiſdemq̄ pietatis quāta ſit magnitudo luce ipſa clari⁹ manifeſtat.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit ep̄la ſecunda beati Petri apoſtoli.

¶ Ca. I. ¶ Inducit ap̄ls credētes ad firmiter tenēdū fidei v̄itatē ex doctoris certitudīe. ¶ I

A Simon petrus ſeruus ⁊ ap̄ls ieſu xp̄i: his q coequalē nobiſcum ſortiti ſunt fidē in iuſticia dei noſtri ⁊ ſaluatoris ieſu chriſti: Grā vobis ⁊ pax adimpleāꝰ i cognitiōe dei ⁊ xp̄i ieſu dn̄i nr̄i. Quomō oīa nobis diuine virtutis ſue q̄ ad vitam ⁊ pietatē donata ſunt per cognitionē eius qui vocauit nos ꝓpria glīa ⁊ virtute: per quem maxima ⁊ pcioſa nobis ꝓmiſſa donauit vt per hec efficiamini diuine ꝯſortes nature: fugientes eius q̄ in mūdo ē ꝯcupiſcētie corruptionē. Vos aūt curā oēm ſubiferētes miniſtrate i fide vr̄a virtutē: in virtute āt ſciam: in ſciā aūt B
abſtinētiā: in abſtinētia aūt patiētiā: in patientia aūt pietatē: i pietate āt amorē frn̄itatis: in amore aūt frn̄itatis charitatē. Hec. n. ſi vobiſcū adſint ⁊ ſupent: non vacuos nec ſine fructu vos ꝯſtituēt i dn̄i nr̄i ieſu xp̄i cognitione. Cui n. nō p̄ſto ſūt hec: cec⁹ ē ⁊ manu tēptans: obliuionē accipiēs purgatiōis veterū ſuoꝝ delictorū. Qua ꝓpter frēs magis ſatagite: vt p bona opa certā vr̄az vocationē ⁊ electionē faciatis. Hec. n. faciētes nō peccabitis aliqn̄. Sic. n. abūdāter miniſtrabiꝰ vobis itroitus in eternū re C
gnū dn̄i ⁊ ſaluatoris nr̄i ieſu xp̄i. Propter qđ vos icipiā ſp ꝯmonēre de his: ⁊ qdē ſcientes ⁊ ꝯfirmatos vos in p̄nti veritate. Iuſtū aūt arbitror q̄diu ſum i hoc tabernaculo ſuſcitare vos in cōmonitiōe: certus q velox eſt depoſitio tabernaculi mei ſm q ⁊ dn̄s nr̄ ieſus xp̄s ſignificauit mihi. Dabo aūt operā ⁊ frequēter hr̄e vos poſt obitū meū: vt horū oium memoriam faciatis. Nō. n. indoctas fabulas ſecuti notaz fecimus vobis dn̄i nr̄i ieſu xp̄i virtutē ⁊ p̄ſciētiā: ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. Accipiens. n. a deo p̄re honorē ⁊ gloriā vo D
ce delapſa ad eum huiuſcemodi a magnifica Mat. 17. b
glīa: hic eſt filius meus dilect⁹ i quo mihi cō Mar. 9. b
placui: ip̄z audite. Et hāc vocē nos audiuim⁹ Luc. 9. c
de celo allatā: cū eſſemus cū ipſo in mōte ſcō. Et habemus firmiorē propheticū ſermonē: cui benefacitis attēdētes q̄ſi lucerne lucenti in caliginoſo loco: donec dies elucēſcat ⁊ lucifer oriatur in cordibus veſtris. Hoc primum itelligentes: q oīs prophetia ſcripture ꝓpria iter
pretatione non fit. Nō enim voluntate huma 2. Timo. 3. d
na allata eſt aliquādo ꝓphetia: ſed ſpiritu ſancto iſpirati locuti ſunt ſancti dei hoīes.

¶ Ca. II. ¶ Excludiꝰ hereticoꝝ falſitas. Atq̄ deſcribit ap̄ls h̄ticoꝝ maliciā ⁊ eoꝝ penā. II.

A Fuerunt vero ⁊ pſeudo prophete in pplo: ſicut ⁊ in nobis erūt magiſtri mēdaces: qui introducent ſectas perditionis: ⁊ eum qui emit eos deum negant: ſuperducentes ſibi celerem perditionem. Et multi ſequentur eoꝝ luxurias per quos via veritatis blaſphemabiꝰ: ⁊ in auaricia

fictis verbis de vobis negociabunt. Quibus iudicium iam olim nõ ceſſat: ⁊ ꝑdicio eoꝝ nõ
Job.4.b dormitat. Si eni deus angelis peccãtibus non pepércit: ſʒ rudẽtib⁹ iferni detráctos í tártaꝝ trádidit cruciándos í iudiciũ reſeruári: ⁊ ori
B ginali mũdo nõ pepercit: ſed octauũ noé iuſti
Gen.7.a cie ꝑcõnẽ cuſtodiuit dilúuiũ mũdo impioꝝ í ducens. ⁊ ciuitates ſodomóꝝ ⁊ gomorreóꝝ in cinerẽ rédigẽs euerſióne dãnauit exẽplũ eo rũ q ímpie acturi ſũt põnẽs: ⁊ iuſtũ lóth oppſ
Gen.19.c ſũ a nephãdóꝝ iniuria ac luxurioſa ɔuerſatio ne eripuit. Aſpectu.n. ⁊ auditu iuſtus erat: habitãs apud eos q de die in diẽ aĩam iuſtaʒ iníqs opib⁹ cruciabãt. Nouit de⁹ pios de tẽpta
de pe.dis. 2.c.ſi enim. 4.rurſus tióe eripe: iniqs vero in die iudicij reſeruáre cruciãdos. Magis aũt eos q poſt carnẽ í ɔcũpiſcẽtia imũditie ãbulãt: dñationẽq ɔtẽnunt audáces: ſibi placẽtes ſẽctas nõ mẽtuũt intro dúcere blaſphemãtes. Ubi angeli fortitudine ⁊ virtute cũ ſint maiores: nõ pórtãt aduerſuʒ ſe execrábile iudiciũ. Hi vero velut irrationa
C bília pécora naturalíter í captiónẽ ⁊ in ꝑnicíẽ in his q̃ ignorãt blaſphemãtes in corruptióne ſua ꝑibũt ꝑcipiẽtes mercẽdẽ iniuſtitie: Uolu ptatẽ exiſtimãtes diei delícias cóinquinatiõis ⁊ mãcule: delitijs affluẽtes í cõuiuijs ſuis luxuriãtes vobiſcũ: oculos hñtes plenos adultẽrij ⁊ iceſſábilis delicti: pellicientes aĩas inſtábiles: cor exercitãtũ in auaritia habẽtes: male
Nu.22.f dictionis filij: dereliquẽtes rectaʒ viã errauerunt ſecuti viã balaán ex boſór q mercedẽ ini quitatis amauit: correptioneʒ vero hábuit ſue veſánie. Subiugále mutum aĩal in hoĩs voce lóquẽs: phĩbuit ꝓphe inſipiẽtiã. Hi ſunt fon
D tes ſine aqua: ⁊ nébule: turbinib⁹ exagitáte: q
Jude.i.b bus caligo tenebraꝝ reſeruãt. Supbia eni va nitatis loquẽtes pelliciunt in deſiderijs carnis luxúrie eos q páululuʒ effúgiũt: q in erore cõ uerſati libertatẽ illis ꝓmittentes cuʒ ipſi ſerui ſint corruptionis. A quo eni⁹quis ſupãtus eſt: huius ⁊ ſeruus eſt. Si eni refugientes coinqui
Job.8.b de pe.dis. 4.c.ſi refugientes. natiónes mundi cognitione dñi noſtri ⁊ ſalua toris ieſũ chriſti: his rurſus implicati ſuperã tur: facta ſunt eis poſterióra deterióra priori bus. Melius enim erat illis non cognóſcere viam iuſticie: q̃ʒ poſt agnitioneʒ retrorſum cõ uérti ab eo quod illis tráditũ eſt ſancto mã
Pro.26.b 33.q.c.2.s pro. dato. Cóntigit enim eis illud veri ꝓuerbij. Ca nis reuérſus ad ſuum vómitum: ⁊ ſus lota in volútabro luti.

¶ Ca.iij. ¶ Docet apoſtolus precauére ma líciam que proueniet in ſecũdo aduentu chriſti. ac deſcribitur aduentus eiuſdem.

Hanc ecce vobis chariſſimi ſecũ A daʒ ſcribo eplaʒ: in qbus veſtrã éxcito cõmonitionẽ ſincẽrã mẽ tem: vt mémores ſitis eoꝝ q̃ ꝓdixi verborũ a ſanctis ꝓphetis ⁊ aplorũ veſtrorũ preceptoꝝ dñi ⁊ ſaluatóris. Hoc primũ ſcientes q̃ veniẽt in no 1.Ti.4.a 2.Ti.3.a
uiſſimis diebus í deceptione illuſóres iuxta ꝓprias cõcupiſcẽtias ambulãtes: dicẽtes. Ubi ẽ ꝓmiſſio aut aduentus eius? Ex quo eniʒ pres dormiérunt: omnia ſic pſeuerãt ab initio crea
ture. Latet enim eos hoc volentes q̃ celi erat B priꝰs terra de aqua ⁊ per aquã cõſiſtens dei ver bo: per que ille tunc mũdus aqua inũdatus pẽ rijt. Celi autẽ qui nunc ſunt ⁊ terra eodeʒ ver bo repóſiti ſunt igni ſeruati in die iudicij per ditionis impioꝝ hominũ. Unuʒ vero hoc non ſ lãteat vos chariſſimi: quia vnus dies apud dñʒ ſicut mille ãni ⁊ mille ãni ſicut dies vnus. Nõ C tárdat dñs promiſſioneʒ ſuã ſicut quideʒ exi ſtimant: ſed patienter agit propter vos: nólens áliquos perire ſed omnes ad penitentiã reuer ti. Adueniet autẽ dies domini vt fur: in quo 1.Thes.5.a Apoc.3.a celi magno impetu trãnſient: elemẽta vero ca lore ſoluẽnt: terra autẽ: ⁊ que in ipſa ſunt ópa exúrentur. Cum igitur hec oĩa diſſoluẽda ſint: quales opórtet vos eſſe in ſanctis conuerſatio nibus ⁊ pietatibus: expectantes ⁊ properantes in aduentum diei dominici: per quem celi ar dentes ſoluéntur ⁊ elementa ignis ardore ta Apoc.21.a béſcent: Nouos vero celos ⁊ nouam terram ⁊ promiſſa ipſius expectámus: in quibus iuſti tia habitat. Propter quod chariſſimi hec ex D pectantes: ſatágite immaculati ⁊ inuioláti ei inueniri in pace ⁊ domini noſtri ieſũ chriſti lõ ganimitáteʒ ſaluteʒ arbitrámini: ſicut ⁊ cha riſſimus frater noſter páulus ſecundum da tam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis: ſicut ⁊ in omnibus epiſtolis: loquens in eis de his in quibus ſunt quedam difficilia intellectu: que indocti ⁊ inſtabiles: deprauant. ſicut ⁊ cete ras ſcripturas ad ſuam ipſorum + perditio nem. Uos igitur fratres preſciẽntes cuſtodi te: ne inſipientium errore tradúcti excidã tis a propria firmitate. Créſcite vero in gra tia ⁊ in cognitione domini noſtri ⁊ ſaluato ris ieſũ chriſti. Ipſi gloria ⁊ nunc ⁊ in diem eternitatis. Amen.

¶ Explicit epiſtola beati Petri apli ſecũda.

¶ Prefatio Hieronymi in epiſtolas Canonicas Joannis ex libro de illuſtribus viris.

IOannes apoſtolus quem ieſus dilexit plurimuz filius zebedei: frater iacobi apoſtoli: quem herodes poſt paſſionẽ dñi decollauerat: nouiſſimus oīum ſcripſit euangeliuz: rogatus ab aſie epiſcopis aduerſus cerinthum alioſqꝫ hereticos. Et maxime tunc ebionitarum dogma cõſurgens: qui aſſerunt chriſtum ante mariam non fuiſſe. Unde etiam compulſus eſt diuinaz eiꝰ natiuitatem edicere. Sed ꝛ aliam cauſaz huius ſcripture ferunt. Quod cum legiſſet matthei marci ꝛ luce volumina: probauerit quidẽ textum hiſtorie: ꝛ vera eos dixiſſe firmauerit: ſed vnius tantum anni in quo paſſus eſt poſt carcerem ioannis hiſtoriam texuiſſe. Pretermiſſo itaqꝫ anno cuius acta a tribus expoſita fuerant: ſuperioris temporis anteqꝫ ioannes clauderetur in carcerem geſta narrauit: ſicut manifeſtum eſſe poteſt his qui quattuor euãgeliorum volumina legerint: que res diaphoniam que videbatur ioannis eſſe cum ceteris tulit. Scripſit autem vnam epiſtolam: cuius exordium hoc eſt: Quod fuit ab initio quod audiuimus ꝛ vidimus oculis noſtris qđ perſpeximus ꝛ manus noſtre tractauerunt de verbo vite: que ab vniuerſis eccleſiaſticis ꝛ erudiẗiſſimis viris comprobatur. Relique autem due: quarum principiuz eſt: Senior electe domine ꝛ natis eiꝰ: ꝛ ſequens: Senior Caio chariſſimo: quem ego in veritate diligo ꝛc. Joannis presbyteri aſſeruntur cuius ꝛ hodie alterũ ſepulchrum apud epheſum oſtenditur: ꝛ nonnulli putant duas memorias eiuſdem ioãnis euangeliſte eſſe. Super qua re cuz per ordinem ad papiam auditorẽ eius ventũ fuerit diſſeremus. Quartodecimo igitur anno ſecũdã poſt neronez perſecutionẽ mouente domiciano: in pathmos inſulam relegatus ſcripſit apocalypſim: Quam interpretantur iuſtinus martyr ꝛ hireneus. Interfecto autem domiciano ꝛ actis eius ob nimiam crudelitatẽ a ſenatu reſciſſis: ſub nerua principe redut epheſuz: ibiqꝫ vſqꝫ ad traianũ principem perſeuerans: totas aſie fundauit ꝛ rexit eccleſias. Confectuſqꝫ ſenio: ſexageſimooctauo anno poſt paſſionẽ dñi mortuus ꝛ iuxta eandem vrbem ſepultus eſt.

¶ Incipit argumentũ in epiſtolam beati Joannis apoſtoli primam.

RAtionem verbi ꝛ qꝫ deus ipſe ſit charitas manifeſtat: ꝛ ſuſurrones fratrum nec deuz ſcire: nec pios fieri poſſe eouſqꝫ diſſertat: vt eẽ cõprobet homicidas: eo qꝫ odium ſit interfectiõis occaſio.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit ep̄la btī Joannis ap̄lī prima.

¶ Ca. Sũ. ¶ Excludit apoſtolus ioãnes a ſocietate dei peccatores. Ac affirmat hoīes nõ eẽ a peccato mũdos niſi per ꝯfeſſionẽ. ¶ I.



QUod fuit ab initio: A quod audiuimus: quod vidimꝰ oculis noſtris: quod perſpeximus: ꝛ manus noſtre contrectauerũt de verbo vite: ꝛ vita manifeſtata eſt: ꝛ vidimus ꝛ teſtámur ꝛ annunciamus vobis vitam eternam: q̃ erat apud patrez ꝛ apparuit nobisꝰ. Quod vidimus ꝛ audiuimus ꝛ annũciamus B vobis: vt ꝛ vos ſocietatem habeatis nobiſcuz: ꝛ ſocietas noſtra ſit cum patre ꝛ cum filio eiꝰ ieſu chriſto. Et ſcribimꝰ vobis: vt gaudeatis: ꝛ gaudium veſtrum ſit plenum. Et hec eſt annunciatio quam audiuimus ab eo ꝛ ãnunciamus C vobis: quoniam deus lux eſt: ꝛ tenebre ĩ eo non ſunt vlle. Si dixérimus quoniã ſocietatem habemus cum eo ꝛ in tenebris ambulãmus: mentimur ꝛ veritatem non facimꝰ. Si D autem in luce ambulamus ſicut ꝛ ipſe eſt ĩ luce: ſocietatem habemus ad inuicez: ꝛ ſanguis ieſu chriſti filij eius emundat nos ab oī peccato. Si dixérimus: quoniaz peccatum nõ habemus: ipſi nos ſeducimus: ꝛ veritas in nobis non eſt. Si confiteámur peccata noſtra fidelis eſt ꝛ iuſtus vt remittat nobis peccata noſtra: ꝛ emundet nos ab omni iniquitate. Si dixérimus: qm̄ non peccáuimus mendacẽ facimus eum: ꝛ verbum eius non eſt in nobis.

Joã i6.c 3. Joã.i.b

heb. 9. b. Apoc.i.b.

2. Re. 8.c 2. Pa. 6.g

de pe. di. 2. c. ſi enim inquit. de ꝯſe. di. 2. c. iterũ.

¶ Ca. Sũ. ¶ Inducit ap̄ls hoīes ad opꝰ meritoriũ. ac diſſuadet cupiditatẽ: ꝛ hereſim. ¶ II

A Filioli mei: hec scribo vobis vt
nõ peccetis. Sed ꝛ si quis peccá
uerit: aduocatũ habem⁹ apud
patrem iesum xpm iustuz: ꝛ ip
se est ꝓpitiátio ꝓ pctis nrís: nõ
ꝓ nřis autez tm̄ sed et ꝓ totius
mundi. Et in hoc scimus qm̄ cognouimus eũ:
si mandata eius obseruám⁹. Qui dicit se nos
se eum: ꝛ mandata eius nõ custódit: mendax
als+ hoc est: ꝛ in+eo véritas nõ est. Qui aũt seruat ver
bum eius: vere in hoc charitas dei perfecta ē.
infra.4.b de pe.dis. 2.c.si enĩ. in prin. In hoc scimus qm̄ in ipso sumus. Qui dicit se
in xpo manére: debet sicut ille ãbulauit ꝛ ipse
ambulare. Charissimi: nõ mãdatũ nouũ scri
bo vobis: sed mandatũ vetus qd habuistis ab
initio. Mandatũ vétus: est verbum qd audi
B stis. Iterũ mandatum nouũ scribo vobis: quod
Jcã.ij.g verũ est ꝛ in ipso ꝛ in vobis: qꝛ ténebre transie
runt ꝛ verũ lumen iam lucet. Qui dicit se in
infra.4.b luce esse: ꝛ fratrẽ suũ ódit: in ténebris est vsqꝫ
adhuc. Qui diligit fratrez suũ in lumine ma
Leui.9.c. 4.3.c net: ꝛ scándalũ in eo nõ est. Qui aũt ódit fra
trem suũ: in ténebris est ꝛ in tenebris ambu
lat: ꝛ nescit quo eat: qꝛ ténebre obcecauérunt
oculos eius. Scribo vobis filioli: qm̄ remittũ
tur vobis peccata vestra ꝓpter nomẽ ei⁹. Scri
bo vob pẽes: qm̄ cognouistis eũ q ab initio ē.
Scribo vob adolescẽtes: qm̄ vicistis malignũ.
Scribo vobis infantes: qm̄ cognouistis patrẽ.
Scribo vobis iuuenes: quoniã fortes estis: ꝛ
verbũ dei manet in vobis: ꝛ vicistis malignũ.
C Nolite diligere mundum neqꝫ ea que in mũ
als+ dilexerit do sunt. Siquis+diligit mundum: nõ est cha
1.q.4.c. ecclesia.§. his ita. ritas patris in eo. Qm̄ oẽ quod est in mundo
cõcupiscentia carnis est: ꝛ cõcupiscentia ocu
als+transibit lorum: ꝛ superbia vite: que nõ est ex patre: sed
ex mundo est. Et mũdus+tránsit ꝛ concupi
scentia eius. Qui autem facit voluntatem dei
manet in eternum. Filioli: nouissima hora est.
Et sicut audistis: qꝛ antichristus venit: nũc an
21.q.4.c. nabuchodonosor de pe.dis. 4.ca. si ex bono. de cõse.di. 4.c.solet. de sec.vn. cap. vnico in prin. tichristi multi facti sunt. Unde scimus qꝛ no
uissima hora est Ex nobis prodiérunt: sed non
erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis per
mansissent vtiqꝫ nobiscum. Sed vt manifesti
sint: quoniã non sunt omnes ex nobis. Sꝫ vos
vnctiõnem habetis a sancto: ꝛ nostis oĩa. Nõ
scripsi vobis quasi ignorãtibus veritatem: sed
quasi scientibus eam: ꝛ quoniã omne mendá
cium ex veritate nõ est. Quis est mendax nisi
D is qui negat qm̄ iesus non est xpẽ? Hic est an
tichristus: qui negat patrem ꝛ filium. Omnis
qui negat filium: nec patrem habet: qui con
fitétur filium ꝛ pẽem hꝫ. Uos qd audistis ab
initio: in vobis permáneat: qꝛ si ĩ vobis permã
serit qd audistis ab initio: ꝛ vos in filio ꝛ pa
tre manebitis. Et hec est repromissio quã ipse
pollicitus est nobis vitam eternam. Hec scri
psi vobis de his qui sedúcunt vos: ꝛ vos vnctió
nem quã accepistis ab eo maneat ĩ vobis. Et
nõ necesse habetis vt áliquis dóceat vos: sꝫ si
cut únctio eius docet vos de omnibus: ꝛ verũ
est: ꝛ nõ est mendácium. Et sicut dócuit vos
manéte in eo. Et nũc filioli manéte in eo: vt
cum apparuérit habeamus fidúciam: ꝛ nõ cõ
fundámur ab eo in aduẽtu eius. Si scitis qm̄
iustus est: scitóte quoniam ꝛ omnis qui facit
iusticiam: ex ipso natus est.

¶ Ca. Sũ. ¶ Ondit aplus de societate diuiꝫ
ĩ pñia describendo ei⁹ pfectionẽ. ꝛ hortatur ad
puritatez mentis ac frnam charitatẽ. ¶ III.

Videte qualem charitatez dedit A
nobis pater: vt filij dei nominẽ
mur ꝛ simus. Propter hoc mũ
dus nõ nouit nos: qꝛ non nouit
eum. Charissimi: nũc filij dei su
mus: ꝛ nõdum appáruit quid
érimus. Scimus qm̄ cum apparuérit: similes
ei érimus qm̄ videbimus eum sicuti est. Et
oĩs qui habet hanc spem in eo: sanctíficat se si
cut ꝛ ille sanctus ē. Omnis qui facit peccatũ: de cõse.di. 3.c. ille rex
ꝛ iniquitatem facit. Et peccatuz est iniquitas. Esa.53.d
Et scitis qꝛ ille appáruit: vt peccata tólleret ꝛ 1.Pet.2.
peccatum in eo nõ est. Omnis q in eo manet:
nõ péccat. Et omnis qui péccat nõ vidit euz: B
nec cognóuit eum. Filioli: nemo vos sedúcat.
Qui facit iusticiã iust⁹ est: sicut ꝛ ille iustus ē.
Qui facit peccatuz ex diábolo est: quoniã ab
initio diábolus péccat. In hoc appáruit filius Jo.8.e. de pe.dis. 1.c.porro. §.si autem
dei: vt dissóluat ópera diaboli. Omnis qui na
tus est ex deo peccatum nõ facit: quoniã semẽ
ipsius in eo manet: ꝛ non potest peccare: quo
niam ex+deo natus est. In hoc manifesti sunt
filij dei: ꝛ filij diaboli. Omnis qui non ẽ iustus
nõ est ex deo: ꝛ qui non diligit fratrem suum.
Quoniam hec est annunciatio quam audistis
ab initio: vt diligátis alterutrum. Non sicut C
cayn qui ex maligno erat: ꝛ occidit fratrẽ su
um. Et ꝓpter quid occidit eum? Quoniã ope
ra eius maligna erant: fratris aũt eius iusta.
Nolite mirari fratres: si ódit vos mundus.
Nos scimus quoniã translati sumus de mor
te ad vitam. quoniã diligimus fratres. Qui

Leui. 19.b supra.2.b — nõ diligit manet in morte. Omnis qui odit fratrẽ ſuũ: homicida eſt. Et ſcitis qm̃ omnis homicida nõ habet vitam eternam in ſe manentem. In hoc cognouimus charitatem dei: quoniam ille animam ſuã pro nobis poſuit: ꝛ nos debemus pro fratribꝰ animas+ ponere. Qui habuerit ſubſtantiam huius mũdi ꝛ viderit fratrem ſuũ+ neceſſe habere: ꝛ clauſerit viſcera ſua ab eo: quõ caritas dei manet i eo?

D Filioli mei non diligamus verbo neq̃ lingua: ſed opere ꝛ veritate. In hoc cognoſcimus quoniam ex veritate ſumus: ꝛ in cõſpectu eius ſua debimus corda noſtra: quoniã ſi reprehenderit nos cor noſtrum: maior eſt deus corde noſtro: ꝛ nouit omnia. Chariſſimi: ſi cor noſtrũ nõ reprehenderit nos: fiduciam habemus ad deum: ꝛ quicquid petierimus accipiemus ab eo quoniã mãdata eius cuſtodimus: ꝛ q̃ ſunt placita coram eo facimus. Et hoc eſt mandatum eius: vt credamus in nomine filij eiꝰ ieſu chriſti: ꝛ diligamus alterutrum ſicut dedit mandatũ nobis. Et qui ſeruat mandata eius in illo manet: ꝛ ipſe in eo. Et in hoc ſcimꝰ: qm̃ manet in nobis: de ſpiritu quem dedit nobis.

¶ Ca. Sũ. ¶ Apoſtolus d̃ verbi incarnatiõe: adiungens de falſis prophetis ꝛ antichriſto: ꝛ deſcribit perfectionem charitatis. Ac hortatur ad eandem. ¶ IIII.

A Chariſſimi: nolite omni ſpiritui credere: ſed probate ſpiritus ſi ex deo ſint: qm̃ multi pſeudo ꝓphete exierunt in mundum. In hoc cognoſcit ſpũs dei. Omnis ſpiritus qui cõfitetur ieſũ xp̃m in carne veniſſe: ex deo eſt. Et omnis ſpiritus q ſoluit ieſum ex deo nõ eſt: ꝛ hic ẽ antichriſtus: de quo audiſtis quoniam venit ꝛ nunc iam in mundo eſt. Vos ex deo eſtis filioli: ꝛ viciſtis eum: quoniam maior eſt qui in vobis eſt. q̃z q in mundo. Ipſi de mundo ſunt: ideo de mundo loquũtur: ꝛ mũdus eos audit. Nos ex deo ſumus.

B Qui nouit deum audit nos: qui nõ eſt ex deo non audit nos. In hoc cognoſcimus ſpiritum veritatis ꝛ ſpiritũ erroris. Chariſſimi: diligamus nos inuicem: q2 charitas ex deo ẽ. Et omnis qui diligit: ex deo natus ẽ: ꝛ cognoſcit deum. Qui non diligit: nõ nouit deũ: qm̃ deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas dei in nobis: qm̃ filium ſuum vnigenitum miſit deus in mũdum vt viuamus per eum. In hoc eſt charitas: nõ quaſi nos dilexerimus deum: ſed qm̃ ipſe prior dilexit nos. ꝛ miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris.

C Chariſſimi ſi deus dilexit nos: ꝛ nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit unq̃. Si diligamus inuicem: deus in nobis manet: ꝛ charitas eius in nobis perfecta ẽ. In hoc cognoſcimus qm̃ in eo manemus ꝛ ipſe in nobis: qm̃ de ſpiritu ſancto ſuo dedit nobis. Et nos vidimus ꝛ teſtificamur: qm̃ pater miſit filium ſuũ ſaluatorem mundi. Quiſquis cõfeſſus fuerit qm̃ ieſus eſt filius dei: deus i eo manet ꝛ ipſe in deo. Et nos cognouimus ꝛ credidimus charitati quam hꝫ deus in nobis. Deus charitas eſt: ꝛ qui manet in charitate i deo manet: ꝛ deus in eo.

D In hoc perfecta eſt charitas dei nobiſcum: vt fiduciã habeamus in die iudicij: q2 ſicut ille eſt ꝛ nos ſumus in hoc mũdo. Timor nõ eſt in charitate: ſed perfecta charitas foras mittit timorem: qm̃ timor penam habet. Qui aũt timet: nõ eſt perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deũ: qm̃ deus prior dilexit nos. Si quis dixerit: qm̃ diligo deũ ꝛ fratrem ſuũ oderit: mendax eſt. Qui.n. non diligit fratrem ſuum quem videt: deum quẽ non videt quo poteſt diligere? Et hoc mandatum habemus a deo: vt qui diligit deum diligat ꝛ fratrem ſuum.

¶ Ca. Sũ. ¶ Continuando de dilectione ꝓximi agit de emanatiõe verbi ꝛ de eiꝰ manifeſtatiõe: ac de fiducia habenda in deũ. ¶ V

A Omnis qui credit qm̃ ieſus eſt xp̃s: ex deo natus eſt. Et oĩs q diligit eum q genuit: diligit ꝛ eum qui natus eſt ex eo. In hoc cognoſcimus qm̃ diligimꝰ natos dei cum deum diligamus: ꝛ mandata eius faciamus. Hec enim eſt charitas dei vt mãdata eius cuſtodiamus: ꝛ mãdata eius grauia non ſunt. Quoniam omne quod natum eſt ex deo vincit mundũ. Et hec eſt victoria que vincit mundum fides noſtra.

B Quis eſt autem qui vincit mundum: niſi qui credit: qm̃ ieſus eſt filius dei? Hic eſt q venit per aquam ꝛ ſanguinem ieſus chriſtus. Non in aqua ſolum: ſed in aqua ꝛ ſanguine. Et ſpiritus eſt qui teſtificatur: qm̃ xp̃s eſt veritas. Qm̃ tres ſunt qui teſtimonium dant in celo: pr̃: verbum: ꝛ ſpũſſanctus: ꝛ hi tres vnũ ſunt. Et tres ſunt qui teſtimoniũ dant in terra ſpiritus. aqua: ꝛ ſanguis: ꝛ hi tres vnum ſunt. Si teſtimoniũ hominum accipimus: teſtimonium

Margin notes: Joh.15.b — Job.27.b. Joan.16.f — Joh.15.c infra.4.c — 23.q.4. ca. qo nõ pot. de pſe. di. 2. c. literaſ. ioan.i.b — 8.2.c.b. ioan.13.b. — 1.cor.15.g. — De ſcõma tri. c. dãnamus. de celebra. mo. miſ. c. in quadã

dei maius eſt. Qm̄ hoc eſt teſtimóniuʒ dei qḋ maius eſt: qm̄ teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui crédit in filium dei: habet teſtimonium dei in ſe. Qui non credit filio mendácem facit euʒ: q2 non credit in teſtimonium qḋ teſtificat⁹ eſt deus de filio ſuo. Et hoc eſt teſtimoniū: qm̄ vitam eternam dedit nobis deus: ꝛ hec vita in filio eius eſt. Qui habet filium dei: habet vitaʒ. Qui non habet filium dei: vitam non hʒ. Hec ſcribo vobis: vt ſciatis qm̄ vitam habetis eternam q créditis in noīe filij dei. Et hec eſt fidúcia quam habemus ad deum: q2 qḋcūqꝫ petiérimus ſm voluntatē eius áudit nos. Et ſcimus q2 audit nos: qcqd petiérimus. Scimus qm̄ habémus petitiones quas poſtulamus ab eo. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatū nō ad mortem: petat ꝛ dabitur ei vita peccáti nō ad mortem. Eſt peccatum ad mortem: nō pro illo dico vt róget quis. Omnis iniquitas peccatum eſt: ꝛ eſt peccatum ad mortem. Scimus q2 omnis qui natus eſt ex deo non peccat: ſed generatio dei conſéruat eum: ꝛ malignus nō tánget eum. Scimus qm̄ ex deo ſumus: ꝛ mūdus totus in maligno poſitus ē. Et ſcim⁹ qm̄ filius dei venit ꝛ dedit nobis ſenſum: vt cognoſcamus deum veruʒ: ꝛ ſimus in vero filio ei⁹. Hic eſt verus ꝛ vita eterna. Filióli cuſtodíte vos a ſimúlacris.

J. an. 3. d. | de pe. diſ. j. c. ſi ſacerdos. §. poteſt etiaʒ. | D | De pe. diſ. 3. c. ille rex tantus. | de pe. diſ. 2. c. ſi enī. in prin. ꝛ §. ſeqḋīt.

℄ Explicit ep̄la beati Joánis apoſtoli prima.

℄ Incipit argumentum in epiſtolam eiuſdē ſecundam.

Seꝫ adeo ad ſanctam feminaꝫ ſcribit: vt eandem dominā non dubitet litteris appellare eiuſdémqꝫ filijs teſtimoniū q̄ ámbulent: in veritate pérhibet.

℄ Explicit argumentum.

℄ Incipit ep̄la beati Joannis ap̄li ſecunda.

℄ Ca. Sū. ℄ Hortatur ioánes electā ad bonū pſequendū ꝛ malū pcauendū: ac ponit canedi modū cū excuſatiōe de breuitate. ℄ I.

A Enior electe dn̄e ꝛ natis ei⁹ quos ego diligo in veritate: ꝛ non ego ſolus: ſed ꝛ oēs qui cognouérunt veritateʒ propter veritateʒ que permanet in vobis: ꝛ vobiſcum erit ineternum. Sit vobiſcum gr̄a miſericordia pax a deo patre: ꝛ a chriſto ieſū filio patris in veritate ꝛ charitate. Gauiſus ſū valde: qm̄ inuéni de filijs tuis ambulantes in veritate: ſicut mandatum accépimus a patre. B Et nunc rogo te domina non tanq̄ꝫ mandatuꝫ nouum ſcribens tibi ſed qḋ habúimus ab initio: vt diligámus altérutrum. Et hec eſt charitas: vt ambulémus ſm mádata eius. Hoc. n. eſt mandatum: vt quēadmodum audíſtis ab initio in eo ambulétis: qm̄ multi ſeductóres exiérunt in mundum: q non ꝯfiténtur ieſúm xp̄m veniſſe in carnem. Hic eſt ſedúctor ꝛ antixp̄s. Uidéte voſmetipſos ne perdátis q̄ operati eſtis: ſed vt mercedem plenam accipiátis. Omnis qui recédit ꝛ nō pmanet in doctrina xp̄i: deum non hʒ. Qui permanet in doctrina: hic patrem ꝛ filiuꝫ habet. Si quis venit ad vos ꝛ hanc doctrinā non áffert: nolite recipere eum in domū nec áue ei dixéritis. Qui. n. D dicit illi áue: commúnicat opéribus eius malignis. Ecce predixi vobis vt in die domini non ꝯfundámini. Plura hn̄s vobis ſcribeꝛ nólui: per chartam ꝛ attrámentuꝫ. Spero enim me futurum apud vos: ꝛ os ad os loqui: vt gaudium veſtrum plenum ſit. Salútant te filij ſororis tue electe.

C | 24. q. i. cū omnes | Jo. 3. d. ſ. 3. Joān.

℄ Explicit ep̄la beati Joannis ap̄li ſecunda.

℄ Incipit argumentū in ep̄laꝫ eiuſdē tertiā.

Gaiū pietatis eam extóllit: atqꝫ vt in ipſa pietate maneat exhortatur: diotrepem impietatis ꝛ ſuperbie cauſa obiúrgat: demetrio autem bonum teſtimoniuꝫ phibet cū fratribus vniuerſis.

℄ Explicit argumentū.

℄ Incipit ep̄la bti Joannis apoſtoli tertia.

℄ Ca. Sum. ℄ Monet gaium apoſtolus: vt in pietate permaneat vt a malo declinet cum adiuncta ſalutatione. ℄ I.

Enior gaio A charíſſimo queꝫ ego diligo in veritate. Charíſſime ꝛ de oībus oratiónem facio próſpere te íngredi ꝛ valére: ſicut pſpere agit aīa tua. Gauiſus ſum valde venientibus fratrib⁹ ꝛ teſtimonium phibentibus veritati tue: ſicut tu in veritate ámbulas. Maiorem horꝫ non hēo gr̄am B q̄ vt áudiam

ī ꝑſo. ſcīa. ī gr̄a

q̄ȝ vt audiam filios meos in veritate ambulá-
re. Chariſſime: fidelr facis qcq̄d operaris in
fratres: ⁊ hoc in pegrinos qui teſtimoniū red-
diderunt charitati tue in cōſpectu eccl'ie: quos
benefaciens deducens digne deo. Pro noie eni
eius pfecti ſunt nihil accipiētes a gentilibus.
Nos ergo debemus ſuſcipere hm̄oi: vt coopa-
C tores ſimus veritatis. Scripſiſſem forſitan ec-
cleſie: ſed is qui amat primatum gerere in eis
diotrepes: nō recipit nos. Propter hoc ſi vene-
ro cōmoneā eius opa que facit: verbis mali-
gnis garriens in nos. Et quaſi nō ei iſta ſuffici-
ant: neq̄ȝ ipſe ſuſcipit fratres: ⁊ eos qui ſuſcipi-
unt prohibet: ⁊ d̄ eccleſia ejicit. Chariſſime no-
D li imitari malū: ſed qd̄ bonū eſt. Qui bene fa-
cit: ex deo eſt: qui male facit nō videt deū. De-
metrio teſtimoniū redditur ab oib⁹ ⁊ ab ip-
ſa veritate: ſed ⁊ nos teſtimoniū phibemus:
⁊ noſti qm̄ teſtimoniū nr̄ȝ verȝ eſt. Multa ha-
bui tibi ſcribere: ſed nolui per attramētū ⁊ ca-
lamū ſcribere tibi. Spero aūt protinus te vidē-
re ⁊ os ad os loquemur. Pax tibi. Salutāt te
amici. Saluta tu amicos nominatim.

¶ Explicit ep'la beati Joannis ap'li tertia.

¶ Prologus in ep'lam canonicam iude.

Judas frater iacobi de ſeptē ca-
tholicis vnam paruā ep'lam reli-
quit. Et q2 de libro enoch q apo-
cryphus ē in ea ſumpſit teſtimo-
niū repudiatur a quibuſdaȝ: re-
uincit tñ auctoritate ⁊ vetuſtate
⁊ vſu meruit i ſctās ſcripturas cōputari.

¶ Incipit argumētū in ep'laȝ btī Jude ap'li.

Judas apoſtolus: fratres de cor-
ruptoribus vie veritatis ita iſfor-
mat: vt illicitum eſſe diſſertet de
ſub iugo ſemel erutos ſeruitutis
denuo operam ſuam officijs no-
uare ſeruilibus.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit epiſtola beati Jude apoſtoli.

¶ Ca. Vnū. ¶ Confirmat apoſtolus iudas fi-
deles contra hereticoȝ deceptiōes per ſcriptu-
ras figurales. ⁊ ſimilitudines naturales. atq̄ȝ
fideles in veritate confirmat. C. I.

A Judas ieſu xp̄i ſeruus:
frater aūt iacobi
his q ſunt in deo p̄re dilectis: ⁊
xp̄o ieſu conſeruatis ⁊ vocatis.
Miſericordia vobis ⁊ pax ⁊ cha-
ritas adimpleāt. Chariſſimi: oēȝ
ſollicitudinē faciens ſcribendi vobis de cōmu-
ni veſtra ſalute: neceſſe habui ſcribere vobis: de-
pcans ſupercertari ſemel tradite ſancte fidei. vel ſctis
Subintroierunt. n. qdā hoies qui oliȝ preſcri- B
pti ſunt in hoc iudiciū impij dn̄i noſtri gratiā
transferentes in luxuriam: ⁊ ſolū dn̄atorem ⁊
dn̄m noſtrū ieſum xp̄m negantes. Cōmone-
re autem vos volo: ſcientes ſemel oia qm̄ ieſus
pplm de terra egypti ſaluans: ſecūdo eos qui
nō crediderunt pdidit. Angelos vero qui nō
ſeruauerunt ſuū principatum: ſed dereliquē-
runt ſuū domiciliuȝ: in iudiciū magni dei vin-
culis eternis ſub caligine reſeruauit. Sicut ſo-
doma ⁊ gomorra ⁊ finitime ciuitates ſili mo-
do exfornicate: ⁊ abeuntes poſt carnē alteraȝ:
facti ſunt exemplū: ignis eterni penam ſuſtinē-
tes. Similiter ⁊ hi carnē quidem maculāt do-
minationē aūt ſpernunt: maieſtatem aūt blaſ- C
phemant. Cū michael archangelus cū diabo-
lo diſputās altercaretur de moyſi corpore: nō
eſt auſus iudiciū inferre blaſphemie: ſed di-
xit. Imperet tibi deus. Hi aūt quecūq̄ȝ quidē
ignorant blaſphemant quecūq̄ȝ aūt naturali-
ter tanq̄ȝ muta aialia norūt: in his corrūpūt.
Ve illis q in via cayn abierunt: ⁊ errore ba-
laam mercede effuſi ſunt: ⁊ in cōtradictione D
chore abierunt. Hi ſunt in epulis ſuis macule 2.pe.2.d
cōuiuantes: ſine timore ſemetipſos paſcētes:
nubes ſine aqua que a vētis circūferunt: arbo-
res autūnales infructuoſe: bis mortue: eradi-
cate: fluctus feri maris: deſpumantes ſuas cō-
fuſiones: ſydera errantia: quibus pcella tene-
brarum ſeruata eſt in eternū. Prophetauit aūt
⁊ de his ſeptimus ab adam enoch: dicēs. Ec- E
ce venit dn̄s in ſanctis milib⁹ ſuis facere iudi- Apoc.1.b.
cium ↄtra oēs: ⁊ arguere oēs impios de oibus
opibus impietatis eoȝ qbus impie egerunt:
⁊ de oibus duris que locuti ſunt ↄtra deū pec-
catores impij. Hi ſunt murmuratores queru-
loſi: ſm̄ deſideria ſua ambulantes: ⁊ os eoruȝ
loquit ſuperbiā: mirantes perſonas q̄ſtus cā.
Vos aūt cariſſimi memores eſtote verboȝ q̄ F
predicta ſunt ab ap'lis domini noſtri ieſu xp̄i: 2.Thi.4.a
qui dicebant vobis qm̄ in nouiſſimis tempo- 2.Thi.3.a
ribus venient illuſores ſm̄ deſideria ſua am- 2.pe.3.a
bulantes in impietatibus. Hi ſunt qui ſegre- 24.q.3.ca. De illis
gant ſemetipſos: animales ſpiritū non habē-
tes. Vos aūt chariſſimi ſuperedificantes voſ-
metipſos ſanctiſſime nr̄e fidei in ſpū ſcō oran-
tes: voſmetipſos in dilectiōe dei ſeruate: expe-
ctantes miſericordiā dn̄i noſtri ieſu chriſti in G

Apocalypſis ieſú chriſti ſubáudis hic eſt ſicut in aliis: viſio eſaie hec eſt: ꝛ parabole ſalomonis he ſunt.

¶ Explicit prologus gilberti in apocalypſim beati Joannis apoſtoli.

¶ Item alius prologus in Apocalypſim.

Joannes apoſtolus ꝛ euãgeliſta a chriſto electus atq́ʒ dilect⁹ in tãto amore dilectiõis vbérior há-
Jo.13.f. bit⁹ eſt vt in cena ſupra
vide.19.f pect⁹ eius recúmberet:
Jo.2.a. ꝛ ad crucẽ aſtãti ſolimatrem propriam commẽdáſſet: vt quem núbere volentem ad amplexuʒ virginitatis a ſciuerat: ipſi etiam cuſtodiendam virginem tradidiſſet. Hic itaq́ʒ cum propter verbum dei ꝛ teſtimonium ieſú chriſti in páthmos inſulam ſortirétur exilium: illic ab eodem apocálypſis preoſténſa deſcribitur: vt ſicut in principio cánonis ideſt libri genéſeos incorruptibile principium prenotátur: ita etiam incorruptibilis finis per virginẽ in apocalýpſi redderẽt dicẽtis: Ego ſuʒ
Apo.22.c. álpha ꝛ o: initium ꝛ finis. Hic eſt ioannes qui ſciens ſuperueniſſe ſibi dieʒ egreſſiónis de corpore: conuocátis in épheſo diſcipulis deſcendit in defoſſum ſepultúre ſue locum: orationeq́ʒ completa réddidit ſpiritum: tam a dolore mortis factus extráneus: q̃ʒ a corruptione carnis nóſcitur aliénus. Cuius tamen ſcripture diſpoſitio vel libri ordinátio ideo a nobis per ſingula non exponitur vt neſcientibus inquirendum deſiderium collocétur: ꝛ querentib⁹ labóris fructus ꝛ deo magiſterii doctrina ſeruetur.

¶ Explicit prologus

¶ Incipit argumentum beati hieronymi p̃ſbyteri.

Apocalypſis Joannis tot habet ſacramenta quot verba. Paruʒ dixi ꝛ pro merito voluminis laus omnis inferior eſt. In verbis ſingulis multiplices latent intelligentie.

¶ Explicit argumentum

¶ Incipit liber Apocalypſis beati Joannis apoſtoli.

¶ Ca. Sũ. ¶ Joannes ſcripſit ſeptem eccleſiis in aſia de teſtimonio de his que oportet fieri cito qui vidit ſeptem candelabra aurea: ac ĩ medio candelabrorum ſimilem filio hominis: ac ponitur ioannis trepidatio.



Apocalýpſis ieſú chriſti quam dedit illi deus palam fácere ſeruis ſuis que oportet fieri cito: ꝛ ſignificauit mittens per angelum ſuum ſeruo ſuo ioanni qui teſtimonium perhibuit verbo dei ꝛ teſtimonium ieſú chriſti quecũq́ʒ vidit. Beatus infra.22.b
qui legit ꝛ qui áudit verba prophetie huius: ꝛ infra.22.c.
ſéruat ea que in ea ſcripta ſunt. Tempus enĩʒ
prope eſt. Joannes ſeptem eccleſiis que ſunt ĩ
aſia. Gratia vobis ꝛ pax ab eo q̃ eſt ꝛ q̃ erat ꝛ q̃ vẽ
turus eſt: ꝛ a ſeptem ſpiritibus qui in conſpe- B
ctu throni eius ſunt: ꝛ a ieſu chriſto qui eſt te- 21.29.capi
ſtis fidelis primogénitus mortuorum ꝛ prín- necesse
ceps regum terre: qui dilexit nos: ꝛ láuit nos Hebre.9.c
a peccatis noſtris in ſanguine ſuo: ꝛ fecit nos 1.Jo.1.b.
regnum ꝛ ſacerdotes deo ꝛ patri ſuo. Ipſi glo
ria ꝛ impérium in ſecula ſeculorum. Amẽ. Ec Eſa.3.c.
ce venit cum núbibus: ꝛ vidébit eum omnis Zac.4.b.
óculus: ꝛ qui eum pupugérunt. Et plángent 44.c.
ſe ſuper eum omnes tribus terre: etiam amẽ. Math.24.b
Ego ſum alpha ꝛ o: principium ꝛ finis dicit Jude.1.c.
dominus deus qui eſt ꝛ qui erat ꝛ qui ventur⁹ infra.22.c.
eſt omnipotens. Ego ioannes frater veſter ꝛ C
párticeps in tribulatione ꝛ regno ꝛ patiéntia
in ieſú chriſto: fui in inſula que appellátur pathmós propter verbum dei: ꝛ teſtimonium ieſú. Fui in ſpiritu in dominica die. Et audiui
poſt me vocem magnã: tanquaʒ tube dicẽtis. infra.4.a
Quod vides ſcribe ĩ libro: ꝛ mitte ſeptẽ eccliis q̃ D
ſũt ĩ áſia: épheſo: ꝛ ſmýrne: ꝛ pérgamo: ꝛ thyatýre: ꝛ ſárdis: ꝛ philadelphie: ꝛ laoditie. Et cõuerſus ſuʒ vt viderẽ vocẽ q̃ loquebat̃ mecũ. Et conuerſus vidi ſeptem cãdelabra áurea: ꝛ in

medio ſeptem candelabꝛóꝛuꝫ aureóꝛuꝫ ſimi-
lem filio hominis veſtituꝫ pódere: ⁊ pꝛecinctũ
infra 2.c. 19.c ad mamillas ʒona áurea. Caput auteꝫ eius ⁊
D capilli erant cándidi tanq̃ꝫ lana alba: ⁊ tan-
q̃ꝫ nix: ⁊ oculi eius velut flamma ígnis: ⁊ pe-
des eius ſimiles auricálcho ſicut i camino ar-
dénti. Et vox illius tanq̃ꝫ vox aquarum mul-
tarum: ⁊ habebat in déxtera ſua ſtellas ſeptẽ.
al hꝫ + ex Et de oꝛe eius gládius + vtraqꝫ parte acútus
infra. 19.c exíbat: ⁊ facies eius ſicut ſol lúcet in virtute
Mat. 17.a ſua. Et cum vidiſſem eum: cécidi ad pedes ei⁹
tanq̃ꝫ moꝛtuus. Et póſuit dexteram ſuaꝫ ſuper
Eſa. 44.a me dicens. Noli timére. Ego ſuꝫ pꝛimus ⁊ no
infra. 22.c uíſſimus ⁊ viuus: ⁊ fui moꝛtuus ⁊ ecce ſuꝫ vi-
Eſa. 22.f uẽs in ſcl'a ſcloꝝ: ⁊ hẽo claues moꝛtis ⁊ iférni.
Job. 12.c infra. 1.b Scribe ergo q̃ vidiſti ⁊ q̃ ſũt: ⁊ q̃ opóꝛtet fieri
al. + cito + poſt hec. + Sacramẽtũ ſepteꝫ ſtellaruꝫ quas
al + miſterium vidiſti in dextera mea: ⁊ ſepteꝫ candélabꝛa áu
rea ſeptem ſtelle angeli ſunt ſepteꝫ eccleſiarũ:
⁊ candelábꝛa ſeptem: ſeptem eccleſie ſunt.

¶ Ca. Sũ. ¶ Informat apoſtolus eccleſiam
epheſinam ac eccleſiaꝫ ſmyrnénſeꝫ ⁊ deinde
eccleſiaꝫ pergaménſem atqꝫ eccleſiaꝫ thiatirẽ-
ſem: ac ponit diſcreto bonoꝛũ a malis. ¶ II.

A Et angelo épheſi eccleſie ſcribe.
Hec dicit qui tenet ſeptem ſtel-
las in déxtera ſua: qui ámbulat
in medio ſeptem candelabꝛoꝝ
aureóꝛum. Scio ópera tua ⁊ la-
boꝛem ⁊ patientiaꝫ tuaꝫ: ⁊ quia
non póteſ ſuſtinére malos. Et temptaſti eos
qui ſe dicunt apóſtolos eſſe ⁊ non ſunt: ⁊ inue
niſti eos mendáces. Et patientiam habes ⁊
ſuſtinuiſti pꝛopter nomen meum: ⁊ non defeci
ſti. Sed habeo aduerſum te páuca: q charita
tem tuam pꝛimaꝫ reliquiſti. Memoꝛ eſto ita-
B qꝫ vnde excideris: ⁊ age peniténtiam: ⁊ pꝛima
opera fac. Sinautem vénio tibi: ⁊ mouébo cã-
délabꝛum tuum de lòco ſuo: niſi penitentiam
égeris: Sed hoc habes quia odiſti facta nico-
laitárum: que ego ódi. Qui habet aureꝫ ⁊ áu-
diat quid ſpiritus dicat eccleſijs. Uincenti da
bo édere de ligno vite: quod eſt in paradiſo dei
mei. Et angelo ſmýrne eccleſie ſcribe. Hec di
cit pꝛimus ⁊ nouiſſimus: qui fuit moꝛtuus ⁊
C viuit. Scio tribulationẽ tuam ⁊ paupertatem
tuaꝫ: ſed diues es ⁊ blaſſemáris ab his qui ſe
dicunt iudéos eſſe ⁊ nõ ſunt: ſed ſunt ſynagó-
ga ſáthane. Nihil hoꝛum timeas que paſſurus
es. Ecce miſſurus eſt diábolus aliquos ex vo-
bis in cárcerem vt temptemini: ⁊ habebitis
tribulationem diebus decem. Eſto fidelis vſ-
qꝫ ad moꝛtem: ⁊ dabo tibi coꝛonam vite. Qui
habet aurem áudiat: quid ſpiritus dicat eccle
ſijs. Qui vicerit: non ledétur a moꝛte ſecúda.
Et angelo pérgami eccleſie ſcribe. Hec dicit q infra
habet rhómpheã ex vtraqꝫ parte acútã. Scio D
vbi hábitas: vbi ſédes eſt ſáthane: ⁊ tenes no
men meum ⁊ non negaſti fidem meaꝫ. Et in
diebus illis antiphas teſtis meus fidelis qui
occiſus eſt apud vos: vbi ſáthanas habitat. Sꝫ
hábeo aduerſus te páuca: q habes illic tenen-
tes doctrinaꝫ balaám: qui docébat balác mít-
tere ſcándaluꝫ coꝛam filijs iſraél: édere ⁊ foꝛ-
nicári; Ita habes ⁊ tu tenentes doctrinam ni-
colaitárum. Similiter penitentiaꝫ áge: ſi quo
minus. Ueniam tibi cito: ⁊ pugnabo cuꝫ illis
in gladio oꝛis mei. Qui habet aurem áudiat
quid ſpiritus dicat eccleſijs. Uincénti dabo E
mánna abſcónditũ: ⁊ dabo illi cálculum cán-
didum: ⁊ in cálculo nomen nouum ſcriptuꝫ:
quod nemo ſcit niſi q áccipit. Et angelo thia-
